ALEXANDRI

APHRODISIEI COMMENTARIA

in duodecim Aristotelis libros de prima Philosophia,

interprete Ioanne Genesio Sepulueda Cordubensi,

ad Clementem VII. Pont. Max.

Est Adolphi à Glauburg
Joh: Adolfi à Glauburg
Jac: Marq: à Glauburg.

BIBLIOTH:
ACADEM:
DORPAT:

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.

(Romæ 1527)

H-II B
532
1634,108

AD CLEMENTEM SEPTIMVM, PONT. Max. Io. Geneſii Sepulueda, Cordubẽſ. Prefatio in Alexãdri Aphrodiſiei cõmẽtaria. De prima philoſophia, ab ipſo e greco in latinum ſermonẽ conuerſa.

METus querela eſt Clemens ſeptime. P.M. & ea nec imprudẽtiũ hominũ, nec ineruditorũ, qd nã ſit cauſæ demirantiũ, cur cũ Ariſtotelẽ & Platonẽ ſummos philoſophos, ac eis pbię quaſi parẽtes, antiqtas fuerit velut duo numina venerata, nemo tñ in tanta virorũ græce & latine doctiſſimorũ copia, felicibus illis eloquẽtiæ Romanę tẽporibus extiterit, qui horũ ſcripta diuina, latinis hominibus illi ætati conueniente ſtilo & perinde fideli prodere curaret, cum Marcum Tulium Platonis ſtudioſiſſimum fuiſſe cõſtet, & Ariſtotelica non negligenter, vt ipſe profitetur, nec leuiter attigiſſe, Brutum multos de philoſophia libros ẽdidiſſe: plures Marcum varronem, qui habitus eſt romanorum doctiſſimus, vt cæteri, qui non pauci connumerari poterant taccantur. Iuſta mehercule demiratio, ſiquidem officium requirat, quod reip. debent omnes boni vel cum diſpendio exiſtimationis ſuæ præſtare. Nam ſi ad eorum laudem ſpectet, qui ambitioſi ſunt in ſtudio litterarum, nihil fuerit profecto, quod paulo modo prudentioribus hominibus, eiſdẽq; genus hoc ſtudiorum expertis minus poſſit approbari, tã lubrica eſt, tam anceps, tam periculoſa ratio, aliena ſcripta, præſertim de philoſophia interpretãdi, vt labores & moleſtias taceã, quæ nullo in gñe nec maiores, nec frequentiores ſuſcipiuntur. Nam vt exemplaria, quod perraro accidit, emendatiſſima contingant, tamen difficillimum eſt, ad alterius ~~numerum~~ mẽtẽ ingenium ſuum ex amuſim accomodare, & preſcripta non ſolum ſenſa, ſed verba etiam fideliter ſimul, & eleganter trasferre. quæ omnia ſiquis forte deus, vt feliciter cedant, largiatur, nulla tamen in re maior eſt occaſio calumniandi, eadem ſæpe verba alio in aliam partem accipiente, & cum cætera deſunt, eo confugiente inuidia, ad interpretis gloriam imminuendam, vt nihil eſſe dicat magnopere laude dignum, aliorum inuenta quãlibet commode aut luculenter pronunciare. Tot igitur tantiſq; difficultatibus ab hoc ſcribendi genere ſtudia hominum deterrentibus, duo principes philoſophorum, tam diu latina interpretatione caruerunt, donec ex tua, i. Medicum familia extitere viri vt omnis vi

tutis colentissimi, sic rei litterariæ percupidi, qui liberalitate sua litteris, quæ iam pridem iacebant excitatis, auctores fuere, vt viri vtriusq; linguę atq; philosophiæ doctissimi nullo discrimine, nullo labore retardati, prouinciam illam difficillimam obirent. Tuorum enim maiorum voluntate Marsilius Ficinus, Platonis opera doctissime conuertit, Ioannes Argyropolus Aristotelis magnam partem commode, nec ineleganter est interpretatus, cum antea nulla eius esset interpretatio, quæ quidem tali noie cẽseri mereretur, ꝓterq̃ in opere de natura & gñatiõe Aialiũ & problematis, quos libros Theodorus Gaza ad Nicolaũ Quintũ luculentissime ac felicissime fuerat interpretatus. quorum reliquias nos, q̃q̃ non simus cum illis comparandi, pro nostri tamen ingenii exiguitate, quo ad licuit, sumus, dum tibi rem gratam facere cuperemus persecuti. Sed quorsum hæc tam multa de Aristotele, eiusq; latina interpretatione? vt desinas pater Clementissime tu quoq;, cuius voluntate atq; auspiciis commentaria conuertimus Alexan. Aphr. in duodecim Arist. libros de prima philosophia aliquando mirari, id quod tibi, dum mihi negotium iniungeres mirum uideri professus es, quod operis tam laudati, tantiq; auctoris hactenus interptatio latina fuerit desiderata, cũ illud magis sit admirandum, quod opus tam arduum, tot difficultatibus implicitum, aliquem, cuius auspiciis cõuerteretur, inuenerit aliquãdo. Nam licet q̃ plurimi extitissent, qui certe perpauci omni memoria fuere, qui huiusmodi officium latinis philosophis præstare possent, ideſt qui vtriusq; linguę peritiam cum philosophiæ cognitione coniunxissent, quis tamen infinitum laborem suscepisset? aut susceptum non sæpe difficultatibus succumbens deseruisset? nullo velut numine ad opus adhortante, cuius afflatu recreatus vires deficiẽtes subinde recipet. fit enim nescio quo pacto, vt quo quisq; eloquentior habetur, eo magis studiorum quærat amenitates. Ita cum plurimi sint, qui Græcorum historias, fabulas, dialogosq; accurate in latinũ sermonẽ cõuerterint, opa eloquutiõis capacissima, & ad quæ latine exprimenda, non verba solum, sed verborũ etiam sententiarumq; figurę ſponte suppetunt, ne vnum quidem (quod sciam) reperias, de cuius eloquẽtia aliqua fuerit hominum opinio, qui studium operamq; suam ad interpretanda Græcorum Aristotelis enarratorum commentaria contulerit. Nam Theodorus Gaza, Io. Argyropolus, Hermolaus Barbarus. Hieronymusq; Donatus, a quibus poterat huiusmodi officium expectari, fuerunt illi quidem in physicis conuertẽdis cum sua magna laude versati, sed ab Aristotelis enarrationibus prorsus abstinuerunt. Non quod illa putarent, parum nostris peripateticis commodi esse allatura, quæ proculdubio sunt pene necessaria, pudet.n. dicere quanta cæcitate, quod alias testatus sum, latini exponẽdis Aristotelicis allucinentur, sed quoniam viri non minus cauti, q̃ eloquentes, aridam & ieiunam materiam, & non modo facundię reluctantem, sed quæ verbis latinis exprimi parte sui nõ potest, velut scopulos in alto, Cyaneaq; saxa vitanda sibi statuebant, dum laudem eloquentiæ, quam inde longe etiã tenuiorem, q̃ ex ipso Aristotele conuertendo reportare poterant affectarent. Nec enim eos interpretum nomine dignos esse duco, qui grẽcos barbara quadam fidelitate sic interpretari studeant, vt nullum verbum perire equo animo patiantur, ne ex iis quidem, quibus sermo græcus frequenter exornatur, & verba græca cũ suis figuris eodem ordine, quo sunt ab illis constructa transferentes, orationem reddunt, non dico barbarã, sed prorsus (vt ita loquar) inhumanam, ad quam explicãdam œdipo aliquo, aut Apolline Pythio sit opus. quod his accidit, dum sententias ignorantes, satisfacere se interpretis officio putant, si verba etiam minutissima quæq; velut inepta superstitione cõsectentur. Itaq; vt Iasone, cuius ductu inuia maria nauigarentur, sic Clemente Põtifice opus fuit, cuius auspiciis inaccessa nostris grẽcorum Aristotelis enarratorũ cõmentaria latinis litteris inciperent illustrari. vt hanc quoq; partem studiorum Medicum clarissimæ familiæ mortales deberẽt, qui bonarum artium quicquid est in omni genere renascẽtium, eidem referunt acceptum. Quo in loco vniuerso huius ætatis litteratorũ ordini congratulari libet, quod te Pontificem Maximum nactus est, qui cũ cęteris, & prudentissimi Principis & Antistitis Religiosissimi officiis diligenter ac sapientissime fungaris, hoc quoq;, quod litterarum studiis debetur, studiose impartiri perseueras. Neq;.n. singularis hęc tua in studiosos magnificentia, cum maximo pontificatu exorta est, in angustiore fortuna paria sũmis Principibus moliebaris, eaq; liberalitate rem litterariam fouebas, qua pauci vnq̃ in sũmo isto fastigio rerum constituti. Itaq; iam tũc quosdã habebas, qui huius ætatis res gestas accurate ac diligenter memorię mandarent, alios qui Medicorũ, alios in quibus nos, qui philosophorum græcorum cõmentaria latinitate donarent. Ad sũmam nemo iam bene de litterarum studiis cum bono publico mereberatur, qui sũmum sibi præsidium in tuo patrocinio positũ esse cognosceret, prorsus vt p sũmã dignitatẽ nihil aliud potuerit ad animi tui magnitudinẽ accedere, q̃ vt tantũdem prodesse posses, ac velles. Vt eo igitur oratio redeat, vnde me iustissima gratulatio deflexerat, placitum tibi fuit, vt ab iis potissimũ cõmentariis, capet exordiũ quibus Alexander Aphro

disieus τὰ μετὰ τὰ φυσικὰ Aristotelis enarrauit. Cuius interpretis tanta fuit apud græcos auctoritas, tunc cum studia Peripateticorũ vel maxime florebant, vt nemo Peripateticus haberetur, qui nõ esset idẽ Alexãdreus. Nam ipsum Aristotelis opus quãtas habeat cõmoditates ad studiũ philosophię, simulq; quantis tenebris sit inuolutum, declarant Aristotelis & Alexandri macedonis alterius ad alterũ nobiles epistolę, quorũ hic cũ magistro per litteras expostulauit, quod hoc de prima philosophia opus edidisset, cuius cognitione, q̃ Imperio & opibus excellere se malle profiteretur, ille respõdens bono aĩo discipulum esse iussit. Nam sic inquit tibi persuade, libros editos esse, & non editos, a nullis enim præterq̃ qui a nobis audierint intelligentur. Ad hoc igitur munus obeundum, cum tibi non aliena meorum studiorum opinione præcepta, me ministro vti placuisset, voluntatem tuam sequutus, libenti & grato animo difficillimam prouinciam suscepi, inuiam scilicet, & inaccessam, & quam nisi labore Herculeo obiisse non licuit. Quasi enim parum esset in ipso opere tenebrarũ, quod sine controuersia totius philosophiæ obscurissimum est, & quod nemini quamlibet in ipsa exercitato, non dico apte conuertere, sed ne intelligere quidem liceat absq; pertinaci studio, & perpetuis lucubrationibus, innumera librariorum errata, quæ passim scatebant, quattuor exemplaribus conferendis per laboriosum examen mihi fuerunt castiganda, tum multa exprimẽda latine, quæ cum a Romanis nũq̃ fuerint tractata, latinis vocabulis omnino carent, prorsus vt vel nouis fuerint nuncupanda, vel vnius græci verbi intellectus multorum latinorum circuitione explicandus. quod vt sæpe res ipsa facilitare suadet ratioq; latinitatis, sic interdũ tam molestum est & importunum, vt orationem, quæ alias fuisset illustris, implicitam reddat, & tenebris offuscet. Ita fit plerumq;, vt si quis se philologis commendare studeat, philosophis parum satisfaciat, cum quibus monstris tam duro certamine depugnaui, vt sæpe manus fuerim daturus nisi cuius iussa administrarem meminissem. Quam memoriam subinde mihi suggerebat studiorum quibus sese ab ineunte ætate tradiderat fautor egregius. Io. Matthęus Gibertus antistes veronensis, vir acri ingenio, magno iudicio, & cana in iuuenili ętate, tum prudentia, tum etiam grauitate. Hac enim recordatione viribus sumptis, pugnam tam sępe redintegrabam, donec superior mihi viderer euasisse. Pręter loca nõnulla, quæ librariorum incuria in oibus, quæ mihi viderẽ cõtingit exẽplaribus depravata esse, non tam ingenio meo fidens asseuerauerim q̃ assensu Nicolai iudeci cõfirmatus, viri doctrina singulari ꝫ exactoq; iudicio, & cui eruditorum consensus neminẽ, vt video, huius ętatis in oĩs philosophię ac medi-

einę, quęcũq; græcis litteris cõtinetur nodis explicandis & latine transferendis ante ponit. Ego.n. mihi impeditissimam quãq̃ difficultatem nõ satis ante videbar explicasse, q̃ iudicio eius satisfecissem, cum quo talia loca sępe, dum per ipsius occupationes liceret conferebam. sed quorũdam pertinatiam, quæ vtriusq; ingenio, nisi diuinatio processerit obstinate repugnauit, nõ dubitabat ille negligentię librariorum assignare. quę apposititis asteriscis idcirco notaui, vt si cui forte emendatius exemplar contingerit, quibus potissimum vulneribus sanandis studia nostra in publicam vtilitatem suscepta iuuari valeãt, sit in propatulo. Sed me Hercule Lynceus erit, qui tantis in tenebris nihil offendat, seq; ita gesserit, vt in varias reprehensiones non incurrat. Quæ mihi eo sunt magis extimescẽdę, quod scio huic quoq; operi paratos esse obtrectatores, q meo nomini quacũq; ratione possint officiendi, measq; cuiusq; generis lucubratiunculas calũmandi occasiones diligenter arripiunt. Non quod nihil in eis esse putem, quod iure valeat reprehendi (hoc enim furor esset profiteri), aut dubitem quin pleraq; fortasse sint, quæ meam in cõuertendo diligentiam præterierint, sed quoniam ea huiusmodi fore spero, vt nisi iis qui sunt vtriusq; linguæ cognitione præditi, & in philosophia exercitati, non valde in promptu sit deprehendi. vt obiter grammaticorum molestias caueam, quos & si æquum erat, in sua se pellicula continere, tamen, quoniam sibi temperare nequeunt, quominus alienas partes interdum inuadant, rogatos velim, ne prius de mea interpretatione iudicent, quam quod legere libuerit intelligant, & tunc si qua inepte aut parum eleganter conuersa videbuntur, experiantur ipsi eadem commodius interpretari, & culpam si qua erit, rei qua de agitur difficultati fortasse condonabunt, quæ lenociniis latini sermonis penitus reluctatur, quæq; nullis verborum Phaleris, neq; exornari neq; variari vel potest, vel debet. Ex tribus enim infimus hic est enarratorum dicẽdi character, cuius decorum in simplici dictione versatur, & verbis suo in genere perusitatis, cui si græci Aristotelis enarratores ad hunc modum cum sua laude seruierunt, nos quibus eorum scripta latinitate donantibus non licet ab ipsorum vestigiis discedere, quis prudens accuset, quod non turgidius infremus, nec eos orationi fucos adhibeamus, quibus comi solẽt tragicę rhetoꝝ declamationes? An parũ pręstabit, qui nõ minus elegãter illoꝝ opa latie exp̃serit, q̃ ipi greçe cõscripserũt? qua fiducia Theodorus Gaza hõ græcus, se libros Aristotelis de nã & gñatiõe aialiũ cõuertisse, in ipoꝝ p̃fatiõe p̃fitet, qđ ego an fuerim assequut? iudicabũt alii, ipe

certe vt assequerer quo ad licuit elaboraui, non quod sermonis elegantiæ alieno in loco primam curam habuerim, profiteor enim me in hoc opere non aliam eloquutionẽ adhibuisse, quam quæ extemporanea facultate, quãtulãcũq; vsu cõparaui mihi suppetebat, sed qm̃ græci quoq; ipi aristotelicæ narrãtes domestica & familiari dictiõe vsi sunt, q̃ p mediocrẽ exercitationem haud magno negotio cõtingat. Ad illud ego me oi ope compa-raui, primũ vt quod te mihi aliquando prẽcipere memini, sermo esset latinus quidẽ, sed non fucatus, nec ambitiosus, deinde vt orationẽ quantum res patitur illustrarẽ, tum in primis vt auctoris nõ mõ incorruptas sententias, sed verba ẽt, quatenus sermonis latini ratio permittit transferem, hoc.n. quod aꝭ vitiũ videri põt, summã esse virtutẽ in hoc genere interpretãtis philosophi putãt. q in rebus obscurissimis, nõ tã fidẽ interpretis, qui suus esse velit sequi, quam integram facultatẽ sibi dari cupiũt, de auctoris mente iudicandi, quã tunc magis sibi cõtingere posse putant, si cũ sententiis verba quoq;, sed latina fidelitate transferantur, quæ per me vt præstarẽtur, p virili conatus sum. Vt aũt lector quẽ sequatur habeat, sitq; incõmodo eo liberatus, quod mihi passim negotium facessebat, aristotelis verba, quæ græce cum verbis Alexandri permixta, & admodum confusa sunt, Io. Argyropoli traductionem sequutus lineis quibusdã distinxi qua diligentia effectum esse spero, vt latinus Alexander, q̃ græcus nihilominus perspicuitatis habeat. Quod vero quibusdam in locis, ab Argyropoli interpretatione abhorreamus, nequis id putet negligentia quapiam fuisse cõmissum: partim id circo fecimus, quoniã ea quãdoq; nobis haud ad modũ probabatur, partim quoniam licet sententias ille recte cõuertisset: Alexandri tamen enarratio alia verba, aliam verborum seriem postulabat, cui enarrationi auctoris dictio nobis fuit accõmodãda. Vale.

ENARRATIO ALEXANDRI APHRODISIEI

in primũ librum maiorem primę philophiæ, interprete Io. Genesio Sepulueda cordubensi ad Clemẽtem Sep. Pont. Max.

OMnes homines natura appetunt scire, signum cuius est ipse sensuũ amor, & sine nanq; utilitate propter se ipsos sensus amantur, & maxime visus. Non enim solum vt agamus, sed si nihil ẽt acturi sumus, videre sane præ cęteris vniuersis expetimus, idq; ex eo fit, quia sensus hic ad cognoscendum maxime suppetit, complureſq; differentias rerum declarat.

Initiũ desiderat

OMnes hoies nã appetunt scire) Actiõi aũt pstare cognitionẽ, indicio est, qđ ois actio ad aliũ finẽ referẽ. Nã & ipsę virtutũ actiones, q̃ oium maxĩe sua spõte videnẽ expetendę, ad aliud tñ qddã referri videntur. Quippe animãtes, q̃ vacãt affectibus, vt dii, nihil idigẽt virtutũ actiõibus. Vt intelligaẽ, virtutes a nobis pp affectus expeti, & qm̃ ad ipsos iporsiq; castigationẽ correctionẽq; ptinẽt. Nã.n. affectibus obnoxii sumus. At nulla cõtẽplatio neq; scia ad aliqd aliud vl̃ referri. Cognitio.n. rerũ nã cõsistẽtium, vt plereq; alię obsę ipam est expetenda. At nõ ex hoc tm̃ arguiẽ actiõe nobiliorẽ esse cognitionẽ, sed ẽt, qa si duo in eadem re versenẽ alterq; illã intelligat tm̃, alter efficiat agatq;, intelligens tm̃, quo agẽdũ sit, agente & efficiente honoratior est. Quod si cognitio simpliciter nobilior est actione, architecti.n. aꝛtificibus pferunẽ, cognoscẽtes fabricãtibus efficiẽtibus p, cõsequens est, vt intelligere. q̃ agere simpliciter melius nobiliusq; habeaẽ. Porro si in ipsis ẽt rebus agẽdis cognitio actiõibus anteferẽ, dubitari nõ debet, quin lõge sit nobilissimum ipsum maxime intelligere, quod principiorũ cognitio maxĩe pbet. hęc aũt sapiẽtia nũcupaẽ, sapientia igitur omniũ est nobilissima.

Aialia igr̃ vna cũ sensu natura fiũt. Ex hoc aũt in aliis memoria nõ fit, in aliis fit & ppterea corũ q̃ memoriã hñt, alia prudẽtia sunt, alia magis discere possunt. Et prudentia qdẽ sine habilitate discẽdi sunt, quę sonos audire nõ possunt, vt apes, & si quid aliud tale genus est animalis, discit aũt id omne, quod & hunc cum memoria sensum habet,

ii (Aialia igitur vna cũ sensu natura fiũt) Postq̃ dixit: ab hoĩe nõ vsus mõ, sed ẽt cognitionis gratia sensus diligi, qm̃ sensus hoĩ ad cognitionẽ ẽt cõducunt, neq;.n. p sensus tm̃, hoi cognitio cõtingit, cui aliud adminiculũ hoc est rõ pter cæteras animãtes suppetit ad cognitionẽ, cuius rõnis ppriũ ẽ cognoscere, & docuisset hoĩem cæteris animãtibus pfectiorẽ esse, & sapientiã cũctis cognitionẽ esse videri, q̃ oium sit pstantissima, p hæc docet nos simulq; cõfirmat, merito supra dictũ esse, sensus ab hoibus cognitionis ẽt gratia diligi. Exponitq; ordinẽ potentiarũ aĩæ, quę in sensibus efficiunẽ, quo perfectiora aialia animus pfectis discernunẽ. & hoĩem, qa pter cętera aialia, cõpos rõnis sit, cęteris esse pfectiorẽ. Quę oĩa ipsi ad rõnẽ sapiẽtię cõparanẽ, ac vt doceat, qd est sapiens. Sed aialibus inquit sensu tm̃ prędictis pfectiora sunt, q̃ non mõ sentiunt, sed possunt etiã, quę senserint meminisse, cadẽq; prudẽtiora ac dociliora iis q̃ meminisse,

nequeunt.cõmunius vtens vocabulo prudentiora.Nam prudentia proprie in cõsultando versatur, & iis rebus,de qbus cõsiliũ capitur.diciturq; habitus cõsultãdi. Quãq; & aliter prudẽtia hoc eẽ intelligitur:qđ facultas rõnabilis.sed ꝑter hos intellectus prudentia dicit̃ solertia & discretio circa visa siue imaginatiões,& circa res agẽdas versutia q̃dã nãlis,q̃ in iis ingenerat̃,q̃ meminisse valẽt.Est aũt memoria habitus phãtasmatis quasi imaginis eius:cuius est imaginatio.Neq; n.ad memoriã satis est imago fẽdm imaginatione,sed oportet,vt actus in ipsam tanq̃ in imaginem fiat.i quasi ab alio fuerit effecta.vt docuit in libro de memoria.Explicat aũt qđo dixerit,prudẽtiora,dũ addit dociliora.Idcirco.n.dixit dociliora:qm̃ nõ nulla ipsorũ meminisse possunt , & quasdã voces addiscere:,atq; imitari,vt auiũ cõplures.Quin ẽt agere aliqua,vt canes,& elephãti,& alia q̃dã.Quãq̃(dociliora) dictũ eẽ põt pro eo qđ est aptiora, ad cognoscẽdum. Aiala.n.memoria prędita cognoscũt & suũ ab alieno dignoscere valent ,& ꝑ hæc simul ostẽdit,singulas sensuales facultates aĩalibus ipsarũ cõpotibus ad cognitionẽ comparãdã cõferre,a sensu ipso principiã sumẽtes.Apprehẽsio.n.q̃ ꝑ sensum efficit̃.disciplina q̃dã est.sunt aũt dociliora aĩalia,q̃ absentibus ẽt sensibilibus motum ab ipsis effectum retinere possunt.Porro imaginatio & sensus interse conuerti videntur , in qbus n.horum alterum inest,in eisdem alterũ habetur,vt docuit in tertio libro de aĩa.

Cętera igit̃ aĩalia imaginationibus atq; memoriis viuũt, expertiaq; expe riẽtię sunt nisi ꝑ parũ.Genus aũt hoium & arte viuit & ratione,atq; ex memoria qdẽ hoibus experientia fit. Cõplures.n.ciusdẽ rei memorię vnius experiẽtię facultatẽ efficiũt.Videntur q; scia & ars & experiẽtia fere similes eẽ.Per experientiã aũt ars emergit,atq; scia:nã experientia quidem vt inqt polus , arte effecit ,recte dicens ,inexperiẽtia vero fortunã.Fit autẽ ars,cũ ex multis experientiæ cõceptibus,vna de similibus oritur vniuersalis existimatio,nã existimationẽ hẽre , hoc ægrotãti Calliæ hoc morbo, atq; Socrati,& cõpluribus itẽ ꝑ singulos ꝓfuisse,id experiẽtię nimirũ est, at oĩbus talibus ꝑ vnã definitis spẽm ac affectis ęgritudine contulisse : vt hisce q pituita,aut bili abũdabãt,aut ęstu affligebãtur,id iã artis eẽ vĩ.

(Cętera igit̃ aĩalia imaginationibus atq; memoriis viuũt)Cũ supra dixisset(aĩalia vna cũ sensu nã fiunt)hoc in loco cętera aĩalia ꝑter hoiem parũ experientia participare dixit , vel significans oĩno experientia vacare, vel quasi in qbusdã ipsoꝝ pauxillũ eius ingignat̃:expientię ꝓportionale intellexit , vt cũ appellauit prudentia . At hoĩ prætr memoriã expientiã quoq; ꝓtingere docet,cũ genus hũanũ , arte atq; cõsideratione viuere dixit,cõsiderationẽ appellans rõnẽ rerũ agendarũ,in qbus prudentia ꝓprie uersatur.Expientiã aũt peculiariter hoĩ tributã esse,his verbis docet.(Atq; ex memoria qidẽ hoĩbus expientia fit.)Qũo aũt expientia fiat ex memoria aperte docet. Expiẽtia.n. cognitio q̃dã iã est rõnabilis,q̃ hoc ab arte superat̃, qđ expientia est cognitio q̃dã vniuersalis alicuius singularis sępe memoria repetiti, Ars vero nõ est huius tm̃ cognitio, sed oĩs huic similis quasi vnius.Nã vt expientia in qbus inest , se habet ad memoriã, q̃ est alicuius vnius numero rei vel rõnis,sic ars & scia se habet ad expientiã.qm̃ expe riẽtia est multoꝝ ac singulariũ.i.sensibiliũ,quoꝝ est memoria in vnũ cõplexũ , & cognitionẽ breuis cõphensio. Ars vero est sũma multarũ expiẽtiarũ. Nã experientia est scire laborantibus hoc morbo hoc medicamentũ opitulari , artis vero scire tali morbo ægrotãtibus talia medicamẽta cõferre. Quã obrem ars similia cõspicit̃ iis,quæ ab experiẽtia sumpta sunt. Artis est .n. rei similis discursus,ut ipse ꝑ exẽpla docet apte. Dicit aũt: (hunc morbũ) ꝑ tali morbo. Neq; enim in iuuamẽtis tm̃, sed etiã in morbis ars p simile discurrit. Neq; uero negat fieri posse, ut ars citra experiẽtiam discatur,sed initio artẽ ꝑ experiẽtiã inuentã fuisse ait.Nã,ut postea docebit, fieri põt, ut sit quispiã artifex,qui nõ sit idẽ exptus.Illud aũt ꝑspicuũ est,qđ polus agebat , q̃ absq; experiẽtia quidq̃ efficiũt iis,fortuitu finẽ cõtingere,si forte cõtingat.

Atq; ad agẽdũ quidẽ,expientia nõ differt ab arte,qn etiã exptos rẽ magis attingere uidemus, quã eos q rõnẽ sine expientia habẽt, idq; ꝓpterea fit, qđ experiẽtia quidẽ singulariũ,ars aũt uniuersaliũ est cognitio. Actiones uero,gnationesq; oẽs circa singularia sane uersantur,nã qui medet̃,nõ hominẽ sanat, nisi ꝑ accidẽs,sed Calliã,uel Socratẽ, uel cæteroꝝ aliquẽ,qui hoc pacto dicũtur,cui accidit hominẽ esse . Quod si qspiã sine experiẽtia rõnẽ habeat,& uniuersale qdẽ cognoscat,singulare aũt qđ in hoc est ignoret, is in medẽdo ꝑsæpe peccabit.singulare enĩ magis in curationẽ cadit, ut patet,attñ cognoscere ac intelligere magis arti , quã experiẽtiæ cõpetere arbitramur artificesq; sapiẽtiores exptis esse cẽsemus . ex eo sane,quia sapiẽtia in cognoscẽdo magis cunctis accomodatur , idq; ꝓpterea qđ illi qdẽ cãm sciũt , hi uero nesciũt,expti nanq; esse qdẽ sciũt , sed ꝓpter qd sit ignorãt,illi uero ꝓpter qd,& cãm ipam cognoscũt.Quapropter & architectos circa singula præstabiliores esse, magisq; scire, q̃ eos q suis manibus opus artis cõficiũt,& sapiẽtiores esse putamus. qm̃ hi qdẽ efficiẽdaꝝ reꝝ cãs sciũt , illi uero pinde sese habẽt, atq; inanimata, q̃ faciũt qdẽ , at nulla prorsus cognitione,ut ignis urit,hæc tm̃ natura quadã,illi cõsuetudine faciũt. Quibus efficit̃, ut sapiẽtiores sint qdã, nõ quia peritiores sint in agẽdo,sed quia rationẽ habeãt , causasq; cognoscãt. Oĩno aũt docere posse, scientis signũ esse cẽsemus,quapropter artẽ magis, q̃ experiẽtiã scientiam esse putamus.artifices enĩ docere possunt,expti nõ possunt,præterea nullũ sensum esse sapiẽtiam arbitramur.Quanq̃ enĩ hi ꝓpriissime sunt cognitiones singulariũ rerũ,de nulla tm̃ ꝓpter quid dicũt.Nõ enim cur ignis est calidus,sed tantũ ipsum calidũ esse dicũt .

(Atq; ad agẽdũ qdẽ expiẽtia nõ differri ab arte.)Per hæc uerba iã ostẽdit, cognitionẽ actioni ꝑstare, & sapiẽtiã q̃ ꝓprie intelligit̃ in cognitiõe cõsistere,nõ in actione.qm̃ si ars nobilior est expiẽtia,cũ tm̃ expiẽtia ad actionẽ,momẽti nõ minoris habeat̃, immo etiã maioris interdũ,minus tm̃ ualeat ad cognitionẽ,ex hoc quoq; intelligit̃,hoibus cognoscere,q̃ agere nobilius eẽ.Si.n.artifices idcirco sapiẽtiores appellamus exptis, qm̃ cognitione superãt,haud dubie sapiẽtiã,sciẽtiã quãdã & cognitionẽ eẽ cõuenit. Apte uero cãm reddit,cur expti,quã artifices circa expiẽtiã ĩstructiores sint ad agẽdũ,dicẽs. (Nã q medet̃ Calliæ,hominẽ sanat ꝑ accidẽs,qm̃ accidit Calliæ hoiem esse)Præfatus aũt artifices & sapiẽtes exptis ꝓpter cognitionẽ ꝓferri, qđ ex cõi opiniõe cõfirmauit, cognoscẽtes.n.sapiẽtes appellare oĩbus ẽ ꝓsuetũ,qđ sit maxĩe ꝓpriũ itelligẽtis expõit, cognitionẽ. ſ. cãæ.cõfirmãs & demõstrãs ꝓpriũ esse sapiẽtiæ cãs cognoscere.de qua sapiẽtia sermo nobis susceptus est, & sapiẽtiã ĩ primis eẽ cognitionẽ primaꝝ causaꝝ.

iii

iiii

Porro ſapiẽtiam nõ ad actionem, ſed ad cognitionẽ referri, apte docet architectorum argumẽto, & cognitionẽ actione nobiliorẽ eſſe. Quin etiã artem cognitione & ſcictia cauſæ præſtare experictiæ, colligit ex eo, qd artifices docere poſſunt, expti nõ poſsũt, cũ ſcictis ppriũ ſit docere. Quod aũt cauſæ cognitio ſit ſcictia atq; ſapientia, manifeſto ſenſuũ colligit argumẽto. qui & ſi magis ſingularia cognoſcũt, nõ tã ſapictiæ nuncupãtur, ppterea quod cauſas cognoſcẽdi facultate uacant.

Atqui ueriſimile eſt, cũ hominẽ qui primũ pręter cõmunes ſenſus quãuis artẽ inuenerit, nõ ſolũ ob utilitatẽ, quæ ab inuẽtis ꝓficiſcitur, ſed ut ſapiẽtem etiã antecellentemq; cæteris admiratione ab hominibus affici. Atq; cũ complures artes inuenirẽtur, & aliæ ad neceſſaria, aliæ ad dęlẽdũ conferrẽt, ſemp tales ſapiẽtiores illis putamus, ꝓpterea qd ſcictiæ ipſoꝝ nõ ad uſum ptineãt, quo circa cũctis iã talibus cõparatis cæ ſcictiaꝝ inuẽtæ ſunt, quæ neq; ad uoluptatẽ, neq; ad neceſſaria comparãda cõducũt. prinoq; iis in locis, ubi primũ homines otio indulxerũt. Quapropter mathematicæ artes primo circa Aegyptũ obortæ ſunt. Illic enim cõceſſum eſt, ut ſacerdotes otio uacent.

(Atqui ueriſimile eſt.) Hæc quoq; uerba eo pertinẽt, ut appareat, cognitionẽ rẽ eſſe admiratione, & honore dignã, cum inuẽtores alicuius rei præter utile, hoibus fuerint admirationi, ut ſapiẽtes. & cæteris excellẽtiores. Et his ſimul uiã mõſtrat ad ſapictiam, & pfectiſsimã cognitionẽ, & quo ſapictia hominibus, & nobiliſsimaꝝ rerꝝ inquiſitio, & cõtẽplatio cõtigerit exponit. utiq; cũ inuctis rebus neceſſariis, & cõmodis, aliquid iam excellẽtius & liberalius hominibus per otiũ intelligere liceret. Artes autem uoluptatum miniſtratrices in ordinẽ redigit earũ, quæ utilitatis gratia quæſitæ ſunt. Mortales enim uoluptate, alte maq; requie indigẽtes, res harũ effectrices quęſiuerũt. Eſt autẽ hmõi artiũ finis actio quadã. Nam uoluptates, quæ a cõtemplatione proficiſcuntur, nõ efficiũt finẽ uoluptatẽ, ſed ipſam ſui affectam & comitẽ habẽt. Mathematicas uero diſciplinas initiũ habuiſſe ab experictia, docet Aegyptiorũ ſacerdotũ cõmemoratione, qui cum eſſent otioſi per cœleſtes obſeruationes primum experictiã nacti, artem deinde cõfecere. Sic & geometria initio inuenta eſt a tetiæ partitione. Cæteꝝ ut hæ artes ab otioſis inuctæ ſunt, ſic ipſaꝝ uſus otium requirit.

Dictũ eſt igitur in morum libris, quid intereſt inter artem, atq; ſcientiam cæterosq; ſimilis generis habitus.

(Dictũ eſt igitur in moꝝ libris. quid interſit inter artẽ.) Q̃mꝑ ſcictia uſus fuerat artis noĩe, ut ipſaꝝ diſcrimẽ dignoſcamus, relegat nos ad libros de moribus. In ſexto eñ moraliũ Nicomachioꝝ reddita eſt ab ipſo differẽtia. quo in loco dicit, quinq; numero eſſe qbus aĩa uerax eſt ueritate, quæ in oõne atq; cõpoſitione uerſat. Nã & ſentiẽdo aĩa uerax eſſe dr. Artẽ, prudctiã, ſcientiã, ſapientiã. intellectũ. Aitq; artẽ eſſe habitũ cũ rõne effectiuũ, ſcictiã uero habitũ demõſtratiuũ. Eſſe autẽ demonſtratiuũ, q ex prioribus, & medio uacãtibus & cõcluſione notioribus colligit, uel ſcictiã eſſe exiſtimationẽ de uniuerſalibus atq; neceſſariis, aut cognitionẽ, qua cognoſcit ea, eb quã res eſt, illius eſſe cã, nec rẽ aliter ſeſe habere poſſe. Prudctiã uero habitũ agẽdi cũ uera rõne in iis, quæ hoĩ bona uel mala ſunt, & in cõſultationẽ cadũt. aut prudentiã eſſe uirtutẽ partis opinatricis aĩç. Intellectũ uero uirtutẽ aĩę, qua cognoſcimus demõſtrabiliũ indemõſtrabilia principia. Tũ ſapiẽtiã eẽ intellectũ & ſcientiã coꝝ, q̃ natura ſunt nobiliſsima. ſed cũ nos ad illa relegauit, q̃ de artis & ſcictię diſcrimine dicta ſũt, ars. n. in ef

ficiendo vel agendo cõſiſtit, ſcientia incognitione, protinus quam ob rem hec ſint ab ipſo cõmemorata ſubiungit. vt. n. acciperet, atq; oſtenderet, quę propriſſime ac maxime ſcientia eſſe intelligitur, quam & ſimpliciter ſapientiam appellamus, hanc in primis cauſis primiſq; principiis verſari cunctis hominibus videri, idcirco demonſtrauit, artem experientię pręſtare cognitione cauſę, & eas eſſe nobiliores, quę verſantur in cognitione cauſę earum rerum, quę ab ipſis tractantur.

Sed cuius gratia ſermonem nũc facimus. ideſt, omnes enim eam ſcientiã, quæ ſapientia nuncupatur, circa primas cauſas, & principia eſſe putãt, Quãpropter expertus, vt prius eſt dictum, ſenſum quẽuis habentibus, artifex expertis, architectus manu conficientibus, opus artis, contemplator effectore ſapiẽtior eſſe videtur. Patet igitur ſapientiam circa principia quædam cauſaſue ſcientiam eſſe. Quonam autem hanc ſcientiã quærimus, hoc erit nobis conſiderandum, quarum inquam cauſarum principiorũq; ſcientia ſapientia eſt.

vii

(Sed cuius gratia ſermonẽ nũc facimus id eſt) His verbis aperte ipſe declarat, quo ſermo pertineat, & cuius gratia ſuperiora ſint cõmemorata. ſ. vt oſtendatur ſpeculatrices artes, q̃ actiuas cunctis videri nobiliores, & ſapientiam eſſe primorum principiorum cognitricem. quod demonſtratum eſt a nobis, cum oſtenderemus ſemper nomẽ ſapientię in iis magis vſurpari, qui magis valent cognitione. Experictia enim q̃ ſenſus ſapientior eſſe putatur. quia iam cognitio quędam eſt rationabilis. Comprehenſio. n. vniuerſalis rationabilis eſt. Ars vero q̃ experientia, quoniã ars cãm cognoſcit, cum rei ſimilis contẽplatio fiat per cauſæ cognitionem. (Architectus inquit manu cõficientibus). i. Architectus ſapientior eſt artifice, qui opus conficit, & contẽplatrices artes q̃ effectrices ſapientiã magis attingũt. quia nõ ad vſum ptinent, ſed ad vitã tradu cendam, & ipſius cognitiõis gratia capeſſuntur. (quoniã aũt hanc ſcientiã quęrimus) i. quoniã ſuſceptum a nobis negotium eſt inquiſitio huius ſcientiæ, intelligere oportet, in quibus verſetur ſcictia, quã inquirimus. Dictis. n. ſatis declaratur, ſcientiã eſſe circa quædã principia & cauſas. Sapientia. n. cõfeſſione omniũ eſt cognitio principiorum & cauſarũ. Et ſapiẽs qui harũ rerum ſcictia prædítus eſt. Cum igitur ſapientia cõmuni mortalium de ipſa conſenſu ſit cognitio principiorũ & cauſarum, & cauſæ multifariam intelligantur, merito primũ quærit, quarum cauſarum & principiorum cognitio ſit ſapientia, de qua nobis futurus eſt ſermo. Supra ergo dixit appellatam ſapientiam opinione omniũ in primis cauſis principiiſq; verſari. Sed quoniã perſpicuũ eſt, quæ ſint prima principia, primęq; cauſę, idcirco ſumens pro confeſſo ſapientiam in principiis & cauſis verſari, quęrit in quibus, atq; verſari in primis demõſtrabit. Aut certe ne illo quidem in loco ipſum accipit, vt indubitatũ, ſed vt demonſtrandum. Quamobrem ex neceſſitate cauſarum partitionem exequitur, docens eas dici quodrupliciter. cõmemoratq; priorũ placita de cauſis, vt ſigd ab illis recte fuerit inuẽtum, id ſequamur, ſin minus, aligd ꝓterea inueſtigemus. oportet igitur ex hac diſciplina primorũ principiorꝝ & cauſarũ cognitionẽ petere. hęc aſit ſunt entis velut principia. ꝓpter quę exiſtũt ſingula entia de quibus eſſe ꝓdicatur. huius aũt ſunt primæ & quæ propriiſſime ſubſtãtiæ eſſe intelliguntur. hæ nãq; ſubſtantiarum principia ſunt, ſubſtantię vero cæterarum rerum. vt demonſtrauit. Ex hac igitur doctrina harum rerum cognitio petenda eſt, & quæcũq; ad ipſarum cognitionẽ faciunt. de quibus ipſi plurimus habetur ſermo. Neq; n. aliter cognitio ipſorum haberi põt, niſi prius con

ſtitutis,& refutatis quæ obeſſe videantur.

Si igit̃ exiſtimationes ꝙſpiã eas,quas circa ſapiẽtes hẽmus ſumpſerit, id forſitan inde magis ꝓſpicuũ fiet. Primũ itaq; exiſtimamus ſapientẽ oĩa ſcire,maxie quo ad fieri põt,nõ ꝑ ſingula ſcir̃ ipſorũ l ñtẽ. Deinde ſapiẽtẽ eũ eſſe putamus,q difficilia hoĩ,nõ facilia cognitu,cognoſcere põt. Sẽtire enim oĩbus eſt cõe,qua propter facile,& haud ſapiẽs eſt.

(Si igit̃ exiſtimationes ꝙſpiã eas,quas hẽmus de ſapiẽte ſumpſerit) Cõſueuit in cunctis ſp Ariſtoteles aliqua demõſtraturus ꝑ principiis vti cõibus & naturalibus mortaliũ opinionibus aſſeuerãs cognitionẽ atq; ſciæ appetitũ hoĩbus eſſe nãlem. & q̃d ſciæ principia nobis ſint a nã tributa. hęc.n.ſunt cões intelligentię. vt in naturali auditu in q̃ſtiõe de loco,itẽ cũ de tpe diſputaret,ad ſummã ĩ cũctis fere q̃ſtionibus hac via ꝓcedit. Ad hũc igĩ modũ hoc ĩ loco ſuaſtigãs in qbus nã principiis verſet ſapiẽtia & q̃d ſit munus ſapientis,& oĩo qs ſit ſapiẽs, explicat cões ſentẽtias & nãles,quas habemus de ſapiẽtibus. vt his cõſentanea cõgrentes apte atq; ꝓuenienter ſumamus ꝓnamuſq;. Hęc igit̃ ſunt q̃, vt refert,cõi ſentẽtia ſapienti ac ſapiẽtię deſeruñt. Oĩa ſcire cõuenit & vniuerſaliter,& poſſe de cunctis cõprehẽſm diſputare. nõ vt q ꝑ ſingulas ſcias artes ſapiens ſit. Nã q tali doctrina valẽt,ii nõ iã ſapiẽtes,ſed artifices, & eius de quo diſputãt ſciẽtes eſſe putañ. Sed neq; fieri põt,vt q̃dã oĩa ſapiẽs aliter. q̃ vt dictũ eſt ſciat. quo circa adiecit(quo ad fieri põt.) Ad hęc ſapiẽs ſcire putat excellẽtia & difficilia: & q̃ nõ facile cognoſcunt. Nã q vulgata & facilia ſciunt,ĩ nõ putañ eſſe ſapientes,quo fit,vt ſenſus non appelletur ſapientia,nec ſentientes qua ſentiunt ſapiẽtes. Cõis enim & facilis eſt cognitio ſenſualis. Iam vero qui exacte curioſeq; de ſingulis intelligibilibus agit,nec fallitur,is quoq; ſapiens appellatur.

Præterea magis exactũ magiſq; habilẽ ad principia tradẽda,cãſq; doctrina ſapiẽtiorẽ eẽ circa ſcientiã q̃libet arbitramur. Sciarũ ẽt eã q̃ ſui cã ſciẽdiq; gr̃a eſt expetibilis,magis ſane q̃ ea q̃ eſt cuẽtus gratia, ſapiẽtiam eſſe cẽſemus,& magis principem itidem magis,q̃ ſubminiſtrantem. Non.n. præcepta ſapientem ſuſcipere,ſed præcipere, nec hunc alii, ſed huic minus ſapientem obtemperare oportere cẽſemus. Tales igitur & tot de ſapientia & ſapientibus exiſtimationes habemus.

(Magis exactũ magiſq; habilẽ ad principia tradẽda).i.q reddẽdis cauſis doctrinã præbet,is magis appellat̃ ſapiẽs,q̃ q aliter docẽt. ſciarũ ẽt ea ſapientia nuncupat̃. q nõ propter extrinſecus accidẽtia expetit̃,ſed pp cognitionẽ,q̃ ex ipſa ſcĩa ſuggerit̃. & iterũ ſus ſapiẽtes,q hmõi ſcĩa ꝺditi ſunt.i. q ſciunt ea,q̃ pp ipſam cognitionẽ expetunt̃, nõ quorũpiã accidẽtiũ gr̃a. Illud aũt(magis exactũ magiſq; habile ad prĩcipia tradẽda) nõ vt vnũ,ſed vt duo oporter accipere. hęc.n. differũt inter ſe,& ad hũc modũ ſex efficiũt̃ q hoĩum ꝓſenſus tribuit ſapiẽti. Preterea q cognoſcit res prĩcipatũ: & ĩperio potiores, ſapiẽtior eẽ putat̃. q̃ q res nouit ſubiectas. Et inter ſcĩas, q̃ prĩcipalior & potior habẽt̃, q̃ ſcĩa mĩſtratrix magis eẽ ſapiẽtia. Hęc igit̃ de ſapiẽtibus cũ ſic ſtatuit Ariſtoteles, vt lut cõibus ſentẽtiis ꝓfeſſa,tentat ea ſingula huic tribuere, q primas & vniuerſales cãs ꝓgnoſcit. p hęc demõſtrãs id,q̃d fuerat ꝓfatus,appellatã ſapiã in primis cauſis & principiis verſari,hoĩum eſſe cõem cõſenſum. Maxie nãq; vniuerſaliter & cõiter is eĩum rerũ hũt ſciam,q nouit prima principia. Nã qucadmodũ q nouit principia qrundam rerum,is quandã illarum cognitionem vniuerſalẽ habet,ſic qui nouit omnium rerum principia,is omnium rerum vniuerſalem quandam obtinet cognitionem.

Horum aũt primũ, omnia inquã ſcire ei cõpetat, qui maxime ſcientiã habet vniuerſalẽ neceſſe eſt. Iſte nãq; ſcit quomodo ſeſe habẽt vniuerſa ſubiecta, fere aũt & ea ſunt hominibus difficillima cognitu, quæ maxime vniuerſalia ſunt. Longiſſime nãq; a ſenſibus diſtant,

(Horum aũt ipſum ſcire ei cõpetat,qui maxime ſciẽtiã habet vniuerſalẽ neceſſe eſt) Illi verbo(ſcire)deeſt verbũ(oĩa) Nam q maxime habet vniuerſalẽ ſciẽtiã,huic oĩum rerũ cognitio ſuppetit. hoc.n. poſitũ erat. Eſt aũt maxime omniũ vniuerſalis ſciẽtia, quę de entibus habẽt̃,qua entia ſunt. Ens.n. cunctis rebus exiſtẽtibus eſt cõe. Sed ex iis,q̃ cadunt in cognitionẽ mortaliũ, vniuerſalia ſunt hoĩbus cognitu lõge difficillima. propterea qd ſint a ſenſibus remotiſſima. quod erat ſecũdũ ex iis,quę poſita ſunt,cõi ſentẽtia tribui ſapiẽti. Siquidẽ entium ſimpliciſſima queq; & prima lõgiſſime abſunt a ſenſibus. Addidit aũt(hoĩbus) ad differentiã nature. Notiora.n. nature ſunt ea, q̃ quę ſenſibus ꝓpiuntur. Quinetiã ſcientiarũ cognitio lõge primorũ exactiſſima eſt. Nã doctrinę,quæ ex primis habẽtur,cæteris ſunt exactiores. Siquidẽ exactiores ſunt,quę ex paucioribus,ex pauciorib⁹ aũt,vt quæq; ſunt principiis ꝓpiores,vt dictũ eſt in libris poſteriorum. Idcirco.n. propriiſſimas & potiſſimũ demõſtrationes eas eẽ dixit,quæ a ꝓpoſitionibus medio vacãtibus & primis ꝓpiſcunt̃,proxime ab iis,quæ ꝓphas demõſtrantur. At ſi principiis ꝓpiores ob ipſorũ cognitionẽ ꝑfectiores ſunt,dubitari nõ debet, quin ipſorũ principiorũ ſciẽtiæ longe ſint ꝑfectiſſime,propter quas,quæ ad ipſa ꝓpius accedũt,cæteris habẽtur exactiores. Eſſe aũt ꝑfectiores, quæ ex paucioribus exiſtunt, & ſunt principiis propiores,q̃ quæ ex pluribus ac remotiores, q̃q̃ docuit vt mõ dixi, in poſterioribus reſolutoriis,tñ nunc quoq; oſtendit Arithmeticæ & geometriæ argumento. quarũ diſcrimẽ eſt,quod geometria verſatur in iis,quæ poſitionem habent. Signum nãq; & linea & cætera, inquibus verſatur geometria,ſitum habẽt,vnitas autem & numerus,poſitiõe carẽt. quo fit vt geometra arithmeticis demõſtrationibus vtatur, vt qui eis indigeat ad ſuarum confirmationẽ, arithmeticus non itẽ geometricis.

Exactiſſime præterea ſcientiarũ eæ ſunt,quæ primorũ maxime ſunt,

(Exactiſſimę præterea ſcientiarum eę ſunt,quæ primorũ maxime ſunt.) Non eſt exiſtimandum,hoc cum eo pugnare, quod dictum eſt in præfatione phyſici auditus,vbi docens faciendum eſſe initium a nobis notioribus,dicit totum notius eſſe per ſenſum & vniuerſale totum quoddam eſſe. Neq;.n. primum idem eſt quod vniuerſale. Nam prima cauſa motrix, de qua ipſi propoſitum eſt diſputare,eſt illa quidem omnium prima, non tamen ſic vniuerſalis,vt genera. Sed neq; illic vniuerſale quod dicitur velut genus primum eſſe dixit, quod ſenſu percipiatur, ſed id quod cõmunius eſt, & pluribus accidit. vt exemplis declarauit.

Et enim quæ ex paucioribus accipiuntur,exactiores iis ſũt,quæ ex additione ſumũtur,quo pacto arithmeticam exactiorẽ eſſe geometria cõſtat. At vero magis etiã ad docendũ accomodata eſſe videtur ea ſciẽtia,quæ cauſarũ magis é cõtẽplatrix. ii nanq; docẽt,qui cauſas circa ſingula dicũt atq; aſſignant. Cognoſcere etiã atq; ſcire,cognoſcẽdi ſciẽdiq; cauſa ei maxime competit, quæ maxime ſcibilis ſcientia eſt. Qui nãq; ſcire expetit ob idipſum, is eam expetet maxime, quę maxime ſcientia eſt, at talis eſt ea,quæ maxime ſcibilis eſt. Prima vero & cauſæ maxime ſcibilia ſunt,ob hæc enim atq; ex hiſce cætera, & non hæc per ſubiecta cognoſci ſolent.

Princeps quoq; maxime ſcientiarũ ac magis, q̃ ſubminiſtrans eſt ea, quę gratia cuius agendũ eſt vnũ quodq; cognoſcit.

(Et.n.quę ex paucioribus accipiũtur exactiores ſunt,)Nam cui accidũt pauciora,hoc xii
difficilius eſt coguitu,&maiorẽ curã requirit.& cui nihil accidit,huius cognitio diffici lior eſt, ac proinde maiorẽ etiã num diligentiam deſiderat non ſuppetente auxilio ab accidẽtibus,in ipſorum ſubſtantię notitiam. prorſus vt ab ipſa ſola ſubſtantię ſit peten da cognitio. Harum aũt rerum ſcientia potior eſt,quia ſcire magis efficit. Præterea demonſtratio,quæ proprie intelligitur,ex prioribus concludit. Nã cætera tunc demũ demonſtrant,cũ fuerint demonſtrata p hæc,quæ per alia priora fidẽ ſui nõ acceperũt. At ſciẽtia, quæ ex primis accipitur,ex paucioribus accipitur,quæ aũt expaucioribus, exactior eſt & exquiſitior,ac proinde quæ ex primis exiſtit. ſiquidẽ quę per hæc demõ ſtrantur,cauſę ſunt poſterioribus,vt demonſtrẽt. Sed quęrat aliquis,qñio cognitio pri morũ principiorę & cauſarũ difficillima eſt,ſi in his cognitio p demonſtrationẽ expe ditior eſt nobis! An cognitio principiorũ,quę ſunt quaſi ſentẽtię,p quas cętera demõ ſtrantur,hoc eſt demonſtratiuorũ principiorũ in expedito nobis eſt,nõ aũt principio rum entis,quod ſi ita eſt,qũo hæc principia ſciũtur! An hæc quoq; p demõſtrationẽ! Nam demõſtrationis horũ,ſentẽtię quoq; ſunt principia. At cum oĩs demonſtratio ex primis habeatur, fit vt aliqua his habeãtur priora. An nihil prohibet, ipſis quoq; vt demõſtrabilibus priora q̃dã eſſe dici! Sed ſi demõſtratio eſt cognitio p cãm,tũc aliqua eſſet horũ cauſa,quæ proinde prior haberẽt. An nõ oĩs demõſtratio p cauſam efficit! Illud aũt cõpertũ eſt,q cauſas intelligũt,iis maiorẽ ad docendũ ineſſe facultatẽ.ſiqui dẽ docentiũ ppriũ munus eſt,cauſas reddere eorę,quæ docẽt,vt ſupra dixit.Cæterum vel dicit ſciam,quæ cauſas cõtẽplaẽ,magis eẽ doctricẽ,q̃ diſſimilẽ.doctrina.n.ſiue præ ceptio per cauſas efficit. ſeu ſola,hæc ſit cauſarũ contẽplatrix, hæc.n.ſunt cauſæ quæ proprie intelligũtur.Aut certe hoc dicit. Sciẽtia quæ cõſiderat ea,quæ magis ſunt cau ſæ,magis eſt apta docere.cũ doctrina per cauſas tradatur.hæc aũt eſt doctrina quæ cõ ſiderat,quæ magis ſunt cauſæ,hæc ergo maiorẽ facultatẽ habet docẽdi.Item cognoſce re et ſcire ipſarũ rerũ quæ intelligunt,& cognoſcunt,gratia & nõ alterius,id cognitio ni potiſſimũ,quæ de cauſis & principiis habeẽ contingit.Ea nãq; ſunt maxime ſcibilia, per quæ aliorũ ſcibiliũ quodq; ſcibile eſt. Quare cũ ſint quædã ſciẽtiæ ppter ipſas ex petẽdæ,vt poſitũ eſt,huiuſmodi ſciẽtia omniũ maxime ſua ſponte expetẽda eſſe videri debet.Nam q ſcire cupit ob hoc ipm vt ſciat,is eã expetet maxime,quæ potiſſimũ eſt ſciẽtia. quoniã cui ſcire ppter ſe eſt expetendũ,huic maxime expetendũ eſt,quod eſt maxime ſcibile.huiuſmodi vero ſunt primæ cauſæ,primaq; principia.Cum aliorũ co gnitio ab horũ cognitiõe pendeat.Tunc.n.arbitramur rem quãq; intelligere,vt ipſe di xit in phyſica,cũ principia & cauſas eius cognoſcimus.Quod vero hæc ſint maxime ſcibilia oſtẽdit,cũ dixit demõſtrationes ex primis fiunt,ſcibiliũ aũt cognitio p demon ſtrationẽ cõtingit.quo fit,vt primæ cauſæ ſint cæteris demõſtrãdi,ac ſcientiã ingenerã di vim habẽtibus cauſæ, vt talia ſint.Nam principia ſciẽtiarũ hæc hñt pro principiis. Sed ſcientiarum ea eſt facile princeps,quæ principis cauſas cognoſcit. hæc ſunt autẽ quorum gratia cætera ſunt.In cũctis.n.rebus ſciẽtia, quæ cognoſcit,cuius cauſa effi ciẽdorum quodq; fieri debeat,præſtantior eſt,q̃ quæ eadẽ efficit ac miniſtræ fungitur munere,vt in architectonica licet intelligere.

Hoc aũt eſt ipſum in ſingulis bonum,atq; id omnino quod eſt ſummũ in omni natura bonũ. Ex omnibus igitur,quæ dicta ſunt, in eandem cadit ſcientiã, id quod quæritur nomen. Nã primorũ ipſam principiorum ac cauſarũ cõtẽplatricẽ eẽ oportet.Summũ enim bonum & id gratia cuius,

vna eſt cauſarum.

alii (Hoc aũt eſt)quia vero dixit,quæ gratia cuius agendũ eſt,vnũ q̃dq; cognoſcit,declaſ rat,q̃ ſit hmõi cauſa,cuius gratia vnũ q̃dq; agendũ eſt dicẽs(hoc aũt ẽ ipm in ſingulis bonũ)hæc.n.eſt cã finalis.Nã vt ipe dixit in exordio moraliũ nicomachiorum,oĩs ars oĩſq; doctrina atq; actus & electio bonũ quoddã appetere videt. Tale aũt eſt id q̃d eſt omniũ rerũ cauſa.Cuncta.n.illius gr̃a & ſunt & efficiunt,q̃ vero nõ fiũt,ea quoda ſibi innato appetitu ad illud ſpectãt.Quo fit,vt ſciẽtia,quæ hmõi bonum cognoſcit,facile princeps haberi debeat. Sed volẽs explicare primã cãm eſſe rebus cãm vt finẽ & ſciẽ tiam,q̃ hmõi cauſam cognoſcit,pſtantiorem eſſe effectricibus eorę,q̃ illius gratia ſun dixit illud,potiorẽ eſſe.q̃ gratia cuius agendũ ſit vnũ quodq; cognoſcit,q̃ quæ miniſte rio fungit.Argumẽtatio vero eſt hmõi.Si cũctis in artibus & diſciplinis,quæ cogno ſcit id gratia cuius & finẽ præſtãtior eſt,q̃ quæ aliqd efficit,merito qnæ finẽ rerũ oĩum cognoſcit,& cuius gratia oĩa & ſunt & fiunt,ea facile princeps primaq; haberi debet. Talisaũt eſt ſapiẽtia q̃ primã cauſam contẽplatur,quãdoquidẽ cũcta entia pſtantiſſimũ bonorũ & ipm ſummũ bonũ appetant,ſummũ aũt bonũ eſt pria cauſa.Quibus demõ ſtratis q̃ ſupra dicta ſunt in pauca colligit.declarans ex cũctis iis,quæ ſapientes cõſequũ tur,demonſtrari ſapientiã eẽ primorũ principiorũ & cauſarũ contẽplatricem. Nã ſum mum bonũ & cuius gratia cũcta ſunt & efficiũtur,cuius boni hæc doctrina eſt contẽ platrix,de numero cauſarũ eſt.cum ſit hmõi cauſa,vt finis.oportet.n.ipſam primorum principiorũ & cauſatũ eſſe contemplatricẽ. Ex oĩbus ergo dictis efficit,vt ſapientia ſit ſcientia primorũ principiorũ & cauſarũ cõtẽplatrix.Addidit aũt(ſummũ.n.bonũ,& id gratia cuius vna eſt cauſarum) q̃m dixerat hominũ cõſenſu oportere ſapientiam eſſe principiorum ſciẽtiam,nõ miniſtratricem,& eã ſciẽtiam eẽ pſtantiorem,q̃ cognoſcit, cuius gratia vnũ quodq; agẽdum ſit. hoc vero ſumum bonum eſt.

Non cẽ aũt effectricẽ ex iis ẽt q primo philoſophati ſunt patet. Ob admira tiõem enĩ hoies & nũc & prio philoſophari cœperũt.Principio qdẽ facilia mi rabiliũ admirãtes:deinde paulatim ſic pcedẽtes & de maioribus dubitã tes::ut de lunę ac ſolis affectibus:de ſtellis,de ortu etiã uniuerſi. Qui uero dubitat & admiratur:iis ignorare ſe arbitratur.

xiiii (Non eſſe aũt)pfatus igit pſtãtiorẽ eẽ ſcientiam quę cognoſcit cuius gr̃a una quęq re: eſt:qd qdẽ eſt ſummũ bonũ:oñdit ſciam:quę cognoſcit primas cãs:hoc quoq; cogno ſcere et ob id principẽ eẽ:p hæc uerba(non eſſe aũt effectricẽ ex iis etiã q primo pbati ſunt patet) pbia & ſapientia nõ eſſe neq; efficiens nec actiua:ſed in cõtemplationem uerſari,ex hoc demonſtrat:qm̃ initio;q primũ phãti ſunt,inde pceſſerũt ad inqſitionẽ, & inuentionẽ harũ reẽ,qd ad miraret:quo mõ earũ quæq; ſeſe haberet.porro admira ri hoĩm eſt non intelligentiũ.Si ergo ppter ignorantiã admirabantur, & ppter admi rationem ad phãndum aggreſſi ſunt,nimirũ eius gr̃a ad phãndum acceſſere, qd ab ipſis ignorãtiã debuit amoliri.cognitio ãt.nõ actio ignorantia eos debuit explicare co gnitiõis igit, nõ actionis gr̃a acceſſerunt ad phãdum. Nã ſi ppter ignorantiãipſorum inqſitionẽ ſunt aggreſſi:dubiũ nõ eſt,quin cognitiõis deſiderio ducti fuerint.Cũ igno rantiæ non effectio,ſed cognitio medeaẽ.Cæterũ Ariſtotelis mos ẽ eãdẽ appellare ſa pientiã,& primã pbiam.Nã pfectiſſima pbia exorſa ab admiratione pceſſit ad inquiſi tionẽ.Deinde cũ q̃ inquirebat inueniſſet,ita ſe in his gerebat,vt admiraret,ſi ea ſeſe alli ter habere poſſent,vt in pceſſu cõmemorabit.Sed initio pbari cæptũ eſſe ait,dũ morta les facilia & obuia quæque admirarẽtur.ppter quædã,q̃ ipſis pter rationẽ fieri videban tur.Exempli cauſa,cur electrũ paleas ad ſe trahat,cur magnes ferrum.aut qd ſit arcus cæleſtis,aut omnino qbus ex rebus nubes cõcreſcãt.vnde tonitrua edantur, qñio fiant

fulguratiões,deinde paulatim eo ꝓeſſerunt, vt de rebus maiorib⁹ admirãtes ingrerẽt ac ꝓbarẽt.ſed affectus lunę vocat defectus ipſius & accretiões,atq; decremẽta.& pari rõne ſolis defect⁹ & ort⁹ atq; occaſus.At dubitare & admirari ob opĩonẽ fit ignorãtię. Quapropter & fabulaꝝ amator ꝓhũs quodãmõ cẽ vr̃, ex mirabilibus .n. fabula cõſtat. Quare ſi vt ignorationẽ fugiãt philoſophati ſunt,patet ob cognitionẽ & nõ vſus cuiuſq; gratia ſcĩam illos eſſe ſequutos, teſtis aũt eſt, et idipm qđ accidit.Cũ.n.oĩa neceſſaria ad facile cũ voluptateq; viuẽdũ adeſſent,q̃ri talis prudẽtia cępit. Quo patet ob nullã aliã vtilitatem nos ipam q̃rere,ſed vt hoĩem eũ liberũ eſſe dicimus,q ſuiipſius eſt gratia, non ob aliũ,ſic & ipſam ſolã ſcĩarum liberã eſſe,eſt.n.hęc ſuiipſius gratia ſola, quapropter & nõ hũana poſſeſſio ipſius,nõ iniuria putarẽt. Multis.n.cõ ditionibus ſerua natura hoĩum eſt, quare ſecũdum Simonidẽ deus ſolus hunc habet honorẽ. At.n.virũ nõ ſolũ eã,q̃ ad ipſum accomodatur,q̃rere decet.Qđ ſi vera dicunt poetę, & in deũ inuidentia cadit,hac in re maxie veriſimile eſt idipſum accidere,& infortunatos eos homines eſſe, qui hæc ſuperflua quærunt.Sed neq; deus inuidus eſſe poteſt,ſed vt & prouerbio dicitur multis in rebus mentiuntur poetæ.

(Quapropter) adiecit aũt quapropter fabulaꝝ amator ꝓhus quodãmõ eſſe videt,qm̃ ſtudet ea diſcere,q̃ ob ignorantiã ſui ſunt admiranda.ꝓpterea qđ fabulę ex admirãdis & fidẽ nõ capiẽtibus,cõſtituunt. Qui aũt pp admirationẽ aliquaꝝ reꝝ conatur intelligere,ii ꝓbi ſunt.Sed initio nõ cuiuſpiã emolumẽti aut actionis, ſed cognitiõis gratia cœptũ eſſe ꝓbari,ex hiſtoria quoq; cõfirmauit.Cõparatis.n.rebus neceſſariis & cõmodis ad vitã degẽdã aggreſſi ſunt hoĩes ingſitionẽ ꝓbię.& hmõi reꝝ cõtẽplationẽ. Qđ ſi ſuppetẽtibus neceſſariis & cõmodis ad vitã aggreſſi ſunt hoĩes ꝑ ꝓbiam indagare, ſatis intelligit,non vt inueſtigarẽt rem aliquã neceſſariã ex iis, q̃ ꝓtinent ad vitã degẽdam inquirẽdi negotiũ eos ſuſcepiſſe. At oẽs effectrices artes aliqd hmõi q̃runt,q̃runt n.efficiuntq; aliqua vel ex neceſſariis & vtilibus,vel ex iis q̃ faciunt ad vitæ facilitatẽ. Appellat aũt prudentiã hmõi ſapientiã & contẽplationẽ. eandẽq; ingenuis hoibus ſimilẽ eſſe ait,q pp ſe ipſos,nõ quẽadmodũ ſeruii ,alioꝝ gratia ſunt.Nã ſeruus,vt in politicis docuit,ẽ q cũ hõ ſit,alterius eſt.Qualis q ob ingenii tarditatẽ nõ ad rerũ cognitionem,ſed ad ſeruiendũ eſt aptus.ſiquidẽ hmõi cognitio quaſi ſola doctrinaꝝ libera ſit, ipſa ſui gratia eſt.Hanc vero pp ſe expetendã eſſe,q̃q̃ nullã vtilitatẽ exhibeat,ſed contra impedimento ſit parãdis vtilibus,argumẽto eſt,qđ ſe attingentibus tm̃ ingerit amorem ſui,vt nihil aliud efficere velint.impedimentũq; & moleſtiã eſſe putent,quidq; ſe ab ſtudio ipſius auocarit.Quãobrem merito dicit hanc cognitionẽ non hũanã,ſed diuinã eſſe cenſeri.Hoĩes.n.pp indigentiam pleriſq; in rebus ſerui ſunt. cum ipſius cã multa agere coganẽ. Nã qa hoĩes hmõi ſunt,idcirco ipĩs valetudo atq; diuitię ac cætera hmõi in bonis habẽtur.Quo fit,vt in hęc paranda ſtudioſi atq; operã cõferãt.Diuinum aũt oĩs indigentię ĩmunis eſt & liber.Quo in loco ſimilia iis dicit,q̃ dixerat ĩr, moralibus nicomachiis.Illic.n.dixit.Qm̃ nõ oportet,vt qdã ꝓcipiunt, q hõ ſit,hunc hũana ſapere,& mortalia,qui mortalis,ſed aliquid ſupra q̃rere.Nã hæc & talia dicit illo in loco.Quo circa ingt,ſi verũ eſt,qđ poetæ tradũt,deũ inuidere excellẽtibus mortalibus, ac ꝓinde infœlices eẽ,oẽs q aliq facultate excellũt,cęteriſq; mortalib⁹ ꝓſtãt,vtiq; ſapiẽtib⁹ maxie inuideꝝ.hi nãq; veriſſime ſupra mortalẽ nãm qdq̃ hñt. Attñ fieri nõ põt, vt

in deũ cadat ſuidẽtia. Nã inuidẽtia,vt teſtat diuinus plato,procul eſt a choro diuino. (ſed multis inquit in rebus mentiunt potæ)ex quaꝝ reꝝ numero hęc eſt vna.

Neq; tali ſciam honorabiliorẽ vllã aliã putare oportet,eã.n.honorabiliſſimã eẽ patet,q̃ diuiſſima eſt. At hęc ſola dupliciter talis eſt, ea nãq; diuina ẽ maxie,q̃ maxie deꝰ hẽt,& ea rurſus q̃ diuinaꝝ ẽ reꝝ,ſola aũt hæc vtrãq; cõditionẽ hãc ſubiit,nã & deus oĩbus cã,pricipiũue quoddã cẽ vr̃,& talẽ ſciam aut ſolus aut maxie deus hẽt,oẽs igit magis hac neceſſarię ſũt, prę ſtabilior vero nulla.Oportet tñ in ipſius acqſitiõe fieri nobis ecõtra, atq; cũ a principio q̃rimus,nã incipiunt qdẽ,vt dictũ eſt,oẽs ab admiratiõe,vt fit cũ mira q̃dã ſpectant,cã nondũ ꝓſpecta,miráturq; ſi ita res ſe habeat, aut circa ſolſticia,aut circa diametri quadrati incõmenſurabilitatẽ.

xvi (Neq; tali ingt ſcia honoratiorẽ vllã aliã putare oportet.) Nã q̃ maxime diuina eſt,ob hoc ipm eſt lõge nobiliſſima. hæc aũt ſcia eſt maxie diuina, qa ſimillima eſt deorum actioni.Nã cũ ſit ꝓbabile deũ aliqd agere,hac excepta actiõe,nulla alia decet diuinam maieſtatẽ.Pręterea qm̃ eſt diuinarũ reꝝ cognitio,eſt.n.cognitio primaꝝ cãrũ & principioꝝ,deus aũt eſt primũ principiũ & cã cęteroꝝ.Et ꝑ hęc demõſtrat hanc doctrinã merito appellari theologiã.i.ſcĩam de deo(oẽs igit ingt alię magis hac neceſſarię ſũt) qm̃ hęc oĩo neceſſaria nõ eſt.(Pręſtãtior vero nulla)hęc.n.eſt oĩum ꝓſtãtiſſima.qppe cũ ſit maxie diuina.Deinde viã & rõnẽ oñdit huius doctrinę cõparandæ, quã qdẽ admirationẽ eſſe dicit oppoſitoꝝ iis,q̃ admirãtes initio hoĩes ꝓbari cœperunt.Qm̃ ante cognitionẽ hoĩes admirabanẽ,ſi reꝝ poſſent ſic ſeſe hẽre. Nactis vero cognitionẽ admirationi erat,ſi poſſent nõ ſic ſe hẽre.Porro admirabilia eſſe dicit pęgmata, q̃ ꝓ ſe ac ſpõte moueri videnẽ.dũ a rerũ admirandaꝝ artificibus oſtentanẽ.ſunt aũt ſolis cõuerſiones,de quibus mentionẽ facit,ſolſtitium ęſtiuum,& ſolſtitiũ brumale.

Mirabile nãq; cũctis eẽ vr̃,ſi qd oĩo nõ mẽſuret. Oportet aũt huius exitũ ad contrariũ atq; melius,vti dr̃ ꝓuerbio fieri,cũ didicerint,nihil.n. magis vir geometra ꝓfecto mirabitur:q̃ ſi diameter cõmenſurabilis fiat.Quę nã igit natura ſit eius ſciæ,quã q̃rimus,& quod ꝓpoſitũ ſignũue ſit, quo inq ſitionẽ,doctrinãue totã attingere oportet,ſatis iam explicauimus.

xvii (Mirabile nãq; cũctis eẽ vr̃,ſi qd minimo nõ mẽſuret)hoc dicit pp diametrũ.Ceu.n. ſit in lineis aliqd minimũ,vt in nũeris,mirabile vr̃,non oẽs lineas minimo mẽſurari, & eſſe inter ipas cõmẽſurabiles.ſiqdẽ hñt aliquã cõem mẽſurã.hoc aũt haud verũ eſt. Oẽs .n.nũeri vnitate mẽſurant,nõ itẽ oẽs lineę mẽſurant aliquo vno.qa nulla eſt minima linea. Ac ꝓinde nõ oẽs lineę ſunt cõmẽſurabiles. Eę nãq; magnitudines cõmenſurabiles ſunt,q̃ eadẽ mẽſura mẽſurant. In oppoſitũ aũt & melius deſinũt, q ex ignorãtia & ꝓinde admiratiõe verorũ,quaſi nõ poſſint ſic habere, trãſeũt ad cognitionẽ. Nã q ſcĩam ipſoꝝ accipiũt,mirant,ſi poſſit ipſoꝝ aliqd aliter ſeſe hẽre.(vtẽ in ꝓuerbio) Prouerbiũ fortaſſe itelligit,qđ ait,ſcdorũ meliorũ.(Quę nã igit ſit nã eius ſcię,quam q̃rimus explicatũ eſt)Dictũ eſt.n.hãc ꝓtẽplatricẽ eſſe,nõ actiuã, & primarũ cãrũ prin cipiorũq; cognitricẽ.(Et qđ ꝓpoſitũ ſignũue ſit qđ ingſitionẽ doctrinãue totã attingere oportet)oportet.n.ex admiratiõe verorũ pp ignorãtiã trahire,pp ſciam in admiratio oẽ oppoſitorũ veris.ſi fieri poſſit an alr ſe habeãt,q̃ vt cognita ſĩt.ſed poſito &explicato ſapictiã priorũ eẽ ꝓtẽplatricẽ,merito in primis q̃driptiã facit diuiſionẽ cãrũ,vt i phyſico auditu. Ac cętera qdẽ apte referũt,q̃ vo de forma dicta ſĩt aliq̃ idigẽt enarratiõe.

Cum aũt cõſtet primarũ ſciam cauſarũ ſumere oportere,tũc.n.vnũ qdq; dicimus ſcire,cũ primã cognoſcere cãm arbitramur. Cãę vero quattuor modis dicuntur,has in medium afferamus oportet.

(Cũ aũt ꝓſtet ex principio cãꝝ ſciam ſumere oportere,tunc.n.vnſiqdq; dicimur ſcire, xviii cũ primã cognoſcere cãm arbitramur)Ex pricipio cãꝝ dixit ꝓ primis cauſis. Cognitionẽ aũt,q̃ p ſciam hẽtur eaꝝ reꝝ,q̃ hñt principiũ, & cãs pẽdere ex cogitatiõe priorũ principiorꝝ & cãꝝ in exordio ẽt phyſici auditus teſtatus eſt.qd itẽ inpoſterioribus reſolutoriis demõſtrauit,& nũc ſimil'r repetit.Qui.n.aliqua cognoſcit nõ a primis cauſis.ſed ab iis,q̃ cohęrẽtes ſũt,ſiue ꝓxiæ aligbus,quaꝝ ſunt alia priores cãę,is nõ cognoſcit ipſas cãs,q̃ proxięſunt rei,de qua q̃rit.Qd ſi tunc qd principia cãſq; hẽt cognoſcitur,cum ipſius principiorꝝ habeẽt cognitio.& q initio a nõ cognitis cognitionẽ nactus eſt,hic nõ proprie dicitur ea ſcire,merito dicit ipſum ſcire pendere ex cognitione primarum cauſarꝝ.per hoc confirmans ſapientię,quæ contemplatrix eſt primarum cauſarum id acceptum ferri,vt cæterę doctrinæ ſcientiæ ſint.

Itaq; cauſam vnam dicimus eſſe ſubſtantiam ipſam,quiditatemue,nam ipſum propter quid primum,ad ipſam vltimo rationem redigitur.

(Itaq; cãm vnã eẽ dicimus ſ̃bam ipſam,& qditatẽ) ſ̃bam appellat formã.Nec ĩmerito xix formã cuiuſq; rei vocauit ſ̃bam,cũ res q̃q; ꝓ formã ſit id qd eſt.Propterea.n. ꝓ hãc definita definiunt.Nã qditatẽ dicens,definitionẽ ſignificat atq; rõnẽ.(Qm̃ ipm pp qd primũ ad ipſam vltimo rõnẽ redigit).i.ad definitionẽ.hoc aũt eſt cã formalis. In hanc n. aũt vltimo redigi ipm quare.porro(vltimo)dixit qm̃ reddita definitio: nõ vltra quęrimus quare.ſ.quaſi nacti iã ſimus cognitionẽ eius cãę,de qua nobis erat q̃ſtio. Nã pcõctati,quare ignis calefaciat,poſt q̃ edocti ſumus,qd eẽ ipſius ignis eſt eẽ calidũ & calefactiuũ,nõ ãplius q̃rimus quare calefacit.Iã.n.hẽmus qd q̃rebamus. Rurſus ſigs q̃rat, quare nix eſt viſus diſcretiua,ct ſi rñſum acceperit,qm̃ eſt alba,non tñ deſiſtet ab ĩnqſitiõe quare.Regret.n.quare albũ diſcernit viſum. Atq accepto aliquo rñſo,q̃rit ẽt num quare,pfecto is nõ dũ cãm accepit.Poſtq̃ vero didicit,ꝙ hoc eſt eẽ ipſius albi,eſt.n.rõ & definitio albi diſcretiuũ viſus,nõ vltra q̃rit cãm quare album diſcernit viſum. ſqdẽ poſt hmõi rñſionẽ nihil ẽ neceſſe q̃rere.quare ſic ſe res hẽt. Merito ergo dicit vnã cãm eſſe ſ̃bam & qditatẽ cuiuſq; rei.ſed hãc cãm eſſe declarat,id q̃d ſubiungit,qa ĩngt ipm quare in rõnẽ vltimo redigit. Dixitq;(vltimo)qm̃ ad q̃ſtionẽ quare, nõnullę aliæ etiã rñſiones reddi poſſunt,q̃ nõdũ rõnẽ & definitionẽ ꝓtineãt. Quãobrẽ hmõi rñſiones cãm formalẽ docere nequeũt. Nec ĩgrens quarẽ,a q̃rendo deſiſtit. Adhũc.n.dici non põt cãm eſſe redditã,dũ q̃ritur quare.q̃ſtio.n.quare cãę q̃ſtio eſt.id igit eſt cã, quo audito in queſtione quare diſiſtimus ab huiuſmodi q̃ſtione.deſiſtimus autẽ audita definitione & forma.hæc igit eſt cã.Sed qa dixerat ipm quare primũ vltimo ad definitionẽ redigi,idcireo quomõ vltimũ eſt primũ & cã explicat ꝓ ꝓxima verba. Nã qd vltimũ dicitur in reſponſione id primũ eſt in natura & cauſa.ideoq; ſubiungit

Cã vero principiũq; id eſt,qd primũ cũ ,ppter qd q̃ritur aſſignat. Alterã aũt materiã,& ſubiectũ,tertiã cã vnde eſt principiũ motus.

(Cã vero & principiũ eſt ipſum primũ quare.)Nam qd in q̃ſtione quare vltimo rñdetur,id proprie cauſa eſt.quod aũt ſic eſt primũ cã, id cã eſt eorum quæ ſic ſunt cauſæ. quod igitur vltimo reſpondetur in quęſtione quare, prima cauſa eſt huiuſmodi cauſarum. Cui ſiquis addat,definitio autem eſt vltimum in reſponſis ad quæſtionem quare,is cõcludere poterit definitionẽ eẽ primã cãm formaliũ cãꝝ. Quiditas ergo & definitio eſt prima cauſa hoc eſt forma. Nam per formam cuiuſq; rei quiditas ipſius accipitur. Aut dicit(cã vero & prĩcipiũ & primũ eſt ipm quare).i. ſubſtãtia & q̃litas. qm̃

vltimũ qd rñdet in q̃ſtione quare,prĩa cã eſt. Aut ſignificat eoꝝ, q̃ ante ipm reſponſa ſunt cãm principiipiſiq; eſſe.i.eoꝝ q̃ reſpõdent in q̃ſtione quare,hoc eſt.n.vltimũ qd reſpõdet.Nã vltimũ in qõne quare,prĩa cã eſt & principiũ.Neq; vero dixit vltimũ in reſponſiõe eẽ primũ in nã,ſed hoc ꝓtermiſſo,cũ diceret id qd huius eſt cõſequẽs illud ſ.cã vero & principiũ ẽ ipm quare primũ,obſcure loquutus ẽ.idcirco.n.quare eſt primũ,qm̃ vltimũ in rñſione quare,qd eſt primũ in nã eſt cã & principiũ ĩ rñſione quare. Reſpõſione aũt vltima ad quare,primã cãm explicari hinc intelligit,quia qõ principii eſt ipm quare.cuius aũt rñſo accepto nõ vltra q̃ritur quare,id ꝓprie principiũ eſt.principiũ aũt eſt primũ.(Alterã vero ingt materiam & ſubiectum.)ſubiectum latius patet quam mã,cum diuinoꝝ ſubiectũ nõ ſit materia.

Quartã eã q̃ huic opponit,id inquã gratia cuius cętera fiũt,ac ipm bonũ, finis.n.hoc eſt oĩs gñationis oĩſq; motus. Atq; q̃q; cõtẽplati de ipſis ſumus in hiſce q̃ de natura dicta fuere tñ ad veritatẽ magis pſpiciendã maiores ẽt noſtros,q reꝝ contẽplationẽ aggreſſi ſunt ſumamus oportet,& illos.n. principia q̃dã & cãs dicere cõſtat. Si igit illoꝝ ſnias ĩ mediũ attulerimus, aliqd euenerit ſane, qd ad ꝓpoſitũ doctrinę huiusaccomodabit. Aut.n. aliud qppiã ĩueniemus cãę genus,aut hiſce q̃ magis dicũt,nũc credemus.

xxi (Quartã eã,q̃ huic opponit:id inq̃ gratia cuius atq; ipm bonũ. finis.n.hoc ẽ oĩs gñationis)facta mentione cãę efficientis, hęc aũt eſt vnde ꝓficiſcit principiũ motus,docet cãm finalẽ oppoſitã eſſe cãę efficienti.qm̃ altera ꝓexiſtit.altera vltima eſt. qd ipſe expoſuit ſubiunges(finis.n.hoc eſt gñationis oĩſq; motus.)ſi.n.illa eſt principiũ,hęc aũt finis,merito dicunt opponi.Sed finis quodãmõ cã ẽ efficiẽtis,q finis in efficiendo vltimus eſt,nã vero & rõne primus.finẽ nãq; rõne anticipantes actionẽ pp ipſum exordimur.Quin ea quoq; q̃ nã fiũt hũc quaſi ſcopon et ꝓpoſiti petũt ſpectantq;. ſcopos aũt prędixit.Iã bonũ ipm eſſe cãm vt finẽ,& principiũ hmõi eſſe finẽ gñatiõis, & omnis motus ipſe,vt ſupra dixi,docet in exordio ethicorũ cum dicit.Oĩs ars & oĩs diſciplina bonũ quoddã appetere videt.qd ſi res oẽs ſuũ quęq; finem appetunt,vt bonũ, ꝓfecto quod ꝓprie finis intelligit,& quę appetunt oĩa q̃ mouent, ſũmũ bonũ erit, & optimũ entiũ.qd ipſe quoq; in ethicis expoſuit dicens, quãobrẽ ſummũ bonũ recte id eſſe definiunt,qd oĩa appetunt. Cętęꝝ explicata ptitione cãrũ ĩnqſiturus,in qua potiſſimum cã verſet ſapiẽtia,cũ cãę plurifariã dicãtur,optima rõne primũ in ſententias priorum ingrit,& quã aut quas cãs q̃ſq; attulerit exponit.Quod vſui nobis fore dicit ad confirmationẽ memorataꝝ cãrũ. Nã vel aliũ modũ inueniemus cãꝝ,ſi forte q̃ a veteribꝰ dicta ſunt,ſub hãc diuiſionẽ cadere nõ videbunt,aut certe ſi quæ tradidere nõ excedunt numeꝝ cãꝝ a nobis traditũ,ptitiõi nrę velut cõmode factę maiorẽ fidẽ adhibebimꝰ.

Plurimi itaq; eoꝝ q prĩo philoſophati ſunt,ea ſola principia oĩum eẽ exiſtimarũt,q̃ ſub rõne mãę collocãtur,id.n. elemẽtũ reꝝ id principiũ eſſe dicũt,ex quo fiunt vniuerſa,fiũtq; prĩo.& in qd vltimũ corrũpũtur,ſubſtantia pmanẽte qdẽ,mutationẽ aũt in affectibus ſubeunte:& idcirco,neq; fieri qcq̃ neq; corrũpi putãt, qa talis natura ſp ſeruat,quẽadmodũ neq; ſocratẽ dicimus,aut ſimpl'r fieri,cũ bonus fit,aut muſicus,aut corrũpi ſimplicit er,cũ hos hĩtus abiicit,qa manet ipm ſubiectũ, ſocrates inquã ipſe, neq; qcq̃ idẽtidẽ cętęrorũ,oportet.n.quãdã vnã eẽ naturã,vel plures vnas ex quibus aut ex qua perſiſtente,ſalua cętera fiunt. Multitudinem tamẽ ſpeciemq; principii talis non eandem inquiunt omnes.

(Plurimi itaq; eorũ.q primo pbati sunt,) Cãm cur sentẽtias veterũ hoc in loco cõme- xxii
moret,ipe exponit aperte.quoniã placita illorum refert,nõ q̃si & ipi putauerit. hęc eẽ pricipia ſbarũ nãliũ,tñc.n.memoratio aliena eẽt a ppoſito,ſed qa putabãt hęc eẽ oĩum rerũ pricipia,in qb⁹reb⁹ꝓtinent nũc ppoſita.Iili.n.ſtatuebãt rerũ nãliũ hęc eẽ pricipia, q̃ ab ipo tradũt,ſed has tm̃ & nihil ꝓterea eẽ rati,q̃rebãt eadẽ pricipia reꝝ nãliũ & oiuꝫ entiũ. Veteres aũt ſolã cãm mãlẽ aſſeruiſſe declarat,docẽs ipos dixiſſe cãm & pricipiũ entiũ id eẽ,ex quo primo aliqd efficit,& in qd vltimũ abolef,ſba manẽte qdẽ,ſed affe ctionibus variante. Res nanq; hmõi eſt mã,q̃ ſuã ſbam in qbus rebus habef imortalẽ & ingenitã ꝓſeruat.mutaf aũt affectionibus,dũ aliqua ex ipſa gñanf.Illud aũt(q̃ in ma terię ſpẽ)dictũ eſt ꝓ eo,q̃ ſunt in hac ſpecie principioꝝ mãliũ,ſolũ eſſe putabãt(Ideir co neq; ñeri qdq̃,neq; corrũpi putant.qa talis nã ſp ſeruaf.) Qui vero affirmant mãm eſſe corpus,quoddã actu,et nõ vt ait Ariſtoteles facultate,ii nihil neq; gñari,neq; inte rire ſimpliciter,vt fateanf cõſequẽs eſt.Sed q̃ gñatio appellaf eẽ alterationẽ,vt demon ſtrauit in libris de gñatione.vt q fateri cõuincanf mãm, q̃ actu exiſtit ,ſemp eandẽ ma nere.Poſuerunt.n.hãc eſſe imortale principiũ,& imutabile ſedm ſubſtãtiã. ſed in gña tione ſubſtãtiaꝝ,q̃ ex ipſa fiunt,affectiones mutare. Alteratio.n.eſt mutatio p affectio nẽ.Qui vero fuerint hi,q cũ ſolã mãlẽ cãm ponerent.non poterãt tueri gñationẽ pro prie dictã,deinceps exponit.Quoꝝ primũ fuiſſe ait thaletẽ hic.n inter eos,q referunf primus auctor eſſe vr nãlis phię.cuius ſnĩam exponit aperte. demonſtratq; manifeſto Socratis exẽplo,nõ poſſe iſtos tueri gñationẽ qb⁹ placet ſubiectũ actu prouꝫ ſos exiſte re,qd ſemp retineat ſuã ſubſtãtiã in qbus rebus habef . Na ſingula q̃ ex hoc efficiunt, aliquo mõ ſubiectũ hñt(opportet.n.ingt quandã vnã eſſe nãm, vel plures vna ex qui bus aut ex qua pſiſtente ſalua cętera fiant.) Qui ſbiectũ vnũ eſſe aiunt , ii mãm eſſe affirmant qddã ens actu,qd iam pſe exiſtit. Qui vero plura ſubiecta eſſe aſſerũt, ii vt ſubiectis verbis docebit,nõ q̃s eadẽ opinabanf.Quaobrẽ ſubiungit(Multitudinem tñ ſpeciemq; principii talis non eandem inquiunt omnes.

Sed Thales qdẽ auctor talis philoſophiæ primus aquã eſſe dicit.Quapro pter & terrã ſup aquã dicebat eſſe , ſumpta forſitan hac exiſtimatione ex eo,qa nutrimentũ oĩum hũidũ eſſe,& ex hoc fieri atq; hoc viuere calidum ipm videbat.Id aũt ex quo qppiã fit,ipſius eſſe principiũ cõſtat , & inſup qa ſemina oĩum hũidã habere naturã videbat , atq; aquã naturę humidis principiũ eſſe.Sunt aũt q & valde antiquos & multo ante hanc ętatẽ , pri moſq; theologos ſic arbitranf de natura putaſſe.Oceanũ.n.& Tethin pa tres generationis fecerunt,iuſiurandumq; deorum aquam , quæ quidem a poetis ipſis ſtyx appellatur.

(Sed thales qdẽ auctor primus talis pbię)Talis.i.nãlis & cõtẽplatricis . Hic.n.phyſi- xxiii
cor q memoranf antiqſſimus eſt.quẽ putaſſe aquã eſſe principiũ aperte docet , & cur ita putauerit,ꝓterea.ſ.q; oĩa humido cibo alanf.Eſſe aũt cuiq; a cibo ſuppeditetur.& oĩum rerũ ſemina ex qbus gñantur,nã humida ſint , & ex hoc.i.ex hũido effici calidũ ipm.Thales.n.calidũ ignemq; putabat ex euaporatione ab humido exhalata gñari.ex hoc.n.ali eẽ & cõſeruari.hoc.n.ẽ quod ait,(atq; hoc viuere)Itaq; Thales calidi humi dum principiũ, & elementũ eſſe putat rebus nãlibus.Quippe cũ ex hoc alanf & fiant. Ex quo.n.res efficiũtur,id ipſaꝝ principũ eſt . Quãobrẽ aqua principiũ eſt ignis,ſi ex aqua ignis efficit.efficif aũt ex aqua,qm̃ ea nutrif.(atq; aqua hũidis nãę principiũ eſt) ideaqua principiũ & natura cauſaq; humidis eſt,vt ſint.Quod ſi cętęris rebus vti ſemi-

nibus principiũ eſt humidũ.& aqua principiũ eſt humidorum , nimirũ & hęc princi pium ſit eorum,quę ſub ipſo cõtinẽtur. (Sunt aũt , inquit, q & valde antiquos tradũt) quaſi hanc opinio.nẽ ad veteriſſimos nõnulli referãt .primoſq; theologos & ipſorum opinionem refert . quo in loco Homerum Heſiodũq; deſignare videtur,quaſi hi fue rint primi theologorum.

Nam honorabiliſſimũ quidẽ eſt antiquiſſimũ ,iuſiurãdũ aũt honorabiliſſi mum eſt.Atq; obſcurũ quidẽ forſitã eſt , ſi hæc opinio de natura vetus ſit quædã atq; antiq̃.Thales tñ hoc pacto fertur de cauſa prima dixiſſe.Hip ponem.n.nemo cũ hiſce ponere dignũ putabit , ob mẽtis eius nimiã vili tatem.Anaximenes aũt,atq; Diogenes aerẽ aqua priorem maximeq; prin cipium corporum ſimplicium ponunt,Hippaſus autem metapontinus, & Heraclitus epheſius ignem.

xxiiii (Nam honorabiliſſimũ quidẽ eſt,antiquiſſimũ , Iuſiurandum aũt honorabiliſſimum eſt.) Quod colligere molitur huiuſmodi eſt.Qui aquã iuſiurandũ eẽ decorũ cõmenti ſunt,eos quẽadmodũ thaletẽ aquã entium eẽ principiũ poſuiſſe . p huiuſmodi aũt ar gumentationẽ,hoc ſumimus , quod eſt honorabiliſſimũ , id ꝓfecto vetuſtiſſimũ ẽ,& principiũ,iuſiurandũ aũt eſt honorabiliſſimũ . Nam qđ iuramus id quaſi honoratiſſi mum iuramus . Iuſiurandũ ergo vetuſtiſſimũ eſt,& principiũ .hoc porro aqua eſſe di cebatur , ſtyx.n.ꝓ ipſos aqua erat ,ſed in dictiõne ſumere videtur duas propoſitiones affirmatiuas in ſecũda figura.Quia nõ dicit qđ honorabiliſſimũ vetuſtiſſimũ , ſed ho norabiliſſimũ quod vetuſtiſſimũ.qđ huic ęquipollere videt.Quod vetuſtiſſimũ ho norabiliſſimũ . Quæ ppoſitio ſi ad hũc modũ ſeſe habet,efficit ſecũda figura in cuius vtraq; ppoſitiõe terminus honorabiliſſimũ prędicaf affirmatiue. quo Syllogiſmo ni hil recte cõcludit. At nõ ita ſeſe res habet.ſed argumẽtatio eſt in prima figura.& hono rabiliſſimũ ꝑdicaf de iure iurãdo,ſubiicitur aũt vetuſtiſſimo,atq; ita loquutus eſt,qua ſi vetuſtiſſimũ & principiũ cõuertatur cũ honorabiliſſimo,& dictum illud equiualet huic,honorabiliſſimũ ẽ vetuſtiſſimũ.Quod aũt illud p hoc dixerit declarauit adiiciẽs, iuſiurãdum aũt eſt honorabiliſſimũ.cũ hoc p honorabiliſſimũ euitaſſet .(Atq; obſcu rũ inquit forſitã eſt ,ſi hæc opinio vetus quædã ſit.)quaſi nõ ſatis cõſtet ,an primi theo logi fuerint ĩ hac ſentẽtia,necne.neq;.n.hoc manifeſto dicebãt . Sed quidã conanf Syl * logiſmo demonſtrare.Argumentãtur n.ſumẽtes duas affirmatiuas ꝓpoſitiones in ſe cunda figura quẽadmodũ ſeſe habere ꝑdicta ratio videtur.obſcurius etiã num .(Tha les tñ ait hoc pacto fertur de eã prima dixiſſe)Merito dicit(fertur hoc pacto dixiſſe) cũ nullũ extet thaletis ſcriptum,ex quo affirmare quiſpiã poſſit,hęc ab ipſo ad hũc mo dum eſſe tradita(Hipponem.n.nemo cũ hiſce ponere dignũ putabit,ob mẽtis eius ni miã vilitatẽ)Hippon. narratur poſuiſſe ꝓ principio ſimpliciter humidum indetermi nate , nõ explicãs aqua ne ſit , vt thales,an aer,vt Anaximenes & diogenes .quo circa eius opinionẽ ꝓtermittit quaſi fluitãtem, & nihil certi ſtatuentẽ , aut certe nõ ꝓpterea ommittit eius ſentẽtiã,qđ ſit indiſcreta & nihil habẽs ſtatuti,tũc.n.nõ dixiſſet,ꝓpter vi litatẽ opinionis eius , ſed quaſi non debeat inter pbos computari ꝓpter eius ſententię vilitatẽ . Quãobrem dixit(cũ hiſce) .i.cũ pbis.quod fortaſſe ideirco dixit,qm̃ impius fuit,ac longe abhorrẽs a dei cognitione. In huius.n.tumulo huiuſmodi legitur epigrã ma.Hic eſt Hipponis tumulus , q fato deficiẽtes diis immortalibus æquabat.Poſt hæc de iisverba facit,qaerem principiũ eẽ dicebãt,ipſum ante aquã ſtatuẽtes.qui quidẽ fue runt Anaximenes mileſius , & Diogenes apolloniata . Nam Hippaſum metapontinũ & Heraclitum epheſium ignẽ tradidiſſe ait principiũ eſſe omnium.

Empedocles vero ipſa quatuor elementa, quartum iam dictis terram ad iungens, hæc enim permanere ſemper, & non fieri dicit, ſed multitudine paucitateue mutationem ſubire, cum in vnum atq; ex vno congregantur ac diſgregantur.

(Empedocles vero ipſa quattuor elementa: quartam iam dictis terram adiungens.) Priores.n.ipſo alii ignem alii aquam alii aerem principium eſſe ponebant.quibus tribus Empedocles terram adiecit quartam.(hæc.n.permanere ſemper,& nõ fieri dicit, ſed multitudine paucitateue mutationem ſubire,cum in vnum atq; ex vno congregantur.)Expoſuit quomodo ex multitudine & paucitate. Nam miſtio ipſorum,& in vnũ coitus,qui ab amicitia efficitur,tranſitum habet in paucitatem & vnitatem. diſcretio vero quæ fit a diſcordia diiunctioq; horum ex vno multa facit. Atq; ita loquitur,quaſi hæc poſſint in huiſmodi mutatione proprias naturas obtinere. Aut non de concretione & diſcretiõe dicit:quarum authores ſunt diſcordia & amicitia. Sed de ea quæ videtur eſſe ipſorum elementorum generatio & interitus. quorum quodq; tunc generari videtur,cum ipſorum aliqua multitudo cõcreſcit. Nam cum in aliqua miſtura plures ſunt ignis partes:tunc generatio ignis fieri videtur. cum vero pauciores, interitus. Aut certe ſenſus eſt:hæc quidem non generari, ſed multitudinem ac paucitatem entium: fieri ex horum cõcretione & diſcretione.

xxv

Anaxagoras inſuper clazomenius ætate quidem hoc prior, re vero poſterior, infinita principia dixit eſſe, pene enim omnia, quæ ſunt ſimilium partium, vt aquam vel ignem, ſic generari corrumpiue congregatione duntaxat diſgregatioeue, aliter vero neq; fieri neq; corrumpi, ſed permanere perpetua dicit. Ex his igitur ſolam quiſpiam cauſam eſſe putauerit, quę rationem materiæ ſubiit.

(Anaxagoras vero clazomenius ætate quidẽ hoc prior, re vero poſterior) Anaxagoram qui prior ætate fuit, quam Empedocles poſteriorem eſſe ait re & ſententia, quã habuit de rebus naturalibus. Non quod prorſus Anaxagoræ opinionẽ Empedoclis ſententiæ præferat vt prudentiorem plenioremq; ſed quia putat Anaxagoræ opinionem poſteriorem eſſe & magis ſuccinctã. Nam alio in loco præponit Empedoclem, quod ponẽs infinita principia, eadem tueatur. Satius eſt enim finita, quam infinita principia ſtatuere, ſi quis per finita eadem tueri valeat. n. nõnullis tamẽ in locis Anaxagoræ ſententia quam Empedoclis opinio potior habetur. Quanq; nũc Anaxagoram operibus eſſe poſteriorem dicere videtur, propter elemẽtorum infinitatem. hęc.n. præfatus ſubiungit (Infinita principia dixit eſſe) ſed in progreſſu ipſius opinionem conuenire docet cum ſententia Platonis, qui poſterior fuit. Expoſita enim ſententia eius, oſtenſoq; doctrinæ ipſius eſſe conſentaneum, vt vnum & infinitum principium eſſe dici queat, ſubiicit. Vult tamen aliquid hiſce ſimile dicere. quæ poſteriores dixerunt, & nunc magis apparent. Pene.n.oĩa quæ ſunt ſimiliũ partiũ, vt aqua & ignis & ſingula quattuor corpora ſic generari corrumpiq; congregatione & diſgregatione videntur. ſi quia vnũ quodq; hoc effici videtur: multorum ſimilium cõuentu. Ad hunc itaq; modum Anaxagoram dixiſſe ait, hæc ſimilaria, quæ infinita ſint & ſempiterna generari, & interire. generari autem complurium ſimilium concretione, interire diſcretione. Dixit q̃ prope omnia ſimilaria, quia non omnia poſuit eſſe principia. haud.n. aquã, terram, ignem & aerẽ, quæ ſimiliaria eſſe patet ſenſus argumẽto, elemẽta eſſe dixit, ſed miſturas quaſdã.

xxvi

(Ex his

(Ex his igitur inquit ſolã quiſpiam cauſam eẽ putauerit) Ex his.ſ. quę dicta ſunt. Nã principia materialia adiecit & corporea. At Empedoclis & Anaxagoræ, qui cãs quoq; efficientes poſuerunt, idcirco meminit, vt declararet, quibus cauſis materialibus iſti vſi fuerint præter priores. Nam & hos inſectatus eſt, q̃ efficientibus cauſis verbo tenus vſi fuerint. nec eas complectant in iis gñandis, q̃ gignunt ex ipſis elemẽtis.

Hoc autem modo procedẽtes ipa res eos in via poſuit quærereq; coegit, nam tametſi quam maxime generatio corruptioq; omnis ex aliquo vno eſt, aut pluribus, cur tamen id accidit, & quidnam huius eſt cauſa. Non enim ſubiectum ſeipſum mutari facit, etenim neq; lignum neq; æs cauſa eſt, vt vtrumq; ipſorum mutetur, neq; lignum quidem lecticam, æs vero ſtatuam facit, ſed aliud quid mutationis eſt cauſa. hoc autem quærere nil aliud eſt, quam alteram quærere cauſam vnde eſt principium motus, vt nos eam appellare ſolemus. Qui igitur huiuſcemodi doctrinam a principio tetigere, vnumq; ſubiectum eſſe dixere, nullam ſuam in opinione difficultatem ſenſere.

xxvii

(Hoc autem modo pcedentes) Docet vnde poſt cauſam materialem proceſſerint ad inueſtigationem efficientis. ſ. qm̃ ſubiectum aliqua indiget cauſa, vt mutetur in ea, in quæ tranſit, nihil.n. ſeipſum mutare facit ſine aliqua externa cauſa. (Quia ergo hmõi doctrinã prorſus a principio tetigere,) ad eos redit. qui ſola cauſa & principio materiali vſi ſunt. qui addidiſſe uidetur illud prorſus a principio, vt Thaletẽ atq; Anaximenẽ deſignaret. Nam Empedocles & Anaxagoras: de quibus mentionem fecit, aliquid de principio efficiente attigiſſe videtur, vt ipſe in pceſſu docebit. (Nullam inquit in ſua opiniõe difficultatem ſenſerunt) i. dictoꝝ ſuorum abſurditatem ignorarũt. Neq; placita ipſa damnabant, quod non recte traderẽtur. neq; pręter cauſam materialem aliud principiũ inueſtigabant: velut ipſa non ſatis eſſet, nec ab ipſis recte traderetur.

Sed quidam eorum qui vnum dicũt, quaſi a quæſtione hac ſuperati, vnũ ipſum immobile inquiunt eſſe, totamq; naturam non ſolum generatione corruptioneue, hoc enim vetuſtum eſt, omneſq; in hoc cõſentiũt, ſed alia quoq; omni mutatione, atq; hoc ipſorum propriũ eſt. Nemini igitur vnũ vniuerſum ipſum ponentium talis in mẽtem cauſa venit, niſi Parmenidi ſoli, & huic ea ratione nimirum, qua non ſolum vnum, ſed etiã duas quodammodo cauſas eſſe ponit, ii autem magis dicere poſſunt, qui plura faciunt, vt qui calidum frigidum, vel ignem & terram ponũt, nam igni quidem vt motiuam habente naturam, aqua vero terra & talibus, vt contrariam habentibus naturam vtuntur.

xxviii

(Sed quidam eorum qui vnũ dicunt, quaſi hac quęſtione ſuperati vnum ipm̃ imobile eſſe inquiunt) Xenophanẽ deſignat, atq; Parmenidẽ & Meliſum. iſti.n. vniuerſum vnum eſſe ſtatuebant. quos ideo ait victos fuiſſe hac quęſtione, quoniã ſtatuentes vniuerſum vnum eſſe, & inueſtigantes qui fieri poſſit, vt hoc vnum ex ſe mutaretur, non valebãt ipſum vnum amplius tueri, vſu rerum explorata inficiarẽtur niſi atq; adeo prope dixerim manifeſtiſſima quęq; tollebant. n. e rebus motum & mutationem. quoniã his ſaluis, non poterant ipſi ens vnum eſſe aſſerere. ſed cum dixiſſet (vnum ipſum immobile inquiunt eſſe) addit (totamq; naturam) quia ipſis tota natura vnum eſſe vide-

batur & quasi incomperto absurdum sit affirmare,totam naturã esse immobilẽ adiicit. (Non solum generatione & corruptione)quoniam hæ mutationes & si non sunt motus , fiunt tamen , dum aliqua mouentur . Sed alia quoq; omni mutatione . (Nemini igitur affirmantium vniuersum esse vnum hniusmodi causæ cognitio contingit) huiusmodi.i.efficientis,per hos enim nihil prorsus efficitur . Aut hoc non tantum dicit de iis,quibus placebat, omne vnum eẽ,idemq; immobile : sed etiam de iis , qui subiectum vnum vnamq; materiam esse statuebant . Nam & isti vniuersum vnum esse tradebãt . Et fortassis vt ex hoc loco argui potest', cum dixit paulo ante.(Ex his igitur solam quispiam causam esse putauerit)hos innuebat , qui vnum elementum esse putabant.(Nisi parmenidi soli)De parmenide & eius opinione meminit Theophrastus in primo libro de rebus naturalibus ad hunc modum . Parmenides autem heleata qui huic.i.Xenophani successit , vtraq; via ingressus est.statuit enim vniuersum esse sempiternum . & generationem rerum tueri conatur,non quod similem de vtroq; sententiam habeat.sed reuera vniuersum vnum esse ratus,idemq; ingenitum, & globosum ad tuendum generationem ex opinione vulgi rerum apparentium duo principia facit,ignem & terram,alterum vt materiam,alterum vt causam,& efficiens quamobrem Aristo. dixit.(Nisi parmenidi)idq; quatenus duas causas esse statuebat. Non qua ens vnum dicebat esse.(Hi autem magis dicere possunt,qui plura faciunt) i.præter causam materialem efficientem quoq; asserere , sed forasse non loquitur de asserentibus manifesto & efficientem causam,hoc est de Anaxagora & Empedocle, sed de iis,quibus plures causas esse placet.fieri enim potest,vt isti horum subiectorũ, alterum efficiẽs alterum passiuum efficiant.vt de Parmenide dixit.Nam qui duo esse principia statuit calidum & frigidum,vel ignem & terram,vt Parmenides,is calidum & ignem efficiens esse ait.Igni nanq; motricem ineisse naturam arbitrantur , aquæ & terræ & talibus passiuam. Dixit autem(talibus)aerem significãs aut mista ex humore & terra.

Post hos autem taliaq; principia,vt non sufficientia ad generandam rerũ naturam ab ipsa veritate compulsi sicuti diximus , sequens principium quæsiuere,nam vt bene rectèq; aliæ rerum sese habent,aliæ fiant,nec ignẽ fortasse,nec terram,nec aliud quicq̃ talium,verisimile est esse causam,aut illos idipsum existimasse , nec rursus casui fortunæue tantam rem concedere tribuereq; bene sese habeat . Itaq; quidam cum mentem mundi causam ac vniuersi ordinis esse , perindeq; naturæ ac animalibus ineisse dixit,inter priores illos vana dicentes , quasi sobrius habitus est . Atq; Anaxagoram quidem manifeste sermones hos tetigisse scimus . Hermotinum autem clazomenium hos prius dixisse ferunt.hi igitur sic existimãtes,causam bene habendi simul principium esse rerum , & talem causam posuere,vnde est principium motus . Primum autem Hesiodũ idipm quæsiuisse quispiam suspicabitur, & si quis alius amorem aut cupiditatem in hisce quæ sunt,vti principium posuit,quemadmodum est Parmenides.Hic enim generationem extruens vniuersi sic dicit.

Cunctorum ille deum primũ produxit amorẽ — & Hesiodus ait.
Ante chaos,post hoc facta est latissima tellus.
Quiq; aliis decus est diuis deus ipse cupido.

Propterea quod oportet in hisce quæ sunt causam eam esse. quę res mouebit ac congregabit,sed quisnam horum primus hanc causam attulit , liceat posterius iudicare.

xxix (Post hos aũt taliaq; principia)Post hos.i.post vetustissimos,& talia principia.i.materialia.Dicere autẽ videtur post eos,qui inter principia materialia ponebãt cãm efficiẽtem.velut hæc principia non satis sint ad rerum naturã generandã . Hęc.n.ordinẽ seruant & cõsequutione quadã fieri gignũtur,illorũ vero nullũ habere potest ordinis causam.Sed neq; illud conuenit casui & fortunę horũ causam assignare.Quãobrem cãm hmõdi generationis indagabant,velut rebus & veritate in ipsis contenta ducti, acti & impulsi.generationis autem principiũ efficiens proximũ est a materiali. Anaxagoras igitur q mentem principiũ esse dixit generandarũ rerũ , admirationi fuit hoĩbus,quasi solus rationẽ fuerit sequutus,ceteris placita sua temere tradentibus,cũ hmõi cãm præterirent.sed addidit(Atq; animalibus)qm̃ in animalibus mente p̃ditis , mens est principiũ & causa eorũ , q̃ ab ipsis recte fiunt.Ergo Anaxagoras inq̃t primus in hanc cãm manifesto venisse videtur.q̃q̃ Hermotimus eius ciuis hmõdi causæ mentionẽ fecisse visus potest Hi ergo cũ efficiente causa,cãm recte & ordine efficiendi principiũ , & causam rerũ eẽ statuit talis est mens,& hmõi motum pertinentem ad recte efficiendũ a causa.i. procedere videlicet efficiente.Qm̃ causam recte mouendi & efficiendi nõ aũt causam efficiendi solũ & mouendi principium esse ponebãt.tãlis est.n.mens . Quamq̃ Hesiodus inquit , ante hos de his quæsiuisse cuipiam videri potest . Et si quis alius amorem aut cupiditatẽ in hisce quæ sunt vti principiũ posuit vt Parmenides dicere videtur.& adscripsit ipsorum carmina quibus hæc dicunt. Amor.n.& desiderium pulchri ex horum sententia motus principium fuerit. Atq; hi quidem bonorũ cãm in principiis ponunt. Anaxagoras.n.bonum causam facit efficientem,hi vero amorem & cupiditatem causantes fortasse bonum quasi finalem causam esse dicunt qm̃ huiusmodi est ipsum appetendum. Aut appetendum est huiusmodi, amor autem causa efficiens. quidem appetitum sequutus faciebat quæ faciebat . Propterea quod oportet in hisce quę sunt.Docet qualis eorum sententia fuerit,qui amorem causam esse dixerunt,hanc.n.amorem esse causam,quasi oporteat causam quandam motricem, & effectri cem rebus adesse.Cæterum quis primus auctor fuerit huius causæ, Anaxagoras ne, vt videtur an Hermotimus ante ipsum , & ante hunc Hesiodus , post modo inquirebit indagare.

Qm̃ aũt & cõtraria bonis in natura videbantur inesse,& nõ solũ ordo pulchrũue,sed & inordinatio atq; turpe,pluraq; mala q̃ bona,& turpia q̃ honesta,alius quidã concordiã atq; discordiã introduxit , vt vtrorũq; cã sit vtrũq;.Nã si quispiã sequat' Empepoclẽ,sumatq; ea q̃ dicit ad eius mentẽ sententiamue,& nõ ad ea q̃ dicit balbutiendo . Concordiã quidẽ bonorũ, discordiã aũt malorũ cãm inueniet esse.Quare si quispiã dixerit Empedoclem mõ quodã & dicere , & primũ dicere bonũ ac malũ principia rerum esse , recte fortasse dixerit, siquidem bonorum apud eũ cã oium ipsum est bonũ,malorũ aũt malũ,hi igitur vti diximus, & vsq; adeo duas earũ cãrũ quas nos in naturæ cõtẽplatiõe distinximus ,tetigisse vidẽtur,materiã in quam & eã vnde est principiũ motus,obscure tn̄,& non dilucide, sed vt in pugna rudes inexercitati faciunt.Etenim illi cũ agitãtur, pſæpe præclare

agunt accomodatosq; inferunt ictus. Verũ neq; illi id per scientiã agunt, neq; hi qui dicunt scire videntur. Nihil enim his vti videntur, nisi perparum, nam vt Anaxagoras ad extruendum quidem mundũ vtitur mente, perinde atq; diis in scæna poetæ, cũ in angustũ res deducuntur, atq; cum dubitat propter quã cãm necessario est, tunc ipsam tradit, in cæteris aũt oia magis vt cãs eorum quæ fiunt, q̃ mentem assignat.

(Qm̃ aũt & contraria bonis) Loquutus de iis, qui principiis annumerarunt principiũ efficiendi recte, & pulchre talis, náq; mens est, cũ in aãlibus, quibus adest, hunc ordinem sortita sit, docet rursus, quo ductus Empedocles inter principia efficientia posuit principiũ efficiens malorũ. quia. n. sunt in rebus ẽt mala, idcirco Empedocles non solũ principiũ bonoꝝ, q̃ est amicitia, sed ẽt malorũ q̃ est discordia, posuit in principiis, siqs n. sensum dictorum illius excerpat, nec simpliciter carmina sequatur reperiet, idcirco Empedoclẽ amicitiam & discordiã inter principia posuisse, vt altera bonorum, altera malorũ esset efficiens, vocat aũt balbutire obscure loqui, qm̃ sic balbutientes loquũtur, qđ si bonoꝝ bonũ est cã, malorũ malũ, vtiq; Empedocles bonũ & malũ cãs eẽ statuit, bonum amicitiã, malum discordiã. Cæterum sic locutus de bono omisit mentionem de malo. (Hi igitur, vti diximus) Empedoclẽ dicit & Anaxagorã, Hermotimũ, item & ex poetis Hesiodum & Parmenidẽ, mentionẽ fecisse cãę efficientis, & nõ solũ materialis, q̃ inquit eadem sunt, atq; ea, q̃ a nobis dicta fuerunt in physicis, nec extra illa cadũt, obscure tñ, non aperte, & paꝝ vsi sunt cã efficiente, quod eos sic fecisse exposuit, ostẽditq; dicens, (fere. n. nihil his vti videntur, sed perparũ.) Testatur aũt Empedoclẽ primum cãm efficientẽ distinxisse, vtiumq; fuisse principiis materialibus, & quattuor corporibus pro elementis. At non ipsis parem honorem tribuisse, sed igni catera oppositis fuisse, ceu tria elementa sint, vna quædam natura, vt patere dicit, ex ipsis carminibus. Nam quod Anaxagoras & Empedocles non vti fuerint causa efficiẽte, admonuit nos cum ostenderet, recte paulo ante illud dictum esse. (Ex his igitur solam quispiam causam esse putauerit, quæ materiæ rationem subit.) Porro Anaxagorã mente quasi machina vti dicit, vt solent in tragœdus dii ex machina in auxilium laborantium ꝓduci, quod ipse declarauit. de Anaxagora vero eadem dicit, quæ Plato in phædone.

Et Empedocles magis quidem, q̃ ille causis vtitur, nõ tñ sufficiẽter aut in his id inuenit, cui oẽs assentiunt atq; concedunt. Multis enim in locis ipsi concordia quidem disgregat, discordia aũt congregat. Nam cum vniuersum quidem per discordiam in elementa distinguitur, & ignis sane & cæterorum vnũquodq; elementorum in vnum tunc cõgregatur, sed cum per amicitiam in ipsum unum iterum coeunt, tunc ipsæ partes ex vno quoq; rursus disgregentur necesse est. Empedocles igitur primus præter veteres diuisam hanc causam attulit, non enim vnum principium motus, sed diuersa atq; contraria fecit. Præterea primus ea quattuor esse dixit, quæ vt in materiei specie elementa dicuntur, non tamen illis vt quattuor, sed vt duobus vtitur solis, igni quidem per se, oppositis autem vt vna natura, terra inquã aere atq; aqua, hoc autem ipsum ex eius carminibus quispiã sumere pot est, hic igitur vti diximus, sic & tot principia dixit esse, Leucippus autem & socius ipsius democritus elementa quidem plenum & vacuum esse aiunt, horum alterum, plenum inquam ac solidum ens, alterum, id est vacuum non ens esse dicentes. Quapropter & inquiũt id quod est, non magis q̃ id quod haud est esse, qm̃ neq; vacuum minus, q̃ corpus est, hæc autem causas eorum quæ sunt, vt materiam esse aiunt, atq; vt ii q vnum subiectam substantiam faciunt, cætera ipsius affectibus generant, rarum ac densum principia affectum ipsorum ponentes, sic & hi differentias ipsas cæterorum causas esse dicunt, has tamen tres esse asserunt, figuram, ordinem, positionem. Differre enim inquiunt id quod est, figura, ordine, positioneq; solum. Nam A, quidem ab N, figura, A N. autẽ ab N, a, ordine, & z, ab N, positione differt. De motu vero vnde, aut quonam pacto inerit rebus, & hi perinde atq; cæteri inertia omiserũt. De duabus igitur causis, vti diximus, eo vsq; a prioribus quæsitũ fuisse videtur. Inter autem hos, & ante hos hi qui pythagorici vocantur, primi tetigere doctri
31 nas, ac auxere, & in ipsis principia, omniũ principia esse putarũt.

(Et Empedocles quidem magis, q̃ ille causis vtitur.) Empedoclem dicit causis efficiẽtibus magis vsum fuisse, q̃ Anaxagorã, At ne ipm quidem Empedoclem abunde eas vsurpasse. Sed neq; constantẽ sententiam continuisse, oportuit. n. vt ipsi amicitia cũctis in rebus causa esset concretionis, discordia vicissim discretionis, quod nõ fit. Sed multis in locis amicitia discernit, discordia concernit, & declarat in quibus. Cum. n. vniuersum a discordia ex vno dissidet in elemẽta, diuiditurq; & seiungitur, tunc pristinæ partes elementorũ, q̃ interse confuse fuerant, sic. n. oĩa erant vnum, quæ similes sunt, in idem concrescunt, & congregantur. Partes inquã ignis in ignẽ, & pari ratione aeris in aerem. Prorsus vt aeris partes interse coniunctę sint. q̃ eadem est ratio ignis; & cususcp elementorũ. Sic. n. fit vnius in elementa diuisio, qua quidem ratione discordia p ipsum nõ magis discretionis, q̃ concretionis est cã. Rursus amicitia cum eadem corpora & elementa cõcernit & in vnum cogit: primũ ipsa diuidit, & in particulas secat, discernitq. neq;. n. integra & singula seperatim existentia fiunt id cuius auctor est amicitia. Nam mutuo contactu ẽt in discordia essent in vno, sed confunduntur interse. huius. n. rei amicitia fit efficiens non vt interse contingant. quod in discordia quoq; accideret. Posthac Leucippi & Democriti sententiam de elementis commemorat. quam exponit aperte, & quo discrepent ab aliis aut cũ ipsis consentiant declarat. Dicebãt aũt corpus atomorũ eẽ plenũ propter soliditatẽ, & quod expersit vacui. sed q̃q̃ plenum ens vocabant, inane vero non ens, tñ qm̃ similiter per hos plenum existit, atq; inane; idcirco dicebãt nõ magis plenũ esse, q̃ inane. Aitq; hos quoq; solam cãm materialem principium esse statuisse. In hoc. n. genere ꝓ principiis ponũtur ab istis corpora indiuidua: & inane, ex quibus his cætera generantur scđm figurarum ordinis situsq; discrimina, quarũ rerum pro figura fluxum, pro ordine cõtactum: pro situ conuersionem dicebant. Neq; al'r hi q̃ veteres affectionibus mãlis cãę ad gñationẽ rerũ iuuabantur, at efficientem cãm nullam afferebant, vt q cætera raritate & densidate materię gñabant. Nisi qđ illi duobus discriminibus vtebantur ad gñationẽ eoꝝ, q̃ ex mã efficiuntur raritate & densitate. hi vero tribus cõmemoratis figura, ordine ac situ. Sed in quibusdam exẽplaribus scriptura talis habetur. (Et vt mathematicorum, eodẽ mõ & isti) quod si

recte habet,Platonem designat,quoniam vt ille generationem corporum efficiens ex mathematicis secundum discrimina & multitudinem triangulorum discrimina corporum gignebat,sic & isti secundum discrimina figurarum primorũ corporũ, cætera ex ipsis generabãt.(De motu vero vnde & quonã pacto adsit rebus,hi perinde atq; cæteri inertia omisere.)De Leucippo loquitur,& Democrito.qui alternis ictibus, & impulsibus indiuidua corpora moueri dicebant.vnde vero principium naturalis motus proficisceretur tacuerunt.Nam motus qui fit alternis ictibus,violentus est, non naturalis, at motus violentus posterior est naturali. Nam neq; atomis vnde supperat grauitas,quidq̃ dicunt.indiuidua.n.quæ in atomis intelliguntur,quęq; sunt ipsorum partes expertia esse aiunt grauitatis. At compositorum ex non grauibus grauitas quonam modo queat generari:quanq̃ de his in tertio libro de cęlo accuratius disputauit. Qui (perinde atq; ceteri)dixit,quoniam ne illorum,quidem quispiam causam reddidit motus in corporibus naturalibus. Nemo igitur cæterorum naturalium auctorum quidq̃ de motu dixit,vt ĩ naturalibus docuit.cũ de motu disputaret.(De duabus igit̃ his causis)Materialem dicit & efficientem.(Inter autem hos & ante hos) vsq; ad illud, (sed quoniam horum numeri sunt primi natura)loquitur de pythagoricis.qui partim ante Democritum & Leucippum, partim æquales ipsorum fuerunt. Aut certe cum dicit (inter autem hos,& ante hos)non solum de Democrito & Leucippo loquitur, sed ẽt de cunctis commemoratis physicis,qui partim ante Democritum & Leucippum, partim cum ipsis floruere.Vel potius quoniam ipse pythagoras Democrito & Leucippo ætate paulo superior fuit, cuius multi auditores cum his floruerunt, hos igitur dicit,cum versati fuissent in mathematicis, principia mathematum statuisse principia rerum esse. Mathematum vero principia sunt ipli numeri & natura primi per ipsos. qñ alia ex appositione sunt.Magnitudines.n.positionẽ pręsumpserunt.vt supra dixit.

Quoniã numeri sunt primi natura,& in numeris magis videbatur eis videre similitudines multas eorũ quæ sunt & fiunt,qui in igne terra & aqua veluti talem quidem numerorum affectum iusticiam esse, talem aũt animam atq; mentem,alium vero tempus & cæterorum fere quéq; similiter. Insuper affectus concentuum in numeris intuentes, ac rationes, quoniã inquam cætera quidem numeris videbantur similia esse in omni natura, numeri vero primi, atq; ante omnem naturam numerorũ elementa omnium quæ sunt, elementa esse putarunt, totũq; cœlum concentum ac numerum esse, atq; quæcũq; in numeris & cõcentibus ostendere poterãt,ad cœli affectus,ac ptes,& ad vniuersum totũ eẽ accõmodata,hæc aggregãtes accomodabãt, & si qd alicubi deficiebat, illud adesse ꝓcupiebãt,quo tota sua tractatio perfecta sit,atq; cõnexa.veluti cum denarius numerus perfectus esse,omnemq; numerorũ naturã cõprehendere videatur, & ea quæ feruntur in cœlo decem quidẽ inquiũt esse, at quia sunt nouem manifesta solum,ideo aduersam terram decimam faciunt,verũ de his aliis in locis exactiũs est a nobis determinatum.

(Quoniam autem numeri his priores sunt natura.) Prefatus pythagoricos putasse mathematum principia omnium rerum principia esse quia plurimum versati fuerant in mathematicis, deinceps exponit qua ratione ducti venerint in hanc senten- 5 z

tiam. Dictio asit cõmodius sese hãret,si pro (autem)substitueretur.n.adhuc modum. Quoniam.n.rebus numeri priores sunt.Numeri.n.ex abstractiõe sumuntur,& quoniam cernere videbantur multa in his similia rebus,q̃ sunt vel fiunt, atq; in his magis q̃ in corporibus simplicibus,quia item videbant concentuum rationes affectiões esse in numeris,idcirco numeros principia rerum esse dicebant. Nam cum cætera omnia similitudinem habeant cum numeris,numeri autem omni natura priores sint.i.cõfictis rebus quæ sunt,quæq; secundum naturam constãt numeros principia esse omnium rerum putabant.similitudines autem rerum quæ sunt vel efficiuntur,magis inesse his ĩ numeris,q̃ corporibus,quæ elementa esse dicuntur,vt terræ & similibus. Adiecit autem(& cæterorum)quoniam ad numeros entia referebant, & hos illorum elementa esse dicebant,non corpora. Porro quas similitudines rerum inesse numeris dicerent exponit.Nam quia proprium iusticiæ compensationem,& æquabilitatem esse rebantur,idq; in numeris reperiebant,idcirco numerum pariter parem primum, iusticiam esse dicebant.Nam quod est primum in singulis habentibus eandem rationem, hoc maxime id esse,quod dicitur afferebant.Hunc aũt numerũ alii quattuor esse dicebant. qa cũ primus sit quadratus in paria diuiditur,& est par, est.n.bis duo. Alii vero nouẽ q est primus numerus solidus ex impari nũero tria inse multiplicato.Rursus numerũ septẽ dicebãt esse tẽpestiuitatem,qm̃ res nãles multas tempestiuitates habere videtur, tum gñationis tum ẽt perfectionis per septimanas,vt in hoĩe.fœtus.n. septimo etiam mense vitalis editur,& septimo ætatis anno dentir,& circa annorũ alteram septimanã pubescit.circa tertiã barbã emittit.Eadẽ ratione de sole differũt,qui cũ auctor frugum esse videatur,in eo loco situs est,vbi septimus nũerus habetur,qui tẽpestituitas appellatur.Nam inter decẽ corpora,q̃ circa mediũ vestamq; mouẽtur solem septimũ ordinẽ obtinere aiunt,vt q locatus sit post globũ constantiũ stellarũ,& qnque errantiũ astrorũ lunam octauum,terram nonũ,decimum antichthonem seu aduersam terrã. Itẽ quia numerus septem eorum, qui in decem continentur nullum generat:nec ab vllo generatur, idcirco ipsum appellabant mineruam, numerus.n.binarius efficit quattuor,ternarius nouem & sex, item quaternarius octo, quinarius decem generat,generantur aũt .4. & 6. & octo & nouem,& decem.Septem neq; generat quẽpiã,neq; generatur ab aliquo,qualis est minerua, quæ a nulla matre nata est,& virgo perstitit.quinq; vero appellabant nuptias, quia nuptiæ sunt maris & fœminę coniunctio, cum aũt impar numerus istis sit mas, par viciſſim fœmina, hic primus ex primo numero pari.i.duobus,& primo impari.i.tribus gignitur. His.n.vt dixi impar erat mas,par vero fœmina.Ad hæc mentẽ,& substantiam appellabant vnum. animam.n.pro mente dixit,sed quia mens stabilis est,& vndiq; similis, & principatum obtinet, idcirco mentem vnum appellabant,& vnitatem.quinctiam substantiam, quoniam substantia primum est.Duo autem vocabant opinionem,quia in vtranq; partem flecti potest. motum item, & impositionem. Huiusmodi ergo similitudines rerum,& numerorum colligentes,numeros principia esse rerum statuebant. affirmantes omnes res ex numeris constitui. Præterea videntes concentus ad aliquem numerum constitui, horum quoq; principia numeros esse dicebant. Diapason enim in dupla proportione consistit.diapente in sexquialtera. diatessaron in sexquitertia. Asserebantq; totum cælum ad quendam concentum constare. hoc enim significat cum ait,totum cælum esse numerum, quod ex numeris constaret, & in numerũ & cõcentum.Nam cũ corpora,quæ circa medium vertuntur,habeant in proportione sua interualla, & alterum altero velocius circumacta sonum efficiant grauem tardiora, celeriora acutum, qui soni interuallorum proportione fiant, ex his armonicum sonitum effici- trã-

debant.cuius concentus cum numerum esse principium dictarent,merito cęli & vni uersi numerum principium esse statuebant . Nam solis exempli causa interuallum a terra in dupla proportione esse putabant,q̃ lunæ . Interuallū autem veneris in tripla. Mercurii in quadrupla,& in cæteris singulis inesse aliquam numerorum proportionem,& motum cæli in numeros fieri. & moueri velocissime , vt quæq; maximum habeant interuallum,tardissime,vt minimum,media vero , proportione magnitudinis circunferentiæ.ex his ergo similitudinibus rerum,& numerorum , res & entia ex numeris constare , & numeros quosdam eē affirmabant .'At numeros omni natura cunctisq; rebus naturalibus priores esse rati,cum nulla res valeat sine numero esse,'sed ne cognosci quidem omnino,& numeri sine aliis cognosci possint,numerorum elementa & horum principia,omnium aliarum rerum principia esse statuebant . hæc autem vt dictum est , sunt par & impar . quorum impar finitum , par infinitum esse credebant.numerorū autem vnitatem esse principium:ex pari & impari constantem.siquidem vnitatem parimparem esse dicebant.quod ostenditur , quoniam ipsa genitrix est paris & imparis numeri.quippe quę addita pari numero imparem efficit,impari vero parem . Et quæcunq; numeris compositionibusq; armonicis cum cæli affectionibus partibusq; conueniunt,hæc illic quasi manifesta sumentes cælum ex numeris,& in cō centum constare demonstrabant.& si qua in cælo a'numerorum ordine discrepare videbantur,hæc ipsi supplebant,& implere conabantur , vt sibi tota doctrina constaret. quapropter cum numerum decem perfectum esse putarent,viderentq; in rebus sensu nobis exploratis nouem globos moueri,septem errantium stellarum , octauum inerrantium,nonum terræ,nam & hanc in orbem moueri arbitrabantur,circa vestam consistentem,quæ per ipsos est ignis.quandam antichthonem siue oppositam terram suis dogmatis addebant,quam ipsis in oppositum terræ moueri placebat . ac idcirco oculis in terra degentium esse ignotam . Quibus de rebus exactius disseruit in libris de cælo,& in opinionibus pythagoricorum.Sed harum rerum ordinem per concentum efficiebāt,sumentes decem,quæ mouentur corpora,ex quibus mundus constituitur , distare inter ipsa armonicis interuallis,eademq; moueri proportione inter uallorum,vt supra dictum est,& alia celerius,alia grauius. eademq; mouendo sonos edere graviores quæ tardius feruntur , acutiores , quæ celerius, ex quibus armonica proportione temperatis concentum effici affirmabant,qui idcirco a nobis non exaudiretur,q; ei fuerimus assueti ab ineunte ætate. De quo item in libris de cælo meminit,& falsum esse demonstrauit . Docuitq; placuisse his parem esse infinitum,imparē finitum.& hæc principium vnitatis esse.vnitatem nanq; ꝙ ex his constet , par impārem esse : ac proinde principia hæc esse omnis numeri,cum rursus vnitates principia sint numerorū,& numerū esse totū cælū.i.oīa quæ sunt in cælo hoc est oīa entia , sed hæc quāq̃ hoc in loco pstringat,latius tñ de ipsis disseruit in libris de cęlo.

Sed cuius gratia hæc enarramus id est , vt & ab his ea,quæ principia esse ponunt accipiamus , & quonā mō dictas ad causas cadunt . atq; videtur & hi numerum principium eorum esse quæ sunt , & vt materiam , & vt affectus , habitusue putare . Numeri vero elementa esse par , atq; impar, & horū alterū finitū esse , alterū infinitū,atq; ipm vnū ex vtrisq; his eē, par enim ac impar eē dicebāt , numerū aūt ex vno cōstare , & numerū totū ip sum cœlū , vti diximus esse . Alii vero eorundē principia decē inquiūt eē ea,quæ per seriem attulerunt, finitum inquam & infinitum impar & par,

vnum & multitudiuem, dextrū & sinistrū , marem & femellam , quiescēs & quod mouetur,rectū & obliquum,lumen & tenebras , bonum & malū, quadratū & parte altera longius , quo pacto & Alcmæon crotoniates putasse videtur.nā aut hic ab illis,aut illi ab hoc sententiā hanc susceperunt. Etenim Alcmæon sene iam pythagora fuit,similemq; sententiam attulit. Dicit enim plerasq; humanarum rerum duas esse , ipsas inquiens contrarietates , nō vt illi definitas , sed quasuis , vt album nigrum , dulce amarū bonum malum , magnum & paruum . Is itaq; de reliquis indefinite dixit, Pythagorici vero & quot & quæ nā sint ipsæ contrarietates dixerūt . Ab his igitur vtrisq; tantū sumere licet , contraria inquam principia rerum esse,a Pythagoricis vero quot & quæ nam sint illa, Quo tamen modo fieri pōt,vt ad dictas causas reducātur,dilucide quidē ab illis nō est pertractatū, vidētur tamē eleméta ,vt in materici specie collocare , ex illis enim vt ex hisce q̃ insunt constare fictāue substantiā inquiūt esse.

35 (Sed cuius gratia hęc enarramus hoc est.)Admonet nos.quorsum hoc in loco tā multa dixerit de istorum opinione.vt intelligatur ad quod genus causarum Pythagorici principia referrent.Atq; hos videri ait,sensisse numerum principium esse rerum , vt materiam.Cum ex numerorū compositione cętera cuncta generarent. (Et vt affectus inquit habitusq;)quibus verbis declarat placuisse pythagoricis,numeros affectionum quoq;,& habituum genitores ,& causas esse.i.velut causam efficientem . Nam pro diserriminibus numerorum,affectiones & habitus ingenerari aiebāt,rebus ex ipsis compositis.Affectiōes.n.& habitus numerorum causas eē affectionum , & habituum,qui in rebus habētur, exempli causa duplum , sexqui tertium,sexquialterum . Aut certe quēadmodum Aspasius dicebat,numerus materia est, par autem affectio , impar vero habitus.vel numerorum par est materia & affectio, impar vero habitus . Quę his adiungit clara sunt.his numerum imparem esse finitum,parem infinitum , & vnum ex vtroq; constitui.ac idcirco vnitatem parem esse & imparem. & numerum generari ex vno constituto ex pari & impari,eo.s.modo ,quo fieri supra diximus. Deinde commemorat quosdam pythagoricorum decem oppositiones pro principiis posuisse . qui numerus ipsis primus perfectus est:quas secundum quosdam ordines ponebant , ad eas res ipsas redigentes.& exponit quæ sunt finitū.s.& infinitum,impar & par , vnum & multitudo,Dextrū & sinistrū . Mas & fœmina,quiescens & motum,rectum & curuum,lumen & tenebræ, bonum & malum,quadratum & parte altera longius . Refertq; Alcmeonem crotoniatam perinde atq; hos de principiis statuisse, vt qui singulas entia ad aliquam oppositionem referre conaretur.Ceu contrarietates principia essent. quanq̃ a pythagoricis discrepabat , quoniam pythagorici decem esse cōfitmantes,has explicabant determinabantq;,hic autem quancūq; oppositionem indeterminate principiū esse dicebat . Itaq; oīs cōtrarietas principiū huic esse poterat.Pythagoricis ergo, q fuerūt in hac sentētia cū Alcmeōe cōueniebat cōtraria eē principia rerū. At statuere quot & quæ ꝓpriū est pythagoricorū . Addit asit pythagoricos numerū posuisse principiū & cām,vt materiā,non quasi hoc illi aperte tradiderint . Nā de his vt ipse testat, nihil expositum fuerūt,sed qa hoc cōsentaneū ē iis,q̃ ab illis dicebant.(Ex illis .n.inqt, vt ex hisce quę insunt constitutā fictāq; substantiā inquiunt esse) Merito fictam dixit dū de

Vſq; igitur italos,& præter illos mollius cæteri de ipſis dixerunt, verum vti diximus cauſis duabus vtuntur, & harum alteram quidam vnam faciunt, quidam duas, eam inquam vnde eſt principium motus. Pythagorici vero duo quidem principia modo eodem eſſe dixerunt, tantum autẽ addiderunt,quod quidem & proprium eſt ipſorum, finitum enim & infinitum, ac vnum non alias quaſdam naturas eſſe putarũt,vt ignem,aut terram,aut aliquid aliud tale,ſed ipſum infinitum ac ipſum vnum,eorũ eſſe ſubſtantiam de quibus dicuntur,quapropter & omnium ſubſtantiam numerum eſſe dixerunt. De his igitur hoc modo dixerũt & de ipſo quid eſt incœperũt quidem dicere ac diffinire. Valde autem ſimpliciter tractauerunt, inſuperficie nãq; diffiniebant, atq; cui primo competeret diffinitio dicta, id rei ſubſtantiam eſſe putabant,ſicuti ſi quiſpiam idem eſſe duplũ ex eo dualitatẽq; putaret, quia prima duplum duobus ineſt, at non idem eſt fortaſſe dualitates eſſe,ac dupli,alioquin ipſum vnum plura profecto erit, quod quidem illis etiam accidebat.

(Vſq; igitur italos,& præter illos,mollius cæteri de ipſis dixerũt)Italos appellat Pythagoricos,quia Pythagoras i italia tarenti docuit philoſophiã.& cum dixiſſet vſq; ad italos,ne ipſos cõmemoratis opinionibus annumeraremus addit.& præter ipſos.Nã cum dicimus vſq; ad aliquem ipſum quoq; cum prioribus poſſumus intelligere.Neq; illud (vſq;) tempus deſignat hoc in loco. Nam Empedocles cuius opinionis mentionem facit, quaſi fuerit in his, qui vſq; ad italos,non fuit ante Pythagorã. Sed (vſq;) dixit ſpectans ad cõnumerationem opinionum, quæ memoratę ſunt. Prius.n.illorũ, q̃ Pythagorę opinionẽ refert.Atq; multos qui nominati ſunt ante pythagoram, mollius de cauſa diſſeruiſſe.i.vna cauſa fuiſſe vſos hoc eſt materiali. præter duos Anaxagoram & Empedoclem, qui cauſæ materiali efficientem adiecere. Anaxagoras hanc vnam eſſe dicens, Empedocles in duas ſecans, quod ipſe declarauit dicens (verũ vti diximus cauſis duabus vtuntur.)cui orationi deeſt (quidam ex ipſis)Quãq; in quibuſdam exemplaribus legitur ſtultius pro mollius. quod quidam obſcurius, quidam mollius interpretantur. at neq; nomen eſt vſitatum, neq; ſupra dictis conſentaneum dicere, qui vſq; ad Pythagoricos de cauſis differuerunt,eos obſcurius fuiſſe loquutos.cum quæ a Pythagoricis dicta ſũt,obſcurius dicta fuiſſe potius reperiri poſſint.quod ſi mollius dicere voluiſſet,hoc ipſo nomine fuiſſet vſus,vt aliis in locis.quãq; in progreſſu de omnibus qui ante pythagoram referuntur dicit,(Sed omnes ſub obſcure loquuti ſunt.)Porro pythagoricos quẽadmodum alios duo principia afferuiſſe dicit. Nam illud(Modo eodem)ſignificat eos pinde atq; alios dixiſſe.ſed cum paulò ante dixerit, ipſos vna cauſa materiali fuiſſe vſos, quomodo nunc duabus dicit? An duo dicit non q̃ duo genera cauſarum,ſed quod duo principia materialia efficerent,vt alii? Nam qui terrã & ignem ponunt,ii duo principia materialia efficere videntur.An hoc dicit tanq̃ placitum illorum & ipſorum dictis conſentaneum. his enim numerus infinitus.i.numerus par materia erat,finitus autem.i.imparforma. Sic.n.de ipſis in proceſſu cõmemorat,ſed quomodo etiam num ſunt duo principia ſecundum pythagoricos ,ſi,vt ipſe refert,principia his erãt finitum & infinitũ & vnũ? adhunc.n.modum tria efficiuntur? An vnum extra hæc non erat?quoniam,vt dictum eſt,vnitatem parimparem dicebãt,fiuero parim parẽ,ergo infinitũ & finitũ,erat autem par infinitum

par infinitum,uiciſſimq; impar finitum. Nam primæ vnitatis principia Pythagoricis erãt impar & par. Et fortaſſe Pythagoricorum hi duobus principiis vſi ſunt,quſ decẽ contrarietates ponebant in principiis.has.n.in duo redigebant,bonum & malum alterum ordinem bonum,alterum malum eſſe affirmantes. Sed horum opinionem a cæteris diſcrepare ait,quoniam alii qui pro principio vtũtur infinito, aut finito diuerſum aliquid & corpus faciunt infinitum & finitum,cui accidat infinito eſſe aut finito, quidã enim aquam infinitum eſſe dicebant, alii aerem,alii mediam quandam naturam, vt Anaximãder.iſti vero ipſum infinitum & ipſum met finitum ſubiectum eſſe, quoniã numerum parem q ſua natura eſt infinitus, cum per ipſos eſſe infinitum ſit eſſe numerum parem,& pari ratione numerum imparem qui natura finita ſit entibus ſubiiciebant. Neq;.n.iſtis infinitum accidens eſſe dicebatur eius de quo diceretur.i.numeri paris,ſed ipſius ſubſtantia cum eis numerus par nõ ideo eẽt infinitus quia tãtus eſſet, ſed quia talis cum iſtis omne par qua par eſt,infinitum eſſe placeret.Eadẽ ratione vnũ ſubſtantiam perſe eſſe,& non alteri rei accidere,vt eſſet vna. Porro quoniam hęc ſubiecta eſſent numerum ipſum omnium rerũ ſubſtantiam eſſe affirmabant.Ceu res oẽs ex numeris ipſis conſtituerẽtur. Nam vt ignis eſt oĩum ſubſtantia,quibus ſubiicitur ignis,ſic quibus ſubiicitur numerus,horum oĩum numerus eſt ſubſtantia. Atq; hos primos aggreſſos eſſe ait rationem reddere ac definire quid ſit entium quodq;,ſed rem ſimpliciſſime tractaſſe,& ruditer ac negligenter.Et exponit quam iſti opinionem his de rebus habuerint.Cui.n.primum definitio ab ipſis dicta conueniret,id hoc eſſe dicebãt,quod definitione explicaretur,idemq; habere rei ſubſtantiam explicatam definitione verbi cauſa,quoniam amicitiam æqualitatem eſſe dicebant,ac proinde ipſius rationem eſſe pariter par,idcirco cui primum ex numeris hoc ſuppeteret, hunc amicitiam eſſe. Non aliter q̃ ſi quis duplum & dualitatem idem eſſe putaret.Cui huic primæ duplum accidit.quam opinionem corrigens adiicit.(At non idem eſt fortaſſe dualitatis eſſe,ac dupli,alioquin ipſum vnum plura profecto erit,quod quidem illis etiam accidebat.)Nam iſtis vnum multa efficiebatur,vt.n.dicenti idem eſſe duplum & dualitatem,dualitas multa efficitur,oĩa.ſ.quibus cõgruit ratio dupli, ſic illis qui ita docebãt, vna quæq; res multæ efficiebatur.Amicitia.n.per hos eſt numerus, cui primum congruit pariter par,quippe amicitiam pariter par eſſe definiũt,quæ cũ ſit definitio ipſius, quibuſcũq; hęc definitio congruerit,erunt amicitia,hoc autẽ modo vnum multa erit. Illi.n.cui numero primũ hæc ratio conueniret,hunc rei ſubſtantiam eſſe putabãt. At non ſic ſeſe res habet. Sed cuicũq; congruit definitio alicuius,illud eſt ipſa rẽs cuius eſt definitio.& inter ſe conuertuntur.At multa ſunt pariter paria. vt.4.& 8.&.16. qui numeri cum differant interſe,erunt tñ amicitia.& ſic amicitia quæ vnum eſt, efficitur plura.Nam pariter par quia eſt eadem ratio,quam illi ponebant eſſe amicitiam,de pluribus vere dicitur.quod ipſum in aliis quoq; rebus iſtis accidit.Aut ſenſus hic eſt ſi de quibus ratio primum vere dicitur,hęc ſunt eadem ,atq; rationes quæ de ipſis dicũtur. Multæ autem rationes vni primum congruunt.Nam eundem numerum verbi cauſa tempeſtiuitas & Mineruam eſſe dicebant,idem ergo & vnus numerus multa erit, cũ ei multæ rationes diuerſæ congruant.

A prioribus igitur cęteriſq; tot ſumi poſſũt. Poſt dictas aũt philoſophias Platonis acceſſit tractatio,in plęriſq; quidem hos ſequutus, vt nõ nullis aũt & propria q̃dã habens,p̃ter italicorum philoſophiam.Ab adoleſcentia nãq; Plato factus amicus primum Cratyllo, & in opiniõibus Heracliti ſententiiſq; verſatus,qui quidem vniuerſa ſemper ſenſibilia fluere,& de

ipſis ſcientiã nõ eſſe cenſebat,hęc quidẽ & poſtea tenuit, atq; ita eſſe puta
uit.Cũ vero natura tota poſthabita,circa mores Socrates verſaret, atq;
in his ipſis vniuerſale quæreret,mentẽq; primis diffinitionibus adhiberet
illo ꝓpter id ipſum ꝓbato,hoc de aliis fieri,& nõ de ſenſibilibus rebus exi
ſtimauit,nõ.n.põt ipſa cõis diffinitio cuiuſq; ſenſibiliũ eſſe,cũ ſemp mutẽ
tur,itaq; talia quidem ideas, formaſq; vocauit,ſenſibilia vero prꝫter hæc
eſſe dixit,& hæc dici cuncta.

(A prioribus igitur cæteriſq;).i.ab aliis oĩbus,qui illos ſecuti ſunt.Deinceps explicat 38
Platonis ſententiã,quem magna ex parte pythagoricos ſecutũ eſſe ait,nõnulla ipſum
priuatim ꝓcepiſſe,vt de ideis.& docet qua rõne ductus Plato ideas aſſeruerit. referꝫ
ipſum Cratyli familiaritatẽ nactũ,q; ſtudioſus Heraclĩti erat,ab iꝑo accepiſſe oĩa ſenſi
bilia in fluxu eſſe,& nihil vnq; cõſiſtere, atq; hanc ſententiã quaſi veram fuiſſe tutatũ.
(Cæterum cum Socrates ingt occupatus in ea ꝑtiæ parte,q; pertinet ad mores, q̃reret
vniuerſale)diſputãs.n.de honeſto, aliquo aut alio in vniuerſum q̃rebat,qd eſſet hone
ſtum,nec ſumebat hoc honeſtũ,ſed id de quo quæſtio erat definire conabatur. Prætꝫ
rea Socratẽ dicit,non diſſeruiſſe de rebus naturalibus.ſed qĩo Socratẽ primũ de defini
tionibus diſſeruiſſe tradit,ſi pythagorici vt dictũ eſt q hũc ætate prꝫceſſerunt, id iꝑm
facere tentarũt! An quia illi vt teſtatus eſt,molliter, & citra artificiũ de ipſis diſputaue
runt! Ergo Plato ſuſcepta doctrina Socratis circa definitiões & vniuerſale,putauit de
finitiones quarundã aliarũ naturarũ & fieri & eſſe,non aũt cuiuſpiã ſenſibilium ſed ne
vniuerſalis quidẽ,quod in his habetur.qm̃ hęc,& oĩa quę his inſunt, etiã vniuerſalia
ſemper fluere mutari,nec vnq; in eadem natura perſiſtere dicebat,ac proinde definitio
nem cõem & vniuerſalẽ cuiuſmodi hę ſunt de quibus agimus,ſenſibiliũ cuiuſpiã eſſe *
non poſſe,ideoq; hęc inepta eſſe definiendo.qm̃ ne eſſe quidẽ. Et illas naturas a ſenſi
bilibus diuerſas,quarum ſunt definitiones ideas appellabat, a quibus ſenſibilia & eſſe
& dici affirmabat.

Per participationẽ.n.plæraq; vniuocorũ formis eſſe inquit, ipſum vero
nomẽ ideſt participationem mutatum cœpit. Pythagorici nãq; ea q̃ ſunt
imitatione numerorum inquiunt eſſe:participatione aũt Plato,noĩe mu
tato ſicuti diximus.Quæ nam tñ ſit participatio formarũ vel mutatio,vt
in cõi quæratur & ipſe & illi etiam ommiſerũt. Inſuper ꝑter ſenſibilia for
maſq;,res mathematicas medias eſſe dixit, a ſenſibilibus quidẽ hoc diffe
rentes,quod perpetuæ atq; imobiles ſunt, a formis aũt hoc qd iꝑe quidẽ
cõplures ſimiles ſunt,forma autem ipſa q̃ eſt vna ſolum.

(Per participationẽ nãq; eſſe pleraq; vniuocorũ formis) Præfatus ſenſibilia ꝑter hæc 39
& ſecũdũ hæc dici,ideſt ꝑter hæc & ab his diuerſa eẽ,atq; ſecundũ hæc dici,quod ex
poſuit dicens participatione nãq; pleraq; ſenſibilium habent eſſe,deinde explicans, q̃
ſunt iſta pleraq;,addit.(vniuocorum formis).i.vniuocorũ ſuis formis.vniuoca.n. for
mis vniuoca ſunt.Hoc aũt eſt,non oĩum ſenſibiliũ formas eſſe dicebant.Nam eorum
q̃ ad aliquid dicuntur nullas eſſe ſtatuebant,ſed ne cuiuſpiã quidẽ,eorum q̃ ſunt prꝫ
ter naturã neq; oĩno malorum . Aut pleraq; dixit pro ſenſibilibus,vt ſit ſenſus. Multa
& ſenſibilia ſunt participatiõe earum formarũ,quibus ſunt vniuoca. hoĩes.n.ſunt par
ticipatione hoĩs,equi aũt participatione equi,vt ſit ſenſus,ſenſibilia & vniuoca formis

habent eſſe participatione formarũ. Aut ſenſus eſſe põt. Multa eſſe participatiõe for
marũ. hæc aũt multa ſunt, q̃ interſe ſunt vniuoca. Multa.n.& quæ ſunt vniuoca in
ter ſe habẽt eſſe participatione vnius formę. Neq;.n.cuncta participãtvna forma,ſed
quęcũq; ſunt ſimilis formę inter ſe ac vniuoca .Non.n.ſenſibilia vniuoca eſſe diceret
ipſis formis referens Platonis opinionẽ. cũ ille dicat formas ęquiuocas iis eſſe, quæ
ad ipſarũ exemplar fiunt. Aut ſecundũ Platonem formę nõ ſunt ęquiuocę iis,q̃ ad ſui
exẽplar efficiũtur, ſed vniuocę.qui fortaſſis in quibus vniuocũ vſurpat,in iis ipſo cõ
munius pro vniuoco vtitur. Nã quæ ad exemplar ideę efficiũtur,ea niſi ratione & for
ma ſunt ideę ſimilia, qua nã re alia ſimilia eẽ poſſunt? cum ideis nihil adſit aliud, nec
ipſis quidq̃ accidat. At quæ forma ſunt ſimilia,hæc vniuoca certe ſunt. Nam ſi ipſi ho
mo,forma quædã ſimplex eſt, haud dubie, quod ipſi eſt ęquiuocũ,eundẽ ſecundũ for
mam imitatur. At definitiones ſecundũ formã materialiũ quoq; rerum ſunt. quare ſi
homines forma ideę ſimiles ſunt,quæ nihil aliud eſt,q̃ forma,horũ definitio eadẽ erit
atq; ideę. Præterea licet hæc nõ ſint apta definiẽdo, ſed formę, illæ tamẽ definitiões
de his quoq; dicuntur. Cum animal rationabile mortale de ſenſibilibus etiã hominiꝫ
bus dicatur, licet horum nõ ſit ꝓprie definitio. (Ipſum vero nomẽ.i.participationẽ
mutatum cœpit) hoc eſt mutauit. Nam imitationẽ a pythagoricis appellatã ipſe mu
tato vocabulo, participationẽ dixit.quãq; nec pythagoricorũ quiſq;, nec Plato ipſe qd
participatio, aut imitatio ſit,aut quomodo fiat,declarauerit ſed qua.ratiõe aut mõ fiat
querere in medio reliquerũt quãq; hoc a Platone in Parmenide explicatũ eſſe videtur.
Fortaſſe aũt Pythagorici dicebãt,cæteros nũeros tales eẽ,imitatione primorũ,quos ꝓ
prie eas res eẽ dicebãt.q̃ de ipſis dicerẽtur.(Inſuper ꝑter ſenſibilia formaſq; res mathe
maticas)Platoni placuiſſe refert,mathematica eẽmedias quaſdã naturas & ſubſtãtias
inter formas & ſenſibilia. Nam ſecundũ Platonem media erant,inter ipſa,quæ quidẽ
a ſenſibilibus diſcrepare putabat,ꝙ eſſent ſempiterna & prorſus immobilia. a formis
autem, ꝙ formæ vnum aliquid numero eſſent. Mathematica vero in multis,hoc eſt
in ſenſibilibus,& ſingularibus quibus inſunt, ſimilitudinem declararent. Neq;.n.iꝑa
per ſe ſubſiſtunt, ſed conſideratione. Nam ex materialibus rebus ſeparata materia &
motu, per quas & cum quibus datum eſt ipſis ſubſiſtere, ſuperſunt mathematica. q̃
in rebus materialibus, & multis ac per accidentia materialia diſcrepantibus ſimilitudi
nem declarant. Aut certe res ita ſeſe habet, Plato tamen non ita diſſeruit. qui natu
ras ipſas & ſubſtãtias per ſe ac ſempiternas eſſe faciebat.ſed fortaſſe multa ſimilia eſſe
dixit in Mathematicis,quaſi ipſorum quodq; non ſit vnum numero. mathematica.n.
multa numero ſunt triangulus & quadratum, & aliorum quodq;:vt ſenſibilia ſeruã
tis ſimilitudinẽ inter ſe ſecundũ definitionẽ. At forma quæq; vna numero eſt.

Quoniam autem formæ ſunt cæteris cauſæ. Elementa illarum omnium
quæ ſunt elementa eſſe putauit. Magnum igitur & paruum, vt mate
riam eſſe principia. Vnum autem, vt ſubſtantiam dixit. Ex illis enim
xl. vnius participatione formas ipſas numeros ipſos eſſe aſſerunt.

(Quoniam aũt formæ ſunt cæteris cauſæ.) Ratus inquit Plato formas hoc eſt ideas
cauſas eſſe cæteris omnibus vt ſint, cætera.n.illorũ ſi participatione ſunt, rurſus idea
rum principia cæterorum omnium principia eſſe ſtatuebat. idearum autem
principia, vt materiam & ſubiectum, magnum & paruum eſſe tradebat: quæ duali
tas quædam eſſet, vt ipſe dicit, indefinita, vt ſubſtantiam autem & formam, vnum.
quod quomodo eſſet principium deinde declarat dicens. (Ex illis.n.vnius particiꝑa

tione formas ipſas numeros ipſos eſſe aſſerunt,) Ex illis.ſ.ex magno & paruo coeun tibus, & in ſpecie conſtitutis ab vno participatione.i.quia ſumunt ab ipſo,vt ſint for mæ, hoc eſt ideç.quæ & ipç numeri ſunt. ideas.n.numeros ſpecificos eſſe aiunt. ſed cum formas dixiſſet, addidit numeros. formæ.n.vt numeri ideç ſunt. Nam formç aliæ quoq; ſunt, quẽadmodum etiam numeri.

Ipſum tamen vnum perinde atq; pythagorici ſubſtantiam eſſe, nec aliud quicq̃ eſſe quod vnum dicatur, & item numeros cæteris vt illi ſubſtantiæ cauſas eſſe dicebat. Pro infinito vero vt vno dualitatem, & infinitum ex magno ac paruo feciſſe, hoc ipſius proprium eſt, & inſuper ipſe quidẽ ſenſibilia dixit eſſe, illi vero numeros res ipſas eſſe dicebant, & mathema ticas medias inter iſta non ponunt.

(Ipſum tamen vnum ſubſtantiam eſſe & nullum aliud ens dici ens) præfatus Pytha- 41
goricos nullam aliam ſuppoſuiſſe naturam numeris, ſed ipſos numeros ſubſtantias eſſe aſſeruiſſe, & vnum de nullo alio ente ꝓdicaſſe, ſed ſtatuiſſe vnum quandam eſſe ſubſtantiam,quæ in eſſe vnum, habeat eſſe. hoc quoq; de Platone refert. placuiſſe huic perinde atq; illis, vnum ſubſtantiam eſſe, non aliud quidpiam ens ſecun dum ſubiectum. Deinde vnum patiens eſſe. Atq; hæc quidem Platoni ait conuenire cum Pythagoricis, item numeros principia & cauſas rerum eſſe, quãuis non eodem modo. Pythagorici.n.numeros cauſas eſſe dicebant, quaſi inexiſtentes rebus & vt ma teriam, vtiq; quaſi ex ipſis omnia entia conſiſterent Plato autem ipſos extra res qua rum cauſæ eſſent exiſtere. cũ eos velut exemplaria eſſe traderet. quod vero dicit (ut illi)non ſic eſt accipiendum quaſi Plato eadem atq; Pythagorici ratione numeros cau ſas eſſe ſubſtantiæ confirmauerit. ſed quia ipſe quoq;, vt illi numeros rerum cauſas eſſe dixit. (Pro infinito vero vt vno, dualitatem,& infinitum ex magno ac paruo fe ciſſe hoc ipſius proprium eſt.)explicato quæ Platoni cum Pythagoricis conuenirẽt, adiicit rurſus eundem ab illis diſcrepaſſe, quoniam illi vnum infinitum eſſe ponebãt, & vnam quandam naturam. quod ipſis erat pro ſubiecto & materia. hoc autem eſt numerus par. quoniam ſpecie vnũ eſt par.i.quod in paria diuiditur. Plato vero dua litatem faciebat. quam ſubiectum eſſe dicebat, & infinitum. quia non cõſtituitur in ſpecie per ſe. Magnum ſcilicet & paruum, ac exceſſum & defectum. in his nãq; infi niti naturam eſſe putabat. quæ quidem illi erant cauſa materialis. quanq̃ magnum non eſt idem ſpecie atq; paruũ, neq; exceſſus ac defectus. Sunt.n.oppoſita,ac proin de non ſunt vnum. Illud vero. (Et infinitum) dictum eſt pro (Infinitum.n.) quod ſecundum ipſum ex magno & paruo efficitur. Sic.n.dictio concinari debet. Ad hæc Plato numeros extra ſenſibilia relinquebat, nec ipſos rebus ſubiiciebat,vt mate riam,nec ipſarũ eos ſic cauſas eſſe ſtatuebat. At Pythagoricis res ipſas,& entia ex nu meris conſtare placebat,cui conſentaneum erat, vt res omnes numeros eſſe faterentur. Eſt & aliud inter ipſos diſcrimen, qđ Plato mathematica inter ſenſibilia, & ideas collocabat, Pythagorici non item.

Vnum igitur & numerum præter res ipſas feciſſe, & non vt Pythagorici, & formarum etiam introductio ob conſiderationem in differendo nimi rum fuit, Priores.n.facultatis participes diſſerẽdi nõ erant.

(Vnum igitur & numeros præter res ipſas feciſſe, & non vt Pythagorici & forma- 42
rum introductio ob conſiderationem in differendo nimirum fuit)explicatis diffen ſionibus Platonis cum Pythagoricis, nunc cauſam reddit, cur Plato non perinde ac

Pythagorici numeros principia eſſe rerum ſtatuerit. Sed ipſos a ſenſibilibus exeme rit, & ideas alias quaſdam ſubſtantias & naturas a ſenſibilibus eſſe poſuerit, & cãm fuiſſe ait rationũ exquiſitionẽ & dialecticã,quam priores nondũ attigerãt. Nam Plato cõſideràs rerũ cõſequẽtia, q cõſuetus erat,ex dialectica,vti diuiſiõe ac definitionibus, dialectici eſt.n.vtrũq;,p hæc venit in hãc ſententiã, vt aliqua ſepararet a ſenſibilibus, & putaret eſſe quaſdam alias naturas præter ſenſibilia. Diuiſio.n.generũ & ſpecierũ, non eſt diuiſio ſenſibilium. At diuiſio ſenſibilium reſolutio eſt ipſorum in elementa & principia, q̃ non ſunt ſenſibilia. Neq;.n.ſenſibiliũ quodq; idẽ eſt, atq; id vnde ſup petit ei, vt tale ſit. Cum artificioſum non hoc ſit quod ars, nec naturale, quod natu ra, quare licet numeri ſenſibilibus in cauſa ſint, vt talia ſint, vel talia,pariq; ratiotie ii ideç,ſenſibilia tamen erunt ab ipſis ſeparata. Sed neq; definitiones ſenſibilium ſunt, cum ſint non ſingularium, ſed vniuerſalium, Itaq; his præceptis dialecticis factũ eſt, vt in contemplatione intelligibilium verſaretur. Quãq̃ vnum hic quoq; ſubſtantiam eſſe dicebat, & quandam naturam ſeparatam, vt Pythagorici, Cæterum hi res ex hoc & aliis numeris generabant. Plato non item.

Dualitatem aũt alterã naturã feciſſe ex eo fuit, quia numeri præter pri mos apte ex ipſa perinde vt ex ſigillo quodã fiunt ac generantur.

43 (Dualitatem autem alteram naturam feciſſe ex eo fuit, quia numeri prꝑter primos ex ipſa perinde ac vt ex ſigillo quodam fiunt ac generantur.)Numeros principia re rum eſſe Platonis & Pythagoreorum placitum fuit. Primum nãq; incompoſitum ip ſis principiũ eſſe videbatur. Porro corporibus plana eſſe priora, ſimpliciora.n. nec cõ tracta prima eſſe natura. planis eadem ratione lineas lineis,puncta, quæ a Mathema ticis ſigna, ab his vnitates appellabantur, q̃ ſimplicia omnia ſunt, nec habent quicq̃ ante ſe. At vnitates numeri ſunt, numeri ergo priores ſunt entibus. & quoniam for mæ per Platonem ideçq; priores ſunt rebus, quæ ad ſui ꝭexemplar efficiuntur, & ab ipſis habent eſſe, quas ideas eſſe multis rationibus confirmare conabatur, idcirco for mas numeros eſſe dicebat. Sꝭ.n.ſolitarium prius eſt iis, quæ ab ipſo exiſtunt, nihil autem eſt prius numero, ſupereſt vt formæ numeri ſint. quo circa numerorum prin cipia, formarũ eſſe principia dicebat, vnum autem omnium. Præterea formas alia rum rerum eẽ principia, formarum autem, quæ numeri ſunt,principia eſſe ipſius nu meri principia. Tum numeri vnitatem & dualitatẽ principia eſſe confirmabat. Nam cum ſit in numeris vnum & non vnum, quod eſt plura & pauca, quod primum in ipſis eſt non vnum, id multorum, & paucorum principium eſſe dicebat. Primum autem non vnum eſt dualitas, quæ in ſe multum continet, atq; paucum. Nam du plum multum eſt, dimidium vero paucum, quæ in dualitate inſunt. Eſt autem dua litas vni oppoſita, ſi quidem illud eſt indiuiduum, hæc autem diuiſa. Præterea putãs ſe demonſtrare ęquale & inęquale principia eſſe omnium tum perſe exiſtentium, tũ his oppoſitorum, nihil.n.relinquit inexpertum, vt ad ſimpliciſſimum omnia refe rat, ęquale refert ad vnitatem, inęquale vero ad exceſſum & defectum. Inęqualitas enim in duobus ineſt.i.in magno & paruo. quæ ſunt excedens, & deficiens. quam obrem ipſam dualitatem indefinitum appellabat. quod neutrum ipſorum, neq; ſupe rans neq; ſuperatũ, quatenus eſt tale, determinatũ eſſet, ſed indeterminatum & infi nitum. Cęterum dualitatem indefinitam,vno terminatam,fieri dualitatem,quę in nu meris habetur. Dualitas.n.huiuſmodi eſt vnum ſpecie. præterea dualitas primus eſt nũerus. Huius vero principia ſunt excedens, & exceſſum,quoniã in prima dualitate eſt duplum & dimidium,duplum autem & dimidiũ eſt excedens,& exceſſum,quo fit,

vt hæc ſint elementa dupli. Et quia excedens & exceſſum determinata dupſum, & dimidium efficiuntur, neq; enim amplius hęc ſunt indeterminata, non magis q̃ triplum tertiumq;, vel quadruplum & quartum, aut aliorum quodq; habentium iam exceſſum determinatum, hoc autem facit vnius natura, vnum quodq;. n. quatenus hoc aliquid eſt, determinatum habetur idcirco vnum, & magnum atq; paruum dualitatis, quæ in numeris habetur, elementum eſſe videtur, at primus numerus eſt dualitas, hæc ergo ſunt dualitatis elementa. Atq; ob talia quidem Plato vnum, & dualitatem, & numerorum, & omnium rerum principia eſſe ſtatuebat, vt Ariſtoteles refert in queſtione de bono. Nunc autem dicit Platonem ideo feciſſe dualitatem, quæ eſt de numero principiorum, alteram eſſe naturam, quia numeri præter primos apte ex ipſa generentur, quaſi ex quodam ſigillo, idq; quoniam dualitas cuicũq; adderetur, huius diuidens illi eſſe videbatur. qua propter ipſam biſectiuam nuncupat, bis. n. eorum quodq; efficiẽs quibus additur, diuidit quodam modo ipſum, nec ſinit manere id, quod erat. quæ quidem diuiſio generatio eſt numerorum. Vt vero ſigilla & formæ quibuſcũq; imprimũtur, ea reddunt ſibi ſimilia, ſic dualitas ceu ſit quoddam ſigillũ, numeros que poſt ipſam ſunt generat duo duplumq; efficiens, cuicũq; appoſita fuerit. Addita. n. vni efficit duo. quia bis vnum eſt duo. duobus quattuor, tribus ſex. bis. n. tria ſunt ſex. ſimilis eſt cæterorum ratio. Illud autem (Præter primos) ſic intelligitur. i. præter impares. Neq;. n. ad hunc modum impares numeri generantur, quippe qui non efficiuntur per duplicationem aut bipartitam diuiſionem, Nunc igitur primos numeros ſimpliciter appellauit omnes numeros impares. hi. n. priores, q̃ pares eſſe conſueuerunt. Primi vero numeri ſimpliciter dicuntur, qui ſola vnitate menſurantur. vt tria, quinq;, ſeptem. quanq̃ dualitas quoq; huiuſmodi eſſe poteſt, ad alios vero relati, qui cum menſuram communem vnitatem ſolam habeant, ſeparatim tamen ab aliquo numero menſurantur. quales inter ſe ſunt octo, & nouem. quorum cum ſola vnitas menſura cõmunis ſit, vterq; tamẽ aliquem numerum habet menſuram. i. octo habet duo, & quattuor, nouem autẽ tria. Sed hoc in loco primos appellat omnes numeros impares. quia priores ſunt, q̃ pares. nullus. n. ipſorum ad modum ſupradictum a dualitate generatur, ſiquidem addita vnitate cuiq; nũero pari, impares numeri generantur. Additur aũt vnitas, & vnũ vt principium. hoc. n. conſtituit ſpeciem, nec ſubiicit, vt materia. Cæterum vt magnum & paruum vno definita dualitas eſſe dicebantur, ſic vtrũq; illorum vno terminatum vnitas ipſius vocat. Præter primos ergo dixit. i. præter ſimpliciter primos. hi porro ſunt, qui ſola vnitate menſurantur. vt tria, quinq;. ſeptem. quos ſolos aita dualitate non generari. Omnes. n. alii a primis generantur numero ſuper numero addito. Ita quoniam ipſorum generatio eſt ex duobus numeris, ex dualitate effici videntur. ac viciſſim numeri ſimpl'r primi, ga nõ ad hũc modũ gignũtur, ex dualitate generari neganť.

Fit tamen id ipſum econtra, non. n. ita fieri conſonum eſt rationi, nam illi quidem ex materia multa faciunt, & ſemel illis ſolum generat forma, at vna quidem ex materia, vna fieri menſura videtur. Qui vero affert formam, vnus multas facit vt patet. Similiter ſeſe habet & mas ad fœmellã, fœmella nãq; vno coitu grauida fit. Mas autem multas grauidas facit, & tamen hæc principiorũ illorũ ſunt mutationes. Plato igitur de his, quæ quæruntur hoc pacto determinauit.

(Fit tamen ipſum contra. non. n. ita fieri conſentaneum eſt rationi) Præfatus indefinitam dualitatem per Platonem eſſe principium, vt materiam eiq; dualitatem materiale principiũ videri, cum addidiſſet infinitã eẽ ſua natura, & multitudinis efficientẽ, refel 44

lit hac in parte opinionẽ, vt q̃ parũ cõſtantia ſenſibus, vſuq; rerũ exploratis præcipiat. Nam dualitatẽ mãle principiũ eſſe ſtatuentes, ipſam multorum genitricẽ faciunt. cum per ipſos eadẽmet dualitas multitudinẽ atq; adeo pares oĉs numeros generet, alios dũ ipſis apponitur, atq; ita generat, alios bipartito diuidendo. principiũ vero formale per eoſdem vnius eſt efficiens, qm̃ oĩs forma determinata & definita ſẽdm eſſe, aliqd vnũ eſt. quia numerorum quiſq; vnũ quoddã eſt. cum ip̃m vnum ſit quoddã vnitiuũ, dualitas aũt indefinita biſectiuũ, at nõ ſic vſu venit ĩ rebus efficiẽdis, q̃ illisaſſimulãť quæq; hũt eẽ ad illorũ ſimilitudinẽ, ſed ediuerſo. Materia. n. vna numero vnius cuiuſpiã formę receptrix ẽ, & generatrix. Neq;. n. in eadẽ materia nũero plures formę ſimul ineſſe valent. vt vnũ lignum ſit lectus, & idem menſa, idemq; ſcannũ, ſed vna materia vnam quampiã formam actu ſolam habet. At forma licet vna numero ſit, complures tamen formas efficit. Ars. n. q̃ vna forma quædam eſt, & artifex qui vnus eſt numero, complura tamen ac diverſa opera facit. ars quippe lignaria eiuſq; artifex lectum facit, & ſcabellum ac menſam, qui tamen idem vnuſq; numero eſt. quod in mare ac fœmina per inde ſeſe habet, quorum fœmina, q̃ fœtui materiam p̃bet vno coitu impletur, mas aũt multas fœminas implet. (Plato igitur de iiſ q̃ quæruntur. ad hunc modum ſtatuit) Quęrũtur aũt principia cauſæq; rerum. De principiis igiť hęc a Platone tradita ſunt.

Patet aũt ex dictis ipſum duabus ſolũ cauſis vti, ipſo inquã quid eſt, atq; materia, ipſius. n. qd eſt cęteris quidẽ formę ſunt cãe, formis aũt vnũ.

45 (Patet autẽ ex dictis ipſum duabus ſolũ cauſis fuiſſe vſum) Ex quattuor cauſis quas explicat ipſe, duabus Platonem vſum fuiſſe refert. i. materiali & formali. formę nãq; & ideę ſunt. per ipſum formaq; efficiẽtes, vt ipſis rurſus formis & ideis vnũ cauſa eſt formę, dualitas. n. in ipſis materię rationem habet, quãq̃ in quibuſdam exemplaribus ita ſcriptũ reperitur. (ipſius. n. quid eſt cęteris quidẽ formę ſunt cauſę, ſciẽtibus autem
* vnũ, & formę materia,) vt cęteros eos eẽ intelligamus, q̃ ignorãt Platonẽ ſenſiſſe. vnũ & ſubiectam materiam principia eſſe, & ipſum vnum ẽãm eſſe ideæ ipſius quid eſt. ſed prior ſcriptura caſtigatior habetur. quæ declarat formas cæteris rebus cauſam eſſe ipſius q̃d eſt, formis aũt ip̃m vnum. Et quidẽ illã lectionẽ vetuſtiorem eſſe, auctor eſt Haſpaſius, ſed poſtea mutatam fuiſſe ab Eudoro, & Harmoſto.

Et quæ nã eſt ipſa ſubiecta materia, qua deducũtur in ſenſibilibus quidẽ formæ, informis aũt vnũ, eſt enim dualitas, magnũ inquã ac paruũ.

46 (Et q̃ nã eſt ipſa ſubiecta materia de qua formę) Præfatus Platonẽ duab⁹ cauſis vſum fuiſſe, poſtq̃ meminit cauſæ formalis, & quomodo hæc ſit cauſa docuit, aducit ſecundam, & hanc ait eſſe materialẽ. Eſt. n. quædã materia ſubiecta de qua formę tũ in ſenſibilibus tum in ideis p ip̃m dicũtur. Itaq; cũ dixiſſet, (formas ipſius quid eſt cæteris rebus eſſe cauſas, formis autem vnum), locutus ſcilicet de hac quæ a p̃dictis in ſpecie conſtituitur, eius quæ in vtriſq; habetur meminit, dicẽs (de qua formę partim in ipſis ſenſibilibus, ptim in ideis dicunť) quaſi dicat, de qua formę q̃dã inſenſibilibus, q̃dã in ideis dicunť. diciť. n. & in his & in ſenſibilibus eſſe q̃dã ſubiecta mã, de qua formæ dicũtur. i. q̃ in ſpecie ſeu forma cõſtituitur. (Eſt. n. hęc dualitas) qualis ſit hęc dualitas, p ſubiecta verba declarat. Nõ. ſ. determinata: nec q̃ ĩ nũeris habeť, ſed indefinita, talis eſt n. magnũ & paruũ. Quanq̃ alťr legiť adhũc modũ. (De qua dicunť in ſenſibilibus qdẽ formę in formis aũt vnũ) & tunc intellectus hic eſſet. de qua mã formæ & exiſtũt, & dicuntur in ſenſibilibus, nam formæ ſenſibilium in hac materia ſunt, vnum autem in formis & ideis. Materia enim quæ in his habetur ab ipſo vno informatur. Sed quęrat aliquis cum Plato cauſam efficientem dixerit in eo loco vbi ait, operæpretium eſt

igitur effectorem ac patrem vniuerſi inuenire ac demonſtrare. nec cuius cauſa, & finem prætermiſerit, vbi rurſus dixit. Penes omnium regem cuncta ſunt, & omnia illius cauſa, cur Ariſtoteles nullius harum cauſarum mentionem in Platonica opinione fecit. Vtrū quia Plato cū de cauſis loqueretur hanc vtranq; reticuit, vt docuit Ariſtoteles in libro de bono? An quia naſcentiū & intereūtiū has cauſas nō ponit neq; de ipſis accuratius ediſſerit? Sed poſtq̄ docuit cauſam materialem a quibuſdam corpoream ab aliis corporis expertem conſtitui, eorum qui incorpoream eſſe dixerunt, Platonem primum commemorat. qui magnum & paruū dixit, & Pythagoricos, qui infinitum aſſerebant, par ipſum eſſe dicentes. At Leucippum & Democritum ſilentio prætermiſit, qui corpus & incorporeum, hoc eſt inane, materiam eſſe tradebant. Quanq̄ de his ſuperius mentionem fecit, ſed nec Anaximandri ſententiam omiſit, qui naturam aeris igniſq; mediam, vel aeris, & aquæ, nam vtrunq; traditum eſt, materiam eſſe aſſeuerabat.

Præterea boni maliq; cauſam elementis vtriſq; vtranq; reddidit, quod quidem & priorum quoſdam philoſophantium Empedoclem inquam ac Anaxagoram diximus quæſiuiſſe. Breuibus igitur ſummatimq; narrauimus, quinam, & quo pacto de principiis veritateq; dixerunt. Verum tamen tantum ex his habemus, neminem inquam de principio cauſaq; dicentium, preter ea quę in hiſce quæ de natura ſunt a nobis determinata dixiſſe, ſed omnes obſcure quidem, illa tamen tetigiſſe videri. Quidam enim vt materiam principium dicunt, ſiue vnum, ſiue plura ſupponant, & ſiue corpus, ſiue incorporeum id ipſum ponant, veluti Plato quidem magnum dicens ac paruum, italici autem infinitum. Empedocles vero ignem, terram, aerem, atq; aquam, & Anaxagoras eorū quæ ſunt ſimiliū partium infinitionem, hi igitur omnes talem cauſam tetigerunt, & inſuper qui aerem, aut ignem, aut aquam, aut igne quidem denſius, aere vero ſubtilius poſuere. Sunt enim qui primum elementum tale eſſe dixerunt, atq; hi ſolum hanc cauſam tetigere. Quidam autē & eam vnde eſt principium motus, vt qui concordiam, diſcordiamue, vel mentem, vel cupidinem, principium faciunt.

(Præterea boni maliq; cām elemētis ſuā cuiq; reddidit.)hoc quoq; de Platōe refert, q; cām bene & male .i. bonorū & malorū cām elemētis tribuerit, cuiq; ſuā. boni.ſ. cām vni, hoc eſt.n.qđ ipſm definit, & in ſpecie aut forma cōſtituit, Mali vero indefinitę dualitati. quippe q̄ p ipſm multitudinis, & inęqualitatis, ac oīno infinitatis, q̄ in rebus habetur, eſt cauſa. ſed poſtq̄ Platonē retulit de cā efficiēte diſſeruiſſe, vtriq;.n. elemēto cām efficientem retuliſſe. i. vni cauſam boni, dualitati indefinitę cauſam mali, admonet nos quoſdam etiam ante hūc cauſam, huiuſmodi inueſtigaſſe deq; ea diſſeruiſſe. dum ait. (Quod quidē & priorū quoſdā pƀantiū, Empedoclem inquā & Anaxagorā diximus quæſiuiſſe) quorū Empedocles nō ſolū boni, ſed mali etiā cā vſus eſt p efficiēris cauſæ participationē, vt de Platone docuit. Anaxagoras vero tū boni tū etiā mali efficientē cām mentē eē ſtatuebat. (Breuiter igitur ſummatimq;) ſtrictim ſe ac ſummatim pſtrinxiſſe ait, q; auctores añ ipſm de principiis diſſeruiſſēt, & qūo. (Veritateq;) Cōtēplatricē pƀiam more ſuo Ariſtoteles veritatem appellat. (Verūtamen ex his habemus.) Di- 47

cit ſe ideireo quæſtionem principiorum repetiſſe, vt doceret nullum eſſe cauſæ modum, qui non cadat in quempiam ex quattuor in auditu phyſico demonſtratis, quod hinc licet intelligere, quia omnes, qui de cauſis loquuti ſunt aliquam ex his cauſis commemorarunt, qui licet neq; dilucide, neq; diſtincte, ſed obſcure potius, & implicite diſſeruerint, illas tamen quoquomodo attigiſſe videntur. Nam in primo libro de phyſico auditu accuratius de quattuor cauſis diſputatum eſſe impromptu eſt intelligere, ſi cui locum libeat conſiderare, quocirca dixit. (in his quæ de natura ſunt a nobis determinata.) Vtq; oſtendat, nullam cauſam præter memoratas in auſcultatione phyſica a prioribus fuiſſe tactam, ait. (Quidam enim vt materiam principium dicunt) Eorum qui cauſam materialem ponebant, alios vnam poſuiſſe ait, alios plures. Item quoſdam corpus, alios incorporeum. quo in loco Platonem primum refert ex iis, qui materiam incorpoream ponebant, qui magnum & paruum materiam eſſe dicebat. deinde pythagoricos, qui infinitum, hoc autem erat par, quippe qui numerus ipſis erat pro materia. Nam impar numerus finitus his habebatur, & formæ obtinens locum. (Anaxagoras eorum, quæ ſunt ſimilium partium infinitionem.) Hic ex eorum numero fuit, qui principium materiale corpus eſſe ſtatuebant, vt qui deinceps commemorantur. At Leucippi & Democriti ſententiam reticet, quibus placebat corpus & incorporeum meteriam eſſe, inane videlicet & corpus. Cæterum de his ſupra eſt habitus ſermo. Huic porro hiſtoriæ ſententiam adiicit Anaximandri, qui naturam aeris igniſq; mediam principium eſſe ſtatuebat. (Hi ergo talem cauſam tetigerunt ſolum) de his fortaſſe loquitur, de quibus poſtea meminit cum ait. (Et inſuper qui aerem aut ignem, aut aquam, aut igne quidem denſius, aere vero ſubtilius poſuerunt.) Nam his priores non ſolam cauſam materialem poſuerunt, non Anaxagoras, non pythagorei, non denique Plato. Adiicit autem quoſdam alios meminiſſe eius, vnde principium motus. quæ quidem eſt efficiens. quorum eſſe ait, qui amicitiam & diſcordiam afferebant, vt Empedocles (vel mentem) vt Anaxagoras. (vel amorem) vt Parmenides & Henodus.

Quiditatem vero, ſubſtantiamue dilucide quidem nemo reddidit. Maxime vero ii dicunt, qui formas ponunt. Neq; enim vt materiam ſenſibilium, neq; vt cauſam vnde eſt principium motus, formas ipſas, & ea quæ ſunt in formis eſſe exiſtimant, immobilitatis enim cauſam magis & vt res ſint inquirere formas inquiunt eſſe. Sed quiditatem formæ quidem cæterorum cuiq; præſtent, ipſum autem vnum formis.

48 (Quiditatem vero & ſubſtantiam dilucide quidem nemo reddidit.) Præfatus Anaxagoram & Empedoclem præter cauſam materialem, efficientis quoq; mentionem feciſſe, iis qui cauſe efficientis meminerunt, eos quoq; annumerat, qui amorem in cauſis poſuerunt. At hi cauſam potius finalem amorem poſuiſſe videri poſſunt. huiuſmodi.n. eſt, ipſum appetendum. An ſi iſti dixiſſent quid deſiderās amor faceret, quæ facit finalis cauſæ meminiſſe videri poſſent, nunc in principiis amore, vt efficiente ſolum vtentes & cuius gratia reticentes principii finalis non meminiſſe videntur. Porro Platonem cauſæ formalis mētionem feciſſe oſtendit, qm̄ ideæ quæ per ipſum cauſę ſunt, & principia, non ſunt cauſæ, ut materia, cum in ſenſibilibus non habeātur. Dicit autē (ea q̄ ſunt in formis).i. formarū principia, neq;.n. hæc ſenſibilibus ſunt materia, ſed ipſa ſunt formarum elementa, in ideis eſſe vt elementa, quippe cum elementa non de ſola materia dicanť. diſcordia.n. & amicitia p Empedoclē elemēta ſunt, & in elemētis habētur, nō tū vt materia. Sed neq; ideę ſunt, vt cauſę efficientes. Nā efficiētis munus

est mouere. Ideę vero per ipm status potius,& immobilitatis cęteris sunt' causę. Sed iis,quæ ad ipsarum exemplar efficiuntur,formę ac quiditatis efficientes esse possunt. quemadmodũ igitur vnum ipsis ideis, sic ipsę cæteris sunt causæ formæ , ita de mũ,vt hæc ad similitudinem illarũ in specie constituantur.Prorsus vt,quæ ad idearum exemplar & sunt , & fiunt,ideis sint specie similes

Id vero gratia cuius actiones mutationes motusq; fiunt , aliquo quidem modo causam esse dicunt.Sic autem nõ dicunt,nec eo modo quo sua natura flagitat.Qui nãq; mentem aut concordiam dicunt, vt bonũ quidem hasce causas ponunt,non tñ vt horũ gratia quicq̃ sit eorum quæ sunt, aut fiat,sed vt ab his horum profluant motus . Similiter & ii qui & id quod est, aut ipsum vnum talem naturam inquiunt esse , causam quidem illud esse substantiæ non tamen huiusce gratia esse vel fieri dicunt.Quare partim dicunt,partim nõ dicũt ipsum bonũ,cãm esse,non.n.simpliciter , sed p accidẽs dicũt.Oẽs igitur hi testari videntur,recte de causis quot & quales sunt a nobis esse determinatum,quippe cum nullam aliã causam tangere possint,& insuper patet quærenda esse principia , aut sic omnia , aut horum aliquem modum.Post hæc autem pertractemus oportet , quomõ quisq; horũ dixit,& quænã de principiis ipsis dubitatiões emergũt.

(Id vero gratia cuius actiões,& mutatiões motusq; fiunt)de cã finali loqtur.hæc.n.est ipsum bonũ & cã rerũ quasi finis.docetq; neminẽ priorũ de hac cã proprie differuisse. Nam & si bonũ cãm esse quodãmõ dicunt, non tñ vt finẽ & quasi huius gratia cætera fiant,quemadmodũ bonum cã esse est idoneum, sed ipso vel vt causa efficiente vtuntur. Anaxagoras.n. qui mentẽ afferebat,& Empedocles,qui amicitiam,hæc bona esse statuebant,& bonorum efficientes causas,non tñ res ipsorum gratia fieri,sed hęc ipsa bonorũ efficientia sunt per istos.Similiq; ratione eos differuisse ait,qui vnum,& idem principia esse tradebant,sed eosdẽ fortasse intelligit ẽt vnũ dixisse.Plato.n.& vnum & ens dicebat,cum diceret vnum & ideam,cũ hęc proprie sint entia.Neq;.n.horũ gratia res efficiuntur,sed hęc aliis rebus causæ sunt esse suppeditantes . hoc.n. est formæ cã, nec cętera per istos huius gratia sunt , & fiunt . Ergo inter cãs boni meminerunt, sed quodãmodo reliquerunt ipm,quia propriũ eius locũ non tuentur,sed ex accidenti ait, ipsos mentionem cãæ,vt boni facere , quia esse cãm vt bonum est, cętera fieri huius gratia,qui ergo ei quod dicunt,hunc ordinẽ in causis non seruant,ii non quatenus est bonum ipm cãm faciunt.sed cui accidit bonũ esse,id cãm efficientẽ esse statuunt . Sed quærat aliquis.si Plato in epistolis dicit penes oium regem cuncta,& huius gratia oia sunt,qũo his verbis non dicit bonũ esse cãm,vt finẽ:aut si dicit qũo Aristoteles dicere negat'an seperatim in calce huius libri idẽ Aristoteles fatetur, cũ sic scribit.Ex his igitur,q̃ prius dicta sunt patet,eas vniuersos videri cãs q̃rere,quamuis obscure,quas nos in naturalibus diximus.nullamq; aliã pręter illas nos dicere posse . Atq; prius partim omnes,partim nullo mõ dictas fuisse.Prima nanq; plãia recens nata & ad huc in principiis subsistens,balbutire de rebus oibus videtur . (Oẽs igitur hi testari videntur recte de causis esse determinatũ)Ex hac cõmemoratione eorũ , q̃ de causis dicta sunt , satis patere ait,recte se quot & q̃ cãs sint statuisse . quas tales esse testimonio ẽ qđ priores nullũ aliud gen° cãę meminisse potuerũt.(Et insup patet q̃rẽda eẽ pricipia aut sic oĩa,) hoc quoq; ex dictis intelligi ait,quęrendum esse de principiis vel de omnibus a nobis

expositis quadripartita diuisione cãę Illius aũt(Aut sic) hic est intellectus.vel sic principia oĩa q̃rere oportet,vel ex his quattuor aliqđ. Nã licet doctrina hęc nõ oĩum cãrũ rõnẽ poscat,modus tñ q̃ q̃rẽ cãę in quattuor ipe quoq; cõtinet,nec abhorret ab hmõi causis,cũ pręter hęc cãrũ genera nullũ aliud esse intelligatur. Cętertũ in primis explicaturũ se ꝓfitetur,qũo eorũ quos supra cõmemorauit quisq; ꝓceperit, & quæ ex singulis opinionibus quęstiones existant.

Patet igitur eos oẽs qui vnum vniuersum ipsum,vnãq; naturã vt materiã esse ponunt,atq; hanc corpoream magnitudinẽq; habentẽ multis modis peccare. Corporũ.n.elementa tamtũmodo ponunt , incorporeorũ vero non ponunt,quæ quidem & ipsa sunt,atq; causas generationis corruptionisue dicere aggredientes,& de vniuersis generaliter loquẽtes,motus principiũ tollunt , præterea substantiam & ipsum quid est nullius rei cãm esse ponunt.Et insuper facile quoduis simpliciũ corporum ꝑter terram principium esse dicunt,non cõsiderantes quonã pacto mutuum ipsorũ faciunt ortum,ignis inquam,aeris,aquę,ac terræ,alia nãq; cõgregatione,alia disgregatiõe ex sese mutuo fiunt,hoc aũt ad idipsum,vt quippiã sit prius posteriusue,plurimũ refert.Aliqua nãq; rõne id oium maxime elemẽtũ cẽ videbitur,ex quo primo cõgregatione elementa fiunt, tale aũt est id quod minimarũ est partium,corporũq; etiam subtilissimum est. Quapropter q principium ignem ponunt,consentanea maxime huic dicerent rationi,tale autem & cęterorum quisq;,cæterorum corporum elementum esse fatetur . Nemo nãq; eorum,qui vnum dicunt,terram elementũ cẽsuit esse ob magnitudinem partium vti patet. Trium aũt elementorum quodq; iudicem aliquem habuit. Quidã.n.ignem,quidã aquam,quidam aerem , id inquiunt esse.At.n.cur nam & terram non dicunt, vt plæriq; hominum opinantur.Cuncta nãq; terram inquiũt esse. Hesiodus quoq; terram ortam esse primam corporum ait.Adeo vetusta adeo vulgaris hęc existimatio fuit . Hac igitur rõne neq; si quis horum aliquid dicat ꝑter ignem,neq; si quis aere quidem densius,aqua vero subtilius id ponat , recte dicere põt. Quod si id quod ortu posterius est,natura est prius, id aũt quod est digestum,atq; congestũ,posterius est generatione.Cõtrarium his cuenit sane.

50 Nam aqua quidem aere prior erit,terra autem aqua.

(Patet igitẽ eos oẽs,q vnũ vniuersum,vnãq; nãm,vt materiã esse ponunt,atq; hãc corpoream magnitudinẽq; hñtẽ multis modispeccare.)qũo isti vniuersum vnũ esse dixerint,ipse declarat cũ ait(Et vnã quandã nãm,vt mãm esse ponunt.& hanc materialẽ.) sic.n.vnum , quasi ex vno.Cęterũ cõnumeratis veterũ de principiis & causis sentẽtiis, differens qd pro sanis dixerint,qdue secus,ab iis sermonis initiũ capit , qui principiũ vnum idẽq; corpus esse statuebant.eosq; multa peccasse confirmat. Primũ quia volẽtes oĩum rerum principia exponere,corporum tm̃ principia reddunt.cũ tñ rerum nõ nullę habeantur incorporeę.qppe fieri non potest, vt incorporei corpus principiũ sit. deinde quia gñationẽ inducẽtes , gñandarum tamen & mouendarum rerum causam

auctoremq; prętermittit. Neq;.n.materię a ſe ipſa ſuppetit, vt moueatur. Illud autem (Atq; de generatione) dictum eſt pro hoc, atq; gñatiõis, & interitus cauſas dicere aggredictes. (Et de vniuerſis naturaliter loquentes).i. de vniuerſis rebus, quarum maxia pars mouetur. (Motus cauſam).i. cauſam afferentem motum ommiſerunt. Tum quia formã nullius cauſam eſſe ſtatuerunt. Cum tñ res oẽs vt ſint id, quod ſunt, ab ipſa forma mutuentur, qñquidem interſe ſecundum materiam nullo diſcrimine diſtent, cum materia eadem ſit in rebus oĩbus. Et quidem merito formam appellauit ſubſtantiam. A forma.n. vnicuiq; ſuppetit eſſe. Quartum peccatum iſtorũ eſt, quod ex primis corporibus temere, quod ipſis videbatur, principium eſſe ſtatuebant. quod fieri nõ poſſe docuit in poſteriore libro de generatione, & ipſe innuit ſe diſſeruiſſe in libris de natura, ſignificans hoc mõ totam doctrinã naturalem. Nam ſiue quattuor corpora, ſiue q̃dã ex his principia ſunt, ſeu deniq; vnum ipſorum quoduis, nimirum vel prima corpora alterum ex altero non fient, vt ſint immortalia, aut ſi & mutua gñatione facta maneant quæ ſunt, ſimul erunt & oppoſita in quæ mutantur. & ſic res contrariis nominibus appellabit verbi gratia ignis & aqua. Aut ſi ſic effecta nõ pſtiterint, abolebunt nimirũ, ac pinde principiũ interibit, qd ẽ abſurdũ, cũ ſit principiũ, ex quo prĩo res efficit & in qd vltimũ abit, ipm vero ex nullo efficit. quanq; huius pcĩ qd iſtorũ ſentẽtiã ſequtur hoc in loco mentionẽ prætcrit, illud inſectans, quod temere atq; leuiter, nec diſpicientes qſo ſimplicia corpora alterum ex altero generentur, ſtatuebant ex tribus corporibus ſimplicibus vnum aliquid eſſe cæterorum elementum. Nam excepta terra alterum qdq; elementũ eẽ ab aliqbus dictũ eſt. Hoc autem eſt qd his vicio dat, quod oportebat nõ ex mõ mutuq; ipſorũ generatiõis accipere ex ipſis primum & principium, qñ alterum ex altero generari cõe oĩbus eſt, neq; hac ratiõe alterum altero prius, aut poſterius habetur, quod iſti non pręſtiterunt. Simulq; docet diſcrimen mutuę gñationis elementorum dicens. (Alia nanq; diſcretione fiunt ex alteris. ex quibus licet prius & poſterius accipere alia concretione) quibus dictis, docet ſecundum ipſos gñationis modos quadam ratione cõſideratos, videri poſſe corporum id eſſe primum, ex quo primo cętera cõcretione generãtur, cuiuſmodi eſſe intelligitur id, quod minimis partibus & tenuiſſimum eſt. quare qui hac ratione ignem elementum eſſe ſtatuerunt, non temere ii loquuti eſſe videri poſſunt. Nam eorum, qui non ignem, ſed aliud quoddam corpus elementum eſſe ſtatuunt, quiſq; fatetur, huiuſmodi eſſe oportere corporum elementum. quo factum eſt, vt nemo ipſorum ſolam terram elementum eſſe cenſuerit. vt quæ cætera partium magnitudine vincat. hæc præfatus quærit cur nulla ratione terra debeat aliorum elementum eſſe, vt vulgo mortales putant, atq; adeo Heſiodus exiſtimauit. qui hanc primam poſt chaos genitam eſſe tradit. ſententiam ſuã vulgi teſtimonio cõfirmãs. Sed fortaſſe de terra dicit, niſi priores ad modum gñationis ſpectantes illa eſſe elemẽta rebantur. Cur non terrã quoq; ipſam, vt hoĩes cõmuniter opinantur, elementum eſſe dicebant. quibus dictis redit ad id quod dixerat, elementum videri id quod tenuiſſimis eſt partibus. docetq; ſecundum hanc ſententiam, qui præter ignẽ quodpiã aliud corpus, elementum eſſe ſtatuebant ſiue de horum quattuor numero. ſiue mediũ corpus inter ignem & aerem, horum neminem recte dicere. Deinde ſubiungit: qua rurſus ratione poſſit terra putari elementum dicens. (quod ſi id quod ortu poſterius eſt, natura eſt prius) ſenſus enim eſt. quod eſt pfectius priuſeſt natura imperfectiore. q̃q̃ poſterius generatione efficiatur, imperfectius vero quod tempore præexiſtit, vt fundamentum imperfectius eſt domo, puer viro. hac igitur inquit ratione qui craſſiora corporum elementa eſſe ſtatuunt, rectius ſentire videbuntur. qm̃ hæc magis concocta magiſq; perfecta videntur, quã quæ ſimpliciora, ſubtiliora & priora generatiõe ſunt. ex his

ſunt. ex his.n. mutatio in craſſiora fit. quare ſi quod eſt prius, id principium eſt, nimirum quod natura & ſubſtantia prius eſt, potius q̃ quod generatione pręcedit principiũ fuerit. Nam ſi quod prius eſt generatiõe, id poſterius eſt natura, profecto quod poſterius generatione eſt, id prius natura fuerit. terra autem per eos qui concretione res putant generari, poſterior eſt, hæc igitur potius principium fuerit, ex qua cæterorum generatio concretione magis efficitur.

De his igitur hæc ſint dicta, qui cauſam vnã, qualem diximus, ponunt. eadem dici poſſunt & ſi quiſpiam hæc plura ponat, vt Empedocles materiã quatuor corpora dixit eſſe, etenim huic ptim eadẽ, partim propria euenire neceſſe eſt, nam hæc viciſſim ex ſeſe generari videmus, non igne, non aere, non terra ſemper eodem tempore permanente. Dictum eſt autem de his, in hiſce quæ de natura ſunt dicta. De cauſa quoq; eorum quę mouentur; vtrum vna ſit an duæ ponendæ, neq; recte, neq; bona cũ ratione penitus putandum eſt eſſe dictum. Omnino etiam eorum ſententia qui ita dicunt, alterationem e medio tolli neceſſe eſt, non enim ex calido frigidum, neq; ex frigido calidum erit. Quid enim ipſa contraria patientur, & quæ nam erit vna natura, quæ ſit ignis & aqua, quod quidem ille non dicit.

)1 (De his igitur qui cauſam vnam ponũt) explicatis quæ dici poſſunt in eos, qui vnũ idemq; corporum principium eſſe ſtatuebant, in eodem errore verſari ait, ſi quis hac plura ee putauerit, hoc eſt ſigs plura principia corporea eſſe dixerit. Aut fortaſſe nõ eos ſimpliciter deſignat, q principia & corporea & plura eſſe docebant. Sed eos qui nõ vnum ex his quattuor corporibus, ſed plura principia eſſe aſſerebant, quorum corporum vnum aliquod principium eſſe a prædictis putabatur. Empedoclis.n. mentionem facit, qui quattuor corpora rerum materiam eſſe cẽſebat. (Et.n. huic partim eadem, partim propria euenire neceſſe eſt.) Empedoclẽ, vt dicebam, inſectans huic quoq; abſurda euenire docet, & ſi quattuor corpora principia eſſe dicit, partim eadẽ, quæ aſſerentibus vnum ex ipſis eſſe principium, partim diuerſa & peculiaria. Eadem, quia ſequitur hæc alterum ex altero generari, nec eadem numero perſiſtere, quod tamen proprium eſt elementi. Eſt.n. conſentaneum iis, qui vnum aliquod corporũ elementum & materiã eſſe tradunt, vt intereat quod quiq; ſupponit elementũ. Quã q̃ de his pluribus egit in tertio libro de cęlo, quorum vt nos admoneret dixit (dictũ eſt aũt de his in hiſce, q̃ de natura dicta ſunt.) Aut.n. nõ efficientur alterũ ex altero, ſi numero ſempiterna ſint, cũ tamen effici conſpiciãtur, aut erũt in eodem ſimul oppoſita. Illud quoq; iſtorum ſententię conſentaneu eſt, ſubtilitatiã & formã nõ eſſe de numero cauſarum, qui vtrorũq; cõmunis eſt error. Peculiariter aũt Empedocles in mentione mouentiũ principiorum, hoc eſt amicitię ac diſcordię labitur. Neq;.n. ſatis liquet duone, an vnũ has eſſe principiũ per ipſum ſit ſtatuendũ. quandoquidem amicitia diſcordię muneribus fungi videtur. cum quæ per ſe tota ſunt diſſociet diſcernatq;, vt cõcernat efficiatq; corpus vnum. quin & diſcordia per ipſum nõ ſolum diſcernit, ſed quæ ſimilia interſe ſunt concernit cogitq; eadem ex vnitate ſeiungens, prorſus vt neutrũ altero magis ſit per ipſum oppoſitorum efficiens. q̃q̃ neſcio an rectius ſit, quod in quibuſdam exemplaribus legitur ad hunc modũ, (neq; penitus abſq; ratione,) vt ſit ſenſus. Neq; recte prorſus, nec penitus abſq; ratione.

Anaxagoram autem ſi quiſpiam elemẽta dicere duo putauerit, ea maxi-
me ratione putauerit, quã & ſi ille non dilucide pertractauit ſequutus tñ
fuiſſet, ſiqui ipſam adducerent, nam q̃q̃ & aliter abſurdum eſt, mixta in
principio cuncta fuiſſe dicere, & quia accidit antea non mixta eſſe opor-
tere, & quia non aptũ eſt quoduis miſceri, ac inſuper quia fit, vt affectus
& accidentia a ſubſtantia ſeparẽtur, eorũdem.n.mixtio & ſeparatio eſt,
ſi quis vero quæ dicere vult exactius pertractans ſequatur, admirabilius
dicere fortaſſe videbitur. Nam cũ nihil ſegregatum erat, nihil tum vt pa
tet de ſubſtãtia illa dicere vere licebat. veluti neq; album, neq; nigrũ, neq;
fuſcum, neq; vllũ alium colorem, ſed neceſſario erat incoloratum, ali-
quem.n.colorum haberet, ſimiliter & inſipidũ, eadẽq; ratione neq; aliud
ſimilium quicq̃, neq; enim quale quid ipſum poterat, neq; quantũ, neq;
quid eſſe, aliqua nãq; particulariũ formarum ipſi ineſſet, hoc aũt eſt im-
poſſibile, ſi erant omnia mixta, ſegregata enim iam eſſent. At ille dixit
mixta eſſe omnia p̃ter mentem, hãc vero ſolam nõ mixtam eſſe, atq; ſin-
cerã, ex his igitur fit, vt ipſe principia dicat vnũ ipſum, hoc eſt.n. ſimplex
atq; nõ mixtum, & alterũ, quale ponimus indefinitũ, antea q̃ definiatur,
& alicuius ſit particeps formæ. Quare neq; recte quidem, neq; dilucide
dicit. Vuk tamen aliquid hiſce ſimile dicere, q̃ poſteriores dixerunt, &
quæ nunc magis apparent.

(Anaxagoram aũt ſi quiſpiã, elementa duo dicere putauerit) Poſthac Anaxagorę re- 52
fert opinionem refutãs vt abſurda quæ ab ipſo palam & aperte dici videntur. Ac per
abſurditatem eorum, quæ dici videntur alia ipſum per illa dicere voluiſſe docet. fauẽs
ſcilicet eius ſermoni, & eius vt ipſe ait explicans voluntatem. Nam cum Empedocles
dicat omnia in omnibus eſſe cõmiſta, ipſe materiam illum ſomniare colligit, quæ po
tentia quidem cũcta, actu vero nihil eſt eorum, quæ eſſe põt. Nam hæc licet ille non
dicat aperte, tamen eius ſententię conſentanea ſunt, ſiquis eam ad eius mentem expli
cuerit, hæc.n. ratione innituntur, quæ vero ab ipſo dici videtur, prorſus aliena ſunt.
(Nã quanq̃ & aliter abſurdũ eſt) .i. qm̃ abſurdũ dictu eſt, oĩa in oĩbus eẽ miſta: tũ ea
oportet, vt hęc ante miſtionẽ immiſta prę fuerint, nã q̃ inter ſe miſcẽtur, ea vt ſeparata
miſceãtur neceſſum ẽ, & ſic miſtio nõ fuerit prima. tũ quia nõ qua uis res naturalẽ ob-
tinet habitudinem, vt cuiuis miſceri valeat. Nam qui fieri põt, vt linea cum albo, aut
album cum muſica temperetur? Præterea quoniã huic doctrinæ affectiões & acciden
tia a ſubſtantia ſeparari ac per ſe ſubſiſtere conſentaneũ eſt. Nam quorum exiſtit mi-
ſtio hotũ quoq; habetur ſeparatio. Ergo cum hæc miſceantur, ſunt.n. de numero re-
rum omniũ, poterunt etiam ſeparari. cum hæc ergo dicere alienum ſit, nam coniun-
ctio & vacare uidetur, ſi quis tamen dicta eius ſequetur cõcinnãs explicanq; illius mẽ
tem, aliquid fortaſſe, quod plus habeat nouitatis dicere videbitur, & p̃ter cæteros ma
gis propriũ. & hoc eſt forſitã, qđ initio dixit de Anaxagora, ipſum ætate priorẽ eſſe,
re aũt poſteriorẽ. docet aũt qui eius dicta ſequitur, qño is ipſa cõcinnare explicareq;
valeat. Nam cũ nihil ſegregatũ erat, nec per ſe exiſtebat actu, tũc haud dubie nihil de
illa ſubſtãtia & miſtura, q̃ ab ipſo dicitur vere dicere licebat, nõ album, nõ nigrum,

non fuſcum nõ colorũ, ſed ne ſaporũ quidẽ vllũ, nec aliud quidpiã huiuſmodi. Neq;
n. verũ diceret, ſiquis id vocaret quale, aut quãtum, aut aliquã ſubſtantiam ex iis, quæ
actu ſunt. Ineſſet.n. aliquid horum ſeparatũ & iam actu exiſtẽs in vocata miſtura. qđ,
cum ſint oĩa miſta, fieri nequit. tũc.n. hoc nõ eſſet miſtum. Nam p̃ter mentem: quã
ſolã vẽdicat a miſtura, & ſincerã ee tradit, omnia tẽ petari cõfirmãt. Illud aũt n (ne
ceſſario) ſignificat iã eſſe in actu, (Ex his igitur fit, vt ipſe principia dicat vnũ ipm)
opinione Anaxagorę de principiis in pauca colligit. cui ſiquis mentẽ eius expetierit,
conſentaneum eſt, vnum principiũ eſſe. Mens.n. q̃ per ipſum ſimplex eſt, & miſtio-
nis expers: proportionale vnius videri põt. (Et alterũ) .i. indefinitũ, huiuſmodi. n. erat
materia, anteq̃ determinaret informaretur q. indefinita videlicet & nihil actu: ſed po
tentia cũcta obtines, q̃ effici valet. cuiuſmodi ee miſturã ille ſtatuebat. (Quare neq;
recte quidẽ neq; dilucide dicit) Nã licet ita dicat: vt ipſe fauẽs eius dictis: eũ dicete võ
luiſſe, ait: nõ tñ recte. prorſus edifferat, pro quattuor. n. duo principia dicat. Præterea
ne ſic quidem illũ dixiſſe omnino cõfirmari põt. Nam ſimilaria quæ habẽtur in miſtura,
non potentia eſſe, ſed actu dicere videtur. Sed neq; horũ quidq̃ aperte tradit. (Vult
tamen aliquid hiſce ſimile dicere, quæ poſteriores dixerunt.) Platonem deſignat, q̃
vnum & dualitatem infinitã rerũ principia eſſe ſtatuebat. (Et nunc apparentibus ma
gis) hic verbũ cõſentanea deliberatur. hæc.n. magis ſunt ſenſibus cõſentanea, q̃ quæ
dicere videtur.

At.n. hi quidem ad eos ſolũ ſermones qui circa generationẽ, corruptionẽ,
motũq; verſantur, accomodate dixerũt, fere.n. circa talem ſubſtantiã ſo
lum principia & cauſas quærũt, eos aũt qui de omnibus quidẽ quæ ſunt,
cõtemplationẽ faciũt, ipſorũ aũt alia ſenſibilia, alia nõ ſenſibilia ponũt,
de, vtriſq; gñibus cõſiderationẽ facere patet. Quocirca magis apud ipſos
morã quiſpiã t rahet, inquirendo quid bene, aut non bene dixerũt, ad eo
rum, quæ nũc proponũtur nobis conſiderationem. Igitur ii qui pytha-
gorici vocãtur, principiis quidẽ & elementis vltra q̃ naturales vtuntur,
propterea quod nõ ex ſenſibilibus ipſa ſumpſerunt. Res.n. mathematicæ
motu vacant, p̃ter eas circa quas aſtrologia verſatur, differũt tamen &
tractant omnia de natura, generãtq; cœlum & id quod accidit circa par
tes huius & affectus, operaq; cõſeruant, & principia cauſaſq; in his con-
ſumunt, vt cõſentientes cæteris naturalibus, atq; quod eſt, id eſſe tm̃ pu
tantes, quod eſt ſenſibile, ab eoq; cõtinctur, quod cœlum appellare ſole
mus. Cauſas aũt atq; principia vti diximus. Sufficiẽtia dicũt & ad aſcẽ
dendũ ad ea q̃ ſi periora ſunt, & magis illis q̃ ſermonibus, q de natura fiũt
accomodata, quo tamen modo finito ac infinito ſolum ſuppoſitis, & pa
re ac impare mo tus erit. Aut quo pacto fieri poteſt, vt ſine motu muta
tione ue gñatio ſi tatq; corruptio, aut eorũ opera q̃ ferũtur in cœlo, nihil
omnino dñt. Pr eterea ſi detur etiã ipſis magnitudinẽ ex hiſce conſtare,
aut oſtendatur q ionã mõ corporũ alia leuia, alia grauia erũt. Ex his.n.
quæ ſupponũt ac aiunt, nõ magis de mathematicis corporibus, q̃ ſenſibi
libus dicunt. Qu ocirca de igne, vel terra, vel cæteris corporibus talibus,

nihil omnino dixerũt, tanq̃ nihil, vt arbitror, proprium dẽ ſenſibilibus ipſis dicentes.

(At.n.hi quidem ad eos ſolũ ſermones, q̃ circa generationẽ cõruptionẽ, motũq; ver 53
verſantur accomodate dixerũt.) Cõmemoratis veterũ ſententiis de principiis, diſtin
ctiſq;, nũc naturales auctores ſeçernit ab iis, qui ſubſtantias incorporeas ſubſtituebãt.
quorũ doctrina eo nomine dãnata q̃ nõ de omni ſubſtãtia diſſeruiſſent, nec ea tradi
diſſent, q̃ huic doctrinæ cõferre poſſent, tranſit ad diſcutiẽdas Pythagoreorũ & Plato
nis ſententias, vt magis huic cõmẽtatiõi accommodatas. Hi.n.de cũctis rebus diſſerẽtes
quaſdã ſubſtãtias a natiuis & naturalibus, & omnino corporeis ſenſibilibuſq; diuerſas
ponebant. quo fit, vt horum ſententię diſcuſſio ad ſuſceptũ negotũ vſui maiori ſit. In
quiſitio.n.nobis non de iis cauſis ſuſcepta eſt, q̃ neq; naturales ſunt, neq; in motu ver
ſant. ſed de intelligibilibus & incorporeis. (Igit n.q̃ Pythagorici vocãtur, principiis
qdẽ & elemẽtis vlterioribus q̃ nãles vtũtur.) Inſect at Pythagoricos, q̃ naturę icorpo
reę meminiſſe videtur. qđ aliena magis & abiecta a rebus nãlibus principia ponãt, ac
vlteriora. i. latius patẽtia excedẽtiaq;, & q̃ aliarũ naturarũ principia ee queãt, incorpo
rea. ſ. ac ĩmobilia, hmõi.n.ſunt nũeri. neq̃e.n. rebus naturalibus pximа, neq; cõibus
opinionibus & naturaliũ auctorũ ſententiis cõſentanea cõſtantiaq; principia ponebãt.
Nam q̃ ab aliis principia ſtatuũtur magis corporibus naturalibus cõhærent, & mani
feſtiora ſunt, cuius ſimul cãm reddit. quia non conabãtur hæc a ſenſibilibus accipe
re, ſed a mathematicis. Nam cũ eſſent in his verſatu ex his, & horũ cõſentanea prin
cipia ponebãt. hæc porro ſunt mathematica, quorũ per ipſos numeri principia ſunt,
at mathematica extra motũ omnino, nec naturalia ſunt: exceptis iis, in qbus verſatur
aſtrologia, q̃ licet ſcientia mathematica ſit, de rebus tñ naturalibus, & q̃ motu cientur
differit, eũ aſtra, in quibus verſatur, naturalia ſint & moueãtur. (At qui huiuſmodi
principia ponũt: de nihilo alio, q̃ de rebus naturalibus diſputant: & hæc ex illis gene
rari tradũt. quippe qui cælũ cæliq; partes ex iis q̃ ponũt principia g enerari aſſerant. q̃
principia, vt ſupra diximus. par & impar ſunt, & ſic ratione redu unt eorũ q̃ in ipſis
accidũt. i. rerum cæleſtiũ quaſi nihil ſit, aut fiat ex ipis pter ſenſibilia & corpora: qua par
te naturalibus auctoribus cõſentiẽbãt. q pter corpora naturalia, q̃ ia q̃ in motu ſunt,
nihil eſſe putabãt. licet ea principia cõſtituat, q̃ incorporearum ẽ plurã naturaliũ re
rum principia dici poſſunt: qua q̃ magis illarum rationibus q̃ na turalibus congruãt,
accuſantur aũt ab ipſo, quod ne horũ quidẽ cauſas abunde reddid erint. Nam motus,
quod munus horum ppriũ eẽ videt qũo fiat in rebus ipſis, q̃ ex hi uiuſmodi principiis
& ſunt & efficiuntur no docẽt, ex finito inquã & infinito. quoru m finitum eſt impar
quod appellauit finẽ: infinitũ aũt par. Siquidẽ numeri immobile. s ſunt & nullius mo
tus authores. Sed neq; illud docet poſſe q̃ ex his principiis gene rãt, citra motum &
mutationẽ effici: aut aſtra ſuis muneribus ſine motu fungi: q̃ iatic ne & motu ipſorum
obeuntur. ſunt.n.aſtrorum opa ortus & occaſus & ſimilia: q̃ quo modo ſine motu obi
ri valeant? Aſtrorum aũt argumẽto quorũ opus per motũ effici tur: opinionẽ deficere
apertiſſime demenſtrat. ſed neq; illud offendat, vtũ ſibi concei denũ ſit: poſſe ex nu
meris & iis quæ nullã habẽt diſtantia: magnitudines & corpora cõſtitui, quod mini
me omniũ fieri põt. neq; hoc poſito ratione reddũt: vnde corpc ribus naturalibus na
turales propenſiones contingãt: leuitates grauitateſq;. neq;.n.h æc facultate talia ſunt.
vt illi cenſent, quibus materiam q̃ corpus aliquod aut corpus fi icultate ſit, ſubtectũ eẽ
placet. Nam quæ de his tradunt, ea nõ magis corpibus natura libus, q̃ mathematicis
cõgruũt. cũ æquabilitates inæquabilitateſq; ac figurę & id gen us cætera horũ illorũq;

corporũ cõia ſint. quod ſi ea: q̃ corpibus naturalibus qua ſunt naturalia priuatim cõue
niunt, grauitatẽ, leuitatẽ, humiditatẽ, ſiccitatẽq; ſilẽtio ꝓtereunt, merito de corpibus
naturalibus non diſſeruiſſe videri poſſunt. q̃q̃ id præſtare vellent & ſe præſtaturos
profiterentur.

Præterea quonã pacto ſumere oportet, numeri quidẽ affectus, ac nume
rum cauſas eorũ eſſe, q̃ a principio & nũc in cœlo ſunt atq; fiũt, numerũ
aũt nullum aliũ eſſe, præter hũc numerũ, ex quo mundus eſt cõſtitutus.
Quando.n.hac quidẽ in parte ſentẽtia ipſorũ eſt opinio atq; tẽpus, parũ
aũt ſupra, vel infra, iniuſticia iuſticiaq;, vel mixtio, idq; ita eſſe demon
ſtrant ex eo, quia vnũ quodq; iſtorũ numerus eſt, fitq; vt hoc loco iã ea
rum magnitudinũ q̃ cõſtituuntur ſit ſimilitudo ex eo, quia affectus hi ſin
gulos locos ſequũtur, eſt ne idẽ hic numerus, qui eſt in cœlo, quẽ accipe
re oportet quodq; iſtorũ eſſe, an alius præter hũc ipſum. Plato nãq; aliũ
eſſe dicit, atq; q̃q̃ & ille numeros, & hæc eſſe, & horũ cauſas arbitratur, in
telligibiles aũt cauſas, hos aũt ſenſibiles eſſe cenſet. Sed de Pythagoricis
quidẽ loqui nũc omittamus, ſatis eſt enim hos tetigiſſe. 54

(Præterea quonã pacto ſumere oportet, numeri quidẽ affectiones ac numerũ cauſas
eorũ eſſe q̃ in cœlo ſiũt) hoc quoq; incõmodũ iſtorũ ſententiã ſequi demõſtrat: quod
eorũ q̃ ab initio & nũc in cælo vel ſunt vel fiũt: cauſas eſſe putãtes numerorũ affectio
nes ipſoſq; numeros, neq;.n. præter ea q̃ in cælo ſunt, quidq̃ eſſe rebantur, nullos tñ
alios numeros eẽ tradũt & relinquũt præter eos ex quibus mũdus ipſorũ ſententia fuit
cõſtitutus. Nã cũ cãm ab opere cauſæ diuerſam eſſe deceret, tñ q̃ mundũ, quæq; in
mundo ſunt, nũeros eſſe autumãt & horũ principia nũeros eẽ cõſtituunt, in nullũ aliũ
numerũ ꝓter hunc eẽ docebãt. Melius Plato, q̃ numerũ formalẽ, quẽ cauſam eẽ ſta
tuebat, aliũ eẽ putabat. q̃ qui in ſenſibilibus haberetur. Nam iſti ad hſic modũ diſſe
rentes numerũ ipm ſui cam eſſe dicere videtur. ſiquidem vna ſit cauſa eorũ, q̃ in mo
do cõtinentur, & hæc ipſe mũdus ſint. (Quãdo.n.hac in parte ſentẽtia ipſorũ ẽ opi
nio atq; tempuſ.) His verbis qũo iſti mundũ & q̃ in ipſo habẽtur nũeros facerẽt oſtẽ
dit. qui cũ ſemper numeros appellant, & ipſorũ cauſas nũeros eẽ ſtatuerẽt, alios tñ ꝓter
hos nullos aſſerebant, ſed ipſos nũeros numerorũ cãs eẽ docebãt, prorſus, vt horum
ſententia idem cauſa ſit & opus cauſæ. qui vna in parte mũdi opinionẽ, in altera tem
pus opportunum cõſiſtere aiebant. Rurſuſq; in alia paulo ſupra aut infra hæc iniurtã
iudiciũue, aut miſturam, aut ex iis q̃ in cælo habẽtur quidq̃ aliud. Horum aũt conſti
tutionẽ, q̃ huiuſmodi ordine conficitur demonſtrare conabantur. horũ.n.quodq; ali
cuius numeri eſſe aiunt, cuiq; aſſit loco in mundo ſuũ propriũq; numerũ eſſe. Medio
n. vnũ, vt pote quod hic ſit primũ. Poſt mediũ vero duo. q̃ quidẽ opinionẽ & audaciã
appellabant, & ſic quo magis a medio recederetur, eo fieri numerũ eorũ quæ cõſtitue
rentur ampliorẽ, qđ numeri ex qbus cõſtituũtur, ac potius qbus hæc ſunt hmõi ſunt.
numerorũ.n.affectiones, ipſoſq; numeros cõſentaneos eſſe locis, qui in cælo haben
tur: ipſiſq; proprios, ac idcirco ex his magnitudines accidere. Poteſt & illud (accи
dit autem ſecundum hũc locũ iam magnitudinẽ eſſe cõſiſtentium numerorum) di
xiſſe ꝓpter loca nãtia quæq; in terra ſunt. quaſi in hoc loco idcirco multitudo magni
* tudinũ conſiſtat, quoniam numerus iam in hoc cõplura ſit, quorum plura exiſtentia

differentias efficiant, ſecudum multitudinem magnitudinum, numeros.n. pſorumq; affectiones aſſectari ſecundum proprietatem ſingula loca vel ſimplicius cõmuniuſq; dicere in aliquo loco compluribus ipſas conſiſtentes cauſas eſſe & numeros iam plures in hoc loco. ceu rerum multitudo, horum multitudinem conſequatur. quoniam res & nũeros ipſius, & ipſum in numero mſidum efficiunt. Sed vtrum inquit eſt hic numerus, qui eſt in cælo, quem accipere oportet cauſam eſſe eorum quæ fiunt in ęlo: prorſus vt idem ſui cauſa ſit. An alius præter hunc ipſum, qui ſit huius cauſa. probabilius eſt enim alium dicere, vt Plato fecit. Sed de ordine cæleſti numerorum, quem pythagorici aſſerebant, meminit in ſecundo libro de opinione pythagoreorum. (Parum autem ſupra vel infra iniuria & iudicium) qui res numeros eſſe dicebant, ii hoc ordine ipſas in cælo collocabant, quem numeros ſeruare cenſebant, quos hoc quod res ipſas eſſe dicebant. Exempli gratia. quem ordinem dualitatem habere rebantur, hunc opinionem in mundo obtinere confirmabant. quoniam his dualitas erat opinio. Rurſus quem ordinem numerus ſemptem obtineret, hunc in mundo aſſignabant tempeſtiuitati vtiq; quoniam hunc numerum tempeſtiuitatem eſſe cenſebant. Iniuriam vero exempli gratia vel iudicium paulo ſupra vel infra tempeſtiuitatem, quoniam numerorum, qui hoc erãt: quod hæ res, ordo idem haberetur. Sed in quibuſdam exemplaribus pro iniuria legitur inuictum. quod a pythagoricis idcirco quinq; appellari tradunt: quoniam in rectangulis triquetis, quæ latera primum dicibilia continent laterum angulum rectum complectẽtium alterum eſt trium, alterum quattuor, baſis vero quinq;. ergo quoniam baſis æquialet vtriq; ſimul, ideo vitrix ipſa, latera vero debellata eſſe dicuntur, ergo numerus quinq; inuictum ab iſtis appellabatur: quaſi non ſuperatus ſed inuictus ſuperiorq; ſit. Cæterum ſeu inuictum ſeu iniuria ſcribendum ſit, verborum intellectus perſpicuus eſt. Sed de pythagoricis inquit hactenus, ſatis eſt. n. hos tetigiſſe tantum, nõ amplius diſcutiens iſtorum opinionem, quoniam nihil in rebus præter naturales reliquerunt. Cæterum licet hac in parte huic ſententiæ finem faciat, tamen de principiis quid ſenſerint, omnem ipſorum ſententiam in fine huius operis diſputabit.

Qui vero ideas ponunt, primo quidem quærentes harum rerum ſumere cauſas, alia his æqualia numero attulerunt, perinde ac ſi quiſpiam numerare volens, pauciora quidem ſi ſint non poſſe putet, plura autem a ſe facta enumeret.

(Qui vero ideas ponunt primum quidem quærentes harum rerum ſumere cauſas.) 55
Hoc idearum aſſertoribus primum vicio dat, quod inueſtigantes cauſas rerum naturalium, has enim ſignificat, cum ait (harum rerum,) aliorum ſubſtantias his numero æquabiles adiiciunt. quaſi res tanto ſint futuræ notiores, ſi eadem plura efficiantur. ſiquidem excepta ęternitate ideas a rebus ſibi aſſimulatis nihilo differre ſtatuebant. quo fit, vt cum hæc ignota ſint, illa perinde ignorentur, quæ horum exemplaria eſſe traduntur, Alia igitur totidem numero ſimiliaq; his ponentes, quorum cognitionem indagabant & ſcientiam, per hæc illa quę inquirebant poſſe aſſequi rebantur. vt paulo poſt demonſtrabit. vel quod accuſat eſt, quod volentes entium cauſas cognoſcere: per hæc quærebant ipſorum cauſas. hoc enim modo harum rerum cauſas reddere ſibi videbantur. ſimile facientes, ac ſiquis velit multitudinem numerare, ſed quaſi illa, ſi tot ſint, numerari nequeant, aliam æqualem numero multitudinem apponat, & ſic deinde connumeret. ſed quæſtio tunc maxime vim haberet, ſi multitudinem iſti rebus inquirendis non ſecundum æqualitatem numeri, adiicerent, ſed ſecundum ſimilia ac proinde ſimiliter ignota. Nam formas ab iis, quæ ad ipſas eſſe habent nihilo alio per iſtos differre, q̃ ſola æternitate ipſe declarabit, eſſe autem ſimiliter ignota per additionem numeri iam demonſtrauit: q; autem quæ adiiciebant non ſint cauſæ iis, quæ inquirebant, paulo poſt docebit. vel quod reprehendit eſt. quod adiicientes totidem fere numero iis, de quibus inquirebant, ſic omniũ cauſas inquirebant & explicabãt tum priorum, tum etiam adiectorum, huic enim ſimile eſt numeri etiam exemplum.

Pene autem his æquales aut non pauciores ipſæ ſunt formæ. Quorum cauſas quærentes ex his ad illa profecti ſunt. Eſt enim per ſingula quædam eiuſdem nominis forma, præterq; ſubſtantias cæterorum, quorum eſt vnum in multis, & in his, & in perpetuis rebus. Deinde nullo eorum modorum eſſe formæ videntur, per quos ipſas eſſe oſtẽdimus, ex quibuſdam enim non neceſſe eſt fieri ratiocinationẽ, ex quibuſdam autem & eorum etiam formæ fiunt, quorum non eſſe formas cenſemus.

65 (Pene autem inquit formas his nõ pauciores eſſe,) his autem non ſingularibus & indiuiduis, ſed formis, quæ in ipſis ſunt. Neq; enim Socratis aut Platonis, ſed hominis equiue cauſas indagabant. his enim numero pene æquales formas eſſe tradebant. (Pene) autem fortaſſe idcirco adiecit quia non omnium communium ideas eſſe ſtatuebant. Nam neq; artificioſorum, neq; malorum ideas faciebant, q̃q̃ ipſorum doctrinæ, vt horum quoq; ideas eſſe dicerent, erat conſentaneum, vt paulo poſt declarabit. At non eſſe ideas pauciores iis, quorum cauſas inquirentes ad illas proceſſerant, declarant ſubiecta verba. (Eſt enim per ſingula forma quædam æquiuoca) ſed æquiuocam pro vniuoca dixit: ſiquidem Plato ad hunc modum illas eſſe dicebat. quem cuiq; rerum inquiſitarum vniuocam formam tribuiſſe docet. propterea quod formas numero totidem atq; ſenſibilia eſſe diceret. Aut æquiuoca dixit, quoniam vt ab iſtis traduntur, ad rerum noſtratium cognitionem nihil conferunt, cum ergo dixiſſet. (Eſt enim per ſingula forma quędam æquiuoca) oſtendit quomodo per ſingula. illud autem (prętereq; ſubſtantias cæterorum, quæ ſunt vnum in pluribus, & in his & in perpetuis rebus) huiuſmodi eſt præter noſtrates. ſubſtantias ſunt formę ipſis æquiuocę, & pari ratione pręter res a ſubſtantia diuerſas, quę ſunt alia genera in quibus eſt vnum quiddam, & commune in multis ſingularibus, quorum communium ideę per hos cauſę fuerint exiſtendi, ac vt efficiantur. quod vera ait. (Et in his & in perpetuis rebus huiuſmodi eſt, tum in naſcentibus: & intereuntibus. hęc enim ſignificat dicens (in his) tum in ſempiternis, nam mundus & quę in mundo habentur per ipſos ſempiternum habent eſſe. vt merito dixerit, formas ęquales eſſe numero
* ęteris quorum eſt vnum in multis. i. in quibus eſt vnum in multis quibuſdam. Nam vt ęterorum exponeret hoc adiecit ideę, nanq; per iſtos cauſę ſunt vniuerſalium, quę in ſingularibus habentur, aut vnum in multis dixit de idea. Quamuis. n. ſingularium non ſit idea, eſt tñ vniuerſalis: quod in ſingularibus ineſt. hois. n. nõ Socratis aut Platonis habetur idea, q̃ homo cõis eſt his & oĩbus ſpecie ipſis ſimilibus. q̃m oĩbus adeſt. (Deinde nullo eorũ modorũ formę eſſe videnť: per quas ipſas eſſe oſtẽdimus.) oſtendimus dixit, quaſi pfeſſus dũ Platonis refert ſententiam, ſuamipſius referre ſibi videri eamq; nõ vt aliena placita dogmataq; inſectari: ſed vt ſuam differere ac examinare. vt intelligatur veritatis indagandę gratia quęſtionem ab ipſo fuiſſe ſuſceptã. Ac oſten-

dere conatur, nulla ratione ex iis, quibus Plato innititur, ideas esse demonstrari. quibusdam enim neq; arguitur neq; colligitur propositum: & efficitur: vt quarundam rerum habeant ideę, quasi haberi isti inficiant. Alię vero licet aliqd de ideis colligere virum habeant ideę, illud tñ incomodū nō effugiūt, gn earū rerū sint ideæ, quarū his eē non placet. Neq; dicit quosdam istoꝝ oīo inepte argumentari, alios ideas esse affirmare earum rerum quarum nullas esse volunt: sed ipsarum rationū quasdam in vtroq; peccare, alias oīo in altero. Aut certe non nullas istorum rationes dānat velut oīo fallas, & nihil demonstrantes. quales hę sunt. si quidq̄ verum est, formæ sunt. nihil. n. verum est ex his, quæ apud nos habentur. Prętera si memoria est, formæ sunt. quia memoria rei manētis est. item numerus est entis, hæc autem q̄ apud nos sunt, non sunt entia, ergo numerus est formarum. ac proinde formæ sunt. Et illa definitiones entium sunt: horū aūt nihil est, formæ igitur sunt. Sed quoniam huiusmodi rationes falsæ sunt, & nihil conficiunt, idcirco harum nullam cōmemorat: sed quasdam refellit, q̄ aliquid demonstrare vidētur. & eam in primis, q̄ ex scientiis ideas esse confirmat. Quod si rationes: quibus isti ideas esse arguere conātur, huiusmodi sunt, vt vel propositum non conficiant, aut earum quoq; rerum ideas esse colligant, quarum isti esse negant, nihil opus est externis rationibus ad expugnanda ipsorum dogmata. satis enim suarum rationum infirmitate detecta corruunt,

Per rationes. n. scientiarum formæ eorum omnium erunt, quorum sententiæ sunt.

(Per rationes enim scientiarum formæ eorum omnium erunt, quorum scięntiæ sunt.)
Multifariam scientiis vsus est ad asserendas ideas. vt in primo de ideis dicit. Rationes 57
autem, quarum hoc in loco meminisse videtur huiusmodi sunt. Omnis scientia ad aliquid vnum, & idem relata officio suo fungitur: sed non refertur ad aliquod singulare, ergo præter sensibilia aliquid ē in vnaquaq; sempiternū, & exemplar eorum: quæ in quaq; scientia efficiuntur. hoc autem est idea. Prætera quarum rerum scientiæ habentur: eæ res sunt, scientiæ autem aliorum, q̄ singularium habentur, nam singularia sunt infinita & indeterminata, scientiæ vero quiddam definitum: sunt ergo aliqua prēter singularia, & hæc sunt ideæ. Ad hæc medicina non est scientia huius sanitatis, sed sanitatis simpliciter, est igit aliqua ipsi sanitas. Item geometria non est huius æqualis, & huius commensurabilis, sed simpliciter æqualis, & simpliciter commensurabilis, est igitur quiddam ipsi æquale, & ipsi commensurabile. Hæc porro sunt ideę. Itaq; huiusmodi rationes propositum, hoc est ideas esse non conficiunt. licet aliqua esse arguant præter singularia & sensibilia, quæ tamen non protinus sunt ideæ. Nam cōmunia, quorū scientias esse dicimus: præter singularia sunt. Item rerum artificiosarum ideas esse arguunt. Et enim ars omnis opera sua ad aliquid vnum refert & eę res sunt? quarum artes habentur, & artes rerum a singularibus diuersarum habentur. Sed posterior ratio non solum non demonstrat ideas esse, sed earum rerum, quarum his non placet ideas esse confirmare videtur. Nam si idcirco ipsi sanitas est qm̄ medicina non est huius sanitatis, sed sanitatis simpliciter, idem quoq; erit in singulis artibus. Ars enim non est singularis neq; huius, sed illius simpliciter in quo versatur. vt ars lignaria est fedilis simpliciter: non huius fedilis, & lecti simpliciter, nō huius lecti. Eadem est fingendi pingendiq; ac ædificandi artium ratio, & aliarum cuiusq; ad suum subiectū. sequitur ergo contra istorum placita rerum quoq; artificiosarum ideas esse.

Et per id vnum inquam in multis esse, & negationum nimirum erunt.

58 (Et per id vnū inquā in multis esse, negationū quoq; nimirū erunt) Imōi quoq; rōne ad asserendū ideas vtuntur. Si multoꝝ hominū quisq; hō est, animalis animal, q̄ eadē in cęteris est ratio, & nihil de se ipso dicit, sed aliquid est diuersum a singulis, quod de oībus ipsis dicitur, aliquid igitur est præter singularia seiunctum ab ipsis ac sempiternum. semper. n. pariter dicitur de oībus. quæ secundum numerum cōmutantur. Qd aūt vnū ē in pluribus ab ipsis seiunctū, & sempiternum, hoc idea est. sunt igitur ideę. Cęterum hac ratione ait negationū quoq; & nō entium ideas esse colligi. Negatio. n. vna eadęq; de multis dicit, & de nō entibus, & a singulis de quibus vere dicit diuersa est. Non hō. n. de equo & cane cæterisq; oībus ab homine diuersis dicitur. ac proinde vnum in multis est. neq; idem est, quod eoꝝ aliquod de qbus dicit. Preterea semper manet, cum similiter de similibus vere dicatur. Non musicum. n. de multis vere dicitur: de oībus videlicet non musicis: quēadmodum non hō de nō hominibus. quo fit, vt negationum quoq; ideę sint, quod quidē est absurdum. non existēdi. n. idea esse qui potest? quod si qs admiserit, discrepantium genere, ac oīo diuersorū vna erit idea, exempli cā lineę hominisq;. vtrūq;. n. horum est nū equus. Item indeterminatorū infinitorūq; vna erit idea. Quineriā prioris & posterioris. hō. n. & animal, quorum alterum est prius, alterum posterius, non lignū sunt. quorum tñ istis neq; genera neq; ideas esse placet. Satis ergo intelligit, hac ratione ideas esse nō cōcludi. q̄ q̄ quidē aliquid esse demonstrare velit, quod cōiter prædicetur, diuersum a singularibus, de quibus dicitur. Prætera ipsi ostendere volentes esse aliquid vnum in pluribus, quod cōiter p̄dicetur: idq; esse ideā, ex negationibus id ipsum cōfirmant. Si. n. qui de pluribus aliquid negat, is ad vnum aliquid referens negat, nam qui ait hō non est albus, equus non est albus, is non aliqd de ipsis proprium singulare negat: sed ad vnum aliquod album spectans, id ipsum de omnibus negat, nimirum, & qui de pluribus idē affirmat, non aliud singulare de alio affirmat, sed aliquid quod vnum sit scdm relationem ad vnum & idem: exempli gratia hominem: similis. n. ratio est affirmationis atq; negationis. Aliquid est igitur diuersum a sensibilibus, quod cā est veritatis in pluribus, & cōis affirmatiōis. quod quidem idea esse intelligitur. sed hanc rationem non mō affirmatorum, sed negatorum ēt ideas eē colligere ait. quippe cum in vtriſq; pari ratione vnum sit.

Per hoc autem intelligere inquam quid de corporeū etiam erunt q̄ corrūpuntur. Est. n. horum simulachrum in imaginatione vt patet. Prēterea rationum exactiores, partim eorum q̄ sunt ad aliquid ideas faciunt, quorū non dicimus perse genus esse, partim tertiū hominē asserunt.

59 (Per intellectionē aūt alicuius deletis rebus, intereuntiū quoq; erunt ideę. Nā horum quiddā phantasma existit.) Ratio q̄ ideas esse intelligendo arguere molitur, hmōi est. Cum hominē intelligimus, aut pedestre, aut animal, aliqd rerū existētiū intelligimus, sed nullū singulare intelligimus, cū deletis singularibus eadē intelligētia maneat, ergo præter singularia, & sensibilia aliquid est, quod illis vel existentibus vel nō existētibus intelligimus. Neq;. n. tūc aliqd nō ens intelligim⁹. hoc aūt est forma & idea. Hāc ergo rōnē ait intereuntiū ēt, atq; interceptorū: ad sūmā sensibiliū, & mortaliū rerū ideas esse cōfirmare, vt Socratis, vel Platonis. Nā & hos intelligim⁹, & ipsoꝝ vel cū nulli iā sunt imaginationē retinemus. phātasma. n. rerū quoq; nō existentiū cōseruam⁹, qn & ea intelligimus, quę penitus non sunt. vt hippocentaurū, & chimeram. Ita ne hac quidē ratione efficitur ve ideę sint. (Prætera rationū exactiores partim eoꝝ, quę sunt ad aliqd ideas faciunt, quoꝝ nō dicimus pse genus esse: partim tertiū hominē asserūt.) Rō igit astruens eorum, quæ sunt ad aliquid ideas esse huiusmodi est. In quibus aliquid idem

de pluribus ꝓdicaꝫ nõ ꝙuoce:ſed quaſi nãm vnã ſignificãs,ĩ iis hõc deãꝑis vere dicit, vel ga ꝑtes ſunt id. qd ꝑ ſdicatũ ſignificaꝫ,vt cũ Socratẽ aut Platonẽ hominẽ eẽ dicimus, aut ga hæc ſunt rerũ verarũ ſigna,vt cũ hoĩem de hoĩbus pictis ſdicamus.in his n. ſignificamus imagines hominũ eandẽ naturã in oĩbus ſignificãtes,vel hũc quaſi exẽplar eẽ ipſarũ,illas vero huius imagines.vt ſi Socratẽ eiuſq; imagines hoĩes ẽ dicere mus,ꝙuale aũt ipm de rebus nr̃is ſdicamus,& id qdẽ ꝙuiuoce . Neq; n. eadẽ ratio cõgruit oĩbus,neq; vere ꝙualia ſignificamus;quantũ n. in ſenſibilibus mouetur,& cõtinenter cõmutatur,neq; ẽ definitum,ſed neq; aliquod ſenſibile ꝙualis ratione exacte admittit . Cęterũ neq; hoc ẽ,vt exẽplar ipſorũ illud vt imago.neq; n. alterũ altero magis ẽ vel exẽplar,vel imago.Quod ſi qs admittat imaginẽ nõ eẽ ꝙuiuocũ exẽplari ſemp ſequit,hęc ꝙualia, vt imagines,ꝙualia eẽ eius,qd ꝑprie ac vere ẽ ꝙuale: qd & verũ ẽ,aliqd eẽ ꝑprie, & ple ꝙuale.ad cuius exẽplar hæc quaſi imagies & fiũt & dicũt. hoc aũt eſt idea,q̃ exẽplar ẽ,& imago iis,q̃ ad eius ſimilitudinẽ efficiũt.Hæc igit vna ratio,quę ideas eẽ cõfirmat eoꝝ,q̃ dicũtur ad aliqd, accuratius,exactius ꝑpiuſq; ideas rũ demõſtratione attingere,videt.q̃ non aliquid eõe ꝑter ſenſibilia ſimpliciter videtur demõſtrare, vt ſupiores,ſed eſſe quoddã ſenſibilium exemplar,quod proprie exiſtit. hoc n. maxime ideę ſignificari videnť.Hanc ergo rationẽ eoꝝ quoq; ,q̃ ad aliquid dicuntur,ideas eſſe confirmare ait.Nã præſens demonſtratio in ꝙuali ꝓcedit .quoꝝdã ideas ſubſtantias qualdam eſſe placeat,q̃ perſe ſubſiſtant.cumq; ad aliquid dicũtur, in habitudie mutuæ relatiõis eẽ hũt.Præterea ſi æquale æquali ẽ æquale,efficit,vt æqualis plures habeantur ideę.qm̃ ipſi æquale ipſi ꝙuali eſt æquale.Nã ſi nulli eſt æquale, ne ꝙuale quidem fuerit.Ad hęc inæqualiũ ideas eſſe pari rõne oportebit.Nã oppoſitoꝝ pinde erunt,aut nõ erunt ideę.Inęquale aũt cõſtat inter hos in pluribus eẽ. Quo in loco opinione rurſus cõem efficit quaſi diſputet aduerſus ꝓpria ꝓpinionẽ , dicens. (quoꝝ nõ dicimus ꝑſe genus eſſe)Genus aũt ꝓ ſubſiſtentia & nã dixit.Ipm. n. ad aliquid,vt alio in loco teſtat ꝓpagini ſimillimũ eſt.Rõ porro,qua tertius hõ eſſe colligitur:hmõi eſt.Quæ de ſubſtantiis cõiter dicunt,ea ꝑprie talia eſſe aiũt;& hæc eẽ ꝙualia. Ad hæc q̃ interſe ſimilia ſunt,taha eſſe,ga participant eodẽ aliquo ,quod ꝑprie hoc eſt,& id eſſe ideã.Quod ſi ita eſt,& quod de qbuſdã cõiter dr̃,niſi eſt idem,quod aliqd eoꝝ ,de quibus dr̃ aliquid eſt ꝑter illa ,nã idcirco ipſi hõ genus eſt,quia de ſingularib⁹ dicitur,& ab illoꝝ quoq; diſcrepat:nimirum tertius qdam hõ fuerit ꝑter ſingularia,vt Socrat̃,& Platonẽ,& præter ideã,q̃ & ipſa vna numero eſt.Erat aũt alia ſophiſtarũ rõ, qua tertius hõ eſſe concluditur,adhunc modũ.Cum dicimus hõ deambulat ,nõ homine quidẽ ideam deambulare dicimus,ĩmobilis eſt.n.idea,neq; ſingulorũ quẽpiã , quippe quẽ non cognoſcimus . Nam hominẽ deambulare cognoſcimus, ex ſingulis quis eſt de quo loquimur,non cognoſcimus , ſed aliũ quendam ꝑter hos tertium hominẽ deambulare dicimus,eſt igitur tertius hõ,de quo deamdulare ꝓdicamus.Huic ergo rõni,q̃ quidem captioſa eſt:occaſionem ꝑbuerunt, qui cõe a ſingularibus ſeiungunt. quod efficiũt,qui ideas eſſe ſtatuunt.ſed Phanias in eo libro,quẽ ſcripſit in diodorum teſtatur:Polyxenum ſophiſtam arguere tertium hoĩem eẽ ad hunc modũ,ſi participatiõe ac ſocietate ideę ac ipſi hoĩs hõ eſt,aliquem hominẽ eſſe oportet , qui eſſe habeat ad ideam.At ipſi hõ,cum ipſe ſit idea,non eſt participatione ideæ , ſed neq; hõ qlibet, ſupereſt igitur alium quẽdã tertium hominẽ eſſe , qui habeat eſſe ad ideam . Ad hæc tertium hominẽ eſſe ad hunc modũ oſtenditur.Si quod de pluribus vere ꝓdicaꝫ,aliqd eſt diuerſuꝫ ab iis,de qb⁹ ꝓdicaꝫ,auctores.n. ideaꝝ hoc demõſtrare rebant̃, idcirco.n. iſtis ipſi hõ eſt,ga homo de pluribus ſingularibus hoĩbus vere ꝓdicatur , ac proinde

diuerſus a ſingulis hominibus eſt.ſi res ergo ita ſeſe habet , profecto vt tertius homo ſit,perinde fuerit conſentaneum.Nã de ſingularibus ipſaq; idea hõ ꝓdicaꝫ,eſt igit̃ tertius hõ ꝑter ſingulares ipſamq; ideã.Si.n.q̃ prędicaꝫ,diuerſus eſt ab iis, de quibus ꝓdicatur,& ꝑſe ſubſiſtit,hõ aũt de ſingularibus atq; idea ꝓdicaꝫ,nimirũ tertius hõ fuerit a ſingularibus ipſaq; idea diuerſus , ſed hac ratione quartus quoq; hõ eſſe cõfirmabit, q̃ de hoc:& idea:ſingularibuſq; ꝓdicet̃.& item quintus:& hoc in infinitum.ſed hæc rõ eadem ẽ:atq; prima.quod incõmodũ his accidit, dũ ſimilia alicuius eiuſdem participatiõe ſimilia ee ſtatuãt hoĩes.n.& ideæ ſimiles interſe ſunt.duas igitur rõnes ,q̃ exactiores eſſe videbantur:cõuincit:alterã quod eorũ q̃ dicuntur ad aliqd ideas eſſe cõfirmet, alterã quod tertiũ hominẽ aſſerat:& homines dempto fine multiplicet. Qua ratione vnum quodq; multiplicari poteſt ex iis:quorũ ideas eſſe tradunt.At priore quidẽ tertii hoĩs expoſitiõe cum alii quidã:tum in primis Eudemus aperte in libro de dictione vtitur.poſteriore vero ipſe in quarto de ideis:& in hoc paulo poſt.

Atq; omnino rõnes eę,quæ fiunt de formis ea tollunt,q̃ magis eſſe volũt, qui formas inquiunt eſſe,q̃ ipſas ideas,fit enim vt nõ ſit dualitas,ſed numerus primũ:& id quod eſt ad aliquid,prius ſit eo,quod eſt ꝑ ſe.

60 (Atq; omnino rationes hæ,quę fiunt de formis , ea tollunt quæ magis eſſe volunt quĩ formas inquiunt eſſe.q̃ ipſas ideas)Magis aũtẽ potiſſimũq; principia eſſe volũt quĩ principia his ipſarum quoq; idearum ſunt principia.Sunt vero principia vnũ,& dualitas indefinita,vt paulo ante dixit.& ipſe refert in libro de bono.quin & nſierorũ hæc eſſe principia iſtis placet.Hęc igit̃ principia a rõnibus ideas aſſerẽtibus tolli pfitetur. qbus principiis ſublatis corruẽt profecto q̃ deinde ſequunt̃,ſiquidẽ hæc ex principiis exiſtunt.ac proinde ideę cõſtare neqbunt.Nã ſi de quibuſcũq; aliquod cõe dicit̃,in his eſt quidã ſeparatum & idea,de dualitate vero indefinita dualitas dicit̃,ſequit̃,vt hac ſit prius aliquid ac idea,& ſic dualitas indefinita nõ erit principiũ. Neq; rurſus ipſa dualitas prima principiũq; fuerit. Nam iterũ de illa, vt idea numerus prædicatur cum iſtis ideas numeros eẽ placeat.quare numerus,qui ſit aliqua idea prior erit per iſtos . & tſic infinita dualitate,q̃ his eſt principiũ,numerus erit prior.non ediuerſo numero dualitas. Ita non iam erit illa principiũ,ſiquidem cum habitudine quadam talis eſt.Prętereа poſitum eſt hanc eſſe numeri principium,ratione vero propoſita efficitur,vt numerus dualitate ſit prior. Ad hęc ſi numerus eſt ad aliquid , oĩs.n. numerus alicuius eſt̃, eſtq; numerus rebus prior,cũ ipſa quoq; dualitate,quam principium eſſe ſtatuebant, prior ſit,vtiq; ipſum ad aliquid prius erit eo,quod per ſe exiſtit . quod quidem eſt abſurdũ. quidquid. n. ad aliquid dicitur,poſterius eſt.quippe quod habitudinẽ ſignificat naturæ præexiſtẽtis,q̃ natura prior ẽ habitudine quæ ipſi accidit. Nam ad aliquid,vt in moralibus dixit,propagini ſimile videtur eſſe.Quinetiam ſiquis numerum quantum eſſe, non autem ad aliquid eſſe dixerit,fiet vt quantum ſubſtantia prius ſit.Preterea iſtis ad aliquid principium eius eſſe,quod perſe ſubſiſtit,eoq; prius dicere conſentaneũ eſt.cũ ideã ipſis ſubſtantiarum principiũ eſſe placeat.& eſſe ideam poſitum ſit ineſſe exemplar,ſitq; exemplar ad aliquid.Exemplar.n. alicuius exẽplar eſt . Iam vero ſi ideas eſſe conſiſtit in eſſe exemplaria,profecto quæ ad ipſarum exemplum fiũt, & quorum ſunt ideæ,imaginum erũt imagines,hac autem ratione quæcũq; ſecundum naturã cõſiſtũt ad aliquid per eos effici dicas.cum omnia imagines ſint,& exemplaria.Præterea ſi eſſe ideas conſiſtit in exemplaria eſſe,eſtq; exemplar gratia eius,quod ad ipſius efficitur ſimilitudinem,& quod ꝓpter aliud eſt,hoc ignobilius eſt illo ideę nimirum,q̃ quę ad ipſarum ſimilitudinem efficiuntur,ignobiliores erunt.

Et vniuerſa etiam ea quibus opiniones quidam de ideis ſecuti, principiis ſunt aduerſati.

(Et vniuerſa etiam ea,quibus opiniones quidam de ideis ſecuti principiis ſunt aduer 61
ſati.)Huiuſmodi quædam ſunt rationes,quæ præter cõmemoratas.per idearum poſi
tionem,principia ipſarum amoliuntur.quod cõmuniter de aliquibus dicitur, id prin
cipium eſt ideaq; illorum,principium autem cõmuniter de principiis,elementum de
elementis dicitur,ergo principiorum elementorũq; aliquid eſt principium, eſtq; prius
ac proinde neq; principiũ fuerit,neq; elemẽtũ.Ad hæc idea nõ eſt prior q̃ idea.nam ſi
militer oẽs ideæ ſunt principia,ſed ipſiunum & ipſidualitas perinde idea eſt,atq; ipſi
homo,& ipſiequus,& alia quæq; idea,nõ igit̃ altera prior eſt altera, nec alterius prin
cipium,ergo neq; vnum nec infinita dualitas principium eſt. Item ideam ab idea in
formari abſurdum eſt,cum omnes formæ ſint,at ſi vnum & indefinita dualitas princi
pia ſint,idea ab idea erit informata.Nã ipſidualitas ab ipſiuno informabit̃. q̃ſic princi
pia eſſe traduntur,vt vnum ſit forma,dualitas autem materia.hæc igitur nõ ſunt prin
cipium.Quod ſi dualitatem indefinitam ideam eſſe negauerint, primum aliquid erit
prius ipſa,quæ principium eſt.Nam ipſidualitas, cuius participatione ipſa eſt dualitas
hac prior erit,Neq;.n. eſt ipſa dualitas participatione,de ipſa.n dualitas prædicabitur,
quoniam de dualitatibus prædicatur.Deinde ſi ideę ſimplices ſunt,non conſtabunt ex
diuerſis principiis,At vnũ,& dualitas infinita diuerſa ſunt, nõ igitur ex his conſtabũt
ideę.Tum dualitatum multitudo mirabilis fuerit,ſi alia ſit ipſidualitas, alia dualitas in
finita,alia dualitas mathematica, quam numerantes vſurpamus,quæ a prioribus illis
eſt diuerſa.& item alia,quæ in numerandis ſenſibilibuſq; habetur. Atqui hæc incõ
moda ſunt,cum poſſit quiſpiam horum placita de ideis ſecutus principia demoliri
quæ ipſorum ſententia ſunt ideis potiora.

Præterea exiſtimatione quidem qua ideas dicimus eſſe,non ſolũ ſubſtan
tiarum erunt formæ,ſed multorum etiam cæterorum, eſt enim id vnum
quod mente concipitur,non modo circa ſubſtantias,ſed etiam circa cæ
tera.Et ſcientiæ non ſubſtantiæ ſolum,ſed cæterorum etiam ſunt, & alia
eueniunt huiuſmodi infinita. Neceſſitate autem opinionibuſue, quæ de
ipſis habentur,ſi formæ participabiles ſunt, ſubſtãtiarum dũtaxat ideas
eſſe neceſſe eſt,non enim per accidens participantur.

(Preterea exiſtimatione quidem qua ideas dicimus eſſe) Ex rationibus inquit confir 62
mantibus ideas eſſe efficitur,vt non ſubſtantiarum ſolum, ſed complurium aliorum
ideas eſſe confitendum ſit,vt ſupra demonſtratum eſt. Illa.n.ratio ,quiddam cõmune
in pluribus intelligi,quod etiam ſublatis ſenſibilibus intelligatur, mortalium tantum
rerum ideas eſſe demonſtrat.Eę vero quæ ex doctrinis colligere moliuntur, non mõ
ſubſtantiarum,ſed multorum aliorum ideas eſſe conficiunt.Neq;.n.ſubſtantiæ ſolum
intelliguntur deletis etiam iis,de quibus intelligi prædicatur,ſed quanta etiã & qualia
& horum entium quodq;.Neq; doctrinæ de ſubſtantiis tantum habentur.Quinetiã ſi
virtutum ideę ſunt,non ſubſtantiarum modo erunt ideę,cum virtutes non ſint ſubſtã
tiæ,illud autem,(Et alia eueniunt huiuſmodi infinita)dixit quia ſunt aliæ quædam ra
tiones ad aſſertionẽm idearum pertinentes.ex quibus efficitur, vt non ſubſtantiarum
ſolum ideas haberi,ſit confitendum . Nam quod aiunt,vnum de pluribus dici,quod
idem cunctis interſe diuerſis adeſt ,ſed differt ab ipſorum ſingulis,id non ſubſtantiarũ
tantum ideas eſſe confirmat. Neq; enim vt vnum de pluribus dicatur,in ſubſtantia

tantum

tantum vſu venit.Neq; ea ratio,quæ rerum conſtanter efficiendarum cauſam eſſe di
cit,quod hæ ad conſtans quoddam exemplum,quæ idea eſt,efficiantur, in ſubſtantiis
ſolum valet,non magis q̃ alia,q̃ ad hunc modũ colligere molitur.Quidquid affirman
tes vere dicimus,id exiſtit , ſed affirmantes concentus eſſe quinq; vel tres , & harmo
nias tres vere dicimus,tot igitur ſunt.at nũerus,rerũ noſtratiũ infinitus eſt , ſunt ergo
alia ſempiterna per q̃ vera dicimus,& hæc ratio nõ ſolũ valet in ſubſtantiis cuiuſmodi
rationes aliæ quoq; complures habentur. At neceſſarium eſt inquit, & illorum placi
tis conſentaneum,ſi formæ cõmunicabiles ſunt,ſubſtantiarum tantum eſſe ideas. Nã
ſi ideas cauſas iſtis eſſe placet,vt ea ſint,q̃ ad ipſarum exemplum efficiuntur, & cõmu
nicatione idearum hæc ſunt,ſatis intelligitur,ipſas non ex accidenti cõmunicari,neq;
per accidẽs cauſas eſſe:vt ea ſint:quæ ad ipſarum exemplum,& propter ipſas ſunt, ſed
perſe in eo quod hæ ſunt.Ex accidenti autem quibuſdam participare , ea dici poſſunt,
quę nõ participãt rebus cõmunicatis:qua illis eſſe adeſt.Sed neq; ideę ex accidẽti com
municatę ſibi aſſimulatis,vt ſint præſtare queant.Neq;.n.homo eſt,quod aliquo homi
ni accidenti participat,ſed quod participat hoïe:qua hõ eſt . At ideę ſubſtantiæ ſunt,
neq;.n.his placet principia nõ eẽ ſubſtãtias.tũc enim nõ ſubſtãtia,prior eſſetq̃ ſuba ne
ceſſe igit̃ eſt,q̃ his cõmunicãdis eẽ nãciſcũtur,ea quoq; ſubſtãtiæ ſint,ſubſtãtiæq; ergo
tantum ideas eſſe horum decretis conſentaneum eſt.Nam ſi ideę ſunt etiam non ſub
ſtantiarum.i.accidentiũ,primum quare non omnium accidentiũ , ſed quorundã ſunt
deinde ipſorum accidentium ideæ vel ſubſtantiæ ſunt,vel ſecus,ſi non ſubſtãtiæ,ergo
ideæ,quæ principia ſunt:erũt nõ ſubſtãtiæ. At ipſi ideas ſubſtãtias eẽ dicunt . Tũ illud
eſt abſurdum, non omnes ideas vnius potiſſimum eſſe naturæ . Quod ſiquis dixerit
ideas eſſe intelligentias,vel ſubſtantias,cur q̃ ſubſtantiis per ſe participant , ea partim
ſubſtantię fiunt,& ſunt,partim non ſubſtantiæ.

Sed hoc cuiuſq; quodq; particeps eſſe oportet , quonam dicitur de ſubie
cto . Veluti ſi quippiam ipſius dupli particeps eſt , id & perpetui parti
ceps eſt,ſed per accidens,accidit enim duplo perpetuum eſſe. Quare for
mæ ſubſtantiæ erunt,atq; hæc ſubſtantiam,& hic & ibi ſignificant. 63

(Sed hactenus cuiuſq; particeps eſſe oportet,quatenus non dicitur de ſubiecto).i. ha
ctenus oportet idearum participia eſſe,q̃ ad ipſarum exemplum habẽt eſſe : quatenus
aliquid non habet eſſe in ſubiecto.hoc eſt:quatenus nõ dicitur p accidens: neq; ex ali
quo ipſi accidente.Nam hoc in loco ſubiecto pro accidenti poſitum eſt . Perſe igitur
inquit q̃ ad exemplũ idearum ſunt efficiunturq;:& propter ipſas exiſtunt:ipſis partici
pabunt:non aliquo eis accidenti.Et ſic idearum æmula ſubſtantiæ fuerint,ſubſtantiis
perſe non per accidens participando.Porro exemplum apponit eius : quod per acci
dens eſſe dicitur.Nam dualitas q̃ participatione dualitatis dualitas eſt,ſempiterni qdẽ
eſt particeps,ſed per accidens ſempiterni.Nã dualitas ſempiterno participans eſt dua
litas.At non dualitate per accidens participat.Tunc.n.perinde eſſet dualitas:atq; ſem
piterna.Illi vero dualitati eſſe dualitatem nõ eſt poſitum in eo,quod ſit ſempiterna,ſed
hoc ipſi accidens eſt.quamobrem ſi quidq̃ ſempiterno participans:dualitate participa
re dicatur:dualitate ex accidenti participabit.Ergo cum dualitate perſe participet:ſem
piterno autem per accidens:dualitas erit:ac proinde ſimilis illi:ſempiterna vero non.
Nam quæ ex accidenti aliquibus participant , ea non ſunt illi ſimilia cuius participia
ſunt,ſi hæc ergo noſtratia ideis ſimilia ſunt:pfecto nõ ex accidẽti:ſed perſe illis parti
cipant.porro quod perſe ſubſtantia participat:id quidem ſubſtantia eſt. Ergo neceſſa
rium eſt & huic opinioni cõſentaneũ,ſubſtãtiarum ſolum haberi ideas, ſiquidem illæ

ſubſtantię ſunt,& q̄ ſubſtantiis participant,e a quoq; ſubſtātiæ eſſe intelligūtur. Eadē nāq; apud nos,& in ſempiternis ſubſtantiam ſignificant, vt hō & hic & illic ſubſtātiā ſignificat,calidū vero vtrobiq; quale. Quod ſi verū eſt,efficit, vt ſubſtantiarū noſtratiū ſolum ideas eſſe cōfiteri debeant.ſi ideę ſubſtātiæ ſunt. Verūtn in quibuſdā exemplaribus ita ſcriptū eſt(ſed cuiuſq; perticeps eſſe oportet,quatenus de ſubiecto dī.)& tūc ſenſus eſſet,q̄ idea participāt, hæc oportet, vt participent ipſa tum perſe,tum in eo qđ de ipſis ſubiectis p̄dicatur. Itaq; ſi dualitatis ratio ei congruit,qđ dualitate dī participare,dualitate participat,ſin minus dualitatis,ſed ſempiterni rō cōgruit participāti, tunc participat ſempiterno. Illud vero(quare formæ ſubſtantia erunt) pro hoc dictum eſt, quare ſi formæ erūt ſubſtātia. vel quare formę erūt ſola ſba. hoc.n. poſitū eſt.(Atq; hęc ſbam & hic,& illic ſignificāt.)Neq;.n. ait ſi qđ apud nos eſt qualitas,id in ideis eſt ſba. oportebit harū mō ſubſtātiarū ideas eſſe. Nā fieri nō pōt ſi illę ſbę ſunt, vt ipſarū ęmula ptim ſubſtātiæ ſint,ptim ſecus. Hęc.n. vtrobiq; ſubſtantiam ſignificant.

Vel qđ id erit vnū inquā ipſum in multis aliquid eſſe p̄ter hęc ipa dixiſſe. 64
(Alioquin qđ erit dicere qđdā vnū p̄ter hæc in multis eſſe?)Si hæc inqt nō perſe, ſed ex accidenti participant ideis,quorſum iſti dicunt,aliqđ eſſe p̄ter hæc.i. p̄ter ſenſibilia id,quod vnū de pluribus dicit. & eſt vnū exēplar in cōpluribus his rebus. Neq;.n. vnū erit in pluribus,qđ ex accidenti de iis dicaſ,q̄ ad ipſius ſimilitudinē effecta ſunt. hac.n. rōne oīa oībus participare valent,nec pōt quidpiā aliquo ex accidēti participare quod illo proprie participat,vel habet eſſe ab illo,qua illud eſt,aut deniq;,qđ ipſi eſt aſſimulatū. Aut illud (alioquin qđ erit dicere quiddā vnū p̄ter hæc in multis eſſe.)dici poteſt quaſi cōſequēs eius quod ſtatim dixerat(Hęc aūt ſubſtātiā & hic,& illic ſignificat)Nā niſi hoc ita ſit,qđ eſt,quod iſti aiūt,aliqđ eſſe p̄ter ſenſibilia, quod vnū de pluribus dī? Sic n. dī quaſi vna natura ſignificet & ab vno in pluribus, & a pluribus de qbus ipm vnū dicit. Quo demonſtrato poſſet quiſpiā adiicere,ſi hæc ideis p̄ ſubſtantiā participant,cadēq; diſſident interſe,aut in ipſis ideis,quarū hæc æmula ſunt,eędē hūtur differētiæ,aut ipſarū ꝓportionale, Nā cū his ſuppetat ab illis vti ſint,ab eiſdē,vt diſcrepent ſuppeditabitur .qm̄ diſcrimen qđ ab illis obtinēt,ipſis ineſt p̄ ſubſtantiā. Idcirco.n. alia forma ab alia tribuit idea.qm̄ ni ita eſſet,nihil prohiberet, oīum ipſarū vnam eē ideā. quo fit,vt quęq; idea vel ſcdm ſubſtantiā & formā idē ſit,atq; ea q̄ fiūt ad ipſius ſimilitudinem,aut certe q̄dam habebit poteſtas,vt alia idea aliā formam efficere, ac tribuere poſſit. qua ratione ideaꝝ ęmula diſcrepabunt. Erit aūt ideis diſcrimē vel quale rebus noſtratibus interſe diſſidentibus,vel certe huius proportionale. Apud nos autem aliud eſt animal rationis cōpos,aliud animal rationis expers. Eſtq; vtriuſq; ſingulariū idea ſuppeditatrix. in ideis igitur rōnis compos & rōnis expers habeſ, aut horū ꝓportionalia: per quæ alia idea rationabile,alia irrationabile p̄bere poſſit. Et quam rōtionē habent interſe,q̄ ad illarum ſimilitudinem, & ab illis habent eſſe: hanc obtinent illa q̄ horum exemplaria ſunt: rationabile & irrationabile: ſiue oppoſita ſunt,ſiue hoc eſt habitus illud priuatio. In ideis igitur horum, vtrūq; reperitur. quod ſi verum eſt, quomō erunt ideę ſimplices etiam num? Præterea ſi ideę ſunt, vt quidam aiunt: intelligentię & ſubſiſtunt in eo quod intelliguntur, quomodo intelligens ſimul queat ipſa intelligere? cum fieri non poſſit: vt contraria oppoſitaue ſimul intelligantur, cū ne plura quidē ſimpliciter intelligi ſimul q̄ant. Nā ſi viciſſim & alternatim intelligunt: celeriter interibūt: tm̄ abeſt: vt ſempiterne ſint. qa cū nō intelligent, nō erunt. ſ. qđ eſſe ipſius in hoc conſiſtit, q̄ intelligant. Nā q̄ ipſi nāc ſunt impoſibilia: cunctis ſunt impoſſibilia. vt qa fieri nō pōt: vt diameter lateri ſit cōmenſurabilis: pari ratione vbiq; ; & apud oēs etiā apud

deos ipſos fieri no pot. Ad hæc ſi ſunt intelligętię ſunt igit nō ſubſtātiæ, ac ꝓinde nō ſubſtantiæ principia fuerint. Age vero quomodo ad nō ſubſtantiæ ſimilitudinē efficit ſubſtantia. Neq;.n. magis eſt alienū,quod ad exēplar ſubſtantiæ fit,id non eſſe ſubſtantiam,q̄ ad non ſubſtantiæ,ſubſtantiā eſſe.

Atq; ſi ſpēs quidē earū ē idearū, earūq; rerū q̄ ſunt particepes,erit aliquid profecto cōe. Cur.n. in dualitatibus hiſce q̄ corrūpuntur,& dualitatibus multis quidē, ac æternis, dualitatis prædicatio magis vna eſt eadēq;, q̄ in hac atq; aliqua. Si vero nō eadem ſpecies eſt, nomē duntaxat erit cōe, & perinde ac ſi quiſpiam Calliam ac lignū hominē vocet, nulla ipſorū ratione viſa cōmuni.

65 (Atq; ſi ſpecies quidem eadem eſt idearum atq; participum, profecto aliquid erit commune.)Argumentatur a diuiſiōe per contradictionem partita. Aut.n. idearum ipſarumq; participum eadem eſt ſpecies & ratio,aut non eadem, ſi eadem,vt in participibus: q̄ eiuſdē ſunt ſpeciei,eſt quiddam commune, ſic item in his,& in idea,a qua pendent hæc,erit aliquod cōe p̄dicatum. cum illa ſit eiuſdem atq; hæc ſpeciei. quod ſi ita eſt,cum idea ſit qđ cōiter p̄dicatur,ideæ habebit idea. qđ in infinitū pōt ꝓcedere. Id vero nunc dicit Ariſtoteles,qđ nos in expoſitione tertii hoīs ſecundo loco poſuimus. Nā cum oſtendiſſet,res ideaꝝ participes nō ex accidēti ipſis participare, cū & ipę oīo & haꝝ q̄dā ideo ſint,qa illis participāt,hoc addit qđ perinde eſt,ac ſi diceret, ſi ergo vt demōſtratum eſt: eadē eſt ideaꝝ ipſarūq; ꝓticipum ſpecies: profecto cuiq; ideæ: eiuſq; exēplis aliqđ erit cōe. quare cū ſint vtraq; eiuſdē ſpeciei,& illa ſint ſubſtātiæ, hæc quoq; vti ſint ſubſtantiæ cōſentaneū eſt,q̄ao fit, vt ſubſtantiaꝝ tm̄ habeant ideæ. ſin aūt non eiuſdē ſpeciei eē dicant, nihilomin° incōmodū ſeq; declarabit. illud aūt.(cur.n. in dualitatibus hiſce q̄ pereunt,& in dualitatibus multis qdē: ſed æternis, dualitas magis vnū & idē eſſe dicet, q̄ in hac & in aliqua)eo pertinet, vt intelligat aliqđ cōe ideis fore cū ſuis æmulis. Nā ſi dualitas q̄ ſit vnū & idē p̄dicat de qualitatibus, q̄ hūtur inſenſibilib° rebuſq; intereuntibus,& de dualitatibus mathematicis: qa vtręq; ſunt eiuſdē ſpeciei. Mathematica .n. q̄ iſti ſenſibiliū & ideaꝝ media eē dicebant, ſempiterna p ipſos ſunt & plura interſe ſimilia: ſi ergo de his dualitas: vt vnū & idē p̄dicatur, cū tñ altera ſit ſempiterna, altera ſecus, non alia rōe niſi qa ſunt eiuſdē ſpeciei quatenus vtraq; dualitas ſocietate ipſi dualitatis habet, vt ſit, vtiq; pari rōne dualitas nihilominus de dualitate idea & de aliqbus dualitatibus, qbus eē ab illa ſupperit p̄dicabit, eū ſint eiuſdē ſpeciei. Qđ ſi æmula idearū neq; ſcdm ſubſtantiā neq; ſcdm ſpeciē ſunt ipſis aſſimulata: profecto hæc ideis erunt æquiuoca. qđ ſi ita eſt, cur aliqua erit æquocorū idea, q̄ cā eſt exiſtendi, potius q̄ alioꝝ quorūpiā? cū neq; ſubſtātia neq; ſpecie hæc ſint illi ſimilia, q̄ ipſi æquoca eſſe dicunt. Perinde nāq; fuerit: ac ſiquis Calliā & lignū hominē appellaret. quibus nihil eſt interſe ſimile, cur hoīes eſſe dicāt. Ad ſſimā qūo hæ res ideaꝝ participes eſſe dicant, q̄ cū illis nullā hñt ſubſtātię cōitatem? quod perinde videt eſſe atq; illud: quod paulo ante dixit(Alioquin qđ erit dicere, quiddā vnū p̄ter hæc in multis eſſe) Si.n. ſigna ſeu imagines ſuis exēplaribus æquoca eſſe dixerimus. & noſtratia ideis, qua nāre iſti dicere valeāt hæc illis aſſimulari ſi nō ſuba. Nū figura & colore imagines ſunt? At nihil tale ī illis habet. An ſempiterni, vel incorporei, vel īmobilis rōne hæc illis hūtur ſimilia? At hoc fieri nō pōt. qua via cūcta diſpiciētes, nihilo p̄terq̄ ſubſtātia ſimilia eſſe reperiemus. Nā ſi quo alio ideis accidēti cætera ipſis participant, id erit ex eorū nfiero, q̄ ſunt ideis cōia inter ipſas, vt ſempiternū: incorporeū īmobile. At ſi ob aliquid cōe

participant ipſis cur participum hic homo eē, ille equus. *
Maxime vero oīum id quiſpiā dubitauerit, qdnā formæ ꝑpetuis ſenſibili
bus aut hiſce q̄ oriunt̄ ac occidūt cōferāt. Neq; n. motus, neq; mutatiōis
vllius ipſis ſunt cauſę. At vero neq; cōferunt, quippe cū nō inſint in hiſce
rebus quæ ſunt horum illæ ſubſtantia, eſſent. n. in iſtis.
(Mexime vero oīum id quiſpiā dubitauerit, qdnā formæ ſempiternis ſenſibilibus: & 66
iis q̄ oriuntur & occidunt cōferant) his q̄ hoc in loco tradunt̄ declaratur, recte Ariſto
telē, dum aggrederet ideas refellere dixiſſe (Primo quidē q̄rētes hæc rex cās ſumere,
alia his æqualia numero attulerunt.) Nā ſi q̄ ab iſtis ponunt̄, nihil iis de quibus q̄ritur
cōferunt, iſti nihil aliud, q̄ æqualia numero q̄rendis apponebant. quaſi maiorē rerum
ſcīam eſſent habitu.. ,ſi plura duplaq; ſubſtituerētur. Qd aūt hoc in loco q̄rit eſt. Cui⁹
nā rei ſint ideę cāę iis, quor̄ dicunt̄ eſſe ideę. Dicitq; (perpetuis ſenſibilibus, & iis quæ
oriuntur: & occidunt.) qm̄ diuinor̄ quoq; corporum iſtis ideas eē placebat. vt ſolis,
lunæq;, & aſtror̄. Neq; n. hor̄ tm̄, ſed oīs ēt cæli ideas eſſe cōminiſcebantur. idcirco
nāq; paulo ante dixit in aliis quoq; vnū in multis eſt: tum in his, tū in ſempiternis. Itaq;
cæleſtia ſempiterna appellat, & ſenſibilia. Noſtratia vero naſcentia, & intereuntia: q̄rit
igit̄ qd ex rebus nālibus vel diuinis vel mortalibus ideę cōferant? & primū quo ad mo
tum, q corporibus nālibus cōiūctissimus eſt. Corpora n. diuina, ſemp cōtinenterq; in or
bem mouent̄, q̄ vero gn̄antur cunctis mutatōibus variāt, ſcdm ſuā quodq; nām, ideas
ergo nihil corporibus cōferre neq; ad gn̄ationē: neq; oīno ad aliquē motum oſtendit.
Nā cū ideę ex iſtorū ſententia īmobiles ſint, ꝓbabilius eſt ipſas ſtatus, q̄ motus rebus
eſſe cās. vt intelligat minime has cām eſſe efficientē. Ad hæc ideas negat qd q̄ ad no
ſtratium rer̄: vel oīo ad eor̄ q̄ ideas æmulat̄ cognitionē conferre. Cognitio n. cuiuſq;
ex ſuæ formæ cognitione gignitur, cū ex forma cuiq; ſua qditas adſit. At ideę nō ſunt *
har̄ rer̄ formæ, neq; har̄ cognitio pendet ab idear̄ cognitione. propterea qd forma
horū, verbi gratia hominū: equar̄ canūq;. p quā eſſe obtinent: idea ſit. Nā ſi ideę harū
rer̄ formæ eſſent, atq; ſubſtātia. forma. n. p quā ipm eſſe ſuppetit ē ꝑprie cuiuſq; ſub
ſtantia, & p hāc res q̄q; cognoſceretur, vtiq; in iis rebus eſſent ideę. Cuiuſq;. n. ſuba &
forma in eo eſt, cui⁹ eſt ſuba. at ideę nō ſunt in his rebus, cū ſint p ſe, atq; ſeparatæ.
Neq; vt ſint cōferūt: qppe cū nō inſint in hiſce rebus q̄ ſunt ꝑticipes. At
n. hoc forſitā pacto videbunt̄ cāæ eē. Vt albus color mixtus cū corpore,
mixti corpis cā eſt. Sed hic ſermo facile admodū īminui pōt, quē Anaxa
goras q̄dē primus. Eudoxus aūt poſterius, & alii qdā dicebāt, eſt. n. perſa
cile multa abſurda ad hmōi opinionē impoſſibiliaq; inferre.
(Neq; vt ſint cōferunt) Poſtq̄ oſtēdit ideas neq; motus neq; oīo mutationis æmulis ſui 67
cās eē poſſe, neq; ſcīæ neq; cognitiōis, cū abſint ab ipſis rebus, hoc ſumpto demōſtrat,
ne ad hoc qdē, vt hæc ſint, qdq̄ cōferre. Nā q̄ ad hoc ꝓſunt, vt res aliq̄ ſint, ea eiſdē reb⁹
inſunt, ſuntq; vel mā vel formæ ipſar̄: ideę aūt non inſunt his rebus: ſed ab eis ſunt ſe
iunctæ. Quo in loco id iuuamentū ſiue vtilitatē intelligit ab ideis non ꝓſtari rebus na
turalibus: quā elemēta iis, quorū ſunt elementa: ꝓſtare dicuntur. qm̄ ſi hęc inſita iuua
rent: nā eſſent, & forma. quod. n. non ſint cāę efficītes: hinc demonſtrauit: qa hiſce re
bus nullius vel motus: vel mutatiōis eē cāæ poſſunt. qbus expoſitis: docet qſo q̄ miſtā
cū aliq̄bus ſunt, illis ſint cāę, vt talia ſint. oſtenditq; merito poſitū eſſe: ideas ab his reb⁹
eūe diſiunctas: q̄ ſi miſtæ rebus, cāæ his eſſent exiſtendi, hoc perinde eſſet, ac ſi albedo
corpori albo cā eſſe dicatur, vt albū ſit, quia cum ipſo miſceatur. ſitq; nā q̄dam, q̄ perſe

poſſit exiſtere. Ad hunc. n. modū albedo cā eſſet corporibus, qbus miſceretur, vt alba
ſint. quāobrē ſi ideę rebus naturalibus eēnt miſtę, poſſent fortaſſe ipſis qualeſcūq; ſint,
cām exiſtendi ꝓbere, ita demum, vt hō eſſet hō miſtione ipſi hominis ideę. ſed proti
nus docet fieri non poſſe, vt ideę rebus q̄ ad ipſas dicuntur miſtę ſint: cū ait hanc rōnē
infirmam ac debilem eſſe. Ac exponit qui nā fuerint in hac ſententia: vt putarent, rem
quāq; id eſſe: qd eſt, ꝑpterea qd, aliquid ei miſtū temperatūq; ſit ꝑpter quod eſt id qd
eſt. Anaxagoras. n. ex cunctis ſimilaribus rem quāq; temperari tradebat, ſed quod plu
rimū eſſet in miſtura, ex eo rei ſubam eſſe videri. prorſus vt vnaquęq; res id ſit, quod
eſt, qm̄ cū ea quædam alia temperantur. Eudoxus quoq; Platonis familiaris idearum
miſtione ipſarum æmula conſtare putat: & alii qdam: vt dicebat in hac opinione fue
runt, ſed hanc rationē qua res alicuius ꝑticipatione conſtare traduntur: facile redargui
poſſe dicit. Et nām rerum in vniuerſum nō ita ſeſe habere docuit, cum opinionē Ana
xagoræ refelleret. Neq; n. cum quouis quodq; temperari aptū eſt. Nam miſtio eorum
eſt, q̄ ſeparata ſunt ac perſe ſubſiſtere valent. qualia non ſunt accidētia. quod ſi id quod
miſtū eſt: ſeparari pōt: nimirq; affectiones poſſent a ſubſtantiis ſeparari. ſed q ad hunc
modū ꝓcipiſit: ii gn̄ationē & interitū tollunt: & cætera q̄ in primo libro phyſici andit⁹
ad refellendā hanc opinionē cōtulit. Iam vero Eudoxū & quoſdam alios falſo putaſſe
idear̄ miſtione cętera cōſtare: hinc planum fieri dicit. qm̄ hor̄ opinionē multa incō
moda ſequunt̄: multa ēt q̄ fieri non poſſunt. qualia hæc ſunt. ſi cum cæteris rebus ideæ
miſcerent̄: primū ideæ corpora eſſent. miſtio. n. corporū eſt. deinde oppoſitionē habe
rēt interſe. qppe cū miſtio ꝑ cōtrarietatē efficiatur. Tum ita miſcerent̄ vt vel tota idea
in ſingulis eēt, qbus miſcetur, vel pars eius. at ſi tota inſit efficīt: vt vnū numero in plu
ribus exiſtat. cū idea vnū numero ſit. ſin aūt pars, vtiq; hō erit quod participat ipſihoīs
parte: nō quod ipſihoīe participat. Ad hæc ideæ q̄ pati nequeunt diuidi & partiri poſ
ſent. Præterea ſimilares eſſent. cū oīa, q̄ aliquā partē hīt ex ipſa ſint interſe ſimilia: At
formæ qūo poſſunt eē ſimilares? cum fieri nō poſſit, vt pars hoīs ſit hō, quemadmodū
pars auri aur. Accedit quod in ſingulis rebus, vt ipe dicet in ꝓgreſſu, nō vna idea mi
ſta, ſed plures habebunt̄. Si. n. alia eſt aīalis, alia hoīs idea, hō aūt & aīal eſt & hō, pro
fecto hō vtraq; idea participabit, & ipſihō idea quatenus aīal eſt, ipſiaīali participabit.
& ſic fiet, vt ideæ nō ſimplices: ſed ex multis conſtitutæ ſint: & aliæ ſint priores: aliæ po
ſteriores. Sin aūt nō ſunt aīal, qūo nō ē abſurdū dicere hoīem nō eē aīal? Itē ſi ideæ cū
ſuis æmulis miſcētur, qſo exēplaria eſſe poſſunt, vt iſti tradunt? Neq; n. exēplaria miſ
cendo ſuis imaginibus ſunt in cā ſimilitudinis. ꝓterea intereuntibus rebus, in qbus ha
benē, ipſæ ſimul interciderēt. ſed ne ſeparari qdē poſſent: & p ſe cōſiſtere. ſed in ſui par
ticipibus eſſent. neq; eſſent īmobiles. Et cętera incōmoda ſeq̄rent̄: q̄ latius ꝓſequr in
ſecundo libro de ideis: dum hanc opinionem refellit. idcirco, n. dixit. (Eſt. n. per facile
multa abſurda ad huiuſmodi opinionē impoſſibiliaq; inferre.) illic. n. collecta ſunt.
Atq nec vllo corū modorū ex ipſis formis ſūt cętera, q dici cōſueuerūt.
68 (Atq neq; vllo corū modorū ex ipſis formis ſūt cętera, q dici cōſueuerūt.) Poſtq̄ ideas
neq; motus, neq; mutationis cās his rebus eſſe oſtendit, neq; ad illarū vel cognitionē
vel ſciam qdq̄ cōferre, neq; ad ſubam & eſſe, qūadmodū q̄ miſta inſitaq; rebus ſunt,
ipſis ad eē cōducūt, deniq; nullo mō cās eē ſubiūgit. Cætera ex ideis nullo cōſtare mō
ex iis: q afferri ſolēt. Innuit aūt modos, q appellant̄ modi ex aliquo. q ꝓprīū hi eē intelli
guntur. Ex mā & forma. Res. n. māles ex mā eſſe dicuntur. parī ratione ex forma: quæ
habetur in re ipſa. itē ex ambabus. quorū modorū nullo cætera ex idea conſtituuntur:
alioquin idea in his ipſis rebus haberetur, vt demōſtratum eſt. Eſt etiam modus q dī

ex aliquo,vt ex efficiente, item vt ex imperfecto perfectum.vt ex puero virfi effici dicimus:& vt ex partibus totfi. Ad hæc vt ex cõtrariis cõtraria dicitur esse modus ex aliquo.& cũ aliqd post aliud fit.vt ex olympiis ludis fiũt isthimia.i.post olympios.At nullo ex his modis qui ex aliquo appellantur:cętera ex ideis efficiuntur. Nam neq; sunt ipsorum materia,vt demonstratum est,neq; forma.Neq; partes,neq; ex ideis hæc vt ex contrariis fiunt.nam quod ex contrario fit,id subiecto eodem manente & variante efficitur,& tunc idem esset subiectum ideis,ipsarumq; imaginibus.ac proinde oppositæ suis imaginibus,non similes essent ideæ.Præterea his intereuntibus, ideę quoq; abolerentur:vt ex illis hæc,& illa ex his efficerentur:generatio.n.ex contrariis ad hũc modum efficitur.Sed neq; ipsarum æmula ita fiunt ex eis,vt ex manentibus & perfectionem quandam excipientibus,quemadmodum ex puero vir fieri dicitur. cum neq; ideæ his rebus insint.neq; ex illis hæc perficiantur. Alioquin ideę imperfectiores essent his rebus,& in ipsis haberentur.neq; essent interitus ĩmunes.Nam perfectorum interitus imperfectorum interitus est.sed neq; rerum effectrices sunt ideę, vt filii pater est effector.Nam illæ ĩmobiles sunt,& hõ singularis hominẽ singularẽ procreat. non ipsi hõ.Neq; demum vt isthmii fiunt ex olympiis.Quãq; cũ dixit(qui modi dici cõsueuerunt)aut intellexit modos,qui dicitur ex quo:qui multiplices sunt.vt explicatum est, aut quemadmodũ quidam interpretãtur, modos significat:qui ab idearum auctoribus afferri solent.Hi nanq; indagantes idearum participatio ad quemmodum efficiatur. vel sic efficitur ,vt adsit in singulis particularibus insit idea, vt verbi gĩa in singulis hominibus ipi hõ habeaf.aut ĩ singulis pars illit ideę.vel sic vt idea sui participibus quasi exemplar sit,quorum duo priores participandi modi sunt, vt paulo ante ostendimus impossibiles,& ipse in Eudoxi mentione docuit his verbis,sed aduersus hanc sententiam multa incõmoda & impossibilia conferre in promptu est.quibus subiicit.(Neq; vllo eorum modorum ex ipsis formis sunt cætera,qui dici consueuerunt) quasi dicat, neq; ex ideis cærera fiunt reliquo modo ex iis,qui traditi sunt.hoc.n.demonstrato,planum erit nullo modo fieri posse ex iis,q dici cõsueuerunt.hic asit modus est, q cæteris rebus ideas velut exemplaria esse tradit,cuius continuo mentionem facit dicens. (Dicere aũt exemplaria)siue ob hoc verba illa intulit.siue vt innueret ex modis, q ex aliquo dicuntur,nullo ex ideis cætera fieri posse. Deinde transit ad id quod isti dicebant ideas esse quasi exemplaria.Est aũt sensus,putare ideas esse exemplaria, & hoc esse nostratia ideis quasi exemplaribus participare:inane dictu est & poeticis translationibus simillimũ.quoniam translationes poetis sunt familiares. Exemplar asit a pictoribus q ad exẽplar pingere dicũtur trãslatũ est.porro ideas exẽplaria vocare plenũ esse ineptiarum docet,cũ ait.(Quid est.n.quod ad ideas respiciẽs operatur) q̃ si exemplaria sunt, aliquid esse oportet:qd ad ipsas operetur.vt pictores ad exẽplaria pingere norant.

Dicere autem, exemplaria esse,resq; cæteras ipsorum esse participes superuacaneum est,& translationibus poeticis simile. Quid est.n. quod ad ideas respiciens operatur? Et insuper & esse quoduis & fieri simile potest, etiam si ad similitudinem illius non producatur. Quare & si sit & si nõ sit Socrates,fieri potest qualis est Socrates ipse. Simili modo fieret, & si Socrates perpetuus esset.

(Dicere aũt exemplaria esse,resq; cæteras ipsorum esse participes ineptire est, & poeticis translatiõibus vti.) Postq̃ inquisiuit ideę quomodo,& cuius his rebus sunt causę ostenditq; psas neq; motus, neq; scientię cognitionisue :neq; oio existendi his rebus 69

esse causas.nec item has res ex ideis fieri aliquo modo ex appellatis ex aliquo, merito nomen participationis,quod isti vsurpant,dũ ideis tanq̃ exemplaribus cętera participare dicunt,velut inane reiicit. Ad hunc igitur modum ait docere est inania dicere & translationibus more poetarum vti. quoniam qui in ideis vtuntur verbo participare, nihil significant ex iis quibus particeps participat.hanc porro doctrinam inanem esse paucis ostendit dicens.(Quid est.n.quod ad ideas respiciens operatur.)Cernimus.n. hominem ab hoie generari,singularẽ videlicet a singulari,& equum ab equo.simili cęterorum ratione,quorũ nullum in ideam intuens efficit,quod efficit,sed cuiusq; generatio & ordo naturalis habeẽ principium altero prębente,altero excipiente & conseruante,& ipsum per ordinem quendam ducente.Sed neq; scĩa prædita ea q̃ ad scientias pertinent ideam quãpiam spectantes conficiunt. (Præterea & esse quoduis & fieri simile põt,ẽt si ad similitudinẽ illius non producatur.)docet falso ideas exemplaria esse dici.Nam &si formas hoc ẽ ideas eẽ concedamus, & hæc nostratia similia illis generari:nõ protinus ideæ fuerint horum exemplaria,nisi efficiẽs ad ipsas spectet.cum fieri possit:vt nõnullis aliqua similia efficiãtur nullo assimulãte neq; ad illa,dũ efficit,intucte.quod Socratis exẽplo aperte demõstrat. Neq;.n.si thęetetus similis est Socrati, statim ei est assimulatus. Nam non modo Socrate viuente, valet quispiam ei similis fieri,licet nõ sit assimulatus, vt verbi causa thęetetus,sed etiã cum Socrates nullus est. Potest enim etiã nunc aliquis & esse & generari talis,qualis olim Socrates erat.Quod si non existenti quidq̃ simile generatur,satis planum fit,quibuspiam aliqua effici similia,etiam nullo assimulante,aut in exemplar intuente.Nam vt qui non existenti similis est,is non est factus ad illius exemplar,sic licet forma sempiterna sit, & huiusmodi quandam naturam esse concedamus,non tamen similitudo eius fuerit, quasi ad exemplar.vtiq; cum sit nullus,qui ad illius exemplar operetur. Hoc autem dictum esse videtur ad imminucdas quasdã ratiões,qbus ideæ & intelligẽtię esse confirmantur,quę licet sint,non protinus hæc ad ipsarum exemplar efficiuntur.cũ nullus ad illas spectãs hæc efficiat.Nam quod rerum naturalium nihil neq; fiat, neq; factum sit ad exemplar idearum:posset aliquis huiusmodi ratione demonstrare. Si mundus est sempiternus, & eorum:quæ nunc natura fiunt:nihil ad exemplar efficitur alicuius ideæ,ne superiore quidem tempore quidq̃ est ad hunc modum effectum,sed mũdus sempiternus est, vt aiunt,& eorum,quę nunc natura fiunt,nihil efficitur ad exemplar alicuius ideæ, vt ostendam:ergo ne priore quidem tempore.Cuncta.n.eodem semper modo in sempiterno mundo efficiuntur.At si hoc verum est,ideę non erunt exemplaria. Nihil autẽ ex iis,quæ nunc natura fiunt, effici ad exemplar idearum, hinc potest planum fieri. Quæcũq; efficiuntur,sunt ea quæ sunt,aliqua singularia,& ab aliquo singulari generantur,ac proinde quæ natura gignitur, vt homo hic ab homine illo generatur,hic equus ab illo equo:hæc vitis ab illa vite:sed quidquid per naturam aliquid efficit,id p naturam sibi insitam operatur,hoc est per causam,& principium, quod in ipso habetur:& potentiam,qua valet aliquo modo moueri.Ea nanq; natura sunt,& naturam obtinent,quibus in ipsis principium motus ineſt.per quod hæc aliqua eẽ dicũtur, & nõ per accidẽs.Et equus equum per sibi insitam naturam procreat,at neq; hõ neq; equus aliudue eorum,quæ natura gignunt efficiuntq;,intuens in exemplar suo fungitur munere.Neq;.n.omnino simulatq; res futura quomodo fieri debeat,considerauit,facit qd facit, vt in artibus fieri notamus.ob hanc, enim causam artes iis tantu m contingunt, quibus huiusmodi prouidentia circa res artificiosas suppetere potest, hoc est hominibus tantum. per naturam autem non modo a rationis expertibus, sed etiam ab inanimantis multa efficiuntur. Eorum igitur quę nunc quidq̃ natura efficiunt,

nullum ad exemplar ſuum munus abſoluit. quod ſi haud nunc fit: ne ante quidem efficiebatur. Nã q̃ natura fiũt, eõrũ gñatio ſemper ſimilis eſt. Porro quę natura fiũt, ad nũeros quoſdã definitos & ordinatos fieri, cũ neq; fortũa, neq; caſu fiãt. idcirco enim homo generat hominem, qua cauſa ducti ſunt, vt putarent naturam in aliquod exemplar intuentẽ effectus ſuos perficere, id quidem partim vere dicitur, partim ſecus. opera enim naturalia ordine quodam, ac numeris quibuſdam definitis cuncta fiunt, non caſu aut fortuna. nõ tamen ad exemplar. Neq; n. natura intelligendo ſuo munere fungitur. hæc. n. facultas rationis eſt expers, licet cauſa ſit: vt motus ſic ordinem ſeruet, vt primum ſecundus conſequatur ſtato quodam ordine, non per quandam ratiotinationem: hunc protinus tertius, donec motus finem, cuius cauſa fiunt aſſequantur. quem ordinem ars: quæ duce ratione opera ſua conficit: imitata eſt. Ars. n. potentia quædam eſt rationabilis, natura vero facultas, q̃ ratione vacat. Quod ſi quis naturam artẽ quandam diuinam eẽ putet, q̃ nihil citra rationem efficiat, & cui munere diuino datum ſit: vt ad certum & determinatum exemplar opera ſua conficiat: is quidem in magno verſetur errore. Neq; n. natura ſic eſſe diuina dicitur, quaſi hac arte vtãtur dii immortales ſed quia cum deorum beneficio ſit: conſtantiam motus ordine quodam cõgruenti cõſeruat, nõ per rationẽ, & intellectũ, ſed quoniã a dijs eſt. a quibus munere donata videri poteſt, non quod ad exemplar operetur: nam quomodo ad exemplar, quod minime intelligit, quidq̃ efficiat? ſed quia conſtanti motuum ordine citra rationem opus efficit ſimile efficienti in quo eſt: & vnde principium ſumit, p̃terea in rebus quoq; malis, quæq; p̃ter naturã fiunt, licet conſtantia inuenire, vt in abſceſſibus, vulneribus, tumoribus morborumq; ambitibus. Quid? quod animalia quædam cõſtantes habent gene rationes non tamen ad ideam, vt vermes, culices: & cicadæ?

Præterea exemplaria plura eiuſdem erunt, quare & formæ, vt hominis, animal, & bipes, & inſuper ipſe homo. Præterea formæ non ſenſibilium ſolum, ſed ipſarum etiam formarum exemplaria erunt, veluti genus ipm, vt ſpecierum genus. Quare idem erit exemplar, atq; imago.

(Præterea exemplaria plura eiuſdem erunt. quare & formæ.) Verba quę hinc pertinet vſq; ad illum locum, (præterea fieri non poſſe:) in quibuſdam exemplaribus non habentur, quo factum eſt, vt cum perobſcura ſint, a nullo tamen fuerint explicata. Cæterum his verbis hoc incommodum idearum auctores ſequi demonſtrat, q̃ ſi illa ſint horum exemplaria, vnius rei complura exemplaria habebuntur, eiuſdemq; complures erunt ideæ. Nam ſi homo & animal eſt, & bipes, & homo, & hæc diſcrepãt interſe: cuiuſq; horũ habebitur exemplar: & idea. & homo particeps erit ipſi hominis ipſi animalis, & ipſi bipedis. Quod ſi cum ſint interſe diſcrepantia in ipſi homine inſint, vtiq; idea iam non erit ſimplex, ſed ex ideis conflata. At ſi hæc ſingula ſunt ideæ, idea prior idea fuerit. quoniam ipſi animal ipſi homine prius habebitur. Animal enim genus eſt ipſi hominis: aut erit idea ſine animali. ſed hoc fieri non poteſt. quoniam ipſi homo ipſi animali participat, ſiquidem ille animal eſt. quo fiet, vt ſit ipſi homo non ſolum hominis: ſed etiã animalis quoq; exemplar. prorſus vt ipſi hominis & animalis vna ſit imago. participat enim animali: nec ſolum ipſi animalis, ſed etiam ipſi bipede. Itaq; vna multis ideis participabit. Nam ſi homo eſt aliquod ens: nimirum homo non erit hominis participatione bipes: cum animalia bipeda ſint. præterea ſi animal, vt ſit animal, non ex hoc habet quod ſit homo: profecto nec vt bipes quidẽ ſit habet ab hominis idea: & ſic cõcedetur haud omnino ſenſibilia eẽ p̃terea: quod ad idearum exemplar ſint. Iam in ideis aliud erit prius aliud poſterius.

Quod ſi ipſi homo nõ eſt ipſi animalis particeps: animal tñ eſt: nimirũ noſtras animal nihil eſt neceſſe, vt participatione ipſi animalis animal ſit. ac proinde nec ipſi hominis. Dicere enim ipſi hominem, cum homo ſit, nõ eſſe animal admodum eſt abſurdũ. (Præterea formæ, non ſenſibiliũ ſolũ, ſed ipſarũ ẽt formarũ exemplaria erũt) hoc qũo fiat, ſupra eſt a nobis explicatum. Nã ipſi animal ipſi hois erit exemplar. genus. n. ſuarum ſpecierũ exemplar erit, p̃pterea q̃ vnaquæq; ſpecies ſuum eſt genus, & ſic fiet, vt formæ q̃ ſenſibilium exemplaria ſunt, idearum ſint imagines.

Præterea fieri nõ poſſe videbit, vt hæc ſint ſeorſum, ſubſtãtia inquã & id cuius dr̃ ſubſtãtia eſſe. Quare quonã pacto ſeorſum erũt ipſæ ideæ, ſi ſunt ſubſtantiæ rerum. In phędone aũt & vt ſint ipſæ res, & vt fiant cãę formæ dicunt. Et tñ non fiunt ea q̃ ſunt, & ſi ſunt, formæ, niſi id quod eſt moturũ & inſuper multa alia fiunt, vt domus ac annulus: quorũ non dicimus eẽ formas. Quare patet & cætera ẽt, & eſſe, & fieri poſſe, & per tales cãs per quales fiunt, & eaq̃ mõ ſunt dicta. Præterea ſi formæ ſint numeri, quonã mõ cãæ erunt. Ex eo ne qa ea q̃ ſunt, alii numeri ſunt, vt hic quidẽ nũerus homo, hic aũt ſocrates, hic vero Callias? Cur igitur his illi ſũt cauſæ? nihil enim refert, ſi illi quidem perpetui ſunt, hi vero non ſunt.

71 (Præterea fieri nõ poſſe videbitur, vt hçe ſint ſeorſum, ſuba inquã, & id cuius ſuba dr̃ eſſe) ſenſus eſt, fieri non poſſe, vt alicuius ſuba ab eo ſeparetur, cuius eſt ſuba. Nã cuiuſq; ſuba in ipſomet eſt. Si ergo ideę ſubæ rerum ſunt, non ſunt ab ipſis rebus ſeiunctæ, ſin autẽ ſeiunctę ſunt, non ſunt ipſarũ ſubæ, ſed qui definitiones rerũ noſtratium per ideas fieri tradunt, ii ſenſibiliũ ſubas ideas eſſe faciũt. Definitiões. n. cuiuſq; ſubam explicant, & per formas proprias efficiuntur. cũ id cuiuſq; ſit eſſe, quod definitiõe, per propriã ſubam explicatur, & adhunc modum ideę rerũm noſtratiũ eſſent formę. (In phędone autem, vt ſint ipſę res, & vt fiant: formas cãs eſſe dicimus) Dicimus ait eadẽ ratiõe, qua ſupra, vt hanc opinionẽ ſibi cũ Platonicis cõmunẽ eſſe innuat. oſtenditq; falſo in phędone tradi formas eſſe cãs, vt ſenſibilia & ſint, & efficiantur. Nam vt ſupra dictum eſt, fieri non põt, vt ſuba ab eo abſit, cuius eſt ſubſtãtia. Dixit (vt ſint hę res & vt fiant) nunc docet ideas non eſſe cauſas, vt res noſtrates fiant. Nã licet formę ſint, nõ tamen erunt cauſæ, vt res ad exemplar ſui efficiantur. Niſi. n. adſit motor & efficiens, nihil ad illarum exemplar efficietur. cũ ideę non ſint cauſę, vt efficientes. Porro efficiens cãm eſſe, non exemplar efficiendarum rerũ, inde concluditur, quia pleraq; ſunt, & fiunt, quorum ideas eſſe negant, vt opera artificioſa. Nam neq; domus, neq; annulus ad ideam efficiuntur. Quod ſi hæc, quorũ nullæ ſunt ideæ, nihil neq; fieri: nec eſſe prohibet, quoniam eis efficien s adeſt, ne illa quidem, quorum ideas eſſe aiunt, quominus & ſint & efficiantur, etiam ſi nullę ſint ideæ: quidq̃ obſtabit. Nam quibus cauſis fiunt ea, quorum ideas eſſe negant, harum ſimilibus fient ea, quorum ideas eſſe aiunt. Et vt illa per artem ad nullam ideam fiunt, ſic opera naturalia citra exemplar per naturam edentur. Genitor enim artifici, fœmina vero ei, quod pro materia eſt, proportione reſpondet. Exemplaris enim nullus eſt vſus, niſi quis ad ipſum operetur. at efficiẽs nihil ſo prohibetur, ne citra exemplar ſuum munus valeat obire. vt in artificioſis fieri ipſi confitentur. (Præterea ſi formę ſint numeri, quonam modo cauſę erunt?) Per hãc opinionem: qua ideæ numeri eſſe cenſentur, propoſitum probare tentat. Nam ſi ideas iſti nũeros eſſe dicebant, ideę aũt nũeri eſſe nõ poſſunt, huad dubie per ipſos

nullæ ſunt ideæ. Præterea ſi ideæ numeri ſunt, quomodo inquit erunt cęterarũ rerum cãę? An qa cętera quoq; nũeri ſunt, nihilo ſecius, q̃ ideę? (Alii nũeri). i. diuerſi ab ideis & interſe. quemadmodum ideæ ſunt interſe diuerſę. & alius numerus eſt homo, alius equus, alius Plato, alius Socrates, & res interſe numeroꝝ diſcrimine diſtant. qđ ſi uerũ eſt, qſio idearũ numiri: his nũeris erunt cãæ, in quibus numeris res inſunt? Nã ſi ſunt hi numeri illis æquales, vt ſit verbi cauſa quinarius numerus & ipſi homo, & hõ ſenſibilis, ſed alter quinarius ſempiternus ſit, alter ſecus, qſio ille quinarius erit huic cã exiſtendi? cum æquales numeri non ſint alter alteri exiſtendi cauſa. quomodo enim numerus numero cauſa eſſe poteſt exiſtendi.

Quod ſi propterea q̃ ea quæ ſunt hic, rationes ſunt numerorum, ceu concentus, patet vnum quid eſſe ea, quorũ ſunt rationes. Quod ſi id eſt materia, patet & ipſos nũeros quaſdã fore quorũdã interſe rõnes. Dico aũt hoc pacto ſi Callias ſit ratio in numeris ignis & terrę & aeris atq; aquæ, & aliorum ſubiectorum quorundam, & ipſe homo ſiue numerus ſit quidã, ſiue nõ ſit, ratio tamen quorundã in numeris & nõ numerus erit, neq; ob hæc numerus quidam erit.

(Quod ſi propterea quod ea, q̃ ſunt hic, rationes ſunt numerorum.) Propoſitum ipſi 72
eſt oſtendere ideas, ſi numeri ſunt: non poſſe his rebus eſſe cauſas. quãobrem hoc primum ſumpſit, has res: quas ad illarũ exemplar fieri dicuntur, ab his numeros eſſe dici nõ quidẽ ſempiternos, ſed illis ſempiternis ęquales, docuitq; numeros æquales, ęqualibus numeris cãs eſſe non poſſe. et ſi alteri ſempiterni ſint, alteri ſecus. Nſic cõtra ſumit has res ab iſtis non numeros eſſe dici, ſed in quãdam numerorũ rõne conſtare. qđ & illi dicere volunt: docetq; ne ſic quidẽ ideas illoſq; numeros his rebus: q̃ in numerorum rõne conſiſtunt: cãs eſſe poſſe. qui, vt oſtendat: quid ſibi velit hęc oratio, hæc eſſe numerorũ rõnes, apponit concẽtus ſimilitudinẽ, cõcentus. n. non eſt numerus, ſed rõ q̃dam ſeu proportio numerorũ. i. Res rationẽ quandã interſe numerorum habentes. Nam eſſe in proportione dupla, eſt eſſe rõne numerorũ. qualis eſt concentus appellatus diapaſon. cuius eſſe eſt in dupla ꝓportione eſſe. Rurſus alterius cõcentus in ſexqtertia, alius in ſexqaltera. Quæ oia numerorũ ſunt rõnes. ſi ergo res oẽs rõnes eſſe numerorũ quiſq; ſtatuerit, nõ tñ ſic fiet, vt ideę illiq; numeri his rebus ſint cauſæ. Si. n. hoc detur: non iã in illis erunt numeri. Nã ſi hoc detur, haud dubie aliqua in ipſis habẽtur, q̃ hmõi obtinent rationẽ, in qua ratione ipſorum cuiuſq; eſſe conſiſtat, vt concentus, q eſt ratio numerorum, vnum ſubiectum habet: & ſuppoſitam quandã naturam, cuius definitio & ratio eſt concentus, hoc aũt ſubiectum eſt ſono ipſi. Ergo ſi res: q̃ dicuntur ad ideas eſſe, habent eſſe in ratione numerorum, aliquod ſubiectũ eſt in ipſis, quod rationem numerorum excipiens, iam hõ, iam aliud quidpiam pro diſcrimine rationum efficitur, vt concentus pro diuerſitate rationũ, ſeu proportionum, quæ in ſonis habentur. Hoc aũt nihil aliud eſſe reperiet, q̃ ſubiectum, & materia, in cuius numero, & ratione quadam ſingula ſenſibilia erunt. vt verbi cauſa in proportione ignis, aeris, aquæ & terræ, ſi quod ue aliud hoc eſſe ſtatuatur. In horum nanq; mutua proportione, quæ ex ipſis fiunt, eſſe & formam ſortiuntur, quod ſi ita eſt, ipſas quoq; ideas, quæ harum rerum ſunt exemplaria: non numeros ſimpliciter, ſed rationes eſſe numerorum oportebit. Nam ſi Callias exempli gratia, vel homo qui ideę aſſimulatur, eſt ratio in quibuſdam numeris ignis, terræ, aquæ, aeriſq; aliorum ve ſubiectorum idea ipſi homo, quæ numerus, eſſe dicitur, cui aſſimulatur homo, erit ratio ſeu proportio.

in numeris, aut ipſorum numerorum; ſi hoc ſubiectum eſt in ipſis. hoc. n. ſignificat ꝓ verba illa (ſiue numerus ſit qdã, ſiue non ſit numerus, neq; perſe numerus) Neq; enim numerus cauſa eſſe põt eius, quod eſt in ratione numerorũ. quia in eodẽ numero fiũt diuerſę proportiones, vt in ſex dupla, & ſexquialtera. quo fit, vt idea non ſit ſimpliciter numerus, neq;. n. numerus idem eſt, quod proportio in numeris. nõ igitur idea eſt ipſi numerus. quare vel ideę numeri non ſunt, vel non ſunt cãæ iis, q̃ habent eſſe in proportione numerorum. Hęc aũt ratio primũ ſentẽtiam refellit, qua ideę numeri eſſe putantur, deinde compoſitas nõ ſimplices ipſas eſſe oſtendit. Si. n. proportiones numerorum ex pluribus ſonis conſtant, in ipſis quoq; ideis aliquod ſubiectũ eſſe conuenit, qđ in proportione numerorum ipſarum cuiq; ſuum eſſe efficiat. Hinc autẽ ſequitur, ne numerum quidem aliquem eſſe. Si. n. ipſi numerus non eſt, ne numerus quidem erit, neq; res, q̃ ad exemplar numeri eſſe dicuntur. ſi numerus non eſt, numeri proportio eſſe, qui põt? Quare in proportione numerorum res eſſe non eſt horum dictis cõſentaneum. Illud aũt (Neq; ob hęc nũerus quidã erit) huiuſmodi eſt. nec propterea idea numerus erit, qm̃ nõ protinus eſt numerus, ſi quid eſt in numerorũ ꝓportione.

Præterea multis ex numeris vnus fit numerus, ex formis autẽ qũo forma vna fieri poteſt. Quod ſi non ex ipſis, ſed ex vnitatibus quæ ſunt in numero, vt in centenario fiunt, quonam pacto vnitates ſe habent? Nam ſi eiuſdem ſint ſpecici, complura cuenient nimirum abſurda, ſi non eiuſdẽ nec eædem ſint inter ſe, nec cæteræ omnes, quo different cum expertes ſint paſſionis. Neq;. n. cõſona ſunt hæc rõni, neq; conſentanea menti.

73 (Præterea multis ex nũeris vnus fit numerus, ex formis autem quomodo forma vna fieri poteſt.) Hac quoq; ratione ideas numeros eſſe non poſſe docet, quoniam ex multis numeris ſimul poſitis vnus efficitur numerus, vt tria & quattuor coniuncta interſe ſeptem efficiunt. At ex pluribus ideis coniunctis nõ poteſt effici vna idea, cum canis forma, & forma hominis exempli gratia, coniunctæ vnam formam nõ efficiãt. Neq;. n. qm̃ in hoſe animal continetur, idcirco hõ ex animali, aliaq; forma compoſitũs eſt, cũ animal nõ ſit forma perſe ſubſiſtens. neq; hõ abſq; animali queat eſſe hõ, ſed animal eſt pars cuiuſq; animalis ſubſiſtentis. At numerorũ, quicũq; habetur in cõpoſito, ſaluus ipſe pars totius efficitur. Non igitur ideę numeri fuerint. Quod ſiquis ideã quanq; ex pluribus cõflatã eẽ dicat, vt hominẽ verbi cã ex aiali, & bipede, primũ ideę iam ꝓ illos nõ crũt ſimplices, ſed cõpoſitę, deinde aliæ priores erũt, aliæ poſteriores. Prior. n. eſt forma animalis, poſterior autem hoĩs, vel equi forma. Præterea ex quibuſuis diſcrepantibus numeris vnus numerus efficitur, nõ item ex quibuſuis diuerſis ideis idea vna effici põt, vt ex equo, & cane. Iam q̃ rem aliquam componũt, ea ſeparatim exiſtentia in compoſitionẽ veniunt hominẽ autem & animal nũq̃ ſeparata vel ſumere, vel intelligere licet. (Quod ſi non ex ipſis, ſed ex vnitatibus, q̃ ſunt in numero vt in centenario ſunt, quonam pacto vnitates ſe habent? Nam ſi eiuſdem ſint ſpeciei, complura cuenient nimirum abſurda, ſi non eiuſdem, nec eędem ſint interſe, nec cæteræ omnes.) ſiquis inquit idcirco neget ex ipſis formis coniunctis vnam formam conſtitui, quia ne in numeris quidem hoc vſu veniat, vt ex nũeris coniunctis vnus exeat numerus, ſed ex vnitatibus: cum omnis numerus conſtituatur ex vnitatibus: non ex trinitatibus: aut quaternitatibus: ſi plures numeri ſunt, quoniam decies mille numerus ex vnitatibus non ex milleſimis, aut centenis numeris conſtat, aut ſi ex his conſtat; non tamen ideas numeros eſſe dicere ſolent quatenus ex nu-

meris vnus numerus efficitur, ſed quatenus ex vnitatibus conflatur, ſiquis ergo ad hunc modum ediſſerat, operę pretium fuerit, ex eo perquirere, vnitates eę, ex quibus coniũctis conflantur ideę, vtrum interſe ſpecie ſimiles, an diſſimiles ſint. Nam ſi ſunt eiuſdem ſpeciei, multa inquit incõmoda conſequentur, q̃ ipſe hoc in loco tanq̃ nota, ſilẽtio prętermittit, ſed in duodecimo libro latius pſequitur. Hinc.n. ſequiẽ omnem vnitatum compoſitionem ideam efficere. Nam ſi omnes vnitates ſunt eiuſdem ſpeciei, cur alię ideam conficiant, aliæ non item? & tunc omnis numerus erit idea, nõ tantus numerus, neq; ex tot vnitatibus, ex quot ipſis placet confici ideam, ſiquidẽ omnes vnitates, ex quibus fiunt, eiuſdem ſunt ſpeciei. Ad hæc omnes interſe ideę, cum nihilo differant, prętereq̃ vnitatum multitudine, eiuſdem erunt ſpeciei, ac proinde q̃ ipſis participant, eadem ſpecie continebuntur. At rationabile & irrationabile non quorumpiam multitudine, ſed quadam potius qualitate differre videtur. Siquis enim dicat irrationabile in paucioribus vnitatibus conſiſtere, dubiũ non eſt, quin ſi addas irrationabili vnitates, quibus a rationabili ſuperatur, irrationabile futurum ſit rationabile. Atq; hæc quidem incõmoda ſequuntur, ſi vnitates eiuſdem ſpeciei eſſe ponantur. ſin ſpecie vnitates interſe diſcrepare dicantur, q̃ incommoda ſequantur, ipſe declarat. Nam ſi neq; cõmunes interſe ſunt ſpecie ſimiles, neq; omnes omnibus nec ipſę qdem quæ ſunt eędẽ ſpecie, hoc.n. ſignificat id quod ait (Neq; eędem interſe.) ſed eſt in ipſis aliqua differentia, vt hæ vnitates, idearum ſint effectrices, illę non item, vel hę harum illę illarũ, q̃ tandẽ differẽtia in ipſis erit, cũ oẽs ppetuẽdo ſint ineptę, nec aliquã cuiuſuis rõnis differẽtiã in ſe admittere valeãt. ſola enim ſitus differẽtia, vt ipſe ait in primo de anima, cadere põt ĩvnitates, ſed vnitates, quæſitũ habẽt, nõ iã vnitates ſimpliciter, ſed ſigna, & pũcta ſunt. Nihil enim hoc, intellectui, q̃ de vnitatibus habeẽ, eſt cõſentaneũ. Sed qd ad dictionẽ ptinet, qa dixerat (quo pacto vnitates ſe habẽt) declarat, penes qd q̃rat, qũo ſe habeant. Num. ſ. oporteat ipſas interſe eiuſdem eſſe ſpeciei, an diuerſæ.

Præterea genus aliud conficere numeri, circa quod arithmetica verſetur neceſſe eſt. Et omnia quæ a quibuſdam media nuncupantur. Quæ quo modo ſunt, aut e quibus principiis ſunt, aut cur horum & ipſarum media erunt. Præterea vtraq; vnitas quæ eſt in dualitate, ex alio erit priore, ex ipſa inquã dualitate. at fieri nequit, Præterea propter quid numerus vnum eſt compræhenſus.

(Pręterea genus aliud conficere numeri, circa quod arithmetica verſetur, neceſſe eſt.) ſi vnitates inquit ſpecie differũt interſe, nec omnes omnibus ſpecie ſunt ſimiles, haud dubie alię fuerint vnitates, ex quibus ideę conſtituuntur, aliæ quibus vtuntur arithmetici, ac proinde aliud erit genus numeri, in quo verſatur arithmetica, aliud eorum, ex quibus ideæ conflantur. atq; eadem ratione cuncta mathematica erunt in alio genere. i. Mathemetica ſpeciem aliã habebũt numerorum. Mathematica enim ſunt, quę inter ea q̃ fiunt ad exemplar idearum, hoc eſt formas ſenſibiles, q̃q; in ſenſibilibus habẽtur, & ipſas ideas interiecta eſſe dicuntur. Hæc igitur, q̃ ſubiecta per iſtos ſunt mathematicis, q̃dam alia genera, & alterius erunt ſpeciei. vtiq; ſi eſt numerorum formalis differentia, q̃ habetur inter eos, ex quibus hæc conſtant, in quibus verſantur mathematici, & eos ex quibus ideę conſtituuntur. iſtis.n. principia quoq; mathematicorum numeros eſſe placet ſiquidem omnium rerum ſimpliciter diuerſa erunt genera. Simpliciter dicit, loquens de mathematicis. Aut ex quibus inquit principiis per iſtos erunt, nili ex iis, ex quibus fiunt ideę, & numerus formalis. q̃ omnium rerũ principia eſſe ſtatuẽbãt.

74

Præterea

Præterea quomodo per hos mathematica ſenſibilibus, ideiſq; poſſunt intereſſe cum diuerſę nature ſint, & ex aliis principiis conflatam. Nam quæ media ſunt aliquorũ, cõmunitate quadam, & proprietate media ſunt. At hæc quæ alterius & generis & naturę ſunt, idearum atq; eorum quæ ad idearum exemplar eſſe dicuntur, media eſſe, q̃ poſſunt? cum neq; ideę ab harum alterutris differant, hæc illa rurſus ab aliis. hæc.n. aliis principiis indigebunt. Nam quæ ex abſtractione ſumũtur: media ſunt, at non ſunt abſtracta quibuſpiam, ſi conſtant ex principiis. Idcirco item mathematica media eſſe dicere nõ conuenit, quoniam inter hominem, equum, ſubſtantiaſq; ſenſibiles, & ideas nulla media eſſe dicebant, ſed hoc in numero, & mathematicis aſſerebãt. quod temere ac ſine cauſa dicitur. (Horum & ipſorũ media) ipſorum. i. idearum. Nã per additionem verbi ipſi ſolent ideę ſignificari. (Præterea vtraq; vnitas, quæ eſt in dualitate, ex aliquo erit priore, ex ipſa inquam dualitate) quoniam dualitas eſt principiũ, videtur autem dualitatem infinitam dicere, res vero omnes aut principia ſunt, aut ex principiis. ſunt autẽ in dualitate, quæ ab ipſo principium eſſe ſtatuitur, vnitates, hæ nãq; principia non ſunt, cum hæc dualitas ſit principium: profecto vnitates, quæ in ipſa dualitate habentur, ex principiis conſtituent. Ex qbus igitur? neceſſe eſt. n. vtrãq; ipſarum ex dualitate conſiſtere. At perabſurdum eſt dictu, partes dualitatis ex dualitate conſtare, & vnitatem ex dualitate fieri. Neq;.n. vtraq; harum dualitatum in vnitate contentarum referetur ad vnitatem, quæ principium informans quodãmodo dicitur. hæ nãq; multo priores ſunt, q̃ illa dualitas. Itaq; vnitates, q̃ ſũt in dualitate, priores erũt ratione, q̃ ipſa dualitas. ſiquidẽ ab his eſſe dualitati ſuppetit. eſt autem principiũ eius quod ex aliquo fit, id ex quo fit. At hoc fieri non poteſt, ſi dualitas principiũ eſſe dicatur. Fiet nãq;, vt principii principiũ habeatur. & aliqd ſit principio prius. (Præterea propter quid numerus vnum eſt comprehenſus?) quoniã idea quæq; vnũ eſt, eademq; numerus eſſe dicitur, quare vnus eſt? & cui numero, qua vnitate adiuncta, quod ex ipſis conflatur, vnum efficitur? aut a quo in ſpecie, & vnitate cõſtituit? breuiter quomodo vnum efficitur? Nam ſi non eſt vnus, ne idea quidem eſt numerus. quoniam idea vnum eſt. Sin autem vnus, quare vnus eſt? aut a quo ipſi, vt ſit vnus, ſuppeditatur? Siquid.n. eſt, quod numeros in vnitate conſtituat, efficiatq; ideas, Iam non ideę principium in numeris fuerint, ſed illud potius, quod ipſos a multitudine aſſerit, & ipſorum quẽq; vnum efficit. Decas.n. aliud eſt, q̃ decem.

Inſuper ſi vnitates diuerſæ ſunt, oportebat eos perinde dicere, atq; ii dicunt, qui elemẽta quattuor aut duõ aſſerunt eſſe. Nam horum non elementum eſſe dicit quiſq; ipſum cõmune, veluti corpus, ſed ignem ac terram, ſiue ſit. Nunc autem perinde dicitur ac ſi vnum ipſum ſimilium eſſet partium, vt ignis vel aqua, quod ſi ita ſit numeri ſubſtãtiæ ſane nõ erunt. At patet ſi eſt quid vnum ipſum, atq; id eſt principiũ, multipliciter vnum dicit ſecus enim eſt impoſſibile.

75 (Præterea ſi vnitates diuerſæ non ſunt.) Si legatur diuerſę nõ ſunt, ſenſus erit. qui vnum principium eſſe conſtituunt, iis hoc incõmodum accidit, vt cõmune predicatum eorum elementum eſſe dicant, quibus eſt cõmune. quod fieri non poteſt. Nam ſi vnitates ſunt eiuſdem naturę, vnitas erit cõmune ipſarum predicatum. At cõmune poſterius eſt: & ab his & in his habet: vt ſit. quod incomodũ eis accidere docet: qm̃ vnitates ſunt eiuſdem ſpeciei: eſſe nanq; eiuſdem ſpeciei pro confeſſo poſuit. ac ſi eiuſdem ſpeciei ſunt, vnitatem ſimiliter ſumptam, quę de oibus vnitatibus cõiter dici-

tur,velut ſpecie ſumit. Neq; n.vnum ſimpliciter principium ad hſic modum ſtatuere debebant,ſed vt ii,qbus elementũ corpus eſſe placet,q non corpus cõe,elementũ eſſe dicunt,ſed aliqd definiunt ex iis:q cõi ſubiiciuntur,exempli gratia,ignẽ,vel aerem,qđ iam eſt cũ aliqua differentia,idq; elementũ eſſe tradunt.corpus.n. ſimpliciter , cõe eſt oĩbus corporibus,q in eo quod corpora ſunt,nullum in terſe diſcrimen habent.Nam neq; copus cõe eſt,qđ poſſit eſſe elemẽtum : neq; aliud cõe,quod ipſum perſe non eſt cõe : quippe cũ ne id quidem conſtet,an cõe aliquid oĩo ſit.Sic igitur hos vnum aliqd definire oportebat,idq; principium eſſe ſtatuere,vt quibus corpus aliquod elementũ eſſe placebat.Nunc aũt vnum ſimpliciter principiũ eſſe dicunt,quaſi multę ſint vnitates,& interſe diſiunctę,& vnum de ipſis cõmuniter dicatur, nõ aũt quaſi vnitas vnũq; totum aliquod ſit,idẽq; ſimilare, habeatq; partes ſibi ſimiles vnitates, vt ignis & aqua. quorum vtrũq; cum ſit vnum quoddã ſimilibus partibus eſt.(Quod ſi ita ſit , numeri ſubſtantię ſane non erunt).i.quod ſi adhunc modum vnũ dicant,vt ſimulare,non iam ipſi numeri ſubſtantię erunt & ideę,ſed ſubiecta & materialia.huiuſmodi.n. ſimilaria ſunt.pręterea ſi totum ſit materiale,non erit ſuarum partium idea. Et cũ ſit forma proprie ſubſtantia,numeri tamen materię nõ formæ rationẽ habebunt . ſed fortaſſe alius eſt ſenſus ad hunc modum.Quod ſi vnum tale eſſe dicunt vel quaſi vnam naturã exẽpli gratia ignem aut aquam,& tale vnum putent eſſe principium,non iam his numeri erunt ſubſtantię neq; ideę neq; principia.cum ex compoſitione talis non exiſtat numerus.ex huius.n compoſitione vnum & idem efficitur,vt in cõpoſitione ignis.ſed ideæ ac principia ex tali ſcilicet ſimilari exiſtunt,non autem aliquis numerus . Non igitur ipſis ſubę,& ideę nũeri erunt.Sed illud haud dubie ſi eſt ipſiunum , qđ ſiqd eſt p iſtos & eſt principium vnum plurifariam dicetur,aliter.n.fieri non poteſt,vt vnũ principiũ eſſe dicant.vel illud ſi ipſum vnum aliquid eſt,intulit quaſi illud dicere ſit horum placitis conſentaneum.Neq; n.dici poteſt vnum eſſe vt genus & cõe, neq; vt ſimilare . ſed quaſi illud vnum, quod eſt vt principiũ, quandam præter cætera peculiarem naturam habeat,quo fieri dicit:vt vnum per iſtos multifariã dicatur . Sitq; de numero æquiuocorũ .At ſupra docuit,ſi hęc illis ſint æquiuoca,illa nõ eſſe horũ exẽplaria.porro illud manifeſtum eſt,ſi ipſum vnum eſt aliquid per iſtos:& hoc ipſum principium eſt alterius naturę pręter cæteras vnitates,conſequens eſſe,vt vnitates multifariam dicantur, nec ſint eiuſdem ſpeciei . quod eſt huad dubie alienum . Nam quæ poſſunt vnitatum eſſe diſcrimina? & quæ rationes differentes? vt illud perſpicuum eſt illam vnitatem neq; ideam , neq; exemplar horum forc . Veruntamen dictio non ſic mihi habere videtur,(Inſuper ſi vnitates non ſunt diuerſę)ſed ad hunc modũ,ſi vnitates ſunt diuerſæ,de hoc.n.differebat,& hoc ipſis placebat,vnitates diſcrepare,& alias eſſe vnitates,quæ in ideis habentur:alias vero mathematicas. Si ergo dictio ad hunc modum ſeſe habeat,ſenſus erit.Si vnitates per hos diuerſę ſunt , neq; oẽs eadem ſpecie contineantur,ſic definiendum his erat,vt certam aliquam vnitatem elementum,& principiũ eſſe dicerent.non ſimpliciter vnitatem,quod cõmune eſt.Vt.n. qui de principiis corporeis ediſſerunt,ii non corpus ſimpliciter elementum eſſe dicunt , ſed quoniam corpora interſe ſpecie differunt,determinant docentq; ex corporibus, quod ſibi elementum eſſe videatur , aer videlicet , aut ignis, vel aliud ſimile . non ipſum communecorpus ſimpliciter.Siue.n.cõmune corpus aliquid eſt diuerſum ab iis ex quibus dicit̃ ſiue ſecus,certe ipſum elementum eſſe negant . Alioquin non magis aliquod eorum quæ dicunt,elementum eſſet,q̃ quodpiam aliud eorum : de quibus corpus dicitur.vt igitur illi diſſerunt:ſic his erat determinandum:explicandumq; , quale vnum elementum ipſis eſſe placeret,& qualem vnitatem.cum ſint vnitates diuerſæ. At nunc cũ ſimpliciter vnũ dicãt,ſic loquũtur,quaſi oẽs vnitates ſpecie ſimiles , ac ſine diſcrimine forent . hoc.n.ſignificauit,cũ diceret , (Perinde ac ſi vnũ ipſum ſimiliũ eſſet partium,vt ignis vel aqua) Nam dicens ſimiliũ partiũ,docuit mutuã vnitatũ ſimilitudinẽ , & ſpeciei ſocietatẽ . (Quod ſi ita ſit numeri ſubſtãtię ſane non erunt .) numeri.i,ideę , de his.n.numeris loquitur . Nam ſi oẽs vnitates eidẽ ſpeciei ſubiiciũtur,quãdmodũ numerus noſtras nõ eſt ſubſtãtia ; ſic ne ille quidẽ, q ex vnitatibus cõſtituitur noſtro numero ſpecie ſimilibus . Illi tamen haud dubie nõ ita differebant,ſed vnũ quiddã diuerſum,ac ſpecie diſſimile cęteris haberi idq; principiũ eẽ ſtatuebãt.quod ſi verũ eſt,vnitates nõ ſunt ſpecie ſimiles ; ſed vnũ multipliciter dicitur. Alias.n.fieri nõ põt,vt vnũ principium eẽ dicatur! Quãobrem definiendũ erat,quale vnũ principiũ eſſe placeret. ſed qui vnitates ſpecie differre tradunt,iis occurrit illa q̃ſtio de qua ſupra dictum eſt, quęnam eſt vnitatum differentia,cum ſint vnitates perfectionis immunes.

In principia autem ſubſtantias volentes redigere . Longitudines quidẽ ex breui ac longo paruo magnoq; ponimus, & planum ex lato atq; angu ſto . Corpus autem ex profundo ac humili . At quonam modo planum habebit lineam,aut ſolidum lineam atq; planum, Aliud eſt.n.genus latũ atq; anguſtum , & profundum ac humile . Vt igitur neq; numerus inſit in ipſis , quia multum ac paucum ab his, eſt diuerſum , ſi patet nec aliud quicq̃ inferis ſuperorum ieſſe . At vero neq; latum ipſum genus eſt ipſius
76 profundi , eſſet enim corpus ipſum quid planum.

(In principia vero ſubſtantias volẽtes redigere longitudines quidẽ ex breui ac lõgo, paruo, magnoq; ponimus) Ponimus dixit . vt conſtet oratio ſupra dicta: Nã de idearũ opinione velut de propria diſſerit. Explicaraũt iſtorũ placitũ de quo in libris quoq; de philoſophia mentionem fecit . Volentes igitur entia , ſemper.n.ſubſtãtias intelligit cum entia dicit: hæc igitur entia volentes ad principia , q̃ ipſi ſtatuebãt redigere, erant aũt his entium principia magnum & paruum , quã indefinitam dualitatem vocabant,in hanc ergo cuncta redigere volentes , longitudinis principia breue & longum eſſe dicebant , quaſi ex longo quodam & breui.i.magno & paruo longitudo generetur , vel quaſi tota linea ſit in horum altera , plani aũtem auguſtum & latum , q̃ & ipſa magnũ & paruũ ſunt.qbus explicatis ſubiicit incõmodũ qđ hãc ſequit̃ opinionem dicens.(At qũo planũ habebit lineã , aut ſolidũ lineã atq; planũ.) ſenſus aũt eſt. Corporis, qđ ſolidũ eſt, ſupficies videtur eſſe terminus,qtã planũ vocat:ſupficiei aũt ſeu plani linea,quã longitudinẽ appellat.prorſus vt in plano longitudo ſit:in ſolido planicies & longitudo habeatur . Superficies igitur , quã planũ appellat,eſt lõgitudo obtinens etiam latitudinem . Solidum vero quod ad hæc altitudinem obtinet . Et hæc quidem natura ad hunc modum ſeſe habent . At per illos , qui alia & diuerſa genera eſſe dicunt breue & longum , auguſtum & latum : altum & humile : & ſi ipſa genera ſub differentia eſſe dicant : non aũt ſubalterna , qui fieri poteſt , vt longitudo in plano ſit, & hæc rurſus in ſolido habeantur ! Nam quemadmodum numerus in horum nullo eſt : quoniam per ipſos alia ſunt numeri principia.i.multum & paruum , quæ a cõmoratis diuerſa ſunt : ſic in his nullum ſuperiorum eſt in inferioribus.i.nullum priorum in poſterioribus . Nam horum trium primũ & ſupremum eſt linea ; ſecundum planicies,tertium ſolidum . Illa.n.q̃ ſolidum ſimpliciora ſunt , & prius intelliguntur. Sed his omnibus prior eſt numerus . Vt igitur numerus in his nõ habẽtur , q̃q̃ prior ſit , quoniam genus magnum , & paruum , cui ſubiicitur numerus:diuerſum eſt a ſin

gulis generibus,quibus hæc ſupponuntur,ſic per iſtos,hæc ipſa non erunt alterum in altero.neq;n.longitudo erit in plano.quia longitudo ex breui & lõgo,planum ex anguſto & lato exiſtit,quæ ſunt diuerſa genera interſe, nec item hæc in ſolido habebuntur.Neq;n.illud dici poteſt,hæc genera inter ſe quidem differre,& eſſe diuerſa,ſed tñ eſſe ſubalterna,vt altum ſub plano ſit &,pari ratione ſub longo latũ,ac proinde illa in ſolido haberi poſſe.vt in aue eſt alatum,eſt item animal, Nam differentium generum interſe habẽt ſocietatem,q̃ ſub alterna ſunt.genus.n.alicuius in quid eſt de ipſo prædicatur ,& quod eſt ſub aliquo:vt ſub genere,hoc eſt quod ipſum genus,vt homo id quod animal,album id quod color,quare ſi latum eſt genus alti,& ſolidum quippiam eſt altum,planum vero latum vtiq; ſolidum hoc erit,quod planum.Aut.s.n hoc eſt,q̃d animal.Atq; abſurdũ eſt dictu,corpus eſſe planicie,& pari rõne planicie lõgitudine.

Prætcrea ex quonam inerunt pũcta.Atq; huic generi plato aduerſabatur eſſeq; geometriam opinionem dicebat,ſed principiũ lineæ vacabat ,idq; lineas indiuiduas perſæpe ponebat,& tamen harum finem quendam eſſe neceſſe eſt,quare ex ea ratione qua linea eſt,& punctum etiam eſt.

(Præterea ex quo nam inerunt puncta)Senſus eſt,ligna & puncta perinde in longitudine,ac linea ineſſe videntur , vt linea ipſa in planicie , & planicies in ſolido , ab illis autẽ natura differre,vt illa inter ſe differunt,horum igitur principia cuius erit , & hęc in quod genus rediguntur?& quo pacto ad magnum & paruum referẽtur? & quomodo erunt in longitudine? Quæ perconctatus aggreditur ad explicandam Platonis de punctis opinionem. Aitq; ipſum neq; hã admittere,vt aliqua ſit natura ligni ſeu puncti.ſed aſſeuerare hoc eſſe dogma quoddam,& poſitionem quandam geometricę,quæ in rerum natura non habeatur,negabat igitur punctum quidq̃ eſſe nec ipſum nominabat,q̃q̃ lineę principium ſepenumero vocaret,quod indiuiduã lineam dicebat.commemorat autem non Xenocratem ſolum,ſed ẽt Platonem indiuiduas lineas poſuiſſe. quam.ſ.indiuiduam lineam generi eidem atq; lineam hoc eſt breui & longo ſubiiciebant ,in q̃ differens ait.(Et tamẽ harum).i.linearum (finem quẽdam eſſe neceſſe eſt) ſiue indiuiduę ſint,ſiue ſecus.Nam linea natura quædam a plano diuerſa eſſe videtur, non quod per ſe conſiſtit.Neq;n.planum,quoniam eſt ſolidi finis,non eſt ab ipſo diuerſum.quamobrem cum lineæ aliquis terminus habeatur , iſq; ſit punctum ſimiliter eademq; ratione punctum erit atq; linea. Ita qua ratione linea planicieſq; eſſe demonſtratur.ea punctum eſſe confirmari poteſt.Magnum porro & paruum principiũ materiale rerum,Plato eſſe ſtatuebat.vt ſupra fuit explicatum. Nam vnum ipſi formale principium eſſe placebat.

Omnino autem philoſophia quærente manifeſtarum cauſam rerum,hãc quidem omiſimus.Nihil enim de cauſa dicimus, vnde eſt mutatiõis principium,ſubſtantiam autem ipſarum dicere putantes , alias quidem ſubſtantias eſſe dicimus.Quomodo autẽ harum illæ ſunt cauſæ dicere vane videmur . Eſſe.n.participes vt antea diximus , nihil eſſe videtur , neq; id ẽt quod circa ſcientias cãm eſſe videmus , propter quod & oĩs mẽs & oĩs natura facit,& quod vnum principiorum dicimus eſſe,ideæ,formęq; tantum , ſed mathematicæ ſcientiæ hiſce qui hac tempeſtate ſunt philoſophia fuerunt,quãq̃ inquiunt aliorum gratia ipſarum ſtudio vacare oportere.Præterea ſubſtantiam ipſam ſubiectam vt materiã mathematicam

Quiſpiam magis exiſtimabit: & prædicari magis ſubſtantiæq; atq; materiæ differentiam ẽ q̃ materiam eſſe : magnum inquam ipſum ac paruum quemadmodum & naturales rarum dicunt & denſum: primas hæc aſſerẽtes ſubiecti differentias eſſe : hæc enim exceſſus quidam ſunt & defectus. De motu vero quid putare oportet.Si motus hæc ſunt:formę mouebuntur vt patet:ſin vero non ſunt:vnde motus acceſſit.Tota namq; conſideratio de natura ſublata eſt.

78 (Omnino autem philoſophia querente manifeſtarum rerum cauſam,hanc quidẽ omiſimus.)Eo quoq; nomine inſectatur idearum aſſertores , quod cum inquiſitio propoſita iis,qui in rerum contemplatione verſantur, ſit cognoſcere,quę cauſa ſit efficiẽs harum ſenſibilium & manifeſtarum rerum,& qua ratione harum quoq; generetur.iſtiſ tñ , quę nam ſit huiuſmodi cauſa inueſtigare ommiſerunt. Nam de cauſa vnde naſcitur principium motus , quę quidẽ eſt efficiẽs,ne verbum quidem fecerunt.idea.n.nullius rei eſt efficiens.putantes.n.ſe ſubſtantiam formalemq; cauſam ipſarũ reddere,omnes enim cauſe quadrupliter dicuntur,alias quaſdam ſubſtantias & alias formas a manifeſtis diuerſas eſſe ſtatuebant,quas ideas vocabant. cęterũ illę quomodo ſint harum rerum formę,minime explicabant.Inanis eſt enim participationis vox,quam iſti vſurpant.quomodo hęc ideis participent,non declarãtes.vt ſupra dixit.quare merito iſtos initio accuſauit,qui ãinquirendis rebus alia numero ęqualia nihil ad propoſitum queſtionem facientia congererent.ſed poſtq̃ docuit,ideas non eſſe cauſas efficientes,neq; vt formas,cum forma ſit in eo cuius eſt forma.ideę vero nõ ſint in his rebus,neq; participationis nomen quidem ſignificare.ſubiicit,ne vt finem quidem & gratia cuius per hos ideas eſſe cauſas.quę tamen cauſa in cunctis intellectus,ac ſciẽ,naturęq; operibus edendis potiſſima eſt.quęcunq; enim natura, quęcunq; arte,quęcunq; doctrina efficiuntur,ea item quę proficiſcũtur ab electione, alicuius gratia fiunt,& hęc in ipſis ẽ cauſa facile princeps. At non ſic ideas his cauſas eẽ placet,qui non vt cętera recte ſint, ſed omnino vt ſint,ideas eſſe cauſas aiunt.quippe quas exemplaria,non fines eſſe tradunt. Nam quomodo illę harum rerum fines ſint?cum finis non prędedat id , cuius eſt finis. ſed intelligatur duntaxat prius,fiat autem poſterius,q̃ id cuius eſt finis,ideę autem prędedant,nec fiant,nec ſint in iis,quę fiunt? offenſo igitur ideas non eſſe cauſas efficiẽtes,nec formas rerum efficiendarum,nec omnino fines.docet vnde his data fuerit exitoris occaſio.ſ.Quia cum circa mathematica elaborarẽt, in horum cõtemplatione philoſophiam eſſe crederent,ac id circo in his ſolum verſarentur ea principia rerũ eſſe ſtatuerunt, quę mathematicorum principia eſſe putabant . quanq̃ mathematica dicerent nõ eſſe vt fines,ſed hec ita capeſſere oportere , vt alio fine ferãtur.quorum cognitionẽ antecedentem quandam doctrinam eſſe dictabant.quin ipſe plato methematicas diſciplinas philoſophię tanq̃ miniſtras appellabat.ſed iſtos licet talia traderent, tamẽ i hęc ſolum fuiſſe philoſophatos ac elaboraſſe,argumento eſt, quod numeros omnium rerum principia,ideas autem numeros eſſe,& res naturales ex mathematicis generari ſtatuebant.Ea nanq; ſubſtantia,quã principiũ materialem rerum naturalium his eſſe placebat,ideſt dualitas indefinita,& magnum paruumq;,mathematica potius eſt, q̃ naturalis. dualitas.n.quę potius eſt numeri,q̃ rerum naturalium principium.magis eſt mathematica, q̃ natura quędã ſubiecta.Eademq; materię prędicatum quoddam,eius explicãs differentiã.magis q̃ ſubiectũ, & materia eſſe videri poteſt.ſed quia dixerat(prędicari magis,)declarat,quomodo prędicari intelligat,ſubiungens (ſubſtãtięq; atq; ma

terię differentiã,q̃ materiã esse). Nã quemadmodũ,qui rarũ & densum ponunt ī principiis rerum naturalium,non putant hæc esse materiam,sed materiæ ac subiecti differentias,siue subiectum aer sit,siue ignis,seu deniq; medium aliquod,sic magnũ & parvum,& excessus atq; defectus,cuiuspiam subiecti differẽtiæ potius videri debent,quibus rerum mutatio fiat,q̃ esse ipsa subiecta.sed cũ dicit. (Hæc.n.excessus quidã sunt, & defectus). Rarum & densum designat,ostendens ipsorum cum magno & parvo,ac omnino cum excessu & defectu similitudinem.quæ quidem non materia sunt, sed materiæ discrimina, cum rarum excessui, densum defectui proportione respondeat. sed postq̃ de vno disseruit quod istis formale principium esse placebat,de dualitate quoq; indefinita disputauit,quam vt materiam supponebant. Cęterum motus rebus naturalibus vnde suppetat,nihil isti docuere.tametsi de rebus naturalibus commẽtãti,& ideas exemplaria esse tradenti maxime necessarium erat de motu verba facere. Nam si hæc .i.excessus & defectus motiones sunt,formæ ipsæ mouebuntur,habentes in se principia excessum deffectumq;,qui motus esse traduntur.quod istis non placet, qui formas immobiles esse volunt.sin minus motus sunt,vnde nam rebus naturalibus,quæ illorũ participatione sunt,quæ sunt,motum suppetere putemus? Nam quod ad aliquod exẽplar esse habet,& insitum motum,id hoc habeat oportet, vel ab exemplari, quod ipm quoq; huiusmodi sit,vel a causa quapiam alia. At motu sublato omnis naturæ contemplatio corruit.

Id præterea non fit,quod facile esse videtur:vnum inquam esse omnia demonstrare. Non enim ipsa designatiõe vnum omnia fiũt, sed ipsum quid vnum,si quispiam omnia pręstet:& neq; etiam hoc:nisi ipsum vniuersale genus dederit esse,hoc aũt quibusdam accomodari non potest.

(Id pręterea non fit,quod facile esse videtur,vnum inquam omnia esse demonstrare. Non.n.ipsa designatione vnum omnia fiunt.sed ipsum quid vnum,siquispiam omnia præstet,& neq; etiam hoc,nisi ipsum vniuersale genus dederit esse.hoc autem quibusdam accomodari non potest.) Idearum assertores vnum principem substantiam esse putantes,quemadmodum pythagorici,hoc formale principium, & causam esse credebant, dum animaduerterent, vnius naturam causam esse cuiq; ,vt sit atq; conseruetur. Nam res quæq; vnum est,quatenus est,contra vero vnius in multa dissolutionem, causam esse interitus. Res.n.quæq; in sua natura est,quatenus in ipsa sola conseruatur. eum vero dissoluitur,protinus aboletur.cuius fidem partim ab animalibus capiebant, quæ si in vna,& ī eadem specie perstent conseruantur,eadem si dissoluãtur,intercidũt, partim & a singulis inanimatis. Quinetiam ipsum mundum ideo conseruari putabant, q; in vno & eodem permaneat, eisdem interiturum,si ab illa,vt ita dicam,identitate ac vnitate seceserit.ob hanc igitur causam vnius naturam,vt res quæq; sit,& bene sit, causam esse rati,ipsum vnum principem omnium rerum causam eẽ statuebant. & ideas, cæteris rebus causas esse existendi,vt pote quæ vnitates essent.& ob hoc iis,quæ ad ipsas referuntur subigunt̃q; causas esse formales existendi & recte habẽdi. Cæterum expositionem quandam vsurpãtes,cuncta ad vnum popriamq; substantiã redigere nitebãtur,ad hunc modũ. propositis singulis hominibus,similitudinẽ in ipsis omnibus cõsiderabãt.quã cũ vnã & eandẽ in cũctis hoĩbus,qua hoĩes sunt,reperirent in hãc vnitatẽ oẽs homines referẽtes,vnius cõmunione hoĩes esse dicebãt.& hoc vnũ in cũctis hominibus ipi hoĩem appellabãt. Eadẽ rõne in equis,& canibus,cæteriq; vtebant̃. Rursus hoĩes cũ canibus,ac cæteris animalibus cõferentes,putabant hæc per vnũ quoddã esse aĩalia.quod vnũ cãm esse statuebant,vt hæc essent aĩalia,& iterũ quandã vnitatem & ideam cõiscebantur,quam ipsianimal appellant. in quam redigebant animalia. Tũ animalia & stirpes,cætera q; corpora sumentes & vnius cõione hæc esse substantias reperientes,quandam ideam,& vnitatem substantiæ faciebant .i. ipsiusubstantiam . ad quam rursus oẽs substantias referrent. Eadem ratione substantiam,& qualitatẽ cõione entis entia esse rati, ipsiens confingebant,in quod entia omnia referrentur . Atq; hac quidem expositione vsi ad vnum,& principium videtur omnia referre . Sed quãq̃ isti expositione sumere,& vt manifestum demonstrare sibi videbantur, omnia vnum fieri,non tamen sic fieri ait,vt ipsi putant . Nam cum expositis quibusdam pluribus , & sumpta quadam cõmunitate,id vnum & ideam effecerint,in quo est cõnitas & similitudo illorum,non tamen ipsa,q̃ exposita sunt,vnum efficiuntur,vt isti volunt.vt verbi causa homines vnum sint. Sed ipsihomo vnum quiddam fuerit , qui ab ipsis ostenditur ex illorum mutua similitudine.ipsi autem multi non sunt vnum . Ita licet istis oĩa quæ sumunt concedantur,nunq̃ tamen efficient,vt multa omniaq; vnum fiant. Sed vt fiant quidem ad vnum exemplar , maneant tamen in multitudine . haud enim multi & singuli homines ipsihomines esse demonstrarẽtur . ipsihomo enim diuersus est ab his . neq; omnia entia sunt ipsiens & ipsivnum . Sed quiddam commune ipsis pluribus , est ipsum vnum & ens. Itaq; & si demus istis hæc fieri ad quoddam exemplar perse vnum , & esse quoddam vnum, cuius communione multa hæc eadem interse, specie vel genere esse dicãtur non tamen eueniet . vt cuncta vnum fiant , licet per singulas horum multorum similitudines quiddam perse vnum,& vnitas quædam efficiatur . Quanq̃ ne hoc quidem ait in cunctis similitudinibus ostendi ac dici potest , vt multa per omnem similitudinem sub vno quodam comprehendantur , nisi fuerit species , aut generis similitudo . Identitas enim & similitudo in substantia genere atq; specie est idea,non similitudo in accidenti Multa enim sunt,quæ per quandam mutuam similitudinem similiter dicuntur,in quibus quoniam similitudo non est in genere , aut specie,nullum erit per se vnum.cuiusmodi sunt, quæ negatiue dicuntur . Non currit enim cõest & simile iis,de quibus vere pradicatur , sed neq; genus hæc habent , neq; speciem neq; ipsum non currit est idea quædam . Iam in sedentibus, deambulantibus mortuis, intereuntibus, & pleriscq; aliis , quæ alicuius habent communitatem, non licet aliquid perse vnum accipere. Quid? qd partes per quandam cõmunem habitudinem patres omnes sunt , non tamen est aliquid vnum ipsi pater ! Et trianguli internos angulos duobus rectis esse æquales,vniuersale omnium triangulorum est . non tamen genus . Itaq; non in omnibus licet vnum per expositionem sumentes, ipsum perse vnum efficere,& in hoc cuncta referre . sed in iis tantum in quibus,quod cõmuniter p̃dicatur:& vniuersaliter dicitur est genus,aut species . Ex quo intelligitur nihil aliud his esse ideã:nisi genera & species,q̃ cõmuniter dicunt̃,& vniuoce p̃dicantur,de iis,quorum species vel genera sunt. Itaq; tantũ abest,vt oĩa in vnũ quiddam ab istis,vt putabant redigantur,vt ne possint quidẽ per oẽm similitudinem vnũ in multis sumere. Illud aũt (siquispiã oĩa p̃stet) idcirco dixisse videt̃,vt doceret, non esse his cõcedendum,siqua similiter interse dicant̃ per mutuã similitudinẽ: protinus illud vnũ esse ponendũ. vt oĩa illi subiecta ad ipsum habeãt esse:quod vnũ sit ab ipsis separatũ. Aut (siquispiã oĩa p̃stet) significat:siquis cõcedat oĩa:quæ similiter interse dicuntur: cuiusdã vnius cõione ita dici, & illud quoq; cõcedat tale vnũ ī multis esse,nõ tñ id in aliis erit q̃ in gñeribus:& specibus cõibus. hæc.n.sola q̃ sic sunt cõia & vniuersalia:ideã quãdã nãę videnť significare. (Hoc aũt in qbusdã accõmodari nõ põt) fit.n.vt q̃dã : q̃ cõiter de aliqb⁹ p̃dicant̃:nequeãt eẽ gña eorũ de qbus cõiter dicunt̃. hmõi.n.sunt:q̃ dicuntur multipliciter. Hęc aũt ipe potissimũ pp ens dixisse videri põt. qd ens isti: vt genus qdam totorũ vniuersale sumẽtes ipsiens: & ipsiunum ideã faciebãt: & in hoc referebãt

oia. At ſi vnũ non eſt genus, ſed ex eorũ nũero quæ multifariam dicuntur, haud du bie ſimilitudo entium ſecundũ hoc non eſt (vt ita locar) ſubſtantialis.

At uero neq; rationem vllam habent longitudines plana ac ſolida, quæ ſunt poſt numeros, quonam pacto ſunt aut erunt, neq; vim vllã habent. Hæc enim neq; formæ eſſe poſſunt, quippe cũ nõ ſint numeri neq; media (illa.n. ſunt mathematica) neq; ea quæ corrumpuntur. Sed rurſus quar tum hoc aliud genus emerget.

(At vero neq; rationem vllam habent, quæ ſunt poſt numeros) quæ ſint numeris po 80
ſteriora: ipſe declarat ſubiungens, (longitudines, plana, atq; ſolida.) Pythagorici. n. atq; Plato entia in hæc partiẽtes, eorũ principia primaq; numeros eſſe tradebãt. Pro xime ab his longitudines, tum plana, deinde ſolida. ceu hæc non ſint numeri. Sed quemadmodum hæc interſe ordinem ſeruant, ſic haud dubie eorũdem principia inter ipſa ſeruabunt. horum.n. cuiq; ſua principia iſtis eẽ placet. quippe qui & horũ ideas eſſe ſtatuebãt, quæ iã numeris poſteriorũ principia ſint. At ſi lõgitudinis, & plani atq; ſolidi principia ſunt ipſilongitudo ipſilatitudo, ipſiſolidum, inueſtigare opus eſt, qua natura & facultate participent per idearum auctores Hæc.n. nõ ſunt ideæ. Nam ideę numeri ſunt hæc autem non ſunt numeri. vt quæ ordinem obtineant numeris poſte rioren). Sed neq; breue & longum: anguſtum & latum, altum & humile, quæ horũ principia eſſe putantur, numeri ſunt. Neq; mathematicis hæc poſſunt annumerari, quæ media idearum, & rerum ſenſibilium illis eſſe placeat. Mathematica.n. quæ ex illis exiſtunt, non ſunt ipſorum principia. cum mathematica non ſint principia, & ſint diuidua & plura, illa vero principia & indiuidua & ſempiterna. Sed ne morta lia quidem hæc ſunt, quippe cum principia ſint, & interitus immunia, ſupereſt igi tur, vt hæc iſtis ſit quarta entium natura, & quartum genus prẽter illa tria, quæ ab iſtis ponuntur ideas, mathematica & ſenſibilia. Nam mathematicorum principia ab his omnibus diſſidere intelligũtur. neq;.n. ideę ſunt, cum nõ ſint numeri, nec ex duo bus reliquis, quæ dicta ſunt, quoniã hæc vnum eſſe dicunt, & ordinem, quem di ximus ipſis tribuunt. ſed quo pacto ſint, aut inqũa entium natura per iſtos habeãtur explicare non eſt. Nam quæ natura exiſtunt, eã vel ideę ſunt iſtorum ſententia, vel mathematica, vel ſenſibilia, ipſi longitudo, aut ipſiplanum, ipſiſolidum: ideas eſſe nõ conuenit. quoniam ideas numeros his eſſe placet, hæc vero numeris poſteriora. nec item media, cum mathematica his media ſint. & alioquin plura eſſent, quod cõ tra eſſe oportet. Nam ipſilongitudo non eſt plura, nec ipſiplanum, nec denicę ipſiſo liduni. Sed neq; poſſunt hæc ſenſibilibus & mortalibus annumerari, quippe quo rum nullum eſt proprie ens, quo fit, vt hoc quartum genus entium ab iſtis effici vi deatur.

Omnino autem fieri non poteſt, vt elementa eorum quæ ſunt quiſquam inueniat quærendo, ſi non ipſa, cum multipliciter dicantur diſtinxerit, præſertim ſi hoc modo quærat, ex quibus nam ſint elementis, fieri enim non poteſt, vt ea ex quibus actio conſtat, aut paſſio, aut actio, aut re ctum accipiantur, ſed ſubſtantiarum tantũmodo ſumi poſſunt. Quare rerum omnium elementa quærere, aut habere putare, ſuperuacaneum eſt, & non verum.

Quare rerum omnium elementa quærere, aut habere putare, ſuperuaca neum eſt, & non verum.

lxxi. (Omnino autem fieri non poteſt, vt elementa eorum, quæ ſunt quiſpiã inueniat quæ rendo niſi ipſa: cum multipliciter dicantur diſtinxerit.) Ratio eſt huiuſmodi. Quorũ non ſunt principia communia, horum fieri non poteſt, vt principia communia repe riantur: entium autem non ſunt principia communia, ipſorum ergo principia cõmu nia reperiri non poſſunt. quod vero entium non habeantur principia cõmunia & ea dem, hinc arguitur, quia entia multifariam dicuntur, vt multis in locis dictum eſt. His autem vicio vertit, q̃ entium principia indagabant, anteq̃ ipſa partirentur & notiones entis explicarent. Sed illud eſt etiam num alienius: ea principia entium eadem quierere ex quibus entia conſtant. i. materiam & formam. huiuſmodi.n. ſunt indefinita dualitas & vnitas, quæ iſti principia eſſe ſtatuebant. Cum ſint entia quædam quæ ex propria natura huiuſmodi principia & elementa non habeant niſi ex accidenti. Effectio enim aut perpeſſio ex qua materia conſtabunt? hanc nãq; materiam ex accidenti habere dicũ tur. Quia enim ſubſtantiis, quarum habetur materia, hæc adſunt, idcirco & his mate ria ſuppetere videri poteſt. non autem perſe. Similiter nec recti nec cuiuſq̃ alterius prateręq̃ ſubſtantiæ habetur materia. Idcirco.n. dixit nõ licere horum talia ſumere ele menta, quoniam omnino non ſunt huiuſmodi enim principia quæ quaſi elementa, & inſita ſunt, & ex quibus aliquid eſſe dicitur ſolius ſubſtantiæ eſſe reperiuntur. quippe cum hæc vna ex enãbus ſubiectum ſit, cætera in hac & huius aliquid eſſe dicantur. Huiuſmodi ergo principia eorum, quorum nulla ſunt indagare, aut ſe inueniſſe cre dere ſummę dementiæ eſt.

Quoniam etiam pacto quiſpiam elementa omnium diſcet. Patet enim an tecedere non poſſe cognitionem, nam vt is qui geometriã diſcit, alia qui dem ante cognoſcere poteſt, nihil autem eorum quorum eſt ſcientia, & quę ſunt ſibi diſcenda prius cognoſcit, ſic & aliis fieri ſolet. Quare ſi omnium aliqua ſcientia eſt, qualem inquiũt quidam nihil is antea ſane cognoſcit. Omnis tñ diſciplina p antea nota, aut omnia, aut aliqua fit, & aut per de monſtrationem, aut per diffinitiones efficitur. Ea enim ex quibus diffini tio conſtat, antea cognoſcãtur, & ſint nota oportet, ſimiliter & ea quæ fit per inductionem.

lxxxii (Quoniam etiam pacto quiſpiam elementa omnium diſcet?) Docet quamuis om nium entium elementa communia ſint, fieri tamen non poſſe, vt ipſorum doctrina ſcientiaq; habeatur, & cur fieri nequeat, vt omnium elementa diſcamus, cauſam ſubiũ git dicens. (Patet.n. antecedere non poſſe cognitionem) quę ratio adhunc modum ex plicatur. fieri non poteſt, vt eorũ quæ habent principia, quidq̃ intelligamus: niſi prin cipia ipſius cognouerimus. Nam quorum cognitio habetur per principia hæc ante principiorum cognitionem intelligi nequeunt. ſed omnium entium per iſtos princi pia ſunt cõmunia, fieri ergo non poteſt, vt entium quodpiã intelligamus, niſi ante prin cipia cognouerimus. at quorum habentium principia, principia diſcere eſt im poſſibile horum ſcientia haberi minime poteſt. entium autem principia diſcere eſt impoſſibile, ergo ne fieri quidẽ põt, vt entiũ doctrinã habeamus. Nã fieri nõ poſſe, vt entiũ principia diſcant, docet eũ ad hũc modũ ait. (oĩs diſciplina ex p̃cognitis fit) qm̃ vt in ipſo ſtatim initio poſteriorũ reſolutoriorũ dixt, oĩs doctrina, & omnis diſciplina

intellectualis ex antecedente cognitione fit. Nam & ſi quæ aliquis ignorans diſcit: ea vt
ante cognoſcat fieri non poteſt, aliqua tamen ipſum præcognoſcere neceſſe eſt; quis
bus ea cognoſcat: per quæ doctrina contingit. Qui enim geometriam diſcit, is quã
in ipſo diſcendi initio nihil eorum cognoſcit, quorum geometria eſt ſcientia, aliqua
tamen intelligit, ex quibus ea cognoſcit: per q̃ ipſa efficitur doctrina, verbi cauſa. Ma
ius, minus, æquale, rectum, refractum. lõgitudinis item, ac latitudinis, corporiſq; intel
lectum habet. ſi ergo doctrina omnis non ipſis, q̃ diſcuntur, ſed aliis quibuſdam ſco
gnitis efficitur, profecto qui entium principia per doctrinam eſt cogniturus, hunc vt
alia q̃dam cognoſcat neceſſe eſt, quod fieri certe non poteſt. Nam quidquid intellige
re dicatur, id ens eſſe, ac ſub entis principia cadere reperietur: fieri autem non poteſt,
vt ens aliquod prius cognoſcat: q̃ eius principia didicerit. Aut ergo prius cognouerat,
q̃ diſcit, aut certe nũq̃ diſcet. Quod vero diſciplina omnis naſcatur ex præcognitis:
docet argumento mathematicarum. Diſcimus enim aliquid vel per demonſtrationẽ,
vel per definitionem, vel per inductionem. & in doctrinis q̃ demonſtratione parantur,
aliqua ſunt, diſcenti nota diuerſa ab iis, q̃ demonſtrantur, ſententiæ videlicet, quæ ſunt
naturales quædam intelligentiæ, & propoſitiones medio vacantes. quales hę ſunt.
Quæ ſunt eidem æqualia, ea interſe quoq; æqualia ſunt. de omni eſt affirmatio: aut ne
gatio. Bonum eſt ſuapte natura vtile. omnis autem cognitio, q̃ per ratiotinationem. i.
ſyllogiſmum accipitur, per ante cognita comparatur: per propoſitiões videlicet, quas
confeſſas, & poſitas eſſe oportet. Item quæ per definitiones habetur. Nam qui d ſcit
hominis definitionem eſſe animal pedeſtre bipes, is non præcognoſcit hæc eſſe homi
nem, tamen horum ſingula cognoſcit: animal: & pedeſtre, & bipes. Alioquin nũq̃ di
ſceret, hominem eſſe iſthæc. Similis eſt ratio inductionis. quæ cum vniuerſale docere
velit, oportet tamen diſcenti ſingularia: per quæ docetur eſſe cognita. ſi ergo doctrina
omnis ad hunc modum ſeſe habet: & qui omnium rerum principia & quærunt, & ſe
docere profitentur: negant poſſe diſcentem quidq̃ cognoſcere, & intelligere, nimirum
iidem & doctrinam, & diſciplinam tollunt. (Aut omnia aut aliqua) dixit, quoniam in
demonſtratione & ſyllogiſmo fieri poteſt, vt quiſpiam vtranq; propoſitionem præco
gnoſcat, nouerit q;, & itẽ in definitione omnia, ex quibus fit definitio prenouerit. Nam
inductio per omnia nota & præcognita procedit. Vel (omnia) vt in definitionibus, in
ductionibuſq; (aliqua) vt in demonſtrationibus.

Atqui ſi eſt infra nobis, mirabile eſt profecto quo pacto nos latet potiſſi
mam ſcientiarum habere.

(Atqui ſi eſt inſita nobis.) Negauit diſciplinam eſſe ſi omniũ rerum principia & 83
cauſæ communes ſunt: nunc vt citra doctrinam, rerum cognitio ſit nobis innata nec
doctrina præceptioneq; opus ſit ad ſcientiam comparãdã, fieri non poſſe docet in hũc
modum. Cognitio potiſſimorum præſtantiſſima ſcientiarum eſt: cognitio autem
principiorum, quæ omnium entium principia quibuſdam eſſe placet, eſt cognitio
potiſſimorum, id enim propter quod aliquid eſt ſemper eſt potius eo, quod propter
illud eſt, poſteriora vero principiis propter principia ſunt, principiorum ergo cogni
tio ſcientiarum eſt præſtantiſſima. At habentes ſibi inſitam ſcientiarum nobiliſſimã
ignorare ſe habere: nulla ratione confirmatur. An ſenſum nobis innatum habere
ſcimus, poſſe nos ambulare nobis cognitum eſt, rerum autem ſcientiam habere, cum
habeamus ipſarum principia, aut ſcire nos omnium rerum principia ipſi ignoramus?
neq; ſcrutantes id dicere valemus? Quomodo ergo eorum, quæ neſcimus, innatam
ſcientiam habere poſſumus? Et fortaſſe hæc idcirco ab ipſo dicta ſunt, vt hac quoq;

parte iſtorum placita corrigeret, qua nobis rerum ſcientiam innatam eſſe tradunt. quip
pe quibus diſcere reminiſci eſſe videatur.

Præterea quo nam pacto quiſpiã cognoſcet ex quibus ſunt omnia, & quo
nam mõ patebit. Hoc enim habet dubitationem. Dubitauerit enim quiſ
piam, perinde atq; circa etiam ſyllabas quaſdam. Nam quidam XA ſyl
labam ex, C, &, S, &, A, conſtare dicunt, quidam alterũ ſonum ipſius pro
prium inquiunt eſſe, & nullum eorum qui non ſunt.

84 (Præterea quanam pacto quiſpiã cognoſcet, ex quibus ſunt omnia, & quonammodo
patebit: hoc. n. habet dubitationem.) Si omnium rerum cõmunia: & eadem ſunt prin
cipia, quomodo hæc quæ nam ſint cognoſcas? & ex his entia conſtare ſcias? niſi quẽdã
præcognoueris, quibus noſcere & oſtẽdere valeas, hęc eſſe. Nam qui caret principiis
ad cognoſcendum: quod quæritur, is quomodo hęc potius: q̃ illa principia eſſe cogno
ſcet? non igitur ſine conuerſia hæc eſſe principia inter omnes conueniet. Sed quem
admodum quæritur hæc ſyllaba za vtrum per z & a. ſcribi debeat, an per. ſ. d. a. ſic de
principiis dubium eſſe poteſt. Hæc autem per binas olim litteras ſingula ſcribebãtur
ac idcirco duplici hæc elemẽta nuncupabantur z. per. s. d. x. per. c. s. ϕ per. p. s. Cogno
ſcet. n. quiſpiam ipſa principia: quæretq; ſi venerint in dubium per definitionem, vel p
ſyllogiſmum, aut per inductionem, quæ omnia, vt dictum eſt, per ante cognita de
monſtrant. quo in loco eam quæſtionẽ perſtringere videtur: de qua in memnone Pla
to mentionem fecit. ceu diſputari hæc poſſit aduerſus eos: qui omnium entium prin
cipia quædam cõmunia atq; eadem aſſerebant. iſti. n. fateri cõuincuntur, principia do
ceri apta eſſe. Neq;. n. ſcientiarum præſtantiſſimam, quæ omnium eſt cognitio,
habemus, & nos habere ignoramus. Sed quoniam qui principia rerum ignorat
is nullum ens valet cognoſcere: idcirco diſcentes huiuſmodi principia nullius entium
præcognitionem habent. quo fit, vt licet alicuius entis principia inuenerint, nequeãt
tamen an illius principia ſint cognoſcere. ſcilicet quoniam hoc per antecedentes quaſ
dam cognitiões efficitur. quas vt is habeat, qui nõdum entis principia nactus eſt: fieri
non poteſt. Illud aũt (ex quibus ſunt) ſignificare videtur: principia quæ illi omniũ en
tium cõmunia quærebant. hoc eſt materiã & formã.

Preterea quo nam modo quiſpiam ſenſum non habens, ea quorum eſt ſen
ſus cognoſcet. Oportebat tamen ſi omnium ea ſunt elementa, ex quibus
perinde atq; compoſitæ voces ex elementis propriis conſtat.

85 (Præterea quonammodo quiſpiam ſenſum non habens ea, quorum eſt ſenſus cogno
ſcet?) Hæc quoq; dicit ad confirmandum, nõ eadem eſſe omnium rerum principia,
& elementa. ſi qua. n. principia cõmunia eſſent omnium entium, qui hæc didiciſſet, p
ipſa poſſet omnia entia cognoſcere. Nam quẽadmodum cui omnes litteras, & elemen
ta nota ſunt, is omnes voces ex his conſtitutas cognoſcit: ſic cognoſcenti omnium re
rum principia vſu veniret: vt per hęc cognoſceret: quę ex ipſis fiunt. ac proinde cui no
ta ſunt hæc principia, is ſenſibilia quoq; valebit cognoſcere, ſiquidẽ hæc eſſentia ſint,
ex illis cõſtituent. Quõ igit q ſenſũ nõ hẽt, is ſenſibilia cognoſcat? q̃ ſenſu nõ alio qđ
piã cognoſcũt. At ſic fieret, vt cognoſcerẽt ab eo, q ipſorũ noſſet principia. noſſet aũt
qui omnium rerum cõmunia principia cognoſceret. ẽt ſi non haberet ſenſum. Neq;
enim rerum principia ſenſibilia ſunt. Nam vt non ſenſibilia per principia cognoſcit:
Sic per ipſa cognoſcet ſenſibilia, cum illa ſimiliter horum principia ſint. Et vt omnes
voces compoſitæ: quarum eadem ſunt elementa: ex eiſdem elemẽtis conſtituuntur,

ſic oĩa entia ex eiſdẽ elementis erunt cognita:ſi eadem ſunt oĩum entiũ elemẽta. Neq; vero ſibi ipſe nõ cõſtat,q entis:qua ens eſt principia & cãs q̃rit, idẽq; phæc demõſtrat illa nõ poſſe cognoſci:docebit.n.nõ oĩum entiũ cõia q̃dam eſſe principia:vt illi rebãtur,q p cões ſimilitudines ad vnum cuncta redigere tentabant.ſed principia entis:qua ens eſt:q̃ ab ipſo indagantur,ſunt oĩum entium principia,nõ tñ eodẽ mõ,ſed proprie ſubſtãtię,cæteroq; vero a ſubſtantia:cum ꝓprie nõ ſint principia,efficiunt quodãmõ, quoniam cæterorũ entium quodq; ſuum eſſe a ſubſtantia mutuatur.

Ex his igitur q̃ prius ſunt dicta, patet eas vniuerſos videri cauſas q̃rere, quãuis obſcure,quas in naturalibus diximus,nullãq; nos aliã ꝓter illas dicere poſſe,atq; prius partim oẽs,partim nullo modo dictas fuiſſe. Prima nãq; philoſophia,vt noua q̃dam primoq; orta balbuties de oĩbus eſſe videtur. Nã & Empedocles os rõne conſtare dicit,hoc aũt eſt quidditas rei ſubſtantiaue. Atq; ſimiliter & carnis cæterorũq; cuiuſq; rationem,vel nullius eſſe oportet. Ob hoc.n.& caro,& os,& vnũ quodq; cæterorũ eſt,& nõ ob materiã quã ille terrã,ignẽ,aerẽ,atq; aquã eſſe dicit. Verum hęc illæ ſi alius diceret,neceſſario cõceſſiſſet,dilucide vero non dixit.

(Ex his igitur q̃ dicta ſunt.patet eas vniuerſos videri cãs q̃rere:quas in naturalibus diximus)in phyſico auditu oẽs cãs ad quattuor ipſe genera cauſarũ redegit,quod vt hoc quoq; in loco probaret,deſcendit ad ſententias de cauſis diſputandas,cõcludens ſi nemo priorũ aliquod aliud cauſæ genus q̃ſiuit,aut inuenit,oẽs qui de cauſis ſunt loquuti, aliquam cõmemoratarũ cauſarũ attuliſſe quoſdã vnam:vt q materialẽ afferebãt, alios duas:quoſdam tres.quorũ pars efficientẽ materiali adiiciebant: vt Anaxagoras & Empedocles.pars formã vt ideas,quidã vtrãq; cãm attigerunt.i.efficientẽ,& formalem,vt de Empedocle declarabit. Cæterum præter hæc genera cãrum nemo aliud inueſtigauit:aut poſuit,ſed obſcure omnes,& parum diſtincte de cauſis diſſeruerunt. Nam Plato inuenietur ille quidẽ de quattuor cauſis meminiſſe,Empedocles de tribus,vt dicẽt, non tamen aperte & definite. Cuius incõmodi cãm eſſe docet:quod ante Ariſtotelem nõdum exacte aliqua eorũ:q̃ in pbia tractantur ſcientia erat inuenta,licet quidam ſtudium adhibuiſſent,ſed ruditer & cõfuſe. Ac vt ſolẽt a bleſis voces pronũciari,ſic priores de pbia diſputabant.quod Empedoclis docet exemplo.qui(os ratione conſtare dicit)nõ materia. Materia.n.per ipſum aliis quoq; rebus eſt cõis. quã eſſe quattuor elementa putabat.idemq; os in tali,& tanta horum temperatura fieri dicebat. vt patet ex eius carminibus. Quod ſi oſſibus:vt oſſa ſint,a ratione ſuppetit,hoc eſt a forma & ſubſtantia,& vt ita loquar,quiditate. profecto & carni & neruo,& entium cuiq;, vt lapidi & ligno a ratione & forma eſſe ſuppeditabitur. Aut.n.cunctis in rebus forma & ratio cauſa eſt:vt quodq; id ſit,quod eſt,aut in nulla,cum entium diſcrimẽ in ratione & forma conſiſtat. quamobrem hoc caro,illud os & aliud, aliud eſt. Materia.n.per ipſum, vt diximus, cunctis entibus eſt eadem quippe cui quattuor elementa materiale principiũ eſſe placet. Hæc igitur adhunc modum ſeſe habere,& formã cuiq; cauſam eſſe, vt certa quædam res ſit Empedoclem aſſenſurum fuiſſe dubium non eſt,ſi quis ei rationes propoſuiſſet:docuiſſetq; ſingula quæq; ad hunc modũ ſeſe habere. ipſe tamen dum perſe loqueretur,nihil perſpicue definiuit. neq; ex ſcięntia quadam diſſeruit. qppe qui ne ſimiliter quidem de cunctis ſimilibus ſtatuit.

Sed de his quidem & prius eſt declaratum. Nunc autẽ redeamus:ea rurſus allaturi,

ſus allaturi,quæ de eiſdem quiſpiam dubitauit, ex ipſis enim facultatem ad poſteriores dubitationes forſitam conſequemur.

(Sed de his quidem prius declaratum eſt.)De his dicere videtur,quoniam ſupra dum Anaxagoræ opinionem diſſereret dixerat,ipſum cuipiam alii talia dicenti aſſenſurum fuiſſe,nihil tamen eundem de his aperte tradidiſſe;nõ magis q̃ Empedoclem. de quo nunc verba facit. præterea quæſtiones quaſdam diſſerturum ſe pollicetur. ad rationem principiorũ pertinentes,quibus exponendis,& recte diſputandis viã nobis aperiri ait ad poſteriorum dubiorum ſolutiones. Nam quæſtiones circa principia ſolutioneſq; principia fiunt ſolutionis eorum,quæ poſtea in dubium veniunt. Significat autẽ quæſtiones,quæ in ſecundo libro diſputantur. ex quibus verbis huic libro,ſecundus liber proximus eſſe videri poteſt. verſitamen q̃ hoc in loco proponunt,in primo ẽt minore libro diſputantur. prefatus.n.illud.(Nunc autem redeamus ea rurſus allaturi, quæ de eiſdem quiſpiam dubitabit)de principiis,& cauſis, in proximo libro qui minor primus inſcribitur quærit atq; diſputat.

Finis primi libri.

Enarratio Alexandri aphrodiſiei in librum primum minorem primę philoſophiæ,qui latinis eſt ſecundus Interprete. Io. Geneſio.

Contemplatio veritatis,partim difficilis,partim facilis eſt. Indicium autem eſt,neq; digne quẽquam ipſam cõ conſequi poſſe,neq; vniuerſos etiã aberrare, ſed quẽq; de natura aliquid dicere,& ſingulos quidem nihil, aut parum ad ipſam conferre, ex omnibus autem congeſtis magnitudinem quandam emergere.

Enar. prima

Minor primus liber primæ philoſophiæ eſt ille quidem Ariſtotelis opus, quantum ex dicendi charectere ipſaq; diſputandi ratione coniectura conſequi poſſumus, nõ tamen ſolidus: ſed mutilatus & libri pars quædam eẽ videtur,ſi quis libri & initiũ & exiguitatẽ ſpectet. Quatenus igitur in hoc quoq; libro de principiis habetur ſermo,hic a primo maiore nõ videt diſcrepare:ſed potius ipſum de principiis & cauſis agẽtẽ ſequi,quippe in cuius calce ſic ſcriptum eſt.(Nunc autem redeamus ea rurſus allaturi,q̃ de eiſdem quiſpiam dubitabit. ex ipſis.n.facultatem ad poſteriores dubitationes forſitam cõſequemur.)quibus verbis illo libro concluſo, in hoc q̃rere ſeruato ordine videtur,vtrum principia,& cauſæ in infinitum progrediãtur. Docetq; in ipſis eſſe principium aliquod,nec eſſe anteceſſiões in infinitum. Rurſus ſi ad huius finẽ intueamur,hic nõ huius ordinis eſſe videbitur:ſed ꝓfatio q̃dam naturalis diſciplinę,quaſi.n. deinceps inueſtigaturus,q̃ſiturusq; eſſet, natura quidnam ſit, librum his verbis claudit.(Quamobrem primum quid ſit natura conſiderare oportet.hoc.n. pacto & quibus

de rebus eſt ſcientia naturalis patebit.)At hoc ꝓſiderare munus eſt philoſophi naturalis.qm̃ in auditu phyſico de natura diſputauit. Accedit,quod principium ſecundi non diſſerit de natura,vt cũ hoc congruere,& hunc ſequi videatur. Sed ea potius explicat ac exponit,q̃ vt in hac doctrina prius q̃rãtur ſiue dubitentur neceſſe eſt.quo fit, vt ſecũdus liber potius primum maioré ſequi videatur:quippe cuius principium cũ illius fine cohæreat.Illic.n.dicturum ſe profitetur:de q̃ſtionibus,quę afferri poſſent ad principia ipſorumq; inuentionem pertinentes.in ſecundo vero id ipſum ꝓmiſſum fſtare videtur. Verũenim vero q̃ in hoc libro tradũtur,ne ea quidẽ cũcta a propoſita doctrina vi dentur abhorrere,ſed ſunt vel vt ꝓfatio q̃dam q̃ cõiter oĩ contẽplatrici pb̃ię ferri poteſt.Quare in ipſo ſtatim principio in vniuerſum de oĩ contemplatrice pb̃ia comme morat docens:partim eſſe difficilẽ, argumento ꝙ nemo de ipſa ꝓ dignitate loquutus fuerit,partim facilẽ,ꝙ nemo ab ipſa prorſus aberrauerit.cuius difficultatis cãm in nobis eſſe demonſtrat,quorũ intellectus debilis eſt vel ad cõſequendã eorũ cognitionẽ q̃ nã perſpicua ſunt.quo in loco ne eos qdẽ ſua laude fraudandos eſſe ꝓfiteꝫ, q pb̃iam vt cũcꝰ pſtrinxerunt.quaſi illorũ operã non parũ adiumẽti attulerint ſtudio ſapientiæ. Explicat itẽ quo diſcrimine contẽplatrix doctrina diſſet ab actiua.& contẽplatiõis prę cipuum finẽ cognitionẽ eſſe cõfirmans ad cõtẽplandũ cognoſcendãq; veritatẽ magno vſui cognitionẽ principiorũ & cãrũ eẽ docet. Nã primę cãę primaq; principia maxĩe oĩũ ſunt,q̃ aũt maxime ſũt,ea ſũt maxĩe vera.& hęc ſũt cęteris cãę,vt ſint. & veritatis q̃ in ipſis habeẽ.vniuerſaliter,& cõiter diſſerit:eaq; principia & cãs rerũ eſſe cõfirmat. oſtendit aũt hoc in libro vniuerſaliter atq; cõiter principia,& cãs entiũ haberi, tollens cãrũ progreſſum in infinitũ.(Cõtẽplatio veritatis partim difficilis partim facilis eſt. in dictũ aũt eſt)ſic ſcribendũ eſt,non adhunc modũ(qm̃ contẽplatio veritatis) hoc enim magis videẽ eſſe principiũ,q̃ ſi illud(qm̃)ꝓponas.Nã illud non principiũ eſſe,ſed aliquid ante dictũ ſequẽ.Appellat autẽ veritatis contẽplationẽ omnẽ contẽplatricem pb̃iam,non qđ ſola in veritate verſetur,nã & ciuilis & actiua pb̃ia in ſua quęq; veritate verſaꝫ:Quin & artes ſibi ſubiectas veritates cõſiderant: cũ ſit ars habitus efficiẽs cũ vera rõne,ſed qa huius ſolius finis eſt cognitio veritatis,& quidẽ eius,q̃ proprie veritas eſſe intelligitur.qppe cũ ſempiternũ verũ contẽpletur.Sed contẽplatricẽ pb̃iã, quã nobis maxime propriã:& naturalẽ eſſe ſtatuit:partim difficilẽ videri ait: partim facilẽ. Difficilẽ q̃m cum multi in ea ſtudiũ operãq; poſuerint,nemo tñ de ipſa ꝓ rei dignitate diſſeruit. Eius.n.contẽplationẽ reconditã eſſe ac inuentu difficilẽ magno argumento eſt:qđ q in ipſa verſantur:nõ poſſunt de ipſa ꝓ rei magnitudine ac pſtãtia diſputare. contra vero facilẽ eſſe:fidẽ facit,ꝙ q in eius ſtudio verſati ſunt,ii nõ prorſus aberrauerint;ſed de ipſa qſq; aliqd recte dixerit.Nã ſi pb̃antes ſingulos ſpectes parũ quẽq; recte ſępiſſe reperias:ſin oĩum ſentẽtias in vnũ cõgeras contẽplatio pb̃ię memorabilis, & ſatis magna videri poſſit.De principiis.n.vt in libro ſupiore teſtatus eſt,ſinguli pb̃antiũ partẽ aliquã dixerũt neq; hanc qdẽ ſatis dilucide.tñ neſcio quo pacto ingt oĩa ab oĩbus tradita ſunt,alio de alio mentionẽ faciente,nec oĩbus aberrãtibus.i.nemine oĩum ab ipſis prorſus aberrãte.quorũ verborũ hũc eſſe ſenſũ ſubiectis his verbis declarauit, (ſed quẽq; de nã aliqd dicere hoc.n.cõgruit cũ eo neminẽ aberraſſe, qđ aũt(de nã) adiectũ eſt ipm quoq; cõfirmat,librũ hunc oĩ cõtẽplatrici pb̃ię ꝓpoſitũ eẽ.qđ vero ait, multos qdẽ huic ſtudio vacaſſe ac neminẽ prorſus aberraſſe.oñdere mihi vĩ hanc doctrinã nobis eſſe nãlẽ.idẽ cũ negat quẽq; ex dignitate de ipſa diſſeruiſſe, magnitudinẽ ac difficultatẽ inuere.neqs puter hoc ſtudiũ parũ opę deſiderare.elaborandũ eſt.n.vt ea prędita ſimus, qa nobis eſt nãlis.ſed qm̃ difficilis obtentu:nõ eſt negligenter capeſſenda. Hortatur ergo nos ne ipſam velut oĩno facilem negligamus, aut vicillim tanq̃ prorſus difficilem deſperemus.

Quare ſi ita ſeſe habere videtur, vt dicere prouerbio cõſueuimus:quis nã oſtium non attinget. Hoc quidem pacto facilis erit. At totum ac partem habere non poſſe:id difficultatem ipſius oſtendit.

2 (Quare ſi ita ſeſe habere videtur,vt dicere prouerbio conſueuimus, quiſnam oſtium non attinget.)Hanc doctrinam facilẽ eſſe,argumento eſt,quod oẽs,qui huic incubuere,aliquid recte tradiderunt.quod ipſe oſtendit,vſus illo prouerbio, quis oſtium non attinget:quod in facilibus rebus,& nihil habentibus difficultatis vſurpatur.ſumptum a ſagittariis,in ſignum aliquod iaculãtibus.qui ſi ſignum tenue propoſitum fierit, non facile collineant,ſin latum cũ non ſit factu difficile, omnes propoſitum attingunt. ſi ergo quod eſt facile omnes attingunt,nimirum hoc quod ab omnibus attingitur, facile fuerit.illud vero.(At totum habere ac partem non poſſe, id difficultatem ipſius oſtẽdit)eſt indicium alterum ex commemoratis,quo eius difficultas arguitur.quod eſt ſingulos parum,aut nihil aſſecutos fuiſſe.quoniam nemo ſigillatim neq; de tota philoſophia diſſeruit,neq; de parte aliqua eius abunde.Nam qui parum eius, aut nihil attigerunt,ii non ſolum in vniuerſa,ſed etiam in partibus defecerunt. quo rei difficultas declaratur.Quanq̃ dictio incocinne ſeſe habere videtur ad hunc modum(At totum habere ac partem non poſſe,id difficultatem illius oſtendit.) id enĩ dicere videtur, quod pugnat,cũ eo quod ſupra dixit.Dixerat.n.particulatim quidem ſingulos veritatem rerum fuiſſe aſſecutos,in vniuerſum non item.nunc autẽ videẽ dicẽre, qui philoſophię incũbunt,ii totum obtinere,partem vero cõſequi nõ poſſe. quod quidam effugientes dictionem cõmutatã eſſe aiunt,quę recte ſit in hunc modum habitura,totum aũt non poſſe:& partẽ habere,difficultatem eius oſtendit.hoc.n.ſupra dictis congruere,ſed fortaſſe ſatius eſt dictionem,vt ſupra diximus accipere,difficultatem videlicet rei oſtẽdi, quoniã neq; totum,neq; pars penitus obtineri poſſit.vt ſit ſenſus neq; totum aliquid habere,ſed ne partem quidem poſſe.nihil.n.aut parum ipſam attingere ẽ, neq; totum habere,neq; ipſius aliquã totam partem.Nam cuius pars eſt difficilis intellectu, id ipſum quoq; difficile eſt.Et eſſet hyperbaton in dictione tale.Non poſſe totum aliquid habere arq; partem:quaſi dicat,neutrũ habere poſſe,oſtẽdit rei difficultatẽ. ſed poſſet dictio ad hunc quoq; modum exponi.illud quoq; rei difficultatem,arguit ꝙ omnes ad intellectum totius & doctrinam veniunt, ſed nullam ipſius partem exacte valent explicare. Poteſt & ſic locus enarrari,vt indictione illud(ſimul oẽs)deſideretur. vt habeat in hũc modum,omnes ſimul totum quodam habere,ſingulos vero partem habere non poſſe, indicat rei difficultatem.Et profecto hoc magis videẽ conſentaneũ ei quod ſupra dixerat.(Et ſingulos quidem nihil aut parum ad ipſam conferre,ex omnibus autem conge ſtis magnitudinem quandam emergere.)Poteſt etiam illud aliter exponi,ad hunc modum, nõ poſſe totum aliquod & partem habere,ſed partem ſolum ipſius cognoſcere. Illud vero partim difficilis,partim facilis, nõ ſic accipi debet,quaſi ambo ipſi ſecundũ idem conueniant,ſed quaſi ambo exiſtimationes atq; opiniones ſint de ipſa, quadam .n.ratione facilis eſſe exiſtimari poteſt,alia vero difficilis.quatenus omnes ipſam attingunt,facilis,quatenus vero nemo recte diſſeruit, ne de vna quidẽ parte tota, difficilis.

Fortaſſe autem cum difficultas duobus ſit modis,non in rebus,ſed in nobis ipſis difficultatis eſt cauſa. Nam vt veſpertilionum oculi ſeſe habent ad lucem diei: ſic & noſtræ animæ mens ad ea ſeſe habet:quæ manifeſtiſſima omnium ſunt natura.

(Fortasis autem cum difficultas duobus sit modis) postq̃ philosophiam ꝓtemplatricẽ iii
partim facilem videri dixit, partim difficilem, difficilis partitionẽ expõit & quo sit philosophia difficilis ostendit: & sic rursus ipsam partim facilem, partim difficilem esse demonstrat. sunt autem duo difficultatis modi, vnus in ipsa rei natura consideratus, cum res est huiusmodi, vt sua ipsius natura cognitu sit difficilis, alter in debilitate contemplantis. fieri enim potest, vt aliquid sua natura facile sit ad contemplandum, propter sui simplicitatem, idem nobis difficile consideratu ꝓpter nostram tarditatem fiat. Ad quem difficultatis modum artem contemplatricem redigit & philosophiam, quę in veritatis inquisitione versatur, quę verba huc pertinere videtur, vt nos ad studium contemplatricis philosophię cohortetur. si enim quæ sua sponte atq; natura nota & prima sunt, ea nobis sunt ad contemplandum difficilia ob intellectus nostri tarditatem, satis intelligitur, magno nobis labore & studio opus esse, vt intellectui nostro innotescãt, ipsa quę sua sponte nota sunt. sed quomodo quædam difficilia sint propter philosophãtium imbecillitatem, non sua ipsorum natura', apto vespertilionum exemplo declarat. quibus lumen diurnum impedimento est ad videndum ob oculorum imbecillitatem: cum ipsum natura sua maxime aspectabile & causa videndi sit. vt igitur illorum oculi ad lumen sese habet, sic intellectus noster ad res, quæ natura sunt manifestissimæ. hæc autem sunt simplicissima, cuiusmodi principia sunt. sic aũt intellectus noster sese habet ad res manifestissimas, propterea ꝙ non est absolutus & se paratus, sed cũ sensu & passiuis animæ potentiis, quæ omnia proprio intellectus numeri obstant. Actus. n. noster qui continenter in sensibilibus versatur impedimento est actionibus a sensu separatis. At si propterea veritatis cognitio difficilis ẽ, recte supra diximus, veritatis cognitionem partim esse difficilem, partim secus. difficilẽ videlicet nobis natura vero sua facilẽ. Et fortasse illa idcirco dicta sunt, vt affirmaret hæc ambo adesse philosophiæ, propterea solum ꝙ sua natura facilis cognitu sit, eadem difficilis propter nostrã tarditatẽ.

Non solum autem hisce quorum quispiam opiniões acceptabit⁊ atq; vetur: sed etiam hisce qui veritatem non penitus attigerunt⁊ gratias habere oportet. Et hi nanq; & aliquid contulerunt: habitum enim nostrum excitarunt⁊ ac acuerunt. Nam si Timotheus non fuisset⁊ non tantam haberemus artem cantandi. Et si phrynis non antecessisset: non talis Thimoteus euasisset. Eodem modo res sese habet: & de hisce⁊ qui de veritate dixerunt. A quibusdam enim opiniones quasdam suscepimus: at quidã vt illi talia sentirent causę sane fuere.

(Non solum autem hisce quorum quispiam opiniones acceptabit atq; vtetur gratias iiii
habere oportet) postq̃ docuit philosophiam contemplatricem partim difficilem esse, partim facilem, & qui studium in ipsa posuerant, eorum neminem ne partem quidem ipsius satis copiose tractasse, hoc in loco non protinus veteres, nobis fatidiendos esse profitetur, sed potius eisdem gratiam habendam vt pote qui non parum posteris attulerint adiumẽti. quo simul confirmat veritatis inquisitionem dignam esse, in quam studium omne conferetur. cum non modo iis habere gratiam cẽseat, qui recte aliquid tradiderunt, quod nobis vsui esse possit, & quorum sentẽtiis cõsentire valeamus, sed etiã antiquioribus, qui hæc leuiter videntur perstrinxisse. Cuius eam subiicit causam, ꝙ & hi non nihil nobis contulerunt ad veritatem inuestigandam. (habitum enim nostrum inquid. i. facultatem animæ, qua facultate res huiusmodi indagare possumus. hoc ẽ po

tentiam nostram intellectualem præparauerunt, quęstionibus ac inquisitionibus ipsam acuentes ac excitantes. quasi n'. viam aperientes, nos in horum inquisitionem induxere deq; illis rebus disputare de quibus egerint ipsi, munus esse nostrum docuerunt. quo in loco nos admonere videtur, vt omnes opinões a veteribus traditas excutiamus copia enim veterum sententiarum ad eruendam veritatem parationes efficimur. Nam qui fieri potest, vt his quemadmodum ipse censet gratiam habeamus, nisi prius ipsorũ opinionibus commemoratis. Quo ex loco argumentum sumi potest, hunc librum recte post superiorem proximum collocari. Nam cum in superiore libro veterum sentẽtias de primis principiis commemorasset, & eas non nullis rationibus oppugnasset, hoc in libro negat, si contra quorumpiam opiniones fuerit disputatum, protinus illos esse reiiciendos, quasi nihil ad propositam quęstionem contulerint. quin & his habere gratias par esse, qui aliqua non satis prudenter disseruisse videntur. Nam & ab his nos esse adiutos, vt qui habitum nostrum præparârint. Porro qui rei cuipiam initiũ modo vt cunq; fecere, neq; vltra progressi sunt, adiumẽto posteris esse exemplo Timothei declarat, qui optimus musicus extitisse videtur. & Phrynidis, qui vt superior illo fuit, sic artis musicę idoctior. quorum ex Timotheo artem musicam accepimus, Phrynidi, autem hoc debemus, ꝙ per ipsum thimotheus talis euaserit. qui nisi præcessisset, artemq; fuisset exorsus. Nunq̃ Timotheus eo perfectionis artem musicam deduxisset, Cui similis est ratio in veritatis iquisitione. Aquibusdam enim sententias accepimus, dignas, quas vt egregias ac prestantes vsurpemus, cum alii fuerint ĩ causa, vt hi recte dissererent, & talem doctrinam inuestigarent.

Recte autem sese habet & illud: scientiam inquam philosophiæ veritatis appellari contemplationem, nam finis quidem contemplatiue⁊ veritas est, actiue autem, opus, Etenim si quomodo res sese habet⁊ actores ipsi cõsiderant: nõ tamen eius causam per se; nec vt perpetuo talis est, sed vt ad aliquid, atq; vt nunc contemplantur.

(Recte autem sese habet & illud, scictiam inquam philosophię veritatis appellare cõtemplationem). quoniam philosophia contemplantrice, appellanda nomen veritatis vsurpat, id circo nunc merito eam sic appellari confirmat. Nam contemplantricẽ proprie philophiam appellat, vt per hęc proxima verba declarat. (Nam finis quidem contemplatiuę veritas est.) eius præsertim, quę prima principia primasq; causas contemplatur. quę a sensu omnino sunt abiuncta, & sua ipsorum natura existunt. quam item sapientiam interdum vocat. Confirmat autem prędictum ad hunc modum. Contemplatricis philosophię finis est veritas, doctrina vero quęque a fine propositoq; notatur, & habet esse, merito igitur hęc, cuius finis est veritas, a veritate nuncupatur. Idem actiuarum disciplinarum adiectiõe docet. finis enim doctrinę practicę est actio, nõ autem cognitio veritatis, quę in rebus agendis habetur. Nam si quando actiui subiectum quam habeat veritatem considerant, non tamen veritatem de re aliqua sempiterna: quod videtur adiecisse propterea quod veritas proprie & maxime veritas ea esse intelligatur, quę de rebus sempiternis habetur, non quę versatur in rebus agendis. Non igitur actiui de præcipua veritate considerant, sed ea quę alicui & aliquãdo veritas est. contemplationem ad actionem referentes. Agenda enim huiusmodi neq; semper sunt neq; vniuersaliter, sed caduca potius, ac secundum ętates agentium. fortunasq; & habitudines eorum in quos aguntur. quęstiones enim de virtutibus, studiosisq; actioni-

bus, quæ non ſolius contemplationis gratia ſuſcipiunt in rebus agendis, ſinguliſq; verſantur: quippe cum in has ipſas referãtur. ſed cum dixit (nec vt perpetuo.) oſtendit actiuis neq; veritatem, neq; ſcientiam eſſe finem. Nam ſcientia & contemplatio ſempiternorum eſſe intelliguntur. In quibuſdam exemplaribus ſcriptum eſt. (Non cauſam perſe, ſed ad aliquid & nunc contemplantur.) quod ſi recte habet ſenſus eſt. Actiui non conſiderant cauſam, quæ proprie & perſe cauſa eſſe intelligitur, quę quidem eſt cauſa vt res ſimpliciter vera ſit, ſed cauſam: cur aliquid ad hanc rem & ad hoc tempus verum ſit. veritas enim rerum agendarum, ipſarumq; cauſa quatenus agenda ſunt ad hunc modum ſeſe habet.

Verum autem ſine cauſa neſcimus.

(Verum autem ſine cã neſcimus.) ſenſus eſt. At fieri non poteſt, vt ſine cauſa verum 6
cognoſcatur. quamobrem ſi actiui nõ tradunt propoſitarum rerum cognitionem per cauſam proprie intellectam, ne ipſum quidem omnio verum in ipſis conſiderãt. quod ſi ad hunc modum dicatur, congruit cum ſcriptura ſecũda. ſin autem ſimpliciter, oſtendere videri poteſt, qui veritatem inquirit, hic vt cauſas rimetur oportere. ſed oſtẽſo negotium ſuſceptum eſſe inquiſitionem veritatis, & hanc eſſe ſapientiam & philoſophiã contemplatricem, addit fieri non poſſe, vt veritatem is intelligat, qui cauſam ignorat. quibus verbis ac cæteris in hoc libro traditis: docet nos cognitionem cauſarum entium neceſſariam eſſe inquiſitori veritatis. Quin & in ipſo ſtatim phyſici auditus exordio, & in poſterioribus reſolutoriis ſcientiam cognitionem per cauſam comparatam eſſe definit. Et in primo libro propriam alicuius rei congnitionẽ ex iſpius cauſarum cognitione pendere demonſtrat. ..Non quod omne verum innoteſcat ex cauſa, tunc enim cauſarum nullus eſſet finis, & nihil cognoſci valeret, vt ipſe paulo poſt declarabit, ſed quia quorum cauſæ ſunt, horum veritas ſine cauſa cognoſci non poteſt, ſunt autem quædam quę citra cauſam cognoſci poſſunt: ea. ſ. quæ cauſis vacant, qualia ſunt prima, atq; principia, quorum nullæ ſunt cauſę. Ergo vel ſermo mãcus eſt, quippe cui deeſt id quorum ſunt principia & cauſæ. vt in phyſico auditu dixit, aut neſcimus dixit pro eo, quod eſt; ſcientiam non habemus. ſcientia enim quæ proprie intelligitur eſt cognitio per demonſtrationem. principiorum autem non eſt proprie demonſtratio. ac proinde ne huiuſmodi quidem cognitio. Sed alia potior q̃ quæ per demonſtrationem habetur.

Vnumquodq; autem maxime cæterorum eſt ipſum: quo & cæteris nomẽ idem cum eadem competit ratione: vt ignis eſt calidiſſimum: nam cæteris hic caliditatis eſt cauſa. Quare & id eſt veriſſimum, quod eſt poſterioribus, vt vera ſint cauſa.

(Vnum quodq; autem maxime cæterorum eſt ipſum, quo & cæteris nomen idem cũ 7
eadem competit ratione.) Præfatus fieri non poſſe, vt quæ cauſas habent, horum veritas abſq; cauſarum cognitione, percipiatur, quo declarauit contemplatrici philoſophiæ cauſarum cognitionem eſſe neceſſariam, nunc eandem neceſſitatem confirmat docens, qui de veritate philoſophatur, hunc maxime vera cognoſcere oportere. maxime autem vera eſſe cauſas ſempiternas. cum hæ ſint cauſæ veritatis eorum quæ per ipſas ſunt. Id enim veriſſimum eſt, quod aliis cauſa eſt, vt vera ſint, principia vero cauſæ veritatis iis ſunt, quæ ob ipſas exiſtunt. . Ens enim quodq; tam eſt veritatis par-

ticeps, quantum ei ſuppetit, vt ſit, quandoquidem falſum non ens eſt. quo fit vt ſempiterna maxime entia ſint, ipſorumq; cognitio maxime veritas. ſiquidem eſt ſcientia. porro ſi ſempiterna maxime entia ſunt, nimirum ea multo etiam magis entia fuerint, quæ his cauſæ ſunt, vt ſemper exiſtant. quia enim his cauſæ ſunt, idcirco illa magis ſunt, & maxime entia. cuius cauſam ſubiecit dicens. (Vnumquodq; autem maxime cæterorũ eſt ipſum, quo & cæteris nomen idem cũ eadẽ cõpetit ratione) ex quo. n. aliis ſuppetit, vt certa quædam ſint, & eodem nomine cenſeantur: verbi gratia vt ſint & appellentur calida, illud maxime calidum eſt. Neq; enim ſolum vt ipſis interſe nomen ſit commune neceſſe eſt, ſed etiã vt ipſis cum illo ſit comune, quod ipſis vt talia ſint, eſt cauſa. Tũc enim ipſum maxime tale eſt, cum primum eſt tale. Verbi cauſa. quod rebus calidis, cauſa eſt caliditatis, id erit calidiſſimum, cum ſit primum calidum. vt ignis cæteris rebus ẽ cauſa caliditatis. hoc enim ſignificauit per verba illa (quo & cæteris) fieri nanq; poteſt, vt aliquid aliis ſit cauſa vt talia ſint, quod ipſum non eſt tale. vt confricatio quibuſdam eſt cauſa caliditatis, non tamen quod ipſa ſit calidiſſima. At ignis quoniam cęteris caloris eſt cauſa: prędituſ ipſe caliditate, id circo maxime calidus eſt. Ergo quę ſunt entium potiſſimum cauſæ, cum ipſa entia ſint, ea magis, q̃ cætera ſunt entia: quoniã ſunt cauſæ ipſorum, eademq; etiam veriora. Poſitum eſt enim vt entis quodq;, ſic veritatis eſſe particeps. Quatenus igitur ſemper entia & horum cauſæ ſempiterna ſunt, hactenus vera ſunt communicato vocabulo ipſis inter ipſa, & cũ ipſorũ cauſis, quatenus vero ſunt aliquibus cauſę vt maxime talia ſint, hactenus in ſempiternis ipſorum cauſæ ſunt veriores. quamobrem cognitio huiuſmodi cauſarum maxime fuerit veritatis cognitio. Nam & ſi ſemper entia, in quibus verſatur contemplatio, ſemper ſunt vera, quia ſemper ſunt. tamen & in his cauſæ veriores habẽtur, quam ea quorum ſunt
9 cauſæ, ſunt enim illę priores, hæc vero poſteriora. non quidem tẽpore, cum ſint vtraq; ſempiterna, ſed natura. Cauſa enim q̃ ea quorum eſt cauſa prior eſt natura. Neq; vero abſurdum videri debet verum a vero diſtare quoniam verum ab eſſe dependet. Et cognoſibiſſium eſſe varium eſt cum ipſorum alia ſcibilia ſint, alia opinabilia. neceſſe eſt enim quemadmodum in proceſſu declarabit, vt materia eorum ſit, quæ mutuentur. haud enim cuncta entia ſcibilia ſunt. entia tamen ſunt vera. ſed in ſingulis rebus veritas eſt cognitio rei quemadmodum ſeſe habet, non tamen per ipſas ſiuę ſeparatim. ſiquidem non in rebus veritas habetur, ſed veritas eſt cognitio entis quẽ admodum ſe habet. quod ſi ita eſt, ea nimirum: maxime veritas fuerit, quæ maxime cognoſcit, quomodo ſe res habet. ſi quidem ſcientia eſt, quare cum entis veritas ſit comes: efficitur, vt maxime ens maxime verum exiſtat.

Quapropter eorum principia quæ ſunt ſemper, veriſſima ſint ſemper ne
8 ceſſe eſt, non enim interdum ſunt vera, neq; illis, vt ſint quicq̃ eſt cauſa, ſed cæteris illa. Quare vt quodq; eſt, ſic & veritatis particeps eſt,

(Quare principia eorum: quæ ſemper ſunt, veriſſima ſint ſemper neceſſe eſt.) ideſt vt ipſorum cognitio ſemper ſit veriſſima. Nam ſi ens eſt verum, ſemper ens ſemper rerum fuerit. quod igitur ſemper vero verius eſt, id ſempet erit veriſſimum. huiuſmodi autem ſunt cauſæ ſempiternorum. vt mundi huius, aſtrorumq;, & corporum quattuor
* quorum ſecundũ ſpeciem æternitas exiſtit. &

poſitum eſt enim quod aliquibus cauſa eſt vt ſint, id veritatis etiam ipſis eſſe cau[illegible]. Et hoc eſſe veriſſimum,

cum ſemper ſit. Item nihil ſibi eſſe cauſam exiſtendi, ſed cæteris. At poſtq̃ dixit (quare id veriſſimum eſt: quod eſt poſterioribus: vt vera ſint: cauſa) ſubiungit: (quapropter eorum quæ ſemper ſunt principia veriſſima ſint ſemper neceſſe eſt) Quaſi conſtet: quod eſt aliquibus exiſtendi cauſa, hoc eiſdem cauſam eſſe veritatis. Ex quo ſequitur principia ſemper entium eſſe veriſſima. Nam quæ ſemper veris ſunt ve riora, ea nimirum veriſſima ſunt. quibus verbis oſtendit verum cum ente cõiunctum eſſe & cohærere. huc enĩ pertinent ea verba (quare vt quodq; eſt, ſic & veritatis eſt par ticeps). quaſi dicat, vt entitatem res quæq; habet, ac eius eſt particeps, ſic obtinet verita tem. (Non enim interdum ſunt vera). ſcilicet quia ſemper ſunt. Quanq̃ id cunctis. Sempiternis eſt comune. Quod vero ait. (Neq; illis vt ſint, quidq̃ eſt cauſa, ſed cæte ris illa). exceſſum ſempiternorum in veritate ſignificat.

At vero conſtat principium quoddam eſſe: & neq; profectione recta, ne q; ſpecie infinitas rerum cauſas eſſe, fieri. n. non poteſt, vt aut in materia, cum hoc ex hoc oritur, abeatur in ĩfinitũ, vt caro quidem ex terra, terra au tem ex aere: aer vero ex igne fiat: & huiuſce nullus ſit finis, aut in eo vnde eſt principium motus, vt homo quidem ab aere, aer autem a ſole, ſol vero a diſcordia moueatur, & hiſce ſit exitus nullus, ſimili modo neq; ĩ eo gra tia cuius cætera ſunt, atq; fiunt, in infinitum profectio eſſe poteſt, vt am bulatio quidem ſanitatis, hæc autẽ fœlicitatis, fœlicitas vero cuiuſpiam ſit itidem gratia, atq; hoc pacto aliud ſemper. Eodem modo nec in ra tione in infinitum abitio eſſe poteſt.

(At vero conſtat principium quoddam eſſe, & neq; profectione recta, neq; ſpecie infi nitas rerum cauſas eſſe) præfatus contẽplatricem philoſophiam eſſe veritatis ſcien tiam, quę per cauſarum cognitiõem comparatur, cauſas item maxime veras eſſe, qui bus verbis philoſophia contemplatrici, cognitionem cauſarum neceſſariam eſſe confirmauit, cum ſit veri contemplatrix, quoniam quę rebus ſempiternis cauſa ſunt exiſtendi, ea veriſſima ſunt, ex neceſſitate ac prędictis conuenienter quasdam eſſe cau ſas oſtendit, ac in ipſis principium quoddam hoc eſt primam cauſam, nec repeti ab in finito cauſas. tũc. n. cauſę non poſſent cognoſci; ſed neq; omnino eſſet aliqua cauſa, vt ipſe demonſtrabit. oſtẽdẽdo autem cauſas non eſſe ĩnumeras, docet, eſſe principiũ, & cauſas poſſe cognoſci. Atq; neq; in rectum principia & cauſas infinitas eſſe poſſe, neq; ſpecie. Eſſent autem in rectum infinitę, ſiquis in quocunq; genere cauſarum, vna cauſa ſumpta, retro cedens aliam priorem diceret. vt ſi verbi gratia in genere cauſę ma terialis: materia alicuius rei aliam haberet materiam, & illa rurſus aliam, & hoc nullo prędcripto fine, prorſus vt nulla eſſet vltima materia, quę non conſtaret ex materia. vt ipſe quoq; exemplo declarat. ſi terra eſſet carnis materia, terrę aer, aeris ignis, ignis quidq̃ aliud. & hoc in infinitum. ſimiliter in cauſa efficiente, quam ipſe vnde princi pium motus appellat, vt ſi hoc exempli gratia eſſet illius efficiens & mouens cauſa huius iterum aliud, & illius item aliud & hoc in infinitum. Quemadmodum explicat exemplo: vt ſi aer ſit hominis cauſa motrix, aeris ſol, ſolis rurſus diſcordia, & iterum diſcordię aliud quidq̃: & hoc ĩpto fine progrediatur. Similis eſt ratio finis,

& cauſæ cuius gratia, ſi eſſet cuiuſq; propoſiti finis alius finis, cuis gratia fieret, & quo ferretur, prorſus vt nihil eſſet extremum, cuius gratia cętera fierent, ipſum vero nullius eſſet gratia. Nec aliter in cauſa formali pręcipiendum eſt, & ipſa, vt ipſe loquitur, quiditate. ſi cuiuſq; propoſitæ formę alia eſſet forma, excẽpli gra, ſi animalis forma ſit anima, animæ rurſus aliud quidq̃ vt mens, iterum mentis aliud. Atq; huiuſmodi quidem eſt cauſarum infinitas in rectum, ſpecie vero ſi non eſſent genera cauſarum, quattuor vt ipſe demonſtrauit aut alio determinato numero, ſed infinita, vt iis placebat qui pone bant in principiis infinita figurarum diſcrimina. Neutro tamen modo cauſas infinitas eſſe poſſe docet, & primum in rectum. Quanq̃ rectitudo cauſarum infinita non ita eſt nobis redarguenda, vt infinitatem ſecundum tempus ſumamus, & ad hunc modũ ſem per eius quod factum eſt ex aliquo, cauſam accipiamus. ſic enim regreſſum in infinitũ procedere neceſſe eſt. cum ſic tempus ſit infinitum, & mundus ſempiternus. nam huiuſ mõdi acceptio, non cauſarum, ſed temporis infinitatem oſtendit. ſed tunc demun cau ſarum infinitas demonſtraretur, ſi cauſa alia ante aliam ſpecie diuerſa in infinitum ſu meretur, Nam generationis, quæ tempore infinito nunq̃ intermittitur, eędem eſſe cau ſæ demonſtrantur.

In hiſce nãq; mediis extra quę vltimũ é atq; prius: neceſſe eſt id quod eſt priuś eorum quæ ſunt poſt ipſum cauſam eſſe. Si enim dicere nobis fuerit opus quid ex tribus eſt cauſa: primum ſane dicemus: non enim di cemus vltimum: quippe cum nullius ſit ipſum vltimum cauſa: at neq; medium: eſt enim vnius vt patet cauſa. Nihil enim intereſt, vnum an plura ſint media, & finita an infinita. Infinitorum vero hoc pacto, infini tiq; omnino partes omnes vſq; ad hoc præſens ſimiliter media ſunt. Qua re ſi nihil ſit primum, cauſa nulla omnino eſt.

(In hiſce nanq; mediis extra quę vltimum eſt atq; prius, neceſſe eſt id, quod eſt prius, eorum, quę ſunt poſt ipſum cauſam eſſe.) Demonſtratione vniuerſali nullum cauſa rum genus in rectum infinitum eſſe docet, ad hunc modum. In quibus ſunt aliqua me dia, ita demum vt aliquid ſit primum, aliquid extremum, & quędam interiecta, horum primum, vt mediorum, quęq; poſt ipſum ſequuntur, cauſa ſit neceſſe eſt. ſ. ſi hęc inter ipſa ſic ſe habeant vt hoc cauſa ſit illud cauſę effectus. quod cur ita ſit demõſtrat in tri bus explicans rationem. cęterum hoc in loco primum & vltimum non tempore, ſed diſcrimine formali cauſarum intelligi debet. Nam quę ſunt eiuſdem ſpeciei, in his non eſt aliud alio natura prius. Propoſitis ergo tribus ſic inter ſe habẽtibus, ſi quod nã ex his cęterorũ ſit cauſa, ſtatuendum eſt, profecto primum eſſe cauſam dicere opor tet. Nam vltimum cauſa eẽ cęterorum dici nõ poteſt, hoc enim nullius eſt cauſa cum nihil ſit ipſo poſterius. Neq; item medium. hoc enim cauſa eſt ſi quidẽ eſſe poteſt eius tantum quod ſequitur. nos autem quærimus ex tribus propoſitis, quod eſſe æteroꝝ cauſa. Na vt medium ſeſe habet, ad id quod ipſum ſequitẽ, ſic primũ ad mediũ. quo fit, vt mediũ nõ ſit tertii cauſa. cũ ipſum aliã cauſam obtineat, qua non exiſtẽte, ne ipſum qdẽ ſecundũ exiſteret. porro ſi nõ exiſteret, cauſa tertii eſſe nõ poſſit. Ergo dubiũ nõ ẽ, quin primũ cã ſit poſteriorũ. ſed rõne in tribus explicata? nihil ad demõſtrationẽ iter eſſe ait vnũ ne, an plura, ĩfinita ve media ſumanf. cũ eadẽ ſit in cunctis ratio. quotquot

ſumi iumantur, primum erit proprie cæterorum cauſa, non medium aliquod aut extremum. Non extremum, quoniam nullius omnino cauſa eſt: nonaliquod medium, quoniam hoc altero indiget, ad exiſtendum. hoc eſt ſe antecedente, quod ſi nō fuerit, ne ipſm qdē erit. quo demōſtrato, vbi ſumpſit in oībus primū eſſe cām poſteriorū: trāſit ad infinitū. qđ in rectū appellāt: & cū reperit in hmōi īfinito nihil ēe primū, ſumit id quod ſequitur, ne cauſam quidem in ipſo inueniri poſſe. Nā ſi cunctis in rebus primū eſt cauſa, nō autem mediorum aliquod, ī quibus huiſmodi habetur ordo, nimirum in quibus primum non habetur, ſed omnia ſunt media, in iis nihil eſt cauſa non ſolum primū, ſed ne mediū quidē aliquod. quod vero addit (hoc pacto) infinitum actu in causis ſignificat quia in huiuſmodi infinitis nihil eſt primum. quemadmodum in difformi. rurſus quod ſumptū fuerit ſimiliter eſt cauſa (vſq; ad hoc preſens) inquit. i. uſq; ad extremū, a quo cauſarum īquiſitionem exordimur. In quibus. n. prius aliquod, & poſterius accipere in ordine licet, in his alterum alteriuſ cauſam ēe verū eſt fortaſſe dictu, licet nō ſimpliciter cauſam. prius. n. poſterioris cauſa ē. in quibus vero nullū medium alterum altero prius eſt per huiuſmodi ordinem, in his ne cauſa quidem ſumi poteſt. in infinitis autem non eſt aliud alio prius. Nam oīa ſimiliter ſunt media, vt ipſe dixit. quoniā ſi priora ſint, quę magis accedunt ad principium, & primum, pfecto in quibus neq; principiū, neq; primum eſt, in his nihil erit principio propius, neq; remotius. quo fit vt in mediis nullus ordo ſeruetur. At ſi ordo nō conſtat, profecto neq; aliud alio prius fuerit nec alterum alterius cauſa. Neq; vero tm̄ in rectū, & ad hunc modum infinitorum omnes partes ſunt medię. ſed vtcumq; infinitorum. vt ſiquid eſſet magnitudine infinitum, ſpecie ve, aut tempore. nam oīum actu infinitorum quęcūq; pars accipiatur media eſt. quia ſi nō eſt media, eſt igitur extrema, at quod extremum habet, nō eſt infinitum. Dixit aſit (ſimiliter hucuſq; ſiue ad hoc inſtans) qm̄ vſus fuerat demonſtratione in cauſis ſurſum in rectum īfinitis. Nam ſi a preſenti momēto cauſas ſumamus, quęcūq; ſumpſerimus medię ſunt. ſi repetitio in infinitum progrediatur. itaq; huiuſmodi īfinitate cauſarum oſtēditur, nihil ex cauſis futurum, cum cauſæ ante omne aſſumptum ſurſum īnumerabiles ſint. ſiquidem ſunt īfinitę. quo fit vt ne cauſę quidem ſint futurę, q̄q̄ nō ſic ipſe demonſtrat, ſed ſumendo quoddam quaſi extremū. & ſtatuēdo ac demōſtrando fieri nō poſſe, vt huius ſit aliqua cauſa, ſi cauſę ſint ſurſum īfinitę. Neq;. n aliter cauſarum infinitas nulla eſſe demōſtrari poteſt neq; ſurſum neq; deorſum, q̄ ſi aliquid ponatur, a quo vel ſurſum vel deoruſm ſit aſſumēdum. Quare ſi primum nō eſt, prorſus nulla cauſa eſt. Qm̄ ſi omnes quę velut cauſę accipiūtur, quoniam ab alio cauſam habēt, vt huiuſmodi exiſtant, cauſę ſint non tamen ſuaptenatura & nihil ſit primum, nihil erit cauſa, qm̄ nihil eorum, que ſumuntur vt cauſę, ſua natura huiuſmodi eſt.

At vero neq; ad infera: ſi ſupera principium habent: in infinitum profecto eſſe poteſt: vt ex igne quidem aqua: ex hac autem terra: & ſic ſemper aliud quid genus fiat ac oriatur. Duplicato enim hoc ex hoc fit: non vt hoc poſt hoc fieri dicitur: velut ex iſthmiis dicuntur olympia fieri: ſed vt aut vir ex puero mutationem ſubeunte fieri dicitur: aut aer ex aqua.

(At vero neq; ad infera ſi ſupera principium habent in infinitum progreſſio eſſe poteſt.) Poſtq̄ oſtendit, progreſſionem cauſarum in rectum ſurſum infinitam eſſe non poſſe, ſed neceſſario, ſi qua omnino eſt cauſa, aliquod primum eſt, ac principiū, ſi nūc viciſſim demonſtrat, ne deorſum quidem recta in infinitum cauſas ire poſſe, ſi principium cauſarum, & aliqua prima cauſa ſit, vt omnis cauſę effectus ſit rurſus alterius cauſa ſpecie ab ante genitis diuerſi. nimirum quoniam ſi ita fieret, vt aliquid rurſus idem generaretur ex iis quæ prius fuerāt genita, in orbem iretur, neq; in infinitum cauſæ deorſum recta procederent, qm̄ quæ ſunt eadem ſpecie, horum cauſæ eædem ſpecie ſunt. quod exemplo a materia ſumpto docet dicens. (vt ex igne quidem aqua ex hac autem terra, & ſic ſemper aliud quoddam genus fiat ac oriatur:) quo in loco genus pro ſpecie dixit. ſed dictio qua propoſitum demonſtrat, non caret difficultate, quā breuiter explicare tentabo. fieri ac factum eſſe aliquid ex aliquo dupliciter dici ſumit. Aut. n. aliqd ex eo, qđ iā efficiē pficiturq; factum eſt, quale id qđ pfectū eſt ex iis q̄ in ppriā pfectionē pgrediunt p mutationē ī ipſis, ſic. n. ex puero vir efficit. & hęc ē generatio p accretionē: qn ēt ex addiſcenti doctus: q̄ vocāt alteratio. & ex nō ītelligēte intelligens q̄ eſt p formā mutatio, eſt. n. pfectio. in hoc quoq; gñe fuerit aurorę in diem mutatio. Aurora. n. pficitur in diē pgrediendo, & ppriā ſpeciē ſeu formā aſſumit, itaq; hmōi gñationē fieri dicit ex eo, qđ efficit. qm̄ eſt q̄dā ex iam facto quodq; aliqd eſt in pfectionē progreſſio. Alia gñatio eſt mutatio ex eo, qđ non dum eſt, in hoc aliqd eſſe quēadmodū aer ex aqua fieri dr̄, quā rurſus appellat ex gñatione, qm̄ qđ ita fit, nō iam factū aut pręexiſtens fit: atq; pficit: ſed eſt ex ipſa gñatione, cū ante non fuerit. Neq;. n. gñatio, q̄ proprie intelligit, eſt mutatio ex non eſſe oīo, in eſſe. cū fiat ex interitu eius, qđ prefuerat. Aer nāq; fit ex aqua nō quod aqua fiat aer. ſed qa aer fit ex interitu aquæ & hmōi mutatiōe. In hos itaq; duos modos diuiſum eſſe reperit qđ ex aliquo, in aliqd mutatur. quodq; fit vt ex aliqua cā & ſubiecto. modū. omiſit, qui poterat ex dictione ſignificari. q̄ ait hoc ex hoc: illū ſcilicet, quo hoc ex hoc. i. hoc poſt hoc explicamus. Nā ludi olympii ex iſthmiis: aut contra fieri dicuntur. qm̄ olympii fiunt poſt iſthmios: aut iſthmii poſt olympios. Neq;. n. cū aliqua ad hunc modū fiunt, hoc ex hoc fieri dicitur: q̄ſi alterę ex altero velut ex cā fiat. hmōi ergo ſignificatū ōmiſit, qa ſermo d cāis & iis q̄ fiūt ex cauſis ab ipſo ſuſceptus ē. hęc. n. ordinē tm̄ quēdā tēporis ſignificāt. cū horū ñ trāſeat alterę in alterę nec cōferat qđ q̄ ad alterius gñationē. ſſūptis igit duobus cōmemoratis modis, qbus p mutationē alicuius ſubiecti hoc efficit aliquid. neutro mō progreſſū in infinitū fieri poſſe docet. Nam ō per alicuius interitū ex ipſo fieri dicunt, ea ex gñatione fieri ait, non ex eo quod fit & iam eſt, q̄ quidē inter ipſa reciprocant. nā vt aer ex aqua fit: ſic ex aere fit aqua, qm̄ idē ipſis eſt ſubiectū atq; materia. Atquæ reciprocātur, hæc haud dubie nō progrediuntur in infinitū, qm̄ in idem regrediūtur. Quæ vero ex iam facto, quod ipm manet ac efficitur mutantur: aut p accretionem, aut per alterationem: aut per formæ perfectionē, non illa quidē inuicem reflectuntur, tm̄ ex mediis ad perfectionē procedunt. Cum igitur media ſic perficiuntur, videmus oīum eſſe aliquē finem. nec progreſſum ipſorum cuiuſpiam in propriā pfectionē abire in infinitum. Illorum vero generationē, q̄ per alterius interitū fiunt, reciprocam eſſe cernimus. Alterius nanq; interitus eſt alterius generatio. porro ſi generatio reciproca eſt, quæ ſic ſunt cauſæ, non procedunt recta in infinitum deorſum. At ſi neq; in hoc, neq; in illo modo effectis alterum alterius recta in infinitum fit cauſa, & ſic ſolum aliud ex alio efficitur, oīo non fiet in infinitum recta aliud ex alio.

Ex puero igitur virum fieri dicimus, vt ex eo quod fit, id quod factum eſt aut ex eo quod perficitur, id quod eſt pfectum. Vt enim inter eſſe atq; nō eſſe, medium eſt generatio, ſic & inter id quod eſt atq; id quod non eſt, id quod fit medium ſemper eſt. Qui autem diſcit: fit ſciens, & id quod dicitur, ex addiſcente fieri ſcientem.

(Vt igitur ex puero virum fieri dicimus) Poſtq̄ per exēpla docuit mutationē alicuius in aliqđ dupl'r dici: ſſūpto vtroq; exēplo qſo fiat oſtēdit, & ipſorū explicat differēriam.

xi

xii.

Ergo q̄ sic fieri dicuntur,vt vir ex puero,vel doctus ex addiscente, hæc id habent peculiare,quod ex eo quod fit,& iam est,perficiturq; & est medium, mutantur in factū & perfectum.Nam vir factus est ex puero,cū id,ex quo fit iam esset: & maneret idq; fieret:& mutaretur in perfectam viri formam ex imperfecta.Pari ratione doctus ex addiscente,& eunte in perfectionem.Sic item intelligens.Mutatio.n. secundū perfectionem & intelligere generatio q̄dam est, & ipsum quod intelligitur forma est & perfectio intellectus intelligentis. Quæcsiq;.n.adhunc modum ex aliquo fiunt,eo ex quo fiunt saluo,& in perfectionem eunte fiunt.sed postq̄ dixit(vt ex eo,quod fit, id quod factum est)addit(aut ex eo quod perficitur,id quod perfectum est)non quod aliud significetur,sed quia idem vtroq; modo dici potest. Nam quod ita factum est, ex eo qđ efficeretur,& iam esset fiebat.& perfectum est ex eo:quod perficiebaṫ. quod. n.fit idē perficitur.sed vbi dixit talia fieri,vt ex eo quod efficitur, docet quod efficitur, id entis & non entis medium esse.quoniam vt inter esse & non esse medium tenet generatio: quæ est mutatio ex non esse ad esse,quæ neq; non ens est, neq; iam ens. Nam per generationem efficitur mutatio de nō esse ad esse,sic quod fit,cuius est generatio sese habet ad simpliciter ens,& simpliciter non ens & ipsorum est medium.quod ostendit, quia omne quod fit.per aliquod medium & ex aliquo medio fieri videtur. Nam vt ex generatione,q̄ media est inter esse & non esse,fiunt q̄ adhunc modum efficiuntur, sic quod ex eo,quod fit,efficitur ex medio quodam efficitur. Nam quod fit medium est entis & non entis,quippe quod alias est ens,alias non ens.Non est simpliciter ens,qm̄ non est perfectum,ens autem perfectum iam quiddam est. neq; simpliciter non ens, quia cōtradictionis nihil est medium.quod. n.quodāmodo est ens,idem profecto ens est.sed quomodo q̄ sic ex aliquo fiunt,ex eo quod fit perficiūtur, exemplo addiscentis declarauit.Addiscens.n.est qui doctus efficitur.quiquidem ex addiscente ad hunc modum fit.quoniam addiscēs efficitur manetq;,dum ad scientiam progreditur. q̄ addiscētis est perfectio.Neq;.n.addiscēs simpliciter efficitur,sed doctus efficitur.& ipsum addiscere medium est inter scire,quod est proprie ens,& plenam ignorantiam,q̄ nō ens simpliciter videri potest.Quæ igitur ad hūc modū ex aliquo fiunt,hæc ex medio entis & non entis efficiuntur.

Ex aere vero fit aqua altero subeunte corruptionem. Quapropter in illis quidem non fit reflexio, neq; fit puer ex viro. Non.n,ex generatione fit id quod fit, sed est post generationē, sic enim ex aurora fit dies, quia post illam, iccirco neq; ex die fit aurora. In hisce vero reflexio fit. Neutro autem modo in infinitum abiitio esse potest. Etenim illorum quidem cum sint media, finem esse necesse est, hæc autem reflectuntur, alterius enim corruptio, alterius est generatio.

(Ex aere vero fit aqua altero subeunte corruptionem) Transit ad alterum intellectum ex iis,quæ per diuisionem explicarat,ipsum eiusq; exemplum ponens dum ait(ex aere vero fit aqua)aliterq; fieri docet,q̄ ex addiscēte sapientem,nec ex medio efficit. huiusmodi.n.generatio altero intereunte fieri dicitur, non autem manente & proficiente. quamobrem q̄ priore mō perficiendo.s.fiunt,ea non reciprocantur interse.Neq;.n.ex puero vir efficitur,& rursus ex viro puer.quippe cum perfectum non regrediatur in imperfectum.cuius causam reddens ait.(Non.n.ex generatiōe fit,id quod fit. sed post generationē).i.Neq;.n.quod adhunc modum fit,ex alterius interitu ipsaq; generatiōe fit,sed ex aliquo iam facto.Nam post generationem est factum esse. cum q̄ fiunt p externorum interitum,iis principium existendi sit ipsa generatio.quandoquidem illorum mutatio & interitus est horum generatio.non autem illa manent & fiūt.quæ autē perficiuntur,& ad hunc modum ex quibusdam fieri dicuntur,nō fiunt ex generatione, & mutatione prima,sed post generationem. Nam quod efficitur,est quod ex generatione factum est.vt infans,qui proficiens ętate puer,ac deinde vir efficitur.At vir nō efficitur ex generatione,sed ex facto ex generatione & proficiente. quamobrem quę ad hunc modum fiunt,non fiunt ex generatione,sed post generationem. Quibus dictis addit diem ad hunc modum ex aurora fieri.nam ex aurora dies efficitur, non item ex die aurora.appellatq; auroram ipsum diluculum.aurora.n.est imperfecta. Nec dies ita fit ex aurora,vt isthmii ex olympiis.in his enim posteritas tātū,ac ordo temporis significatur,non alterum est alterius subiectum.At aurora cum dies efficitur mutatur, mānetq; ac perficitur.est enim aurora dies imperfectus.in ipsa enim diurna lux non dum est expressa & clara,sed maligna etiam nunc.Dixit autem(quia post illam)quoniā aurora paulo post perficiendo dies efficitur.postq̄ vero docuit quę adhunc modum fiūt, ea non inuicem reciprocari,vt exemplis & causa commemorata,patet,disputat de iis, quę ad interitum aliquorum ex ipsis fieri dicuntur.quę quidem ex generatione fieri docebat.docetq; ipsorum mutuam esse reciprocationem.Nam vt ex aqua fit aer, sic vicissim ex are,aqua. Neq; enim alter alterius est finis,sed omnia talia quę ex generatione fiunt,propriam quandam perfectionem habent, cōmunem autem materiam ipsorum ex æquo receptricem.Porro quę sic efficiuntur,interse reciprocari tum vsu rerum explorātū est,tum quia corporū formalis differētia nō procedit in īfinitū. quę ꝓcederet, si ad hunc modum in infinitum aliud ex alio fieret.(Et.n.inquit illorū cum sint media, finem esse necesse est)eorum dicit quæ ex mediis fiunt,& iam ex generatione sunt entia,vt ea quę fiunt proficiendo. Nam eorum finis aliquis est,quę iam entia quędam, & media sunt hęc igitur idcirco non habent generationem infinitam deorsum,quia finē habent,quo ꝓ media ferant̄,alia vero qm̄ iuicē reciprocant̄ & adiecit.(Alterius.n.corruptio est alterius generatio).quod in auditu quoq; physico demōstratū est. Potest etiā illorum verborum sensus esse. Nam quę media sunt,horum medius aliquis finis est.

Et insuper fieri nequit, vt ipsum primum cum perpetuum sit corrumpatur. Cum enim generatio non in infinitum sursum proficiscatur, id ex quo corrupto primo quippiam ortum est, perpetuum non esse necesse est. Præterea id gratia cuius cæterea fiunt, est finis, tale autem est id quod non ob aliud fit, sed alia illius gratia fiunt. Quare si vltimum tale fuerit non erit, sin vero nihil fuerit tale, non erit id gratia cuius cætera fiunt, sed qui infinitionem faciunt, ipsius boni naturam e medio tollunt, & tamen nemo quicq̄ agere aggredietur, si non sit id vltimum accessurus, Neq; profecto mens erit in ratione rerum, gratia nanq; cuiusquiam semper is agit,qui mentem habet, hoc enim est vltimum, vltimum enim est finis.

xliij (Et in super fieri nequit,vt ipsum primum cum perpetuum sit,corrumpatur.cū.n.generatio non in infinitum sursum proficiscatur,id ex quo corrupto primo quidpiam ortum est,perpetuum non esse necesse est.) Postq̄ ostendit in vniuersum primū causas infinitas sursum esse non posse,deinde ne deorsum quidem,nunc idem de singulis causis priuatim demonstrat,& in primis de causa materiali.demonstraturus autem causas

non posse in infinitum sursum procedere,illud iacit fundamentum, primum subiectū sempiternū eē.Nam si natum fuisset,aliquid sane ipsum precederet,exquo fuisset genitum.ac proinde ipsum non esset primum.cum ergo nullum subiectum sit eo prius,efficitur vt primum subiectum sempiternum,& ingenitū sit.quamobrem, ex quo intercedēte aliquid efficitur,id non est primum subiectum.Nā qđ intercidit, id profecto non est sempiternū, primum autem subiectum est sempiternum,nō igitur materia intercedit,sed eadem manet. sed(Ex quo corrupto primo)dixit,quasi diceret:ex quo abolito perse non ex accidenti,aliquid efficitur ,id non est sempiternum. Materia.n. ex accidenti perit , quoniam priuatio , quę ipsi accidit in generatione eorum, quę ex materia fiunt,aboletur.hoc ē.n.quod perse interit,perse vero materia īmortalis est. At si aliud ex alia in infinitum fieret,nec eadem in cunctis generatis maneret, ipsa perse interiret. Ergo sensus potest ad hunc modum explicari.qui infinitum sursum inducit, aliud alii materiam fieri tradens,hic confiteatur oportet,primum subiectum interire, quod sempiternum esse necesse est.si quidem ipsi nihil aliud subiicitur.neq; enim causę sursum in infinitum procedunt.hoc autem diceret interire:si negaret idem cunctis generādis subiici,idemq; manere.sed subiecti interitum assereret. Nam si quod est ipso posterius ex ipso abolito generatur,profecto ipsum non est sempiternum. si enim causarum sursum tendentium est aliquis status,aliquid initium faciat oportet , primumq; ex prima materia generetur. At si ipsa intereūte,fieret,neq; motus esset sempiternus:neq; ipsa iā esset prima & sempiterna, quę prima cunctis subiicitur.causa igitur materialis nō procedit in infinitum sursum. hæc enim breuissime ab ipso dicta sunt.qui postq̄ dixerat. (Et insuper fieri nequit,vt ipsum primum cum perpetuum sit,corrumpatur).hoc quo primum sempiternum esse demonstratur addit.(cum enim generatio nō in īfinitum sursum proficiscatur)illud reticens id circo primum subiectum est sempiternum. Vel postq̄ dixit.(Hæc autem reflectuntur interse,alterius enim corruptio est alterius generatio).hoc probauit ostendens primum subiectum.quod est proprie materia sempiternum esse,interiret nanq;,nisi permaneret,& conseruaretur in cunctis rebus efficiēdis, sed quæ ex ipso fiunt,ipso interesite fierent ,& sic rursus,quę fiūt ex his.& ad hunc modum causa materialis deorsum procederet in infinitum . quod quidem est absurdum. Nam vt demonstratum est,aliquod primum subiectum sic oportet. idemq; in cunctis rebus efficiendis immortale maneat.quo fit,vt ex ipso existētia inuicem reciprocentur. prorsus vt alterius interitus alterius sit generatio: in quocunq; enim efficiēdorum fuerit,potentiam retinet,vt iterum in eodem specie possit esse ex quo mutatur. Et hęc est quę in efficienda mutatur,non autem semper vere in infinitum aliud alii subiectū fit. sed ipsa mutando,in oppositā mutatur,in quę dum ipsa transit generatio reciprocatur. Neq;.n.hęc est,quæ interit in mutatione in generationem. Alioquin non esset sempiterna.sed aliud quiddam est,ex quo perse ac primum intereunte res efficiuntur,priuatio videlicet,vt in primo physici auditus demonstratur . sed ostenso in causa materiali non posse materiales causas deorsum in infinitum procedere . deinceps idem in causa finali docet,dicens.(Quoniam vero id gratia cuius cætera fiūt est finis,tale autem est id,quod non ob aliud fit.)quorum verborum hic ē sensus.si est aliquid id cuius gratia,& causa finalis:profecto causæ huiusmodi non est infinitus progressus:est.n. causa finalis id cuius gratia cætera fiūt,& ipsum nullius,quod autem est huiusmodi, id extremum est.si ergo in operibus naturalibus est extrema causa , hæc autem est causa finalis:nō est progressus deorsum in infinitum.contraq; si est in infinitum progressus,causa finalis non habetur in operibus naturalibus,neq; id cuius gratia.At in operibus naturalibus huiusmodi causam esse negare:id quidem est naturam boni ex rebus efficiēdis tollere.Nam cuius gratia cætera fiunt,id bonum ipsum est.quod inductione decla

ratur.omnis enim ars & omnis disciplina,similiter actio & electio bonum quoddā appetere videntur.vt dixit in ethicorum exordio.& princeps bonum est,quod appetunt omnia.quare quæcunq; vel ratiōe vel natura fiunt,horum finis est bonum,Nemo.n. prorsus ad quidpiam vel agendum,vel efficiendum aggrederetur,nisi idem esset ad finem perducturus.si ergo finis & huiusmodi causa est rerum efficiendarum propositū certe hoc sublato,nullum opus incipieretur.Illud quoq; tolleretur, mentem intellectū ue,& naturam esse rerum efficiētes.quæcunq; enim vel natura vel intellectu fiunt,alicuius gratia fiunt.sublato autem id,cuius gratia res per naturam aut intellectum fiunt, nihil neq; per intellectum fieret,neq; per naturam. Adhęc vt ipse in ethicis testatur,frustra esset appetitus,nisi esset aliquis finis oīum rerum agēdarū,sed aliud ob aliud in infinitū efficeretur.(Et tamen nemo quidq̄ agere aggrederetur,)manifesto argumento fieri nō posse,docuit vt huiusmodi causa e rebus summoueatur. porro si ē in efficiēdorum quoq; præscriptus finis,nimirum causa finalis non progredietur in infinitum.sed postq̄ confirmauit causam finalem in rebus haberi,mutato in terminū finis vocabulo, docet huiusmodi causas non excurrere in infinitum,quoniā quorum est aliquis terminus,ea non sunt infinita.

At vero neq; quiditas in aliam diffinitionē abundantem ratione redigi potest.Semper enī ea quę est ante,est magis:ea vero quæ est posterior non est,vbi autem primum non est:neq; id est profecto quod hęret.

xv (At vero neq; quiditas in aliam definitionem copiosiorem sermone redigi potest).In causa quoq; formali hæc enim est quam quiditatem appellamus, non esse processum in infinitum demonstrat.vt propositæ formæ aut definitionis alia rursus forma & definitio sit.quod significauit addens(copiosiorem sermone.)Definitio enim copiosior sermone,q̄ definitum esse videtur. Neq;.n.homo par dictione est eius definitioni animal rationabile mortale . Omne aūt definitum nominis locum habere videtur , si ad eius explicatam definitionem spectes.quod quidem mihi loco incōmodi addidisse videt. si enim definitio copiosior ē sermone,q̄ definitū,sermōes orationesue p quos definitiones reddūtur,in infinitū augescerēt.qđ est absurdū.ergo fieri nō pōt,vt semper explicatæ definitionis sit aliqua definitio,vt sit aīalis deffinitio,substantia animata sensualis,& huius iterum definitionis sit alia definitio,aut cuiusq; eorum , quæ in definitone continentur.quo enim definitio longius aproxima hominis,qui definitur,definitione procedet,eo minus formam hominis explicabit minusq; ipsum definiet.semper enim prima & proxima definitio est rei ipsius definitio.posterior vero non iam illius rei est, sed definitionis de ipsa reddita.in quibus ergo quæ primum explicatur non est definitio , in his ne secunda quidem,aut tertia alia ve fuerit. Quoniam harum quæq; definitio proxime ante ipsam explicatæ definitionis,non ipsius rei est definitio. Cuius enim quę primo redditur, non est definitio,huius multo ea minus,quæ post primam reddita est. Si enim primo reddita definitio velut rei ipsius reddita est , secunda vero velut rationis de re ipsa redditę,si prima non est rei definitio , ne secunda quidem erit ipsius. hæc.n. ipsius esse poterat,si primo reddita,cuius secunda reddita est, ipsius rei fuisset . Nam omnino in quibus primum non est,in his ne secundum quidem habetur. quod sit alicuius primi secundum.quare quorum non est prima definitio,ne secunda quidem fuerit.potest & primam vltimam appellare.nam vltima ratio , & vltima causa : & vltima forma:post quam non amplius quærimus quare,est proprie definitio.quæ si nulla fuerit propter infinitum processum , ne priores quidem ipsa fuerint . Sunt tamen qui illud(sermone copiosiorem)sic accipiāt:quasi dicat primo redditæ definitioni semper aliquid addi prorsus vt secunda definitio pluribus verbis constet , quam prima.quoniam

ſemper ei quidq̃ additur.vt ſi prima hominis definitio ſit animal ingrediẽs bipes. Se-
cunda vero quæ habeat adiunctam aliquam differentiam diuerſam a prędictis, verbi
cauſa rõnabile,& rurſus huic addatur alia,vt primo reddita definitio augeat in ĩfinitũ.
Præterea qui ita dicunt,ſcientiam emedio tollunt,fieri enim nõ poteſt vt
quicq̃ ſciatur,anteq̃ ad indiuidua ſit profectum.
(Præterea qui ita dicunt,ſcientiam e medio tollunt.fieri enim non poteſt,vt quidq̃ ſcia xvi.
tur,anteq̃ ad indiuidua ſit peruentum.)indiuidua nunc appellat: quæ ſine medio adſũt
ex continentibus enim & quæ ſine medio adſunt ſcientia paratur:vt in poſterioribus re
ſolutoriis dictum eſt:quod fieri non poteſt:ſi omnium indefinitione contentorum ſint
definitiones.& ex his definitionibus definitio propoſitæ rei conpleatur. Nunc enim
quod per definitionem cuipiam adeſſe demonſtratur id ſine medio.ipſi videtur adeſſe.
at ſi omnis definitionis definitio fuerit in infinitum:ſemper erit terminus aliquis medi-
us cauſæ: qua aliquid alicui adeſſe demonſtratur,& ſubiecti,cui demonſtratur adeſſe.
nunq̃ enim cuipiam aliquid adeſſe ſine medio accipi concludiue poterit,ſi ſemper eius
quod accipitur:fuerit definitio. Neq; enim animal homini ſine medio aderit. ſed per
hoc quod homo eſt ſubſtantia animata ſenſualis. Rurſum hoc ipſum,ſubſtantia ani-
mata ſenſualis aderit homini per propriam definitionem,&illa iterum pari ratione per
ſuam & hoc in infinitum. Semper nanq; definitiones definitionum ſumptæ erunt me-
dii termini,per quos definitis adſint ea:quorum ſunt definitiones. indiuiduę igitur ac
medio vacantespropoſitiones tollentur.quibus ſublatis ſcientia quoq; & demonſtratio
ſublata. Erit veruntamen ſunt qui indiuidua ſingularia eſſe intelligãt.dicatq; ſcientias
tunc habere ſuum ſcibile,cum ea de quibus habentur indiuiduis ac propriis congrue-
re recipiuntur. Tunc enim quiſpiam ſciẽtiam eorum habet,quæ homini ad ſunt: cum
dicta ſiugulis hominibus congruunt.fieri autem non poteſt:vt ad indiuidua peruenia-
tur, ſi cauſæ deorſum ſine fine procedant.quoniam indiuiduum eſt vltimum.vt autem
ad hoc perueniatur,fieri non poteſt.ſi mediæ cauſæ ſunt infinitę.prorſus vt dictum nõ
de forma tãtum,& definitione,ſed de cunctis cõmuniter cauſis dictũ eſſe intelligatur.
Cognitioq; eſſe non poteſt. Qui nanq; fieri poteſt: vt ea quæ hoc pacto
ſunt infinita intelligantur. Non enim ſimile eſt in linea:vbi indiuiſioni-
bus quidem non ſtatur.Non fit autem vt intelligamus:niſi diuiſioni mo
dũ ponamus.Quocirca diuiſiones non enumerabit,qui infinitã trãſit.
(Cognitioq; eſſe non poteſt) docuit infinitorum actu cognitionem eſſe non poſſe.& xvii.
ab augẽtibus definitiones,& cauſas:communis enim eſt omnium ratio, cognitionem
tolli.cum ex cognitione cauſarum cognitio rerum:quam ſciẽtiam appellamus ex iſtat.
dixitq; infinita non poſſe cognoſci.ſed quoniam continentia infinita quodam modo eſ
ſe videntur.propter diſſectionem in infinitum,eademq; cognoſci poſſe.ipſorum nan-
q; diuiſio in infinitum eſſe intelligitur,deinceps docet non perinde infiniratem in illis
eſſe,atq; in recto cauſarũ proceſſu in infinitũ.dicens.(Quinanq; fieri poteſt,vt ea quę
hoc pacto ſunt intelligatur?).i.quæ ſunt actu infinita.Nam linea confeſſione omnium
infinite diuiditur.quia diuiſio nõ conſiſtit: nunq̃ tamen lineam in infinita diuiſam eſſe
intelligimus.ſed cum inrelligimus diſſectiones,conſiſtimus & a diuidendo ceſſamus,
& ſumimus finitas diuiſiones.Intelligimus enim,quomodo linea ſinefine ſecetur,& in
vniuerſum continentia,non item infinitas eius diuiſiones intelligimus.ſemper.n.quot
cunq; intelligimus:finitas intelligimus.hoc.n.eſt quod ait. (Non fit autem vt intelli-
gamus,niſi diuiſioni modum ponamus.)Quamobrem qui lineam continentem, ac in
finite diuiduã tranſit,is nõ ita tranſit,vt ſectiones numeret,ipſaſq; quatenus diuidi poſ-

ſint accipiat.Nam qui adhunc modum tranſiret,nunq̃ ad finem perueniret ipſius. dixit
autem.(quin finitam trãſit),pro eo quod eſt,infinite diuiduam.cæterum illæ partes vni
uerſas lineę tranſit,quia infinitas non actu habetur in ipſa,ſed potentia. At cauſarum
ſi altera alterius deorſum ſine fine cauſa eſt,nulla omnium cognitio eſſe poteſt. fiũt au-
tem omnes actu infinitę.ſi ergo rerum cognitio ex cognitione cauſarum pendet,vt di-
ctum eſt,& cauſæ ob infinitatem cogniſci nequeunt,ne ea quidem cognoſci poterunt,
quorum hæ ſunt cauſæ.
Quinetiam materia hoc ipſo quod mouetur, intelligatur neceſſe eſt, atq;
infiniti nullius eſt eſſe:quod ſi ita non eſt,infiniti eſſe infinitũ non eſt.
xviii. (Quinetiam materiam dum mouetur intelligere neceſſe eſt) infinitum cognitioni
ſuapte natura ineptum eſſe,docet argumento materiæ.quæ ſua ratione infinita eſſe vi-
detur.cum ex propria natura ſit informis ac ſine vllo proprio fine.quoniam igitur ẽ hu
iuſmodi,ipſius non habemus ſcientiam. aliquo.n. moto ipſam cogoſcimus.quippe cũ
opinabilis ſit,non ſcibilis.ac vt ait plato,ſpuria ratiotinatiõe cognoſcibilis.vt vero Ari
ſtoteles,analogia proportioneq; cognoſcibilis & opinabilis.quemadmodum in phyſi-
cis docuit.idem eſt ſenſus ſi ſcriptum ſit.(quinetiam materiam in ipſo quod mouetur
intelligere neceſſe eſt.)quidam tamen(materiam mobilem) ſcribunt.qui ſic dictionẽ
explicant.Quoniam materia non eſt infinita,quemadmodum actu infinita, idcirco illa
cognoſci nequeũt,ipſa vero licet vt eſt,ſic eſſe infinita dicitur,quia ſemper in motu &
mutatione aliqua eſſe intelligitur.i.quoniam propria forma,& qualitate vacat & ſubin
de aliam aliamq; formam cõmutat,licet igitur ita ſit infinita,vt propter continentẽ mo
tionem talis appelletur:intelligibilis tamen eſt atq; ſcibilis.neq;.n. pari ratione infinita
eſt,atq; ea quę cognoſci nequeunt.quaſi dicat materiam,quę ſemper mouetur,& eſt in
fluxu,& ob id infinita eſſe dicitur.quemadmodum linea propter ſectiones intelligere
neceſſe eſt.quoniã non illo modo eſt infinita.vel mobilem intelligere neceſſe eſt dixit,
pro eo quod eſt, quæ moueri & in fluxu verſari ac id circo infinita nuncupari vt linea
& in tali eſſe ĩfinitate ĩtelligatur neceſſe eſt, id circo.n.ne materia quidem eſt ſcibilis.
Hæc effatus hoc quod vniuerſale eſt adiicit.(Atq; ĩfiniti nullius eſt eſſe quod ſi ita nõ
eſt,ĩfiniti eſſe ĩfinitum nõ eſt).quorum verborum ſenſus ad hunc modum explicatur.
Quemadmodum homo, & hominis eſſe differũt, ſic fit in cunctis rebus cõpoſitis,eſſe
.n.rei cuiq; per rationem & formam adeſt.homo.n.ex materia & forma cõſtat. eſſe aũt
hominis ſimplex eſt.quippe cum forma ſit eius eſſe. Nam in rebus incorporeis idem
eſt res,atq; ipſius eſſe.ſi quidem anima:hoc eſt quod eſſe animæ:eadem in rebus habẽ
tibus eſſe in materia differunt.quãuis ergo actu infinitum cognoſci nequeat:eſſe tamẽ
ipſius neque ſine caret,& cognoſci poteſt.Ratio.n.quæ ipſius naturam explicat.& for-
ma nõ eſt ĩfinita,& cognoſci valet.ſed vbi dixit. (Atq; ĩfiniti nullius eſſe)quod ſignifi
cat nihil actu ĩfinitum eſſe poſſe,ſubdit(quod ſi ita nõ eſt,infiniti eſſe ĩfinitum nõ eſt)
.i.per quod ĩfinitum cognoſci poteſt.poteſt autem per rationem:id nõ eſt infinitũ.Nã
infinitum nõ eſt cognoſcibile,quatenus eſt infinitum.Illud autem(atq; infiniti nullius
eſt eſſe)vel ſignificat nihil eſſe actu infinitum,aut nullam eſſe rem,cui ratio infiniti cõ-
gruat,quia nulla eſt infinita.Quod ſi cui cõgruere ſtatueretur, ratio tamẽ ipſa per quã
infiniti cognitio comparatur,nõ eſſet ĩfinita. Cauſas porro efficientes nõ eſſe infinitas
tãquã pernicium priuatim oſtendere omniſit. quia ſi effectus nõ ſunt ifiniti ſpecie,ſed
reciprocantur,certe multo minus cauſę ipſorum effectrices fuerint infinitę.
At qui ſi infinitæ etiam eſſent multitudine ſpecies cauſarum,neq; hoc pa-
cto rerum profecto conſequi cognitionem poſſemus. Tunc enim ſcirẽ ar-

bitramur,cum cauſas cognouerimus,fieri autem nequit,vt ifinito in tem⁹ pore,id quod finitum eſt,additione pertranſeamus.

(Atqui ſi infinitę etiã eſſent multitudine ſpecies carſarum).Cum ſibi propoſuiſſet demonſtrare cauſas non eſſe infinitas neq; in rectũ neq; ſecundum ſpeciẽ,& docuiſſet nõ eſſe infinitas in rectum neq; ſurſum neq; deorſum.nunc dicit. Ne ſpecie quidẽ cauſas infinitas eſſe poſſe.iacto fundamento predicto,actu infinita nõ poſſe cognoſci.Nã ſpecie infinita,haud dubie actu ſunt infinita,ac ꝓinde cognoſci nequeunt. Quod ſi cauſæ hoc eſt principia cognoſci nequeunt,ne illa quidẽ cognoſci poterunt, quę ex ipſis fiſit. Tunc.n.aliquid nos cognoſcere putamus,cum ipſius cauſas cognoſcimus.quo fit,vt ſi cauſarũ huiuſmodi infinitas detur,ſublata principiorum cognitione,ſcia de medio tollatur.quod vero ſequit̃.(fieri autẽ nequit,vt in tempore finito id,qđ infinitum eſt additione pertrãſeamus) hm̃oi eſt.oĩs intellectio,quę comprehenſio quædã eſt rei intellectæ in tẽpore finito fit,infinitum vero additione.i.actu.eſt.n.actu infinitum,cuius ſemper eſt aliqd præterea ſumere,& inquo qdquid acceperis,aliquid extra ſupereſt, qđ igitur adhunc modum eſt infinitum,non põt tempore finito ptranſiri. Nã qđ potentia & diuiſione eſt infinitum,id tempore finito põt pertranſiri.qđ actu & additione id nõ poteſt.qm̃ ſemper cõprehenſo & intellecto aliquid aliud adiicitur. ſi ergo intellectus quæ intelligit,ea tempore finito intelligit,pertrãſirq;,infinita vero tempore finito pertrãſiri, & intelligi nequeũt,quia ſemper acceptis & intellectis aliquid adiicitur, profecto intellectus infinita intelligere nõ põt. Noſter itaq; Ariſtoteles ad huc modũ cauſas ifinitas eſſe nõ poſſe demõſtrauit.Cæteꝝ põt idem alia via demõſtrari,ad hũc modum.Rerũ cauſæ aut plures ſunt,aut vna.ſed vna cauſa eſſe nõ põt eorũ,quæ ſunt,& fiunt.vt alio in loco demõſtratur.ſubiecto.n.aliquo,qđ efficitur indiget,& efficiẽte,ſecundũ formã fieri aliquid demõſtratur,vna ergo tãtum cauſa eſſe nõ põt:ſunt igitur plures. At ſi plures,aut oẽs ſunt infinitæ,aut aliquę,aut vna.vt oẽs aut aliquæ ſint infinitæ fieri non põt. ſcilicet qa multa infinita eſſe nõ poſſunt.porro neq; vna infinita eſſe põt,cæterę finitę. qm̃ infinitũ cũ ſit vbiq;,alteri ſiue finito ſiue ifinito locũ nõ relinquit.ſed neq; ſi vna tota cã ſit,ea põt eſſe ĩfinita,qm̃ nullius eẽt cauſa.Neq;.n.ei cuius eſt cauſa locus relinquat̃, ſi cauſa ſit vbiq;.Qm̃ haud dubie infinitũ exiſtẽs quãtũ aliquod erit pſe hoc ſeu ſit vbi q; ſecundum quantũ,ſiue ſcẽm tempus. Quę argumẽtatio quanuis probabilis & dialectica eſſe videatur:poteſt tamen ſimiliter prædictis accommodari.

xix.

Auſcultationes autem per conſuetudines fiunt. Nam vt cõſueuimus:ſic & oportere dici cenſemus,vt ea quæ prꝑter illas ſunt, nõ ſimilia: ſed ob inſolentiam ignota nobis,alienaq; magis videntur.Quod enim nobis eſt cõſuetum,id nobis eſt notum.Quantam autem ea vim habent,quæ conſueta ſunt nobis:leges ipſę declarant,in quibus circa fabuloſa & puerilia conſuetudo magis q̃ veritas poteſt.Quidam igitur niſi quiſpiam mathematice dicat,non acceptat eos qui dicunt. Quidam niſi per exempla dicatur, non approbant.Sunt & qui poetam teſtem adducendum eſſe cenſent,atq; alii quidem omnia exacte dici volũt,aliis autem moleſtia eſt exacta doctrina, aut quia ſequi non poſſunt,aut quia quaſi calculum de rebus exiguis idipſum eſſe exiſtimant. Habet enim tale quid ipſa exacta doctrina, quare quibuſdam vt in pactis atq; contractibus,ſic & in ſermonibus dili⸗ gentia talis illiberale quoddam eſſe videtur.

xx (Auſcultationes autẽ per conſuetudines fiunt.)his verbis docet, qui harum rationum auditores eſſe poſſint.quos & peritos eſſe & diligẽtiſſime exerceri oportere ait. propterea quod auditiones ex morum proprietate peculiari fiunt. Nam quibus ſumus aſſueti his cenſemus,quæ dicuntur conſentire.quæ vero prꝑter conſuetudinem noſtram dicuntur:ignotiora nobis videntur,quia peregrina alienaq; ſunt . quod ſignificat per illa verba.(item & prꝑter hæc non ſimilia videntur).quanq̃ illud (item) ſuperuacaneum eſſe videtur.quod ſi aſcribatur.illud(aliter dici) deſideratur,in hunc modum, item aliter dici q̃ cõſuetimus,& dicenda ab iis.quę audire ſolemus videtur quod, ſignificat,cũ ait quæ prꝑter hęc dicũtur ignotiora fieri.Hæc effatus docet quam vim habeat cõſuetudo argumẽto legum. Multa.n.fabuloſa a legum latoribus ſtatuuntur, qm̃ ſic ea credi ex vſu eſt.quibus fides ab iis,qui legi parent habetur.qm̃ his audiẽdis aſſueſcunt.vt alios eſſe terrigenas,qui e terra nati fuerint.& alios ſparſis dentibus eſſe procreatos,ac proinde pro terra matre pugnare oportere.vel deos de ipſa cõtendiſſe.Atq; adhuc quidem modum Ariſtoteles dicto ſuo fidem facere conatur.Illud aut.(cõſuetudo circa ipſa magis:q̃ cognoſcendi veritas põt)huiuſmodi eſt. vſq; adeo conſuetudinis q̃ veritatis maior eſt vis.vt cũ falſa ſit,veritatem tm̃ ſuperet conſuetudo,qm̃ cognitio eſt ſecundum veritatem.Quibus oſtenſis,& per hæc vi conſuetudinis explicata,auditorum exponit differentias,quibus interſe propter conſuetudinẽ differunt.Nam qui ſunt mathematibus aſſueti,ii dictorum demonſtrationes mathematicas omnino & exactas requirunt.aliter explicatas nõ admittunt.Quibus autem per exempla diſcere mos eſt,ita docentibus delectantur.Iam qui poematis gaudent,& in his ętatem cõſumpſerunt,diſputationes ferre nequeunt,niſi poetã quemptam dictorum teſtem adhibuerint.item quidam oĩa accurate perquirunt ſunt qui exactam perquiſitionem abhoreãt , vel quia laborãt, nec id conſequi poſſunt , vel quia nimium accurate diſcutere hominis eſſe putant minutiſſima quęq; ad calculos reuocatis.hoc eſt.n qđ ait, ꝓpter micrologiã).i.minutarũ rerum rationem.huiuſmodi.n ſpeciem prę ſert dictorum nimium accurata diſcuſio. Sumpta ſic opinandi occaſione a cõtractibus & nimia ratione eorum: quæ veniunt in vſum.ſunt.n.quibus vt incõtractibus ſic in dictis . quo ꝑ nimia diligẽtia tãq̃ illiberalis damnetur:& parũ rerum diſcuſſio.Hæc vbi dixit:ac vim cõſuetudinis oſtẽdit,quæ facit:vt pro ſuo quiſq; more quę dicuntur accipiat:adiungit.

Idcirco eruditum eſſe quemq; oportet , quonam pacto quæq; ſunt acceꝑtanda : quoniam abſurdum eſt ſcientiam ſimul,& ſcientiæ quærere modum,vbi ne alterum quidem conſequi facile eſt.Mathematicorum autem exacta diſcuſſio non in vniuerſis eſt flagitranda,ſed in hiſce duntaxat quæ materia vacant. Quapropter modus ille non naturalis eſſe videtur , vniuerſa nanq; natura fortaſſe materiam habet. Quamobrem primum quid ſit natura conſiderare oportet,hoc enim pacto, & quibus de rebus eſt ſciẽtia naturalis:& ſi vnius facultatis,an plurium ſit.Cauſas principiaq; contemplari profecto parebit.

xxi (Idcirco eruditũ quẽq; eſſe oportet:quo nã pacto quæq; ſunt acceptãda).qđ tãtifidem eſt:ac id qđ in ethicis præcepit.perin hoĩs eſſe exactũ ipſum ea tenus in vno quoq; genere:flagitare:quatenus fert ipſius rei natura.qđ ꝑ poſteriora reſolutoria demõſtrat.innuẽs nobis in vniuerſum peritũ eſſe oportere,noſſeq; quo q̃ſq; modo prꝑcepta debeat audire.neq;.n.ſunt oĩa ſimilia:nec ſimiliter exacta doctrina poſtulaẽ oĩum prę ſertim: qui de rebus audituri ſunt:de quibus ſuſceptus eſt ſermo. quę neq; ſenſibilia ſunt ſiue de ſenſibilibus:nec nobis nota aut familiaria.qbus verbis ſignificat i reſolutorius & oio

in logicis exercert oportere ac demõstrationũ modos cognoscere. & rõnũ cõclusiões. Absurdum est.n.simul alicuius scietiam quærere, simulq; quomodoipsa scietia gignitur,& comparatur indagare.cum ne alterũ quidẽ facile reperiatur. quod vero in libro ethicorum primo tradidit dum rationes quomodo essent accipiẽdæ doceret,simile esse mathematicum suadẽtem ferre,& ab oratore demõstrationes postulare, id hoc in loco cõfirmat.qui exquisitionem mathematicam negat cunctis in rebus esse petendam. sed in iis tãtum quæ materia vacant. qualia sunt abstracta. & mathematica inuens fortasse huiusmodi exquisitionem in præsentia desiderari.quæstio.n.de primis causis, de rebus est materia vacantibus,nec nobis familiaribus.Illud aũt.(Quapropter ratio illa nõ naturalis)vel dixit,quoniã est exacta hoc.n.prædixerat,sed i quibusdã exemplaribus modus scribitur pro ratione.& tũc sensus esset modũ esse physici: vel quod dicit est huiusmodi,omnia naturalia cum materia esse vidẽtur, mathematica vero sine ipsa.quo fit vt mathematica hãc exactam diligentiam admittãt:naturalia nõ item.Rationes igitur mathematicorũ, quę de rebus imaterialibus habẽtur,nõ sunt naturales.Neq;.n.tam exquisitam rationẽ res naturales capiunt,vt quibus adest materia. Et fortasse verba hęc ad rationes siue sermones pertinẽt propositarũ rerũ. quæ rationes nõ sunt naturales, vt quæ de rebus imaterialibus habeãtur.quę exactiores rationes,quã res naturales desiderant. sed dicẽs.(Vniuersa nãq; natura fortasse materiã habet)aduerbiũ fortasse id circo apposuit,quoniã circũlatum corpus est illud quidẽ naturale,nõ tamẽ pro subiecto materiam habet.Illud aũt,quod sequitur.(Quamobrem quid sit natura,cõsiderare oportet. hoc.n.pacto,& quibus de rebus est scietia naturalis patebit)si simpliciter vt dictũ eẽ videtur accipiatur:hunc librũ nõ pertinere ad methaphysicã disciplinã declarat. vt initio eius annotauimus.sed esse quãdã præfationẽ oĩs philosophię cõtemplatricis.cuius prima pars quo ad nos est physica seu naturalis:quę qualis sit,& de quibus rebus disserat: tũc iuestigare poterimus:si primũ quid sit natura cõsiderabimus. siquis tamẽ verba illa sic accipiat vt ad rationes naturales & metaphycas diiudicandas referat,qui.n.primum quid sit natura cõsideraverit,& in quibus rebus naturalis doctrĩa versetur cognouerit, is nõ esse has rationes naturales,sed exactiores & de rebus vacãtibus materia ptpieiet, ũ huc igitur verba pertineãt,sensus fuerit,nõ quidẽ hoc in loco quid sit natura differendũ eẽ.sed oportere,ante hãc doctrinã de rebus naturalibus disputare, hic est.n.discipli narũ ordo.& qui fuerit in doctrina rerũ naturaliũ exercitatus,hic quæ pertinẽt ad metaphysicã disciplinã assequi poterit.At dictio quidẽ illa, auscultatiões aũt p cõsuetudines cõtingũt,ex iis,quę memorauimus est aperta.Põt adhunc tñ modũ explicari. Postq̃ dixit cognitionẽ & disciplinas ex præcognitis fieri,nã quorũ causę cognosci nequeũt, ne ipsa quidẽ cognosci possunt, ad cõfirmãdũ ex antecognitis cognitiones fieri, addidit, illud auscultationes pro consuetudinibus fieri : & sic doctrinam quenq; audire velle, vt fuerit assuetus. Prorsus vt auditores quę dicuntur pro suo quisq; more & precognitione accipiant.

Finis secundi libri.

Enarratio Alexandri Aphr. in Secundi libri. primę philosophię latinis Tertium, interprete Io. genesio.

DEcesse est ad eam scientiam quam quærimus, ea primũ nos aggredi, de quibus dubitare primum oportet. Hæc autem sunt ea, de quibus aliter quidã existimarunt, & si quid prę ter illa fuit neglectum atq; omissum. Est autem operæpre cium bene eos dubitare, qui consequi percupiunt facultatẽ: posterior enim facultas solutio est eorũ, quæ prius dubitantur. Atq; fieri nõ põt: vt vinculum soluatur, si ignoretur.

Enar. pri

DEcesse est ad eam scientiam, quam quęrimus ea primum nos aggredi: de quibus dubitare primum oportet) scientia quam quærimus: & de qua nobis est sermo susceptus, sapientia ipsa est & theologia. quæ ex ordine metaphysica inscribitur, quoniã posterior est quo ad nos naturali doctrina quam item, solet primam philosophiam appellare, quia primarum nobilissimarumq; rerum est contemplatrix. quod ipsum est in causa vt theologia. i. scientia de deo nuncupetur. differit enim potissimum de causa, & forma, quam ipsi substantiam a materia prorsus abhorentem esse placet, primumq; deum & intellectum appellat. Ad inuestigationem igitur huius scientiæ. & eorum, quæ per ipsam inquirentur, necessum esse ait ea primum commemorare ac recensere, de quibus in primis est inquirẽdum. deinde propositis ipsarum rerum quæstionibus, rem quemadmodum est præfatus persequitur. Nisi siquis hæc ita accipiat, quasi in vniuersum præcipiãtur, doceatq; ad omnium scientiam inuestigãdam in vniuersum necesse esse, primum ea cõmemorare, de quibus est primum differẽdum. per hęc enim via est ad ea, quę scire cupimus inuenienda. Quod si ad omnem scientiam, ad hanc quoq; id necessarium fuerit: Quę porro i singulis doctrinis dubitare ac differere oporteat docet cũ ait. (Hæc autem sunt ea, dequibus aliter quidam existimarũt). Aliter. i. incõmode ac inepte. vel apte quidem. sed perperam. aut significatquę aliter alii senserint. Nam de quibus priores auctores diuersas habuere sententias, ea maxime dubitãtur, aut quæ: cum essent cognitu necessaria, fuerunt tamen a prioribus ignorata. huiusmodi autem quæstiones se disputaturum esse significat, cum ait dubitare siue differere oportere. Deinceps in vniuersum confirmat docetq; de re quapiam disputaturis, vt quæ inquirunt inueniant, cõmodum esse primum de ipsis quærere seu dubitare, quoniam ipsorum facultas inuentioq; & confirmatio ex inuentione pendet quæsitorum. sed dictio commodius haberet si pro (est autem) scriptũ esset (est.n.) Posterior. n. facultas solutio ẽ eorum, quę prius dubitantur. est aut sensus. solutio enim prius quęsitorum causa est facultatis posterius comparadæ. vel sic facultas. n. posterius adquirenda ex solutione prius quæsitorum cõparatur. Et profecto ipse hinc propositam doctrinam exorditur. De iis.n. agere orditur quę necessario ad hic proposita conducunt. Nam quę in duobus primis dicta sunt, exordium ipsius esse videri possunt & ad constituendum ordinẽ pertinere. quo factũ est, vt quibusdam hunc librum doctrinæ metaphycæ primum esse placuerit. (Nã fieri inquit nõ põt, vt vinculũ soluaf, si ignoref.) si quęsitorũ inuctio, & cõfirmatio ex dubitatorũ solutione pẽdet, fieri aũt nõ põt, vt qspiã vinculũ aliqd soluat, q ipm ignorat. i. q quo ligatũ fuerit nescit. Nã quo p sciam vĩculũ soluas, qd ignoras: ẽ aũt vinculũ i rebus quę rendis mentis dubitatio quippe quæ rei vinculũ demonstrat, profecto de iis quę in da

ac demonſtrati debent: primum dubitare neceſſarium eſt. ſi quidem inuentio dubitatorũ ſolutionẽ ſequit. nec dubitata ſolui poſſunt, ſi quo modo fuerit dubitatũ ignoret. Sed dubitatio mentis idipſum de re declarat. Quo enim mens dubitat, eo perſimilis eſt ligatis. fieri enim nequit, vt vlterius hæc, aut illi progrediantur. Quapropter difficultates omnes antea contemplari oportet, & horum gratia, & quia homines qui quærunt, ſi primo non dubitauerint, perſimiles hiſce ſunt: qui ignorant quorſum pergere oportet. & inſuper neq; ſi id quod queritur, inuenerint tandem: nec ne, diſcernere poſſunt: finis enim hiſce quidem non patet. At ei qui antea dubitauit, eſt manifeſtus, Præterea melius ad iudicandum affectum eum eſſe neceſſe eſt, qui rõnes etiam contendentes omnes perinde atq; aduerſarios audiuit.

(Sed dubitatio mentis id ipſum de re declarat). i. ſed mentis dubitatio vinculum, quod in re habetur manifeſtat. cum autem dubitationem vinculum appellaſſet: dubitationis ad vinculum ſimilitudinem adiecit: Nam vt vinculum impedimento eſt, quominus vlterius & ad deſtinatum locum procedatur, ſic mens dubitatione rei vltra progredi prohibetur. neutro enim modo vltra procedi poteſt. Nam nec qui ligatus eſt, nec qui dubitat progredi valet. quia igitur oporret, vt vinculum cognoſcat: qũi eſt ipſum ſoluturus: idcirco neceſſe ait eſſe prius dubitare. Tum etiam quoniam qui de aliquo inquirunt non dubitantes, ii cæcis ingredientibus ſimiles eſſe videntur. Qui enim de re quapiam verba faciunt citra conſiderationem dubiorum, quæ inde emergunt, hi non habent propoſitum, quo dicta ſpectare pertinereq; debent. Nam qui dubitauerint antedictis eo ducuntur, vt via & ratione conquirant. Nam qui citra dubitandum de rebus aliquibus quærunt, ii ignorantes de quibus quærendum ſit inquirunt. his autẽ adiicit præterea non poſſe qui de aliquo quærunt abq; dubitatione cognoſcere, an recte proceſſerint, & finem ſint conſequuti, quẽ petũt. cuius cauſa adiungit, quia ſic de aliquo quærentibus finis propoſitus ignoratur quocirca ſimiles hos eſſe dixit iis, qui locum quo vadant ignorant. vt pote quibus finis eſt ignotus. ſolutio namq; eorum, quæ poſſunt de aliquo dubitari, finis eſt atq; inuentio ipſius. ſed & aliam ſupradictis cauſam adiicit, cur ſit neceſſe prius dubitare. hęc autem eſt huiuſmodi. Quemadmodum iudices ii rectius ferunt iudicium, qui & actorem & reum, non alterum ſolum audierint, ſic in rebus inueſtigandis is ſapienter iudicabit, qui omnia quæ dubitari poſſunt & dici ad confirmationem ipſorum & poſitionem pręcurrerit atq; ſoluerit, quibus rationibus quantas habeat dialectica ad philoſophiam & veritatis inquiſitionem commoditates ſimul aperitur. Eſt enim dialecticę munus quęrere, ac in vtranq; partem diſputare, vt verum id eſſe intelligatur, quod in topicis ſcriptum eſt, vtilem eſſe dialecticam ad philoſophiæ diſputationes.

Eſt itaq; dubitatio prima de hiſce, quæ in exordiis dubitauimus. Vtrũ vnius: an plurium ſcientiarum ſit cauſas contemplari.

(Eſt itaq; dubitatio prima de hiſce, quæ in exordiis dubitauimus.) Non eã dubitationem quã ponit: in exordiis dubitatã eſſe ait. Eſt. n. prima dubitatio: vt ipſe dicit: q̃ debet diſputari: vtrũ vnius ſcię munus ſit oĩũ rerũ cauſas cõtẽplari: an pluriũ: vt alia ſcia aliorũ prĩcipiorũ & cãrũ ſit cõtẽplatrix. quã dubitationẽ nõ videt mouiſſe ĩ libris duobus ſupioribus. ĩ prĩo. n. de aĩa eius meminiſſe videt. itaq; ſẽſus fuerit de iis q̃ ĩ exordiis dubitauimus: primã dubitationẽ eẽ, quã primã ponit. In exordiis. n. de cãis dubitauit. prĩmã igitur dubitationem de cauſis hãc eẽ ait, quã cõmemorat. Dubitauit autẽ de cauſis

i

de cauſis in primo quidem maiore quęrens cauſarum genera quot ſunt. vbi diſputatis aliorum de cauſis opinionibus, quattuor eſſe genera cauſarũ ſtatuit. in primo aũt minore diſputãs vtrũ cauſa vel in rectũ, vel ſecundũ ſpeciem in infinitũ procedat, an conſiſtat, finitaq; habeatur. de his igitur prima dubitatio ſiue quæſtio hæc fuerit, quæ in præſentia commemoratur. vel igitur hoc eſt quod ait, vel primam de his dubitationem de iis eſſe de quibus in exordiis dubitauimus. quaſi non omnes ſint, de quibus in illis dubitauimus. quærentes an ſint, & quot ſint, de his igitur nunc dubitabimus, primaq; dubitatio hæc erit, nã & ipſa de cauſis eſt. Quidã tamen ob hæc. quæ ipſe hoc in loco tradit, hanc ipſam dubitationẽ primi minoris fini adſcribunt, q̃ illic nulla ratione iacet. Illud aũt (Vtrũ vnius, an plurium ſcientiarũ ſit cauſas cotemplari) hmõi eſt. Vtrũ cauſarũ oĩũ, quas eĩ quattuor ſtatuimus, vna ſcięctia ſit cõtẽplatrix. an alia ſcĩa aliã cãm cõtẽpletur, vt poſtea diſputãs cõfirmabit, vt merito dixerit (de his, q̃ in exordiis dubitauimus.) Nã in primo libro maiore de quattuor cauſis q̃ſiuit, de q bus quattuor cãis, hoc ĩ loco eſt diſputaturus, vtrũ ipſarũ cognitio vnius doctrinæ ſit.

Et vtrum hoc ſolum ad hanc ſcientiam ſpectet, principia inquam prima ſubſtãtiæ contẽplari, an ad ea principia ex quibus vniuerſi demonſtrãt. Ceu ſi fieri poſſit vt idem ac vnũ affirmetur ſimul, atq; negetur, nec ne, & iſtiuſmodi cæterã.

4 (Et vtrum hoc ſolũ ad hanc ſcientiã ſpectet, principia inquam prima ſubſtantiæ cõtemplari) Secũda q̃ſtio quam diſputari oportere ait, hęc eſt. Vtrũ ſapientis, ac primi philoſophi, primęq; doctrinæ munus ſolũ ſit prima principia ſubſtãtiæ cognoſcere, an ad ipſam quoq; ptineat. principia ẽt demõſtratia cognoſcere. ex qbus demoſtrationes fiũt. q̃ principia cõia ſunt, & ſentẽtiæ nũcupãtur. hæc. n. ſunt oĩs ſcięctiæ principia. Quorum verborũ hſic eẽ ſenſum innuit, verbo illo ſolũ, in dięctiõe vero deſiderat illud (de principiis) ẽ. n. dięcto cõſentaneũ. ſentẽtia vero ẽ, nõ poſſe cõtradictionẽ ſimul verã & falſam eẽ. & illud q̃ ſũt eidẽ æqualia: ea ĩterſe quoq; ęqualia ſunt. Itẽ ſi ab ęqualibus ęqualia demas: quę remanent ſunt ęqualia. & illud oĩs appetitus eſt boni: aut exiſtimati boni: & q̃ his ſimilia ſunt. Sed omniũ ſententiarũ cõmuniſſima eſt: quã de cõtradictione diximus, quippe quę in cuctis rebus vera eſt.

Et ſi ſit huiuſce ſcientiæ circa ſubſtãtiam verſari, vtrum vna ſit circa omnes: an plures, & ſi ſint plures: vtrum oẽs generis ſint eiuſdem, an aliæ ipſarũ ſapięctię, aliæ aliquo alio nomine ſint appellãdæ. Hoc etiã ipſum quærere neceſſariũ eſſe uidetur, vtrũ ſubſtantias ſenſibiles ſolum: an prę ter has alias eſſe ſit aſſerendum: & vtrum vnũ ſit genus, an genera ſubſtãtiarum ſint plura, vt ii qui formas faciunt cẽſent, an inter has & ſenſibilia res mathematicas medias collocant. De his igitur, vti diximus, conſiderandum eſſe uidetur.

5 (Et ſi ſit huiuſce ſcięctiæ circa ſubſtãtiã verſari, vtrũ vna ſit circa oẽs, an plures.) Tetia q̃ſtio ẽ. Si huius doctrinæ munus ẽ de ſubſtãtia, ſubſtãtięq; cauſis cõſiderare, ſubſtãtię aũt plures ſĩt, qppe quarũ alię intelligibiles ſũt, alię ſenſibiles, vt oporteat principia eẽ diuerſa, vtrũ ad hãc ſcięctiã ptineat de oĩbus prĩcipiis ſubſtãtiarũ cõſiderare. vt ipſa vna cũcta principia, q̃ ſubſtãtiarũ ſĩt cognoſcat, an plures ac diuerſæ doctrinæ principia cognoſcãt: q̃ ſunt diuerſarũ ſubſtãtiarũ. Quin etiã ſi plures ſunt: opępretiũ fore ait diſputare: vtrũ hæ plures ſcięctiæ interſe cognatæ ſint eiuſdẽq; gñis, & oẽs debeãt ſapięctiæ nũcupari. an nõ oẽs ſint ſapięctiæ: ſed q̃dam: cæterę vero aliud genus ſortiantur.

Hæc effatus idquoq; qnærendum esse ait, vtrum hæ tm̃ sensibiles substãtiæ sint, an præter has aliæ quędam habeantur. hoc enim nondum notum, neq; disputatũ est: Differt aũt hæc quæstio cum prima. Quia in illa dictum est de principiis simpliciter, nõ de principiis substãtiæ, in hac vero, vtrum principiorum substantiæ sit vna scientia, an plures, & si plures, vtrum sint oĉs eiusdem generis, & sapientiæ, an quædam sapientię sint, alię aliud scientiarum genus. Deinceps quęrendum esse docet, vtrum vnum genus, vnaq; ratio sit cunctarum substantiarum, an plura ipsarum genera pluresq; ratiões habeant. qđ quomodo dixerit, subiectis verbis declarat. (vt ii, qui formas faciunt, & iter has & sensibilia res mathematicas medias collocant) quoniam authores idearum mathematica substantias esse putabant, quę neq; ideis, neq; sensibilibus substantis genere similes essent. sed huiusmodi substantiarum naturam mediam illis esse dicebant. vt tria sint secundum substantiam quemadmodum de platone in primo maiore dixit. Atq; hæc quidem quæstio plus aliquid q̃ superior habet. Neq; n. in ipsa quærit, vtrũ plura sint genera substãtiarum, hoc enim positum est: sed vtrum eadem sint & quę alii tradiderunt, itaq; illud vtrum (vnum sit genus). quasi cõsequens prædictorum additum est. Nam cum dixisset: (vtrum substantias sensibiles solum, an præter has alias esse sit asserendum) intullit illud. (Et vtrum vnum sit genus substantiæ) haud enim dubitari potest, quin facientes media inter ideas, & sensibiles substantias, plura genera præter sensibiles fecerint.

Et vtrum circa substantias tantum sit contemplatio, an & circa ea quæ perse substantiis accidunt

(Et vtrum circa substantias tantum sit contemplatio, an circa ea quæ per se substãtiis 6
accidunt.) Accidentia dicit quæ per se adsunt. vt sit sensus. Vtrum de substantiis tãtũ sit sapiens disputarurus, an etiã de perse accidentibus. sunt autem perse accidentia proprie, quæ in definitiobus accipiuntur. de quibus ei necessariio agendum est: quia de quibusdam scientia sumi non potest: nisi quæ ad hunc modum adsunt cognoscantur. Appellat autem perse accidentia: inseparabilia & propria & propemodum substantialia per quæ quarundam rerum descriptiones explicari solent vt triangulo perse accidit, habere tres angulos duobus rectis æquales, & duo latera maiora esse tertio: vt cũq; cõmutentur. quare definitio eius non cõstat ex his. sic item numero accidit: vt par sit, aut impar. & vnicuiq; entium vt vnum sit, quatenus hoc aliquid est. & cætera accidentia, quę ad hunc modum adsunt.

Prætera cuius nam sit de iis omnibus cõtemplari, de quibus artifices diffserendi considerare conantur, ex solis verisimilibus facientes considerationem, de eodem inquam & diuerso, de simili & dissimili, de contrarietate, de priore posteriore ue, & cæteris omnibus talibus, & de his insup quæ per se illis accidunt, vt non quid illorum sint singula, sed etiam si vnum sit contrarium vni consideretur.

(Præterea de eodem de diuerso, de simili, de dissimili, identitate, contrarietate, priore 7
ac posteriore,) Querit vtrum sapientis sit ad veritatem & scientiam comparandam disputare, quæ nam sint, de iis quæ dialectica quoq; vsurpat, ex probabilibus colligẽs, & proposita confirmans, quasi dicat: si dialectici munus est de ipsis probabiliter disserere cuius interierit, de eisdem vere disputare. ꝓponit autẽ de his inquirere. ipsis enim vtitur in hac scientia ad aliquid demonstrandum. vtitur nãq; eodem, quod in substantiis dicitur. cum quærat vtrum omnes substantiæ eædem sint interse: an diuerse. sed & alia quę recensuit in omnibus demonstrationibus vsurpari necesse est. Hæc. n. cõmunia instrumenta sunt demonstrantibus. & ipse in processu docebit, quatenus harum rerum inquisitio & consideratio ad primum philosophum pertineat. haud enim doctrina hæc logica est, vt quibusdam est visum, quia pleraq; talia in ipsa quæruntur, quoniam nõ propter hęc disputat de his, neq; in hoc propositum intuetur, sed quia primæ philosophię ac entis, qua ens est contemplatricis munus est, de accidentibus, quę enti cõmuniter adsunt contemplari, cuiusmodi hęc sunt vt demonstrabit. (Et de his in super inquit quæ perse illis accidunt. vt nõ solum quid illorum sint singula, sed etiã si vnũ sit contrarium vni consideretur) quæ dicat accidentia perse exposuit cum dixit. (Non solum quid illorum sint singula) in ipso. n. quid est quæ perse adsunt cõtinetur. esse autem ingt quæ perse adsunt accidentia exempli gratia omnis cõtrarietatis accidens pse est medium habere, vel carere medio, vel quale est quod ipse addit, si vnum sit contrarium vni, an non. quod ipsum præceptum dialecticum esse videtur. quoniam dispiciẽdum esse ait, num veritatem cuiuspiam horum considerare pertineat ad sapientem.

Et vtrum principia & elementa sint genera ipsa, an ea quæ insunt, & in quæ res quæq; diuiditur. Quod si sint genera, vtrũ sint ea quæ vltimo de indiuiduis ipsis dicuntur, an ipsa prima. Ceu vtrum animal, an homo principium sit, & magis sit præter singularia ipsa.

viii. (Et vtrum principia & elemẽta sint genera ipsa, an ea quæ insunt, & in quæ res quæq; diuiditur.) Queri ait oportere, vtrum genera sint prĩcipia. eorum quorum genera sũt. genera enim natura prima esse videntur. prima vero principia sunt, an ea in quę diuiditur: substantia vt in materia, & forma, diuidi videtur, vel quattuor elementa siqua ve alia similia cuipiam supponere placet. quoniam in ea res quęq; diuiditur, ex quibus primum constituitur. ea vero cuiusq; principia esse vidĉtur. ex quibus primum cõstat. vt elementa principia vocis sunt. Quod si genera principia sunt, rursus operępretium esse ait inuestigare, num suprema genera, an quę proxima sunt indiuiduis. quę licet iam indiuidua sint, communiore temen vocabulo genera vocat, quia generis nomen pro communi vsurpat.

Maxime vero quærendum atq; tractandum est, si præter materiam sit aliqua per se causa, atq; hæc sit separabilis nec ne, & vtrum vna, an plures numero sit.

ix (Maxime vero quærendum atq; tractandũ est, si præter materiam sit aliqua per se causa.) quod ait huiusmodi est. Quidam veterum physicorum qui materiam tantum causam per se esse statuebant, huius affectiones causas ex accidenti esse confirmabant. his enim causam perse aerem vel aquam esse placebat, quidpiam ve medium, aut aliquid aliud quod principium & elementum esse statuissent. cum horum tantum singula perse entia esse traderent, ex accidenti vero raritatem & densitatem: vel concretionem & discretionem. Isti ergo materiam & subiectum, per se causam esse dicentes aliquam aliam causam adiiciebant, sed per accidens. hæc enim materiæ accidunt. sed ipse hoc in loco, non vtrum sit aliqua ex accidẽti causa præter materiam querendum eẽ ait. sed vtrum perse. vt in physico auditu docuit, nihil. n. minus alia, quin potius magis, q̃ materia esse causę videri possunt. Item si præter materiam est aliqua perse causa, disputare rursus oportere ait, num sit hæc a materia seiuncta, & perse subsistens, an in materia, qualis est forma materialis. & stoicorum sententia deus & causa efficiens. Ad hęc si qua ẽ separata & immaterialis causa, vtrum hæc vna numero sit, an plures. quã quę-

stionem in huius operis decimo libro disputat.

Et vtrum sit quippiam præter ipsum totum, dico autem totum, cum de materia quippiam prędicatur, an nihil, an quorundam sit, quorundã non sit, & equales rerum sit tales.

(Et vtrum sit quidpiam præter ipsum totum, dico autem totum, cum de materia quidpiam prædicatur). Totum appellat vel commune, quod de singularibus, rebusq; materialibus dicitur, & tum quæstio hęc esset, vtrum preter cõmune & totum, quod de materiali prędicat, sit aliqua alia forma separata: an præter cõmune nulla sit forma & idea. An quorundam sit: aliorum secus, vt auctores idearum tradunt. qui eorum, quæ pręter naturam fiunt, & item artificiosorum ideas esse negabant. vel totum appellat totũ cõpositum. sed cum totum dixisset, quomodo totum dixerit: exponit dicens (cum de materia quippiam prędicatur). i. qñ materia cum aliqua forma sumitur. vel totum vocat materiale: vt sit quæstio nunqua forma separata sit, praeter materialem. hac.n. de materia prædicatur: estq; totum materia cũ forma, quæ in ipsa habetur: an nulla talis sit. An quædam formæ sint a materia separatę, quędam secus. hoc.n. significat cũ ait. (An quorundam sit, quorũdam nõ sit). Et siquę omnino formæ sine materia sunt, quot hę sunt. de quibus, vt supra cõmemoraui, disserit: dum de substantiis incõmutabilibus verba facit. Itaq; per superiorem quæstionem inquirit: nunqua sit alia perse causa præter materiam, & si est, vtrum sit a materia semota: an cum ipsa: per hanc vero simpliciter vtrũ sit aliqua forma sine materia.

x

Præterea principia numero ne, an specie, tam in rationibus, q̃ in subiecto sunt definita. Et vtrum rerum quæ occidunt, & rerum quæ non occidunt eadem principia sint, an diuersa. Et vtrum omnia corruptionis expertia sint, an principia rerum quę corrumpuntur: subeant corruptionẽ & ipsa.

(Prætetea principia numero ne: an specie sint definita) quærendum est ait principia & causæ, si finita sunt: vtrum non specie tantum: sed etiam numero sint finita: vt causa efficiens sit vna numero: & materia vna numero: & cętera pari ratione: an licet causa nõ sit vna numero in vna quaq; specie causæ: specie tamen finitæ sunt. Nam esse specie infinita principia: ponere, vt absurdum: prętermisit. & quia in superiore libro id demõstratũ est. & causas esse finitas in omni genere causæ. Idem aũt de causis formalibus quæri ait oportere. hę nanq; sunt, que in rationibus habentur. cum per eas cuiusq; ratio definitio q; explicetur. item de materialibus, quoniam hæc subiecta sunt. quod si efficiẽs quoq; & finalis causa genera causarum sunt: vt dixit in auditu physico: profecto de oĩbus causis dixisse videbit. potest tamen per causas: quæ in rationibus habẽtur: principia demõstrationum inuere. quas sententias appellamus: de quibus supra mentionem fecit: per eas vero quæ in subiecto: principia substantiarũ. quoniã substantię subiiciuntur. Illud item quęrere cõmodum esse ait: vtrum eadẽ sint principia mortalium rerum: atq; immortaliũ: an diuersa. & si diuersa: vtrum omnia sint immortalia: an mortalium caduca. & vicissim eorum quę interire nequeunt, immortalia.

xi

Præterea quęrẽdum est id quod omnium est difficilimũ, & dubitationem maximam habet, vtrum vnum ipsum & id quod est: non aliud quicq̃, sed eorum quæ sunt substantia sit, vt Pythagorici Platoq; dicebãt, an nõ ita, sed aliud quippiam sit, ei subiectum: vt sentẽtia quidem Empedoclis amicitia, quę rũdã aũt aliorũ, ignis, vel aer, vel aqua. Et vtrũ principia vniuersalia sint, an ita sese habeãt, vt res singulares. Et potẽtia ne sũt: an actu.

xii (Præterea id, quod est omnium difficillimũ, & dubitationem maximã habet, vtrũ vnũ ipsum, & id qd est, nõ aliud quidq̃, sed eorũ, q̃ sunt, substãtia sit) Quęstio quã maximã habere cõtrouersiã ait hæc est. vtrũ vnũ, & ens ipsa sint substãtię, & rerũ principia, hoc.n. significat, cũ ait (Sed eorum quæ sunt, substantia sit) vt Pythagoricis placet, & Platoni, q ipsiens, & ipsiunum faciebat, Cuius sententię meminit in tertio libro Physici auditus, cũ de infinito disputaret, & in huius operis primo maiore libro, An aliæ quædã naturę subiiciãtur: quibus & vnũ & ens accidant. vt naturales tradunt, q aquã, vel ærem, amicitiãue, aut mentẽ, aut quidpiã simile rerum principiũ esse iustatuũt. cuius & ens & vnũ accidẽtia esse aiunt. Et vtrum principia in propria substantia, & per se sint, vt singula quęq; entia, an nõ, sed quẽadmodũ genera vniuersaliaq;, & coĩa, quibus esse in eo est, quod de singularibus prdicantur. Quæ dubitatio diuersa est ab ea, q̃ paulo ante proposita est, quærebatur, nũ principia, & elementa, sunt genera, an ea q̃ in rebus habẽtur, in q̃ ipse singulę diuidũtur. quoniã in illa quæritur, vtrum ea q̃ in singularibus habẽtur, in q̃ ipsa singularia distribuũtur, sint ipsorũ principia, ãn coĩa quæ de ipsis prædicãtur. In hac vero cõmuniter, & in vniuersum vtrũ principia sic se habeant, vt coĩa, quibus non licet per se subsistere: an quẽadmodum singularia: & si adhunc modum: vtrũ principia potestate sint, vt materia, an actu per se existant, vt ignis, aut aliquod corpus tale quippiã elemetum esse statuentibus.

Et alio ne modo: an motu. Hæc enim magnam dubitationem præbere possunt. Insuper quærendum est, si numeri longitudines, figuræ, ac puncta, substantiæ quædam sint: nec ne. Quod si substantiæ sint. vtrum a sensibilibus sint separatæ, an sint in ipsis. De his enim omnibus non solum difficile est consequi veritatem: sed ne ratione quidẽ bene dubitare facile est. Primum igitur quærendum est de quibus diximus primum, vtrum vnius an plurium sit scientiarum genera causarum omnia cõtemplari. Et enim quo nam pacto vnius erit scientiæ principia rerum cognoscere, cum non sint contraria,

xiii (Et alio ne modo, an motu. hæc enim magnam dubitationẽ prębere possunt.) hoc est quod quęrendum esse ait, vtrum principia ob hoc principia sint: quod moueant, & efficiant ea: quorum principia sunt, an ob aliam rationem? Nam quoddam principiũ mouens esse videtur, vt efficiens: aliud non item vt materiale. sed fortasse sensus alius est; adhuñe modum. vtrum hæc principia moueantur, dum causæ sunt rebus, quæ ex ipsis fiunt, an immota maneant. vt ideæ per ipsarum auctores. cuiusmodi est etiã prima causa. Quin & aliter verba illa exponi possunt: vtrum principia moueantur: & alterum in alterum cõmutet, an sint huius vicissitudinis immunia. Adhæc illud quoq; inquisitione dignum esse ait, num mathematica substantię sint, an non. Mathematica.n. sunt numeri, longitudines, & figuræ: planę videlicet vt triangulus, quadratus: circulus & cætera id genus. item puncta. idq; vt quibusdam placet, an secus. Et si substãtiæ sunt, vtrum sint a sensibilibus separatæ, & perse, an in his mathematica eẽ habeãt. Sed præfatus de quibus dubitandum quęrendum ve sit, non solum veritatem in his delitescentem eruere perdifficilẽ fore ait, quippe cum prędictorum veritatis inuentio caput & summa sit huius scientię, sed ipsam etiam inquisitionem plenã esse difficultatis. Deinceps aggreditur ad illam quæstionem disputandam: quã primum differere proposuerat, ea vero est, vtrum vnius scientię munus sit de omnibus principiis cunctisq; causis differere an plurium, vt alia de alio genere causæ sigillatim consideret. Et in primis non esse vnius scientiæ de oĩbus causis inuestigare, arguere conatur. vtiturq; primum hmõi rõne. quõ

rum ſpecie diſcrepantium eadem habetur ſcięntia, hæc inter ſe oppoſita ſunt, cauſæ autem nō ſunt inter ſe oppoſitæ, nō eſt igitur eadem ſcięntia cauſarum ſpecie diſcrepātiū. Quę ratio eſt in ſecūda figura, & quod admodum pertinet apta & ſyllogiſtica. primam, tamē propoſitionem falſam aſſumit. Neq; n. verum eſt. quorum differētium ſpecie eadem eſt ſcięntia, hæc interſe pugnare. Illud verum eſt oppoſitorum eādem eſſe doctrinā ita id quod cum hoc cōuertitur .ſ. quorum nō eſt eadem ſcięntia, ea nō ſunt inter ſe oppoſita, hoc nō eſt idem, atq; id quod ſupra dixit, quorum nō eſt eadem ſcięntia, hęc inter ſe oppoſita ſunt. tūc. n. differētium ſpecie dūtaxat: ſi cōtraria ſint: eādem eſſe doctrinam ſtatueretur, quod ſignificauit, dicēs. (Quo nam pacto vnius erit ſcięntię, principia rerū cognoſcere, cum nō ſint cōtraria,) hic autem cōtrariorū eādem eſſe ſcięntiam ſumitur. nō tamē cōtrariorū tātum. Nihil. n. prohibet eādem ſcięntiam quorūpiam nō oppoſitorum eſſe. Nam de quibus geometria diſſerit, ea nō pugnāt inter ſe. ſed & philoſophia naturalis, & actiua quę ſpecie differūt; & ſi nō ſunt oppoſitæ, ſub vnam tamē ſcięntiam cadunt. Præterea principia in oppoſita redigi poſſe, cuipiā fortaſſe placebit: in effectiuū .ſ. & paſſiuum. materia. n. paſſiua eſt, tria vero principia, quæ circa materiam verſantur ad formale referuntur. formale autem effectiuum eſt, cum oē efficiens per formam, & perfectionem, quam obtinet efficiat.

Præterea compluribus eorum quæ ſunt non omnia competunt. Qui nāq; fieri poteſt, vt immobilibus ſit principium motus, aut boni natura, ſi omne quidem quod eſt per ſe atq; ſuapte natura bonum finis ſit, atq; adeo cauſa vt illius gratia cætera ſint atq; fiant: finis autem & id cuius gratia cætera fiunt, actionis ſit cuiuſpiam finis: actiones vero omnes efficiātur cum motu. Quare fieri non poteſt, vt in immobilibus hoc principium, aut vllum ſit per ſe bonum. Quapropter & in mathematicis nihil omnino per hanc oſtenditur cauſam: neq; vlla prorſus ex eo fit demonſtratio: quia ſic eſt melius, aut deterius. Quin nemo mētionem vllam omnino facit. Iccirco ſophiſtarum quidam vt Ariſtippus in ipſa inuehebatur: in cæteris quidem inquiens artibus, & etiam ſordidis: vt in ædificandi facultate: atq; ſuēdi oīa dici: quia ſic eſt melius, aut deterius, mathematicas vero nullam bonorum malorumq; curam habere.

(Præterea cōpluribus eorum, quæ ſunt, non omnia competant.) Hæc quoq; argumētatio eo pertinet, vt nō vna ſcięntia de cunctis cauſis diſſerere doceatur, quæ quidem argumentatio ab ipſis ſcibilibus ſumpta eſt. Nam ſi non cuncta ſcibilia omnes cauſas habent, ſcięntiæ autem propriorum ſuorumq; ſcibilium cōtemplatrices ſunt: ſatis declaratur, ea quamq; principia cognoſcere, quæ in propriis ipſius ſcibilibus cōtinētur. Ac proinde alia aliorum eſſe cognitricem, eorum .ſ. quanq; quæ in ſuis ſcibilibus habētur. Non haberi aūt in cunctis ſcibilibus omnes cauſas in rebus immobilibus oſtendit. immobilia. n. appellat ingenita, & immortalia, principium vero motus dicit cauſam efficientē. quibus immobilibus annumerat mathematica. In his. n. neq; cauſa habetur, vnde principium motus proficiſcitur, hoc eſt efficiens, nam quomodo ingenitarum rerū & immobilium efficiēs ac mouens cauſa eſſe poſſit: neq; item boni natura ineſt. i. finis & cuius gr̄a. Cauſa. n. vt bonū eſt, cuius gr̄a cætera fiūt: ipſa vero nullius eſt gratia. huiuſmodi aūt eſt finis. At finis ali cuiuſq; gratia quæ ad finē pertinēt, efficere in actionibus cōſiſtit, & in effectiuis actiuſq; ſcięntiis. porro inquibus effectio & actio ineſt, in iis motus etiam habetur, nō igitur in immobilibus eſt cauſa finalis, quæ quidem ſua natura & ſimpliciter bonum eſt. hoc nāq; īnuit, cum ait (quod per ſe ac ſuapte natura bonum eſt.) quod ipſi bonum appellauit. Cæterum demonſtrare moliens cauſam vt finem nō in cunctis rebus haberi: non magis q̄ efficientem, neutra. n. īmobilibus attribuitur, nō dixit cauſam finalem in ipſis nō haberi, ſed naturam boni: cui accidit eſſe fini. Quamobrem primum a bono ſumēs argumētum: docet a rebus īmobilibus cauſam vt finem abeſſe. dum in cunctis rebus bonum finem eſſe demonſtrat. ſed quia non nulla bona ſunt effectiua: qualia bona finis habeant rationē explicauit: dicens. (ſi omne quidē quod eſt per ſe: atq; ſuapte natura bonum: finis eſt) ſed ſumens, quod per ſe bonum eſt: id eſſe cauſam vt finem. vbi oſtendit cauſam vt finem cuiuſpiam actionis eſſe finē: omnes aūt actiones cum motu peragi: nam virtutum actiones quæ honeſtum habēt propoſitum, cum motu efficiuntur: quin & artes ſingulæ: quæ boni cuiuſdam ſunt appetentes, id ipſum per actionem & motum indipiſcuntur: per hæc demonſtrauit in rebus immobilibus nō eſſe cauſam: quę boni & finis rationem habeat. Illud vero (Aut ullū ſit per ſe bonum) perinde eſt ac ſi diceret nulli eſt bonum vt finis. At ipſi bonum per ſe ſuaq; natura bonum eſt. quod aūt ſic bonum eſt: id finem eſſe dixit quod verū eſſe docuit mathematum exemplo. In his. n. neq; efficiens cauſa neq; finis habetur: neq; vllus vnq̄ in geometria: cum aliquid demonſtraret: cauſam reddidit, quia ſic melius eſt: vt diceret exempli gratia trianguli angulos pares eſſe duobus rectis, qm̄ hoc melius ſit quemadmodū in operibus quæ natura fiunt, aut arte mouentur redditur cauſa gratia cuius. Nec omnino quiſq̄ geometra cauſæ vt finis mentionem fecit. quæ ſi vera ſunt, efficitur vt aliæ ſcięntiæ aliarum cauſarum cognitrices ſint. ad hoc. n. cōcludendum illa cōmemorauerat: ſed cum diſſeret in mathematicis non eſſe cauſam vt finem, quod quidē eſt bonū: in huius confirmationē: ſophiſtarū ſentētiā de mathematicis cōmemorat. quorum Ariſtippum mathematicas diſciplinas imperfectiores etiam vilibus artibus eſſe tradidiſſe refert. in illis. n. ſingulis aliquem eſſe finem bonumq; propoſitum & ab ipſis ſuis operibus edendis mentionem fieri cauſæ, quæ in hunc modum reddi ſolet, quia ſic melius eſt, mathematicas vero omni tali cauſa carere, neq; vllam bonorum malorūq; rationem habere. Cæterum in hac ratione nihil aliud q̄ deceptio quædam eſſe videtur. Neq; n. ſi in quibuſdam ſcibilibus nō omnes cauſę ineſſe videntur, ſtatim nullius doctrinę munus erit omnes cauſas cognoſcere. Nam eadem ratione demonſtrare licebit: quoniā in quibuſdam ſcibilibus ſunt omnes cauſæ, idcirco ad vnā ſcientiam pertinere poſſet ipſas omnes cognoſcere. Neq; n. ſi nō omnes ſcientię cunctas cauſas habent: ſed quibuſdam ipſarum quædam adſunt, idcirco nulla erit, quę omnes cognoſcat. vt ipſe paulo poſt demonſtrabit: inquirens per cuius cauſę cognitionem potiſſimum ſcientia rei poſitę generetur in ſcientiis, quæ oēs cauſas obtinēt: propterea quod ipſarū ſubiectum quattuor cauſas ſortiatur. Præterea nō omne bonum ſuapte natura eſt agēdum: ſed partim agendum, partim cōtemplandū nō agendum, cuiuſmodi eſt in mathematicis. veritas. n. eorum, quę bonum quoddam eſt in ipſis, vt finis expetitur. Atq; adeo ſapiētię ipſius finis eſt huiuſmodi bonum. cognitio. n. præſtantiſſimi ac optimi entis quod q̄ maxime eſt illius eſt finis, quę quidem cognitio ſummum bonum eſt.

At vero ſi plures ſint ſciēti ę cauſarū, & alia circa aliā cām verſetur, quā harū oportet eā dicere quā quærimus. Aut quē eorū qui ipſas habēt rem maxime ſcire dicemus? fit enim vt ad eadem rem modi cauſarū oēs accomodētur. Domus enim principium quidem vnde proficiſcitur motus, ars eſt atq; ędificator, id autem gratia cuius cętera fiūt, ipſum eſt opus, materia

vero lapides ſunt & cementum:& forma eſt ipſa ratio.
(At uero ſi plures ſunt ſcientiæ.)tranſit ad diſputãdum in oppoſitam partem.Quærit enim ſi plures ſunt ſcientiæ,quæ cauſas & principia cognoſcunt, nõ una tãtum,ut ſuperiores rationes concludere uidebantur. quia non ſcibile quodq; cunctis cauſis uteretur , cuius cauſæ cognitio pertinet ad hanc ſcientiam ,'quam quærimus quæque ſapientia nuncupatur , uel quem dicere oportet prædituꝫ eſſe ſcientia rei propoſitæ ex earum numero quæ continent omnes cauſas , fieri enim poteſt ut rei cuipiam omnes cauſarum modi ſuppetant. Ob cuius ergo cauſæ cognitionem , aut qua cauſa cognita quisq; eius rei ſcientiam indeptus fuiſſe putabitur.Si enim alia ſcientia aliam cauſam cognoſcit,in quibus rebus quattuor inſunt cauſæ,in his quã ex quattuor cauſis intelliget,qui ſciens eſt futurus? Ad refellẽdam uero rationẽ,quæ nititur oſtendere aliam ſcictiam,aliarum cauſarum eſſe cognitricem, & non omnium unam.propterea quod non in omnibus cauſæ nmnes habentur. utitur eo argumento,quod eædẽ nonnunq; ſimul conſiſtant,quoniam ſi in quibuſdam rebus,quarũ habentur ſcientiæ omnes cauſæ congruunt,haud dubie eadem ratione huiuſmodi ſcictiæ ſingulæ omnium cauſarum contemplatrices fuerint,quo in genere eſt ars ædificandi,quam pro exemplo ſubiicit. In qua formam rationem eſſe ait,quoniam per formam cuiuſq; definitio redditur.Id uero cuius gratia, opus eſſe dicit,uel quia finis in hac arte eſt id cuius gratia fit opus,ſit autem protectionis gratia.uel cuius gratia uocat opus, quod in ipſa efficitur,quod quidem eſt ipſa forma.ut eadem ſit cauſa ut finis & cauſa ut forma,quemadmoduꝫ licet in quibuſdam naturæ operibus inuenire.uel opus non eſt forma, ſed totum compoſitum,quod non eſt idem atq; formalis cauſa. Poſſunt & in hũc ſenſum uerba illa accomodari,ut quæratur in quibus quattuor habẽtur cauſæ,in iis per cuius cauſæ cognitionem ſcientia potiſſimum in eo gignitur,qui omnes cuiuſpiam rei cauſas cognoſcit? hmõi enĩ cauſæ cognitio ꝓpria eſſet ſapictiæ.Sed ubi eiuſdẽ rei cauſas a pluribus ſciẽtiis cognoſci,aliã alia cognoſcẽte,abſurdum eſſe demonſtrauit,dicens, (aut quẽ eorũ,qui ipſas habẽt,rẽ maxime ſcire dicemus)hoc omiſſo ad illud redit.
Ex his igitẽ quibus olim determinatũ eſt,quã ſcientiã ſapientiam oporteat appellare,conſentaneũ eſſe rõni uidetur,illarũ quãq; ſapientiã nũcupare. Quo nanq; ſapientia princeps eſt maxime atq; domina , & cui cæteras ut ſeruas neq; contradicere fas eſt,hoc ſciẽtia finis ac boni ſapientia nũcupãda eſſe uidetur,huius enim gratia cætera ſunt atque fiunt.
(Ex iis igitur, quibus olim determinatum eſt , quam ſcientiam ſapientiam oporteat appellare,conſentaneum rationi eſſe uidetur.) Poſtq̃ dixit quam ex his oporteat eam dicere,quam quærimus? docet omnes poſſe ſapientias nũcupari. argumento eorum, quę in primo libro dicta ſunt de ſapictia.Nã in primo libro maiore dũ cões ſentẽtias, quæ habẽtur de ſapiẽte cõmemorat,ſapiẽtiã facile principẽ & dñam eſſe cũctis uideri ait,eãdẽq; exqſitiſſimã,& maxime cognoſcẽtẽ,& rerũ difficiliũ cognitricẽ, quin & oĩa quatenus licet intelligẽtẽ,& doctricẽ eſſe.Quibus aſſumptis, ſi cui ſingulas cãs obire libeat,demõſtrari poſſe dicit,ſapiẽtiã eſſe ſciẽtiã cuiuſq; ipſarũ cognitricẽ. Quatenus enim ſapiẽtia præſtãtiſſima eſt,et maxime architecta ſciẽtia, & cęteraꝝ ſciẽtiarũ dña, hac finis cognitio ſapiẽtia eſſe uidet. Hoc enim eſt ipm bonũ , & cætera huius gratia ſunt.qm̃ in finem intuẽtes efficienda præſcribimus . præſtãtiſſime igitẽ cauſarũ cognitio præſtantiſſima & perfectiſſima optimaq; eſt . Ea uero eſt cuius gratia cætera ſunt.
Hac igitur rõne ſapiẽtia in cognitione finis uerſari uideri põt.
Quo uero definitũ eſt cauſarũ primarũ maximeq; ſcibilis ſciẽtiã ſapientiã

xv.

eſſe,hoc ſubſtãtiæ ſciẽtia nomẽ ſibi nõ iniuria ſapiẽtiæ uẽdicabit.
xvii. (Quo uero definitum eſt,cauſarum primarum maximeq; ſcibilis ſcientiam ſapientiam eſſe,hoc ſubſtantiæ ſcientia nomen ſibi non iniuria ſapictiæ uendicabit.)Qua rurſus inquit,ſapientia primarum cauſarum cognitrix eſſe dicitur,& maxime ſcibilium,hanc rurſus cognitio formæ ac huiuſmodi cauſæ ſapientia eſſe uideri poteſt.Sed prius diſſerto de finali cauſa rerum agendarum,iam de ea diſputãtũ, quæ in contemplandis habetur.Eſſe uero formam maxime ſcibilem,oſtendit,quia cunctis in rebus tunc ſcientiam quiſpiam habere dicitur,cum rei alicuius formã, & hmõi cauſam cognoſcit.
Nã cũ multis modis idẽ ſciatur , magis quidẽ eos dicimus ſcire , qui rem ex hiſce quę inſunt,q̃ eos qui ex hiſce quę nõ cõpetunt eidẽ cognoſcũt,horũ aũt aliũ alio magis,& maxime eũ qui quid nã ſit percipit, ſed nõ eũ qui
xviii. aut quãta ſit,aut qualis,aut ſi apta ſit agere qppiã,aut pati cognoſcit.
(Nam cum multis modis idem ſciatur, magis quidem eos dicimus ſcire, qui rem ex hiſce,quæ inſunt,q̃ eos,qui ex hiſce,quæ non competunt eidem cognoſcunt.) Rem ab eo maxime cognoſci,qui eius cognoſcit formam confirmans, illud primum ſumit ſcibile tunc magis a nobis cognoſci,cum ipſum ex iis,quę ſupperũt ei cognoſcimus, q̃ cum ex iis,quæ non ſuppetunt.hoc enim eſt,quod ait,(q̃ non eſſe) quædam enim doctrinæ,& quorundam rationes , ex negationibus ſumuntur , quæ cognitio ex non eſſe dici poteſt.Nam qui punctũ id eſſe definit, quod partem non habet,is ex non eſſe punctum cognoſcit.ex eo enim quod puncto abeſt,rationem conficit. Eadem ratione qui accidens eſſe ait , quod neq; definitio eſt, neq; genus,neq; proprium, adeſt tamen rei,hic ex non eſſe definit.Idem ſi dicat accidens eſſe, quod eidem adeſſe & abeſſe poteſt,accidens ex eſſe cognoſcat,quoniam cognoſcit ex eo,quod ipſi adeſt.Sed eorum qui eſſe cognoſcunt,intelligens quid res ſit,q̃ quid ei accidat cognoſcẽs,magis dicitur intelligens. Alter enĩ rẽ ex ſubſtãtia cognoſcit,alter ex accidẽti.Hoc aũt una quæq; res eſt,quod p formã eſt. quare qui rei formã cognoſcit, is rẽ maxime cognoſcit. Si ergo formæ & hmõi cauſæ cognitio potiſſimũ eſt ipius rei ſcientia, potiſſimã uero ſcientia ſapientia eſt,profecto per hanc rationẽ,ſcientia cauſæ formalis erit ſapientia.
In cæteris etiam quorum eſt demonſtratio:tum ſcire quodq; putamus.cũ quidnam ſit vnum quodq; cognoſcimus:vt quadrationem inuentionem mediæ eſſe:& in cæteris ſimili modo.
xix. (Præterea & in aliis cognoſcere unumquodq;.) Dictio adhunc modum concinnius haberet . Præterea & in aliis quorum eſt demonſtratio, tunc cuiuſq; ſcientiam adeſſe putamus, cum ipſum quod eſt intelligimus.Illud autem (in aliis) dixit, pro inſomnibus,quorum,ſunt demonſtrationes . Docet autem formæ cognitionem potiſſimum, rei eſſe cognitionem , quoniam in demonſtrationibus , tunc propoſiti demonſtrationem tros habere putamus,cum rationem eius definitionemq; cognoſcimns.quoniam cum definitionem rei propoſitæ cognoſcimus,& quod adeſſe cuipiam demonſtratur, hæc ipſi adeſſe per definitionem oſtendimus,tunc ipſius potiſſimam demõſtrationem nos habere putamus. Excẽpli cauſa tũc ſcimus,defectus lunæ quid ſit,cum didicimus, terræ obiectionẽ definitionem eſſe defectus. Et pari ratione tunc quid ſit quadratio rectilinei ſcimus, cũ inuentionem mediæ eſſe ſcimus. quadratus enim ex media deſcriptus,par eſt rectilineo. Media uero dicit qui a laterũ minore maior eſt,maiore minor. ex q̃ deſcriptus quadratuspar eſt,dato rectilineo. Nã definitio cũ cauſa,demõſtratio eſt poſitione differens. ut in reſolutoriis poſterioribus demonſtrauit.

At qui circa generationes actioneſue, atq; omnem mutationem tum maxime ſcimus:cum ipſum principium motus ſcimus,hoc autem aliud principium eſt atq; oppoſitum fini.Quare cõtemplatio harum cauſarũ cuiuſq; ad aliamq; ſcientiam videbitur pertinere.

(Circa generationes vero & actiones)poſtq̃ oſtẽdit cauſę formalis cognitionẽ ſapien xx
tiã videri poſſe:idem de cauſa efficiente docet.In cunctis.n.rebus quæ fiunt:quę agun
tur:& oĩno quæ mutãtur,cognitionis ipſorũ cauſa eſt,efficiẽtis cauſæ cognitio.quę qui
dem eſt vnde principiũ motus proficiſcitur.Tunc.n.troiani belli cauſam ſcimus:cũ ſci
mus ob raptam helenã illud fuiſſe ſuſceptum.qui raptus eſt principiũ & cauſa belli. Et
tunc ſcimus pugnę cauſam:cũ nobis inortuit contumelia:vnde pugna exorta eſt.ſed fa
cta efficiẽtis cauſæ mẽtione infert.(Hoc aũt alterũ:& oppoſitũ fini) quibus verbis has
cauſas interſe oppoſitas eſſe ait:hęc aũt effatus infert(quare alius videretur ſcięntiæ eſſe
contemplati harum cauſarum quãq;)quod quidẽ minime cum propoſito cõuenire vi
detur.hoc.n.quęrẽdum ſibi propoſuerat.Niſi ad eandẽ ſcientiã oium cauſarum cogni
tio pertinet,cuius cauſæ cognitionẽ:ſapientiam conuenit appellare! Deinde per exiſti
mationes quæ de ſapientia cõmuniter habentur.licere demonſtrauit nõ tãtum cogni
tionem cauſę vt finis.ſed etiam quæ de forma:quęq; de cauſa efficiẽte habetur ſapiẽtias
appellare.quibus demõſtratis cõſentaneum erat iterre:complures fore ſapiẽtias. Quo
circa verba illa in hunc intellectum ſunt accipiẽda.Quare ad aliã & aliã ſapientiam ſin
gulas cauſas contemplari pertinet.neq; vna tñ eſt ſapientia.ſiquidẽ non eſt vnius ſciẽ
tię munus:oẽs cauſas conſiderare:ſed quæ de harum trium quaq; differit ſapientia eſt.
Quãq̃ illud(quare alius videretur & ce.)dictum eſt nõ quaſi his: quæ nunc traduntur
conſentaneũ,ſed quaſi iis:quæ primo dicta ſunt cõiungat: aliam ſciẽtiã de alia cauſa cõ
ſiderare.põt & aliter ſenſus explicari ad hunc modum.cum efficientẽ cauſam fini oppo
ſitã eſſe dixiſſet:qm̃ hę duæ cauſæ oppoſitæ ſunt:idcirco intulit nõ ad eãdem:ſed ad di
uerſas ſcientias vtriuſq; ipſarũ cognitionem pertinere. Aut certe melius in quibuſdam
exemplaribus ſcriptũ eſt ad hunc modũ.(Quare ob ea quæ dicta ſunt nõ alius videre
tur eſſe ſcientię contemplari harũ cauſarum quanq;)idcirco.n.ſapientia oĩum cauſarũ
cognitrix eſſe negabatur:quod cauſæ nõ eſſent oppoſitę:At nunc in cauſis finali & effi
ciente oppoſitione reperta: & accedentibus rationibus:quibus plures ſcientias in cau
ſarum cognitione verſari alienum eſſe arguebatur:infert ſupradictis eſſe conſentaneũ:
huiuſmodi cauſarum cognitionem ad diuerſas ſcientias non pertinere. quo ſimul con
ficitur:de cũctis cauſis differere ad ſapientiam proprie pertinere. ſed illud eſt aduerten
dum neq; hoc in loco:nec in primo libro maiore: vbi in commemoratione comuni
nium de ſapientia ſententiarum eadem referuntur: mentionem fieri cauſæ materialis.
cum de tribus cæteris differatur:doceaturq; quare cuiuſq; ipſarum cognitio poſſit eſſe
ſapientia:quam nunc indagamus.cuius ratio eſt:quoniam illarum cauſarum cognitio
prętantior eſt.magiſq; ſcientia:quam materialis cauſæ notitia, cum illarum quæq; ma
gis ſit cauſa. Materia enim in iis: quæ fiunt ex ipſa, cauſæ ſine qua non videtur ha
bere rationem.

At vero de principiis etiam demonſtrationis eſt controuerſia, ſi vna ſit an plures de ipſis ſcientiæ, atq; demonſtratiua principia dico opiniones communes,ex quibus omnes demonſtrant. Vt omne quoduis affirmetur aut negetur neceſſe eſt, & impoſſibile eſt eſſe ſimul atq; non eſſe: & quę ſunt huiuſmodi propoſitiones. Eſt igitur horum atq; ſubſtãtię vna

ſcientia,an alia atq; alia.Quod ſi non ſit vna.vtrum dicere oporteat eam
quæ nunc quæritur ſcientiam eſſe. Vnam igitur eſſe non eſt conſentaneũ
xxii rõni.Cur enim magis eſt propriũ geometriæ:q̃ cuiuſuis hæc itelligere.:
(Cæterſi & de demonſtratiuis principiis vtrũ vnius ſit ſcientiæ,an plurium controuer
ſia eſt.)Ex iis,quæ diſputare propoſuerat,ſecundũ locũ quæſtio de ſentẽtiis obrinebar,
quæ ſunt principia demõſtrationum.quas cõmunes ſententias appellat·quoniam a cũ
ctis demonſtrãtibus vſurpantur.eademq; principia in mẽtione huius quæſtionis voca
uit.propterea qđ principia ſunt eorũ,quę demõſtrãtur.Querit igitur vtrum eiuſdẽ ſciẽ
tiæ munus ſit,de his cõſiderare,cuius eſt de ſubſtantiæ,ac entis principiis differete, an
alterius,vt dẽ principiis complures habeãtur.ſciẽtiæ alia.ſ.de his,alia de principiis ſub
ſtãtiæ.Et ſi principiorũ ſubſtantiæ cognitio,& quæ de principiis demõſtrationis habe
tur,ad diuerſas pertinẽt ſcientias,quorũ principiorum ſcientiã ſapientiam oportet ap
pellare.in qua quæſtione vt doceat nõ eſſe eiuſdem ſcientię de his ac de illis principiis
conſiderare,hac primũ utitur argumẽtatione.ſi oẽs demõſtratiuę ſciẽtiæ ſimiliter vtun
tur ſentẽtiis ad ſuas demõſtrationes cõficiendas,& non oẽs de ipſis differunt, certe nul
la earum quæ ſimiliter eis vtuntur,de ipſis diſputabit. Eſt autem antecedens verũ.oẽs
.n.perinde his principiis vtuntur,atq; ea quæ de ſubſtantię principiis edifſerit, & non
oẽs de ipſis diſpũtant.non.n.geometria,nõ muſica:q̃q̃ eadem hæ vſurpent,cõſequens
igitur verũ eſt.Vel ſic,ſi oẽs ſcientię perinde ſeſe habent erga ſententias,atq; ea quę di
ſputat de ſubſtantiæ principiis,vel oẽs de ſentẽtiis diſputabũt,vel ne hæc ipſa quidem,
ſed oẽs perinde ſe habent atq; hęc,neq; oẽs de ſententiis edifſerunt,ergo ne ipſa quidẽ
quę agit de ſubſtantia.ac proinde non eſt eiuſdem ſcientię de ſubſtantia: & de ſenten
tiis diſputare.Nã quemadmodum exterarum, quæ his æque atq; ipſa vtuntur non eſt
propriũ deipſis differere.ſic ne huius quidem fuerit.

Si igitur cuiuſuis quidem ſimiliter eſt,omnium autem eſſe non poteſt, vt
neq; cęterarum ſic,neq; eius quę ſubſtantias cognoſcit proprium eſt deip
ſis cognoſcere,& inſuper quonã pacto ipſorũ ſcientia fuerit. Quid.n. vnũ
quodq; ipſorum eſt,& nunc plane cognoſcimus:nam vtuntur ipſis & alię
artes vt cognitis.Quod ſi demonſtratiua ſit de ipſis ſcientia,genus ſubiectum eſſe quippiam oportebit,& quædam affectus, quædam dignitates
ipſorũ eſſe. impoſſibile eſt enim demonſtrationẽ de oĩbus eẽ,ex quibuſdã
enim & circa quippiã & quorundã eẽ demõſtrationẽ neceſſe eſt.
xxiii (Si ergo ſimiliter cuiuſlibet eſt,oĩum aũt eſſe nõ põt).Quare nõ põt oĩum eſſe! An qa
ſcia demõſtrat,quę perſe ſubiecto adſunt,quarũ vero ſubiecta ſunt diuerſa.earũ demõ
ſtrata quoq; diuerſa ſunt.Neq;.n.eadẽ pſe diuerſis adeſſe poſſunt.ac pinde ne ſnię qui
dẽ perſe oĩum ſciarũ ſubiectis adeſſe poſſunt.qđ ſi ita eſt,non oẽs ſcię poſſunt ipſa de
mõſtrare.ſed cõcluſo non eſſe vnius ſcię de ſubſtantiæ principiis,& de ſentẽtiis, quæ
ſunt demõſtrationis principia diſputare,ſnĩarũ nullã eſſe ſciam arguit dicẽs.(ſimul aſſt
qũo ipſorũ erit ſcia,qđ.n.ipſorũ qđq; eſt ẽt nunc cognoſcimus).ſenſus aũt eſt,qđqđ ſci
mus,id vel per definitionẽ,vel p demõſtrationẽ ſcimus,ſi ergo ſnĩas aliqua ſcia demõ
ſtrat,per qđpiã.qđ ipſis adeſt demõſtrat.ſed qđ earũ quęq; ſit oĩbus eſt pſe notũ,qm̃ oĩ
doctrina ſemota,notũ eſt qđ ſignificet de quolibet affirmatio vel negatio. Itẽ illud:quæ
ſunt eidem paria,ea inter ſeſe quoq; paria ſunt.quippe quibus omnes ſcientiæ pro no
tis vtuntur. nulla deſiderata ſcientia a qua doceantur. quo fit,vt quid earum quæq; ſit,

nulla ſcientia definiat.quod ſi eſſet ipſarum aliqua demonſtratio & ſcientia demonſtrãs earundem eſſent aliæ ſententię.(Et quædam paſſiones).i.ea quæ adeſſe demonſtrãtur: paſſiones.n.ſeu affectiones appellat demonſtrabilia, quæ per ſe adſunt.(quædam vero dignitates),quibus ea,quæ ipſis perſe adſunt demonſtrantur.dignitates.i.ſententias appellat propoſitiones,quæ demõſtrari nequeſit, medioq; vacãt illud ãr.(De oĩbus.n. impoſſibile eſt demonſtrationem eſſe)dixit velut cõſequens illius (oportebit aliquod genus eſſe ſubiectum.& has quidem paſſiones,illas vero dignitates.)hinc.n. ſequitur fieri non poſſe,vt cunctorum ſit demõſtratio.Cum demonſtrationes de iis ſint,quę per ſe ſcientiæ ſubiecto adſunt, quas affectus appellauit,nõ autem de cunctis. aut quibus vis.ſed neq; de omnibus,quæ ad aliqua demonſtrandum aſſumuntur: poſſunt fieri demonſtrationes.illud autem quod ſtatim ſequitur:(Ex quibuſdam.n & circa quidpiam: & quorundam eſſe demõſtrationem neceſſe eſt).coiungitur cum illo(genus ſubiectũ, eſſe quidpiam oportebit,& quędam affectus,quædam dignitates ipſorum eĉ) illud.n. (Impoſſibile eſt.n.demonſtrationem de omnibus eſſe) per parẽthesin hoc eſt interpoſitionem dictum eſt propter ſententias.(Ex quibuſdam ergo.i.ex ſentẽtiis, circa quippiã.i.circa aliqd genus ſubiecti:cui aliqd adeſſe,aut abeſſe demõſtratur.Quotſidam.i. eorũ quæ ſubiecto adeſſe,aut nõ adeſſe demonſtrãtur.quos appellat affectus.

Quare ſi vt eæ mnium quę demonſtrantur:vnum ſit quidpiã genus.Vniuerſæ nãq; dimõſtratiuæ ſcientiæ dignitatibus ipſis vtuntur.

(Quare ſit vt eorum omnium,quæ demõſtrantur,vnum ſit quidpiam genus.) ſenſus xxiii.
eſt,ſi demonſtrationes ſententiarum habentur,& ſententiæ ſint vnum genus,vnaq; natura ſubiecta,fiet vt omnia quæ per ſententias demõſtrantur,ſint eiuſdem naturæ. quoniam oĉs ſcientiæ,ac demonſtrationes per ſententias propoſita demonſtrant.ſententię porro vnius & eiuſdem naturæ ſunt,quæ autem ſunt eiuſdem interſe naturæ,ea cuiuſdam vnius naturæ ſunt demonſtratiua,ſi quidem demonſtrationes ſunt ex his,quę per ſe adſunt,vni autem naturæ haec adſint neceſſe eſt,quæ vnius eiuſdemq; naturæ interſe ſunt. Dixit autem vnum genus pro vna natura.Aut illorum verborum ſenſus eſt. ſi qua eſt ſcientia demonſtratioq; ſententiarum, aliquod eis genus ſubiiciatur oportebit.omnis enim demonſtratio & ſcientia demonſtratiua in aliquo determinato genere verſatur,& omne demonſtrabile cuidam determinato generi adeſt.Sententiis igitur ſi demonſtrabiles ſunt,& eſt aliqua ſcientia ipſarum demonſtratiua,aliquod determinatum genus ſubiicitur,cui adeſſe demonſtrantur.omnis enim demõſtratio cuipiam generi & vni cuidam ſubiectæ naturæ adeſſe demonſtrat,quæ demõſtrat, quos ipſe affectus appellauit,idq; per ſententias,per quas fiunt demonſtrationes, hoc eſt per propoſitiones immediatas ac indemonſtrabiles. ſi enim quæ demonſtrantur, per ſententias demonſtrantur,poſſunt autem ſententiæ demonſtrari fiet, vt in infinitum procedatur, ac perinde nulla ipſarum erit demonſtrabilis quod tamen oportebat,quia non omnia ſunt indemonſtrabilia.qua ratione demonſtrare poterat ſententiarum non haberi demonſtrationem.Hæc autem quæ commemoravimus in omni demonſtratione deſiderari docuit,cum dixit,neceſſe eſt demonſtrationem fieri ex aliquibus.per quæ demonſtrantur,& circa quidpiam,cuius eſt demonſtratio, & quorundam, ipſorum quæ demonſtratur. At ſi vnum genus ſententiis ſubiicitur, cunctis demonſtrantibus, omnibuſq; ſcientiis vnum & idem genus erit ſubiectum. qui enim ad demonſtrationem quopiam vtitur, quod alicui generi, vniq; naturæ perſe adeſt, is non eodem in aliud: q̃ in illud cui perſe adeſt vtetur.neq; enim quodlibet per quodvis demonſtratur. Nam qui aliqua in geometria demonſtrata vſurpat, is non ad aliud, q̃ ad geometrica ſubiecta vſurpabit. ſcilicet quoniam his per ſe adſunt. Eadem erit ratio in muſicis demonſtrandis.Nam quod in hæc vſurpabitur,id ad nihil aliud, q̃ ad ſubiecta muſicæ accomodabitur.quoniam per ea quę perſe ſuppetunt:eorum quæ perſe adſunt demonſtrationes fiunt.Qui ergo ſententias vſurpant,ad illud genus eas vſurpabunt,cui ſententiæ perſe adſunt. Adſunt autem vni tantum.ſiquidem eſt vna ſcientia ipſarum demonſtratrix,omnes autem ſcientiæ ad ea quę demonſtrãt,ſententiis vtuntur,omnibus ergo ſcientiis idem genus erit ſubiectum.quoniam omnes ſententiis vtuntur, hę vero in vno genere habẽtur.nec fieri poteſt,vt quæ alicui perſe ſuppetunt p demõſtrationẽ, ea in aliud vſurpẽtur,q̃ in id,cui perſe ſuppetunt. Quod ſi omnibus ſententiis idem genus ſubiicitur,& omnes per eadem demonſtrant:demonſtrant enim omnes per ſententias,efficitur,vt omnes ſcientię eædem ſint.

At vero ſi alia ſit ſubſtantiæ ſcientia: & alia item de ipſis: vtra ſit potior ipſarum,& ſuaptenatura prior. Vniuerſaliter enim dignitates maxime ac omnium principia ſunt,

xxiiii. (At vero ſi alia ſit ſubſtantiæ ſcientia,& alia item de ipſis). poſtq̃ argumentis docuit, non pertinere ad eandem ſcientiam:de principiis ſubſtantiæ, ac de principiis demonſtratiuis differere,& demonſtratiua principia non poſſe demonſtrari extrinſecus confirmauit,protinus id,quod ſequitur inquirit. vtra ſit ſapientia, & vtra potior, priorq;, ea ne quę de ſubſtantiæ, an quæ de demonſtrationis principiis ediſſerit. At rationi magis eſſe conſentaneum, eam eſſe ſapientiam, quæ verſatur in ſententiis,arguit ad hunc modum.ſcientia.quæ in primis verſatur.prima eſt:ſententiæ autem primæ ſunt. quod docet dicens.(Maxime nanq; vniuerſalia,& omnium principia ſententiæ ſunt). Vniuerſalia.n.priora ex natura ſibi ſubiectis eſſe demonſtratum eſt.huiuſmodi autem. ſunt ſententiæ,cõmunes.ſ.omnium,& vniuerſales.quoniam quęcunq; demonſtrãtur. per has demõſtrantur,& hę cunctorum ſunt principia.principia porro priora ſunt eo: cuius ſunt principia.Ita hęc in vniuerſum captio quędam eſt,quę in eo fallit,qđ ſumit ſententias ſimpliciter prima,& vniuerſalia eſſe.Neq; enim ſi qua ſunt quorumpiam cõmunia,protinus ipſorum vniuerſalia ſunt. Neq; vniuerſalia ſimpliciter & proprie prima ſunt.ac proinde non erit ſimpliciter prima & nobilior, quæ de vniuerſalibus agit. Accedit. quod principia non demonſtrantur per ſententias. quippe quæ demonſtrari nequeunt.

Quod ſi non ad philoſophum,ad quem nam alium verum de ipſis ac falſum contemplari ſpectabit?

xxv (Quod ſi nõ ad philoſophũ)quod quęſiuerat,cuius nã eſſet de his prĩcipiis diſputare oĩum.n.aut nullius eſſe videbaẽ,nſi eſt ĉdit par eſſe,vt philoſophus de ſentẽtiis ediſſerat,quę demõſtratiõis prĩcipia ſunt.qbus oĩum quęſitorũ veritas in primis demõſtraẽ. quod arguit docẽs,abſurdũ eſſe dictu,aliud quĩpiam prẽter philoſophũ de vero,& falſo diſſerere.(De ipſis).i.de ppoſitionibus in quarũ numero habẽtur ſnĩæ. Quis.n.alius de vero & falſo quod ppoſitionibus ineſt, diſputabit,niſi philoſophus?His autẽ arguiẽ licet de demõſtratione eiuſq; principiis diſſerere nõ ſit primi philoſophi, at certe philoſophi eĉ,qbus verbis oĩo ſtatui videẽ demõſtratricẽ doctrinã prẽ eĉ philoſophię. Prætereа vna ne oĩum ſubſtantiarũ, an plures ſciẽtiæ ſunt. Atq; ſi nõ vna ſit,cuiuſnã ſubſtantiæ hãc ſciẽtiã ponere oportet. Vnã aũt oĩum eſſe,non eſt cõſentaneũ rationi,Et demõſtratiua nãq; ſciẽtia vna oĩum per ſe accidẽtiũ erit.Si quidẽ oĩs demõſtratiua ſcientia circa aliquid ſubiectũ ex opinionibus cõmunibus accidẽtia per ſe contemplatur. Eiuſdẽ igitur eſt p ſe accidentia ex eiſdem opiniobus circa ſubiectũ aliquod cõtemplari.

(Ad ſummam vna ne oĩum ſubſtantiarum, an plures ſcientię ſunt). quoniam ſubſtan xxvi
tiarum aliæ intelligibiles, & immobiles ſunt, aliæ motu verſantur: & ſub ſenſum cadũt.
id circo quærit de omnibus ſubſtantiis differere vnius ne an pluriũ & diuerſarum ſciẽ
tiarum interſit, ac niſi vnius, cuiuſmodi ſubſtantiæ diſputatrix doctrina hæc quæ dicit
ſapientia, cenſeri debet. Neq; enim par eſſe ait omnium ſubſtantiarum vnam eſſe ſciẽ
tiam arbitrari. cuius rationem infert. quia ſi vna eſſet omnium, vna ſcientia demonſtra
ret, quæcunq; perſe accidunt ſubſtantiis. omnis enim ſcientia demonſtratiua accidẽtia
demonſtrat, quæ perſe generi, in quo verſatur adſunt. quare ſi ſubſtantiæ vna eſt ſcien
tia, ſubſtantia vnum quoddam genus fuerit. quoniam ſi vnius generis ſcientia vna eſt,
nimirum & cuius vna eſt ſcientia, id vnum eſt genus. Quod ſi ſubſtantia vnum genus
eſt, & quæ vni generi perſe accidunt ab vna ſcientia demonſtrantur, profecto vna erit
ſcientia quæ cunctis ſubſtantiis per ſe accidentia demõſtret. proprium eſt enim demõ
ſtratiuæ ſcictiæ, in aliquo ſubiecto, contemplari, quę illi perſe cõtingunt, idq; per axio
mata & cõmunes ſententias, (Eiuſdem igitur eſt perſe accidentia circa idem genus ex
eiſdem opinionibus contemplari) circa idem genus. i. circa id, cuius eſt vnum genus.
Cæterum ex accidenti abſurdum inferre videtur, dum illud ſumit ad ſcientiam perti
nere ea demonſtrare, quæ genere ſibi ſubiecto accidunt. Nam cum ſubſtantiæ cætera
cuncta accidant, fit vt qui de ſubſtantia ſcientiam vnam exiſtere tradũt, iis de omnibus
entibus vnã eſſe ſcientiã ſit cõfitendũ. quippe cum oĩa entia præter ſubſtantiã ſubſtan
tię ſint accidentia. Et hæc eſt cauſa cur ſic loquutus eſt. (Et demonſtratiua namq; ſciẽ
tia vna omnium perſe accidentium erit) quod vero ſtatim adiecit.

Subiectum enim circa quod vnius ſcientię eſt, & ea ex quibus vnius, iti
dem eſt: ſiue ſit eiuſdem, ſiue non eiuſdem, quare & accidẽtia ſimili modo,
ſiue hæ contemplantur, ſiue ex iſtis vna.

Subiectum enim circa quod vnius eſt ſcientiæ, & ea ex quibus vnius itidem eſt, ſiue ſit xxvii
eiuſdem ſiue alterius) id mihi huiuſmodi eſſe videtur. Effatus ſi ſubſtãtia eſt vnum ge
nus ſubiectum, fore, vt vna ſcientia omnium perſe ſubſtantiæ accidentium ſit demon
ſtratrix, ſubiungit in vniuerſum. (Nam circa quod vnius eſt ſcientiæ & ex quibus vni
us itidem eſt: ſiue eiuſdem ſiue alterius, quare & accidentia ſimili modo: ſiue hæ cõtem
plantur: ſiue ex iſtis vna.) ſenſus ergo eſt. Eiuſdem eſt ſcientiæ ſubiectum quid ſit con
templari, & quæ ſubiecto perſe accidunt, ex his enĩ & in his illius eſſe cõſiſtit. At cuius
ſcictiæ eſt cognoſcere, quæ perſe cuipiam adſunt, eius intereſt, quæ illi perſe accidunt
demonſtrare. Quanq; illud (ex quibus) ſic poteſt explicari. Ex quibus demõſtrationes
illius ſubiecti fiunt, ſi quidem per ea: quæ perſe accidunt, demonſtrationes cõficiuntur.
quæ nota eſſe oportet ei, qui in eo genere verſatur. Ergo cuius eſt ſubiectam naturam
cognoſcere, eius refert, quæ illi perſe adſunt cognoſcere. ſubſtantiæ nanq; ſubiectę co
gnitio. per ea comparatur, per quæ demonſtrationes fiunt eorum, quæ ipſi adſunt. At
cuius ſcientiæ hæc cognoſcere intereſt, eius refert, quæ perſe huic generi contingunt
demonſtrare. hoc eſt, quæ per demonſtrationem ipſi adeſſe demonſtrãtur. Nam cuius
eſt ſubiectum genus cognoſcere, & ea per quæ huic ſuppetẽtia demonſtrãtur. eius eſt
quæ illi adſunt demonſtrare. Cuius autem eſt aliqua demonſtrare, eiuſdem & cogno
ſcere. ſiue ergo vna ſcientia eſt. quæ in ſubiecto genere, atque ſubſtantia verſatur, pro
pterea quod vnum genus ſit, & vna quædam natura: vnius erit ſcientiæ omnia, quę illi
perſe adſunt demonſtrare. ſiue plurium alteriuſq; ſit de propoſito genere, & ſubſtantia
diſputare. propterea quod non ſit vna quædam illius natura. neq; enim ſiqua vni ſupe
riori generi ſubiiciuntur, ſtatim vnius ſcientiæ de his erit cõſiderare. ſed neceſſe eſt, vt
eiuſdem ſpeciei ac naturæ id ſit, quod cuiq; ſcientiæ ſubiicitur diſputandum ad plures
eas dẽq;

eaſdemq; pertinebit quæ ipſi perſe ſuppetunt; contingunt q; uerſantur. Illud autem
(Quare & accidẽtia ſimili modo, ſiue hæ cõtẽplantur, ſiue exiſtiſ una) huiuſmodi eſt,
Ad eaſdem doctrinas pertinet ſubiecti generis contemplatio, & quæ de iis habetur,
per quæ huic ſuppetentia demonſtrãtur, & eorũ quæ contingunt, & eidem adeſſe de
monſtrãtur, cognitio. Siue igitur illæ plures ſunt & interſe diſiunctæ, plures itidem
erunt, quæ iſthæc demonſtrant, ſiue una ex pluribus ſcientiis, quaſi ex partibus confla
ta, perinde ſe habebit, quæ huic generi ſuppetentia demonſtrat. Erit enim una, ex plu
ribus tamen ſcientiis tanq; ex partibus coacta. Quę idcirco ab ipſo adiuncta ſunt, qñ
quæ de ſubſtantia habetur doctrina omnis philoſophia eſſe uidetur. nõ tamen omnis
philoſophiã de omni ſubſtantia differit. Sed parte ſui de ſubſtãtia ſenſibili & naturali,
alia de ſubſtãtia intelligibili. Cæterum quaſi ad incommodum deduxiſſet, fore unam
ſcientiam eorum demonſtratricem, quæ ſubſtantiæ per ſe adſunt, conſtitit, nec intulit
quidpiam. Abſurdum nanq; dictu eſt, eandem ſcientiam ſubſtantiæ ſenſibili acciden
tia conſiderare, & item quæ intelligibili ſubſtãtiæ cõtingunt. Sed quærat aliquis quo
modo ſubſtantia non eſt unum genus, ſi genus unſi nunc appellet non quodlibet cõe
ut dicebat, ſed unam ſpeciem & unam conformem naturam? Sic enim una ſcictia in
uno genere uerſatur, non quod omnia conſideret, quæ ſupremo & communiſſimo
genere continentur, ſed quia de iis diſſerit, quæ eiuſdem ſpeciei ac rationis ſocietate
conſentiſſt. Põt etiã illud (circa quod unius eſt ſcientiæ, & ex quibus unius itidẽ eſt)
In hunc ſenſum accipi. In quo genere una eſt ſcientia conſiderans quid eorũ quodq;
eſt quæ illi generi ſubiiciuntur ac definitionem inquirẽs, in eo una itidem eſt, quę co
gnoſcit ac demonſtrat ea, quæ ipſi adſunt, & ex quibus eſſe illi ſuppeditatur. Demon
ſtrationes enim per ea, quæ cuiq; per ſe ſuppetunt, quæq; illi per ſe accidũt conſtituun
tur. Eſt autem unius ſcientiæ cognoſcere, quæ per ſe uni cuipiam generi adſunt, qñ
ubi una eſt definitiua ſciẽtia, demõſtratiua quoq; una eſt. Illud enĩ (quod) ſubſtãtiam
ſignificat & quiditatem. Illud uero (ſiue eiuſdem) ſignificat definire idem ſubiectum,
& demonſtrare quæ ipſi perſe ſuppetunt? hoc eſt. ſiue eadem eſt ſcientia definitiua, &
demonſtratiua, ſiue diuerſa, nec ambæ partes unius ſunt. conſequẽs certe fuerit unius
eſſe ſcictiæ quæ generi eidem per ſe cõtingunt demõſtrare. hoc enim dictioni deeſt,
quæ ad hunc modum eſſet plena. Quare & accidentia ſimili mdo contemplari atque
demonſtrare unius erit. Cuius enim eſt ea ex quibus, huius perinde refert ſubiecto ac
cidentia demonſtrare. Siue harum utraq; diuerſa ſcientia eſt, quæ p ſe ſubiecto ſuppe
tentia cõſiderat, ut ſit quæ aſſumit definitiua, quæ uero demonſtrat, demonſtratiua. ſi
ue una quædam eſt ſcientia ex utraq;, ideſt ex definitiua, & demonſtratiua conflata.
Nã quẽadmodũ una eſt quæ definit, ac oſtendit unius quiditatem, ſic item una eſt, quę
demonſtrat. In quibuſdam exemplaribus pro illo (ſiue hæ) ſcribitur, ſiue eædẽ. Cuius
ſenſus eſſet. ſiue in uno genere definitiua & demonſtratiua eædem ſunt inter ſe, ſiue
non eædem, ſed partes unius, ut ſubiecti generis ſcientia ex utraq; conſtituatur.

Præterea verum circa ſubſtantias ſolum ſit contemplatio: an & circa ea
quæ ipſis accidunt. Dico autem hoc pacto: ſi ſolidum ſit ſubſtantia quæ
dam: & lineæ atq; plana. vtrum ad eandem hęc & accidentia circa vnum
quodq; genus de quibus mathematicæ demonſtrant: an ad aliam ſcien
tiam cognoſcere ſpecter. Nam ſi ad eandẽ pertineat: dãmonſtratiua quæ
dam & ſubſtantiæ profecto ſcientia erit: At ipſius quid eſt, non videtur
demonſtratio eſſe. Sin ad aliam quænam eſt ea, quæ accidentia circa ſub
ſtantiam contemplatur: hoc enim aſſignare facile admodum eſt.

I

Præterea utrum ſolas ſubſtantias ſenſibiles eſſe, an & præter haſce dicendum eſt alias eſſe. Et utrum unum ſit genus, an plura ſubſtantiarum ſint genera, ut ii putant qui formas inquiũt, & res eas medias eſſe, circa quas mathematicas uerſari ſcientias dicunt.

xxviii (Præterea utrum circa ſubſtantias ſolum ſit contemplatio, an & circa ea, quæ ipſis accidunt.) Hęc quoq; quæſtio ſupra fuit ab ipſo in dubiorum expoſitione commemorata. quod autem hic dubitat, illud conſequitur, quod ſtatim dixerat. ſcilicet (circa quod enim unius ſcientiæ, & ea ex quibus unius itidem eſt, ſiue ſit eiuſdem ſiue alterius.) quibus uerbis cum docuiſſet, unius eſſe ſcientiæ, ut ſubiectum genus definire, ſic & quæ perſe ipſi accidunt demonſtrare, & deinde dubitaſſet, utrumque ne ad eandem ſcientiã pertineat, an ad alterã definire, ad alterã uero demonſtrare, nunc ſeparatim de hoc dubitat. quęritq; utrũ propoſita ſcięntia, hoc eſt ſapięntia ſubſtãtias ſolũ conſideret, eſſe ſubſtantiæ, & quę ſit ipſius definita natura inueſtigans, an accidentia quoq; perſe ſubſtãtię cõtempletur. ut eadem demõſtratiua ſit. Nã ſi eiuſdẽ munus eſt ſubſtantiam atq; per ſe contingẽtia conſiderare hęc nimirũ demonſtratiua fuerit. eſt enim demonſtratiuę, quę ſubſtantię per ſe adſunt demonſtrare. cui uelut incommodum adiunxit (demonſtratiua quędam, & ſubſtantię profecto ſcientia erit.) quaſi hoc cõſentaneum ſit demonſtratiuę, ſumens uidelicet illud, ipſam de quibus diſſerit ac contemplatur, ea demonſtrare. (At ipſius, inquit, quid eſt non uidetur demonſtratio eſſe.) definitionis, & quiditatis merito ſumens non eſſe demonſtrationem. Hoc enim in poſterioribus reſolutoriis oſtendit. Quanquam non eſt omnino conſequens, ſi eadem ſcientia ſubſtantiam, & quid eſt ſubſtantia atq; per ſe ſubſtantię contingentia conſideret, ut eadem protinus ipſum quid eſt demonſtret. Neq; enim ſi ſcientia, quę ſubſtantiam conſiderat, eadem eſt demonſtratiua, ſtatim fuerit ſubſtãtię demonſtratiua. Nam ipſum quid eſt per definitionem accipiet, demonſtrabit autem ea, quę per ſe adſunt. hęc enim ſunt demõſtrabilia. Non enim ſi eadem de utriſq; diſſerit, idcirco de utriſq; ſimiliter diſputabit. Neq; definire, & demonſtrare idem efficiuntur, propterea quod ad unum pertineant. hic autem cum aſſumpſiſſet demonſtratiuam fore ſubſtantię ſcientiam, tranſpoſuit illud, ſubſtantiam futuram demonſtrationis. uel ut proprium ſit demonſtratiuę ſcientiæ ſubiectum ſuum per demonſtrationem cõſiderare. Cæterum ut oſtendat, in quem ſenſum illam quæſtionem accipiat, utrum hęc doctrina de ſubſtantia tantum conſideret, an etiam de ſubſtantię accidentibus, geometrica ſubiecta gratia exempli proponit. Solida, plana, & lineas, hęc enim ſubſtãtias appellat, qm̃ his quędã per ſe adſunt. de quibus geometra conficit demonſtrationes, eiuſdem nanque munus fuerit, horum quodq; contemplari, quid ſit ſolidum, quid planum, quid linea definire, & quæ horum cuiq; per ſe adſunt diſputare. Eſt enim lineæ definitio, non lata longitudo. Cui per ſe cõtingit exempli gratia rectam eſſe aut circularem. & illud ſi recta ſuper rectam conſiſtens pares inter ſe conſequentes angulos effecerit, utrunq; parium angulorum eſſe rectum. item ſuper ſtantem uelut perpendiculum eſſe ſubiectę, & cętera id genus. Quamq̃ exemplo ipſo quęſtionem propoſitam pene ſoluit. Siquidem geometræ de utriſq; diſputantes definitiones non demonſtrant, ſed planum eſſe longitudinem cum latitudine ſolum ſumentes, abſque demonſtratione ipſum uſurpant. Demonſtrant tamen quædã planis rectilineis, alia orbicularibus perſe adeſſe. neque idcirco ipſius quid eſt habetur demonſtratio. Itaque geometrę non habent ſubſtãtias quas ut ſibi ſubiecta definiant, ſcientia uero naturalis ſubſtantias pro ſubiectis habet, nihilo tamen ſecius ipſas definit, & quę illis per ſe adſunt demõſtrat. Non enim murdus quid ſit, aut quid ſol, quidue alia ſubſtantia naturalis, demõſtrat. De figuris autem uel motu, locis ue & cæterit, quæ per ſe rebus naturalibus cõtingunt, non item diſputat demonſtrationesq; conficit. Pari ergo ratione ſi primis ſubſtãtiis quidpiam accidit, qui de ſubſtantia ipſarum conſiderabit, idem de accidentibus eius diſputabit, demonſtrationesq; conficiet. Sed quoniã ſi eiuſdem ſit ſcientiæ de utriſq; conſiderare, ut iiconmodũ intulit, hinc fieri, ut definitionis & quiditatis habeatur demõſtratio, exponit rurſus ſi non eſt unius de utriſq; conſiderare quod dubium cõſequatur. Nam cum ab ea diſceſſeris, inquit, quæ ſubſtantiam contemplatur, quæ nam alia, ſubſtãtiæ per ſe accidentia cõſideratura, demõſtraturaq; ſit difficulter inuenies? Cui quod uerũ eſt ſubiicit non eſſe facile inuenire aliam ſcientiam quid eſt ſubiectũ conſiderantem, aliam uero, quæ per ſe ſubiecto adſunt. nõ ſolũ in ſubſtãtia, ſed etiam in quouis alio genere. Fieri enim non poteſt, ut qui rei ſubſtantiam ignorat, is rei accidentia demonſtret. Deinceps quærit id quod initio quarto loco propoſuit. Utrũ ſolas ſubſtantias ſenſibiles eſſe cenſendum ſit, an præter has aliæ ſubſtabtiæ per ſe ſint. Itaq; non ſolũ dixit utrum præter ſubſtantias ſenſibiles aliæ ſint, ſed addit id quod in dubiorum enarratione adiunxit dicens, utrũ hæ tantũ ſint, an plura ſint huiuſmodi ſubſtantiarũ genera. ut aliæ ſint ideæ & exemplaria, aliæ mediæ inter ideas & ſubſtantias ſenſibiles, ut mathematicæ. hunc enim locum mathematicis tribuebat Plato. qui ſubſtantias per ſe eſſe putabat a ſenſibilibus, & ideis diuerſas. Quęrit igitur de hoc num ſubſtantiarum plura genera habeantur. & plura non haberi demonſtrabit dicta refellendo.

Quemadmodum igitur ipſas formas cauſas atq; per ſe ſubſtantias eſſe dicimus: in primis ſermonibus de ipſis eſt dictum.

xxix. (Vt igitur ipſas formas cauſas, atq; per ſe ſubſtantias eſſe dicimus, in primis ſermonibus de ipſis eſt dictũ.) Propoſita quæſtione num ſolæ ſubſtãtiæ ſenſibiles ſint, an aliæ præterea, & an plura genera ſint earũ, quę a ſenſibilibus ſunt diuerſæ, ut ueteribus Platonicis uidebatur, qui ideas, & mathematicas ſubſtantias aſſerebant, de his inquirit, num fieri poſſit, ut huiuſmodi aliquæ ſubſtantiæ ſint. Sed anteq̃ his de rebus diſſerit, admonet nos, quales has ſubſtantias, illi eſſe putauerint. ad ea relegans, quæ in primo libro dicta ſunt. Vnde multis iam rationibus intelligitur, illũ quoq; librum Ariſtotelis eſſe, & ad propoſitam doctrinam pertinere. Illic enim more ſuo de ipſis perinde locutus eſt. atq; hoc in loco meminit. Nam utrobique uelut in propriam opinionem ediſſerit, dum idearum ſententiam refellit. Illud uero (ut igitur) dictum eſt loco huius, quomodo igitur. In primo autem libro Platonicos putaſſe docuit, ideas eſſe ſubſtantias quaſdam per ſe intelligibiles a ſenſibilibus ſeiunctas. ad quarum exemplar ſenſibiles eſſe obtineant. quæq; ad formalem cauſam, & quiditatem referantur.

At cum multæ difficultates habeantur de ipſis: non minus idem abſurdum aſſerere quidem quaſdam eſſe naturas, præter eas quæ ſunt in cœlo has autem dicere non differentes a ſenſibilibus eſſe, niſi duntaxat æternitate: quippe cum illas perpetuas faciant: hę uero oriantur ac occidãt. inquiunt enim eſſe ipſum hominem & equum ac ſanitatem: aliud uero nihil perinde facientes atq; ii qui deos quidem inquiunt eſſe: humanã autẽ formam habere: neq; enim illi quicq̃ aliud, q̃ homines æternos: neq; ii formas aliud quicq̃, q̃ res ſenſibiles perpetuas faciunt.

xxx. (At cum multæ difficultates habeantur de ipſis, non minus eſt abſurdum aſſerere, quaſdam eſſe naturas preter eas, quæ ſunt in cœlo. Quę ſint plures hæ difficultates in primo libro explicauit. (Præter eas, inquit, quæ ſunt in cœlo) ideſt, præter ſenſibiles,

& quæ in mundo habentur. Nam mundū cœlum appellat. quaſi dicat in loco exiſtentes,& natura conſiſtentes.has enim proprie in cœlo eſſe ait. Cū igitur idearū dogma multa incommoda conſequantur,dubiū eſt enim quę ſit ipſarū ſubſiſtentia,ſubſtantia ne, an ſecus , & quis eſt cōis modus ,& cætera de quibus in primo libro eſt dictum, nihilominus inquit , abſurdum eſt , id quod hoc in loco addit , dicere uidelicet , eſſe quaſdam naturas ab his ſenſibilibus ſubſtantiis & natura cōſiſtentibus diuerſas, ideas ab illis nuncupatas? quas quidem naturas a ſenſibilibus, & in cœlo exiſtentibus æternitate ſolum differre ſtatuebant . quod ipſorum dogmati conſentaneū eſſe ex ipſorum dictis edocuit . Aiunt enim ipſi hominem eſſe & ipſi equū , & ipſi ſanitatem,nec aliud quidq̄ de his dicunt. At ſi homines illa ſunt, & equi a ſenſibilibus ſolo ipſi diſcrepantia,pfecto cætera eadē habebūt, atq; ſenſibilia. Tradētes enim illorū definitiones eſſe, quoq; ipſas congruere dicunt,diſcrepabunt tamen ſola eternitate,quæ additamēto ipſi uidetur ſignificari,prorſus ut illa quoq; ſenſibilia ſint.Nā ut q tradūt deos eſſe coſdēq; humana forma prędītos,ii deos homines æternos faciūt per nomē deus,de ipſis æternum prædicantes,ſic qui formas,eadem atq; ſenſibilia eſſe faciūt,ſolo ipſi additamēto excellentes,hi ſenſibilia æterna ideas eſſe faciunt.Nihil enim homo aut equus eſſe poteſt,& horum rationem recipere,ut non idem ſenſibile ſit,& ſenſuale. quod ſi uerum eſt,idearum poſitione non efficitur,ut non tantū ſubſtātiæ ſenſibiles ſint. Quod uero dixi in primo maiore,dum in hoc idearum dogma diſputaret, qui rerum aliquā ſcientiam accipere uolebāt,eos ad ipſarum cauſas rimandas acceſſiſſe,& cum præſentibus ſubſtantiis totidem numero affinxiſſent, tunc demum ſe rerū ſcientiam ſe aſſecutos exiſtimaſſe,quomodo dictum ſit,hoc in loco declarat.qm̄ idearū auctores nihil aliud, q̄ ſempiternas ſubſtātias eaſdē pareſq; ſubſtātiis,quæ inquiūtur accipiebāt.Siquidē a ſenſibilibus ſolo additamēto ,ipſi quod æternitatē ſignificare uideī,differūt.

Præterea ſi quiſpiam pręter formas & ſenſibilia/res ipſas medias ponet. Complures ſane difficultates habebit.Patet enim lineas ſimiliter præter ipſas & ſenſibiles fore:& cæterorum generum quodq;.Quare cum aſtrologia vna ſit horum ſciētia:erit & quoddam cœlum pręter hoc ſenſibile cœlum:& ſol & luna & cætera ſimiliter quæ ſunt in cœlo.At quo nam pacto his eſt credendum:nam neq; immobile illūd eſſe conſentaneum eſt rationi:& omnino fieri non poteſt vt moueatur . Similiter & de his eſt putandū circa quæ muſica/mathematica/perſpectiuaq; verſatur: neq; enim ipſa præter ſenſibilia poſſunt ob eaſdē cauſas eē: nā ſi media ſint ſenſibilia: patet & ſenſus & aīalia iter formas,& res ipſas caducas cōtinuo fore.

xxxi

(Præterea ſi quis piam præter formas & ſenſibilia res medias ponet , complures ſane difficultates habebit.) Poſtq̄ de ideis diſputauit,tranſit ad ea, quæ inter ideas, & ſubſtantias ſenſibiles media dicuntur,hoc eſt ad mathematica, quæ iſtis ſubſtantias per ſe ſubſiſtentes eſſe placebat.quam opinionem multis incommodis & difficultatibus implicari ait, per hæc autem difficile factu eſſe docet aliam naturam præter ſenſibiles accipere. Explicat igitur difficultates,quæ inde naſcuntur.Nam quemadmodum puncta eſt linea quędam mathematica pręter ſenſibilem & ideam, de qua linea mathematica diſputat geometria,ſic cętera mathematica ſeſe habebunt.oēs enim mathematici quaſdam medias naturas habebunt , de quibus ediſſerant . Cum igitur ſit de numero mathematicarum aſtrologia,quæ de cęlo, & ſole, & luna cæteriſq; aſtris ediſſerit, profecto horum quodq; inter ſenſibiles cœlum ſolem & lunam,cæteraq; aſtra ipſaſq; ideas

medium fuerit.At qui fieri poteſt,ut ſit mundus aut ſol quidam mathematicus qui nō moueatur,quoddam ve aliud aſtrum?cum horum ſubſtātia,& natura cum certo quodam motu ſit.iſti autem mathematica immobilia eſſe tradant. Nam ſolem & lunā moueri quidem,non tamen ſenſibilia,ſed mathematica eſſe abſurdius dictu eſt , q̄ eadem aſtra immobilia eſſe,fieri enim non poteſt, vt quidq̄ moueatur, quod materia careat, nec ſit ſua natura ſenſibile. Et quidem hoc incommodum iis quoq; obiici pōt, qui cæli ipſiceli ideā eſſe aiunt , & ſolis ipſiſolem. quō enim horū aliquod immobile valeas intelligere? Eadem eſt perſpectiuæ in ea in quibus verſatur ratio. harmonicæ itē mathematicæ,ſeu muſicæ,hæc aſſit eſt non quæfidiū cātus modulatur,quę iſtis erga ſenſibilia uerſari uidetur,ſed ea quę demōſtrat in qua numerorū ꝓportiōe cōcētus quiſq; conſiſtat. hęc enim eſt mathematica,quippe quę in mathematicis uerſatur. harū igitur eadem ratio eſt atq; aſtrologię.oēs enim hę cū mathematicę ſint, aliquas ſubſtārias mathematicas ſubiectas habebunt ſenſibilium ac idearū medias. At qui fieri poteſt, vt aliqua ſint aſpectabilia,quæ nō ſint eadem ſenſibilia ? de quibus perſpectiua differat. vel aliqua ſub auditum cadant,quę ſenſum effugiant:de quibus muſica. Nam eſſe perſpectiuum eſt de aſpectabilibus diſſerere,eſſe muſicum,de iis quę auditu percipiſſitur diſputare,hinc enim cōſequetur,quoſdā medios eſſe ſenſus ab his diuerſos, quibus media illa percipiantur, porro ſi ſenſus alii huiuſmodi fuerint, haud dubie alia erunt animalia prędita illis ſenſibus idearū mortaliumq; animantium media.Cum ſenſus abſq; animalibus conſiſtere nequeant.

Dubitauerit autem quiſpiam , & circa quas rerum has ſcientias quærere oportet. Nam ſi hoc geometria a facultate partiendi terras differt ſolum: quod hæc quidem horum eſt quæ ſentimus,illa vero non ſenſibilium:patet & præter medicinam , & cæterarum quoq; facúltatum : aliam quandam fore inter ipſam medicinam, & hanc medendi artem,At hoc qui fieri poteſt ? erunt enim quædam ſana præter ſenſibilia : & ipſum etiam ſanum:& inſuper neq; hoc verum eſt:facultatem inquam partiendi terras, ſenſibilium eſſe magnitudinum:& quæ non vacant corruptione.corrumperetur enim cum illæ intercūt:At vero neq; aſtrologia,quæ eſt circa hoc cœlum , magnitudinum ſenſibilium erit : neq; enim ſenſibiles lineæ tales ſunt,quales eſſe geometria dicit . Nihil enim ſenſibilium adeo eſt rectum, aut rotundum. Normam nanq; non puncto circulus tangit: ſed vt Protagoras dicebat redarguens geometras:neq; motiones reuolutioneſq; cœli ſimiles ſunt hiſce:de quibus aſtrologia ſuas rationes facit:neq; puncta eādem naturam habent,quam ſtellæ.

xxxii. (Dubitauerit autē quiſpiā,circa quas rerum has ſcientias querere oportet. Quoniam iſti dicebāt mathematicas diſciplinas in rebus ſenſibilium ac idearum mediis uerſari, quærit,circa quæ ſenſibilia ſunt hęc media de quibus doctrine mathematicę conſiderant. Vt uero inquit,erga geodæſiam, ideſt, partiendæ terræ doctrinam geometriam eſſe aiunt,quæ ab ipſa nō alio diſtet , q̄ꝑ geodæſia in ſenſibilibus uerſatur, & horum menſuras in Aegypto inuenit ad regionem diuidedam. Cuius priſtini termini inundatione Nili confunduntur . Geometria uero non uerſari in ſenſibilibus . Eſſe autem aliam quæ circa horum ideas uerſatur,quemadmodū igitur res ſe habeat in geodeſia, & geometria,ſic ut in medicina ſeſe habeat neceſſe eſt. Sitq; medicina quędā in ſenſi-

bilium animalium ualetudine uerſetur, geodeſiæ proportione reſpõdẽs, alia uero intelligibilis ab ipa diuerſa, quæ media ſit eius quæ de ipiualetudine tractat, & eius quæ in ſenſibilium ualetudine uèrſatur. geometriæ proportione ſimilis. quo fiet, ut ſit ualetudo quędẽ ab ipiualetudine & ab ea que in ſenſibilibus habeẽ diuerſa, intelligibilis, & in animalibus intelligibilibus. Nã quẽadmodũ cũ ſit ipi triangulus, & ipilinea, ſint item ſenſibilia, quę geodeſia contẽplatur, ſunt tñ hoꝝ quædam media de quibus diſſerit geometria, ſic cũ ſit ipiualetudo, ſitq; ualetudo quę ſenſibilibus ineſt, in qua uerſatur medicina, erit tñ quędam harũ media ualetudo & medicina. cũ ratio eadem ſit. Quod ſi quędã ualetudo & medicina media eſt, alia quoq; ſalubria fuerint, qbus medicus ille cõſulat ualetudini, ac pinde alia animalia, in qbus inſit illa ualetudo. Quod incõmodũ effugiũt, qui mathematica ex abſtractione a ſenſibilibus intelligũt, nec ꝓpriã ipſis ſubſiſtẽtiã tribuũt. Nã non efficiẽ hinc, ut ualetudo aliqua mathematicis proportione reſpõdẽs ex abſtratione intelligaẽ. Neq; enim ſubſtãtiã a corpore naturali ſeiect cogitatione ſegregare. Dixit de medicina, pari ratiõe de cęteris artibus licet diſputare. Nam cur hoc in geometria locum habeat, & ab aliis ſcienitis excludatur, cauſam reddităeſſe oportuit. hæc ubi diſſeruit, illud quoq; in iſtoꝝ ōpinione damnat, quod geodeſiã in ſenſibilibus uerſari arbitrabãtur geometriã, in' quibuſdã aliis. Neq; enim geodeſia de ſenſibilibus ediſſerit, cuius ea fides eſt, qđ ſi ſenſibilia conſideraret, cũ ipis interiret. qm̃ neceſſe eſt, ut intereũte ſubiecto, peat id, qđ in ipo uerſaẽ. Si.n. id in quo uerſaẽ qdpiã pierit, neceſſe eſt, ut illud quoq; fuerit deletũ, qđ i hoc uerſabaẽ, cũ eẽ illi cõſiſtat in eo qđ uerſeẽ in hoc. Nũc aũt nulla neq; ars neq; ſcia intercidẽtibus his pit. ac proiñ ne ipa qdẽ terras partiẽdi ars, quã geodeſiã appellamus. quo fit, ut neq; ea cõſideret, aut in iis uerſeẽ, quę ſẽſibilia, & mortalia ſũt, ſed uniuerſale, qđ eſt ſempiternũ. Oĩs nanq; ſcia cĩſq; ars circa uniuerſale cõſiſtit, qđ ſub ſenſũ nõ cadit. Neq; n. ſi ſciæ artesq; ad ſenſibilia defecẽdũt, ꝓtinus in ipis uerſaẽ, ſed cũ in uniuerſalibus uerſeẽ, agũt qdẽ de ſenſibilibus, ſed nõ q̃ ſenſibilia, & hæc ſunt, ſed qua talia, quaq; ſunt cõis participia. At ſi geodeſia nõ cõſideraret ſenſibiles magnitudines, nihil eſt, qđ iſti ab hac geometriã ſeiũgãt, ꝓpterea qđ ipa intelligibiles magnitudines cõſideret, cũ etiã geodeſia hęc eadẽ cotẽpletur. Eadẽ rõne medicina nõ ſpectat ſenſibilẽ ualetudinẽ. alioqn intercũtibus iis ĩ qbus uerſaẽ, ipa quoq; aboleret. Deinceps ne aſtrologiã qdẽ de ſenſibilibus agere docet. ut de hoc cœlo, de his aſtris. Nã licet hęc immortalia ſint, ac pñ nõ ſecũ intereũtia tollãt ſciẽtiã, quæ in ipis uerſaẽ, hoc eſt aſtrologiã, docet tñ eandem nõ in his uerſari, ſed in aliis, & horũ ſubſtãtiã ꝑ alia demõſtrari. Nec n. tales ſenſibiles lineas licet accipe, quales in demõſtrationibus aſtrologus ſumit. quia nihil ſenſibiliũ ita rectũ eſt. nã geometrã ꝑ aſtrologo dixit. Sed quales geometra lineas eſſe aĩt, tales aſtrologus ad aſtrologicas demõſtrationes uſurpat. Siñ nihil ſenſibile ita globoſũ eſt, aut circulare, ut geometra definit. Nã circulus ſenſibilis normã planũq; ſenſibile non tãgit ꝑ pũctũ. At mathematici, & aſtrologi globũ atq; circulũ a plano ꝑ punctũ cõtingi tradũt. Quãobrẽ Protagoras ſumpto a ſenſibilibus argumẽto geometras arguebat mẽdacii, docẽs nihil ſenſibiliũ eſſe tale. quale illi eſſe dicunt. Dum ipſe quoq; ignorat geometras, ut aliũ quĩuis artificẽ, nõ de ſenſibilibus diſputare. Quid? quod ne motus quidẽ aſtroꝝ ipiusq; cœli in orbẽ acti uertigineſq; tales ſunt, quales ab aſtrologo ſumuñ? quippe q̃ lineas, uertiginẽq; & circulũ ſumit, quæ ſunt lõgitudines uacãtes latitudine. & in his motus fieri ponit. In rebus aũt ſenſibilibus nulla eſt lõgitudo, quæ latitudine careat. Prẽterea mathematici aſtra ſigna quędã, hoc ẽ pficta eſſe & ſigni rõnẽ in cœlo obtinere dicũt. At ſignũ eſt cuius pars nõ eſt, quale nullũ aſtꝝ habeẽ. Si ergo in rebus ſenſibilibus ars nulla uerſatur, nimiunr inter artes, & ſcientias mathematicas id diſcrimen eſſe nõ poteſt, quod aliæ ſenſibiles ſubſtãtias, mathematicæ uero intelli-

gibiles quaſdam conſiderent. ut enĩm hæc demonſtraret, adiecit illa.

Sunt autem qui eſſe quidem inquiunt ea: quæ media dicuntur inter formas ac ſenſibilia eſſe: nõ tamen ſeorſum a ſenſibilibus, ſed in iis ipſis eſſe: quibus omnia quæ eueniunt impoſſibilia receſſere, longioris eſt ſane orationis: ſatis autem fuerit & talia contemplari. Neq; enim hæc ſolum ita ſe ſe habere conſentaneum eſt rationi: ſed paret & ipſas formas in ſenſibilibus eſſe poſſe: eiuſdem enim ſunt hæc utraq; rationis. Prætera duo ſolida eſſe eodem in loco neceſſe eſt: & non inmobilia eſſe: quippe cum ſi in ſenſibilibus ſint: neq; quidem motu cientur: oĩno autem cuiuſnam gratia quiſpiam eſſe quidem ipſa: in ſenſibilibus autem eſſe ponet: eadem enim abſurda venient, & huic ſententiæ: quæ & antecedenti. Erit enim quoddam cœlum profecto præter hoc cœlum: Verum nõ ſeorſum: ſed eodem in loco: quod quidẽ magis fieri nequit. De his igitur magna eſt dubitatio: quonam modo poſitis veritatem conſequi poſſumus.

xxxiii (Sunt autem qui eſſe quidẽ inquirũt ea, quę media dicuntur inter formas, & ſenſibilia eſſe, nõ tñ ſeorſum a ſenſibilibus.) Poſtq̃ eos redarguit, qui mathematica ſubſtantias quaſdã per ſe ab ideis, & ſenſibilibus ſeparatas eſſe tradebãt. Ad eoꝝ ſententiã refellendam trãſit, qui mathematica eſſe quidẽ aiebant per propriã quandam naturã, nõ tñ extra ſenſibilia eſſe, ſed in ipſis. Quæ ſententia hoc differt ab ea, quæ mathematica ex abſtractione ſumi ac intelligi tradit, in qua ipſe fuit, quod illi mathematicis propriam quandam naturam diuerſam a ſenſibilibus tribuũt, cæterum eadẽ in ipſis ſenſibilibus eſſe aiunt, quæ nõ ſint aliquid ipſorũ, ſed in ipſis inſint ab ipſis diuerſa. qui uero ipſa ex abſtratione ſumunt, ſeparantes ratione quędam ex ſenſibilibus, relinquunt omnia ipa cum ſeparatis tota ſenſibilia. quæ tamen ſeparata ipſa per ſe ſenſibilem naturam complere nequeãt, neq; in quodã interuallo intelligatur. Nã interuallũ, quod in mathematicis intelligitur, cum ratione ſeparatis paſſiuis ſenſibilis natura eſt. In utriſq; enim natura ſenſibilis eſt, quæ in ſubſiſtentia eſt per naturam. At iſtorum opinionem multo magis a ratione dicit abhorrere, q̃ eam, quæ mathematica ſeparata eſſe tradit. Sed pleriſq; incommodis, quæ hanc ſententiam conſequuntur, in præſentia ſilentio prætermiſſis, illud tamen apponit, quod efficitur eadem ratione, ut ſint ideæ in rebus ſenſibilibus ponendæ. Si enim hæ cum ſubſtantiæ ſint perſe intelligibiles, in ſenſibilibus tamen habentur, cur ideæ, quæ ſubſtantiæ quoq; intelligibiles ſunt, non erunt in ſenſibilibus? Ratio enim ſubeſſe debet, cur hæc in ſenſibilibus inſint, illa non item. Cæterũ ex hac opinione multa euenire incommoda dixit in ſecũdo libro, & in primo maiore meminit. Cũ ſentẽtiã Eudoxi refutaret. & in huius opis tertio decimo docebit. (Prẽterea duo ſolida in eodẽ erũt loco.) Mathematicũ. ſ. ſolidũ, qđ ſtereometria, ideſt, ſolida metiẽdi doctrina cõſiderat, & ſolidũ ſenſibile. Si illud eſt in hoc futurũ. Corpus n. per corpus diffundetur penetrabitq;, ſi horũ quodq; per ꝓpriã naturã eſt, & alterum habetur in altero. Ad hæc mathematica non erunt immobilia, ſi in rebus ſenſibilibus inſunt. Nam dum ſenſibilia mouentur, neceſſe eſt ut ea quoq; moueantur, quę in ipſis habentur, & ita mouẽantur, ut ipſa quę in loco ſunt, non ut accidentia. qm̃ in magnitudine & interuallo perinde mouebuntur, atq; corpora, quæ ui ab aliquo cientur, nõ autem ſuo nutu. Ad ſummã cuius gratia hęc eſſe dicere oportet, ſed eſſe in ſenſibilibus? Nihil enim prodeſſe uidetur ipa in ſenſibilibus conſtituere, ſiquidem per ſe ſunt. Eo-

eadem nanq; supradicta absurda his euenient,ea etiã quæ sequuntur illos qui mathematica separata faciebant. Erit enim quoddam aliud cœlum per hos præter cœlũ sensibile.& pari ratione sol alius,aliaq; astra. nisi q̃ nõ erũt separata per se,sed in his ipsis consistent,sol in sole,luna in luna,in cœlo cœlum.cui incõmodo illud,ut dictum est, accedit,q̃ duo corpora erunt in eodem loco. De his igitur omnibus supra dictis non uulgarem quæstionem esse ait, quomodo ea ponendo ueritatem assequamur, ac de iis itidem, quæ adiecit.

Et de principiis etiam, vtrum genera elementa esse, principiaq; putare oporteat:an ea potius ex quibus primis quæq; res constat. Veluti vocis elementa principiaq;, ea esse videntur: ex quibus primis voces componuntur: sed non vox ipsum commune:& designationum ea esse dicemus elementa: quorum demonstrationes in istarum aut omnium, aut plurimarum demonstrationibus insunt. Præterea & qui vnum corporum elementum: & qui plura inquiunt esse: ea dicunt principia esse: ex quibus omnia corpora componuntur,& constãt. Vt Empedocles ignem, aquã, terram,ac aerem,elementa inquit esse:ex quibus constãt quæ sunt: sed nõ vt genera ipsorum hæc dicit. Insuper si quis velit & aliorum cuiusq; naturam inspicere:vt lecticam quibus ex partibus constet: & quonam pacto compositis:tũc ipsius naturam cognoscet. His igitur rationibus principia non esse genera rerum videntur.

xxx (Et de principiis et vtrũ genera elemẽta esse principiaq; putare oporteat an ea potius ex quibus insitis primũ res quęq; cõstat.) Hæc quęstiõ in dubiorũ quoq; propositione iiii cõmemorata fuit,quę huiusmodi est. Vtrum genera & cõmunia, prĩcipia & prima rerum poni debeant,an elemẽta ex quibus res constituuntur primum, & in quę postremo resoluuntur.quod exemplo vocũ explicauit.voces enim ex elemẽtis hoc est ex literis constituuntur.& ea ex quibus constitũũt pro principiis habent,non autem vocem cõmunem,quæ quidem vocum genus haberetur.sed neq; in descriptionibus vtimur cõmunibus elemẽtis,sed iis quę insunt in demõstrationibus.oĩ præcepti demõstrationẽ vt Euclidis elemẽta nuncupamus.Idcirco enim talia apellãtur elemẽta, qm̃ ea per quę ista probãtur,ad omniũ præceptorũ demõstrationes prosunt. in oibus existãtia.& in his ipis priora posteriorq; elemẽta esse dicunt, qm̃ priorum demõstrationibus utimur ad posteriora.Idẽ præter ex,his naturalibus auctoribus colligit.q principia naturalia plura corpora,q̃ unũ esse dicebãt.docetq; ip̃os quæ principia rerũ esse dicebant,ea ceteris inesse credidisse. Nã Empedocles,qui quattuor corpora elementa rerũ esse statuebat,nõ quasi gña elemẽta ipsa esse dicebat, sed quasi rebus,quæ ex ipsis gignuntur inexistentia.Eadẽ est rõ cæterorũ naturalium.qui principiũ corporeũ ponebãt. Qd ip̃m artificiosorũ quoq; pbat argumẽto.Nã si qs uelit lecticę uerbi cã naturam cognoscere,is ut partes ex qbus ẽstat cognoscat necesse est. Nã ex qbus res quęq; ẽsistit, ea sunt ipsius principia. a cognitione nanq; principiorum cognitio eius proficiscitur, quod ex principiis constat. Tunc enim horũ quodq; innotescit,cum ea ex quibus constat,& modus constitutionis intelligitur,ac proinde horum principia. Postq̃ uero inductione confirmauit,non cõia & genera,sed ea,quæ insunt esse principia, deinceps uerisimile tñ uideri docet genera principia esse,his uerbis.

At si unũquodq; quidẽ per diffinitiones cognoscimus,principia uero diffinitionũ genera sunt,necesse est & diffiniẽdarũ rerũ principia,gña esse.

xxxv (At si unũquodq; quidẽ per definitiones cognoscimus,principia uero definitionũ gña sũt.) Huius argumẽtationis ea uis est, ex qbus singula quęq; cognoscimus, ea sũt illorũ principia. Positũ est em̃ ex elemẽtorũ ac principiorũ cognitione, eorũ quorum sunt elemẽta cognitionẽ nasci,ex definitionibus aũt rẽ quanq; cognoscimus, definitiones igit̃ principia sunt. assumptio em̃ generis,principiũ est definitionis. Sed fortasse cũ gña dicit,differẽtias quoq; intelligit,quẽadmodũ in Topicis,ut sit sẽsus definitionũ principia esse gña,quæ qdẽ sunt genus & differẽtiæ ex his em̃ definitiones cõstituunt. quo fit,ut gña sint principia.nã definitiones definitorũ principia sunt,iparũ uera gña.

Et si ex eo rerũ scientia sumitur:quia specierũ accipitur:qbus res ipæquęq; dicũtur:specierum profecto genera eorũ, quæ sunt principia,erunt.

xxxvi (Et si ex eo rerũ scientia sumitur,quia specierũ accipitur.) Argumẽtatur in hũc modũ. Scientia cognitioq; rerũp̃ species efficitur,cũ singulorũ scientia nõ sit,nã ipsarum definitiones p̃ species reddũtur, porro si ex earũ cognitione rerũ cognitio pender, profecto species, singulariũ principia fuerint;a quibus speciebus singula ut hæc aliqua sint mutuantur. Specierũ aũt genera sunt principia, qm̃ ex horũ partitione species euadunt, & ipsarũ definitiones per gña reddãtur. Genera igitur sunt omnium rerũ principia: An singulorũ cognitio p̃ species quidem comparatur, qm̃ ab speciebus suppetit esse singulis,nõ tñ per speciẽ,quæ ex generis partione nascitur,sed p eam,quæ opponitur materiæ.p qua sumit argumẽtatio illã,quæ partitione generis euadit.

Videntur aũt & quidã dicentiũ,vnum ipsum, aut id quod est:aut magnũ & paruũ principia eorũ quæ sunt esse:his ipsis, vt generibus vti.

37 (Vidẽtur aũt̃ & quidã dicentiũ unũm ip̃m,aut id quod est, aut magnũ & paruũ principia eorũ quę sunt esse,his ipsis ut generibus uti.) Vt doceat probabile uideri,genera esse rerũ principia,illorũ producit testimoniũ,qui principiis eisdẽ utebãtur. Nam qui unũ & ens,itẽ magnum & paruũ principia rerũ esse statuebãt, ii ut genera hæc rerum principia esse ponebãt.In qua opinione fuit Plato. hic enim unũ,quod ꝓprie ens appellabat,& dualitatẽ indefinitã, quã magnũ & paruũ nuncupabat, principia esse dicebat. quæ quidẽ ut entiũ genera accipiebat,cũ unũ de singulis rebus dici animaduerteret. & inæqualitatẽ. qua enim res quæq; hoc aliquid est, est aũt̃ hmõi per speciẽ, hac unum & ens de ipso prædicabat.Quia uero subiectũ in fluxu cõtinenti,ac mutatione dispiciebat,idcirco magnum & paruum. Hæc igitur cõmunia sunt atq; genera, & ut suprema genera per ipsum principia sunt.

At vero neq; vtroq; modo principia dici possunt,Rationẽ nanq; substantiæ vnam esse constat:alia autem fuerit diffinitio:quæ per genera assignatur,& alia quæ sumit ea,ex quibus res constat.

38 (At uero neq; utroq; modo principia dici possunt.) Postq̃ quæstionẽ hãc utrum gña, an elemẽta potius debent principia existimari, in utranq; partem disputauit, nunc nẽ utrunq; quidem dici posse ostendit,hoc est, & genera & elementa principia esse.quæ argumẽtatio ad hunc modũ sese habet. Assumit definitionẽ qua substantia cuiusq; rei explicatur unã esse,quod quidẽ in posterioribus resolutoriis demõstratũ est. Nã esse cuiusq; rei unum est,ac proinde definitio una est,a qua proprie hoc ipsum explicatur. item sumit definitionẽ ex ipsis principiis conficit,& principia rerum esse genera & elemẽta. Atq; ait. Si ex principiis cuiusq; rei definitio conficitur,alia erit definitio, quæ p̃ gña redditur, appellat aũt̃ genera,ut diximus.gña & differẽtias, alia quæ p elementa ac proinde eiusdem rei plures erunt definitiones. At plures esse nõ possunt,cũ sit utra cuiusq; rei definitio,non igitur utraq; sunt elementa.

Insuper & si q̃ maxime principia, genera sunt, utrũ generũ prima putare oporteat principia rerũ esse, an ea quæ ultimo de indiuiduis prædicãtur. Nã hoc suscipit cõtrouersiã. Si enim magis uniuersalia principia sũt putãda, patet suprema generũ extimãda eorũ, quæ sunt principia, esse. Hæc enim de diuersis dicũtur. Tot igitur erũt eorum quæ sunt principia, quot sunt ipsa genera prima. Quare id quod est, ac unũ ipm, principia atq; substãtiæ erũt, hæc enĩ maxime de diuersis rebus dicuntur. At neq; ipm unũ, neq; id quod est genus esse põt. Differẽtias enĩ uniuscuiusq; generis & esse & unamquãq; unã esse, necesse est, fieri uero nõ põt, aut species generis de differẽtiis ppriis, aut genus sine suis speciebus dicat ac prędicet. Quare si id qd est, aut unũ ipm sit genus, nulla differẽtia, aut unũ aut ens erit.

(Insuper & si q̃ maxime principia genera sunt; utrum generũ prima putare oportet principia rerũ esse.) Hæc quoq; quæstio pinet ad supradicta. cuius hic est intellectus. Si detur cõcedaturq; genera esse principia, operæpretium inquit fuerit, illud quærere, utrum suprema genera, & cõmunissima principia esse statuere conueniat, an ultima & indiuiduis proxima, quæ individuæ species nuncupantur. Nam hoc in loco species nomine generis appellat. qm̃ si uniuersalia, q̃ non æque uniuersalia magis semper principia sunt, positum est enim, uniuersale principium esse, consequens est, ut suprema, & cõmunissima genera principia sint. ac proinde suprema genera rerũ principia fuerint. & tot principia, quot fuerint prima genera, quibus assumptis infert, (Quare eps ac unum ipm principia erunt substantiæ.) qm̃ hæc maxime de cunctis prædicentur, si enim hæc de cunctis rebus quasi genera prædicatur, hæc erũt principia causarq; rerũ. pro causis enim substãtias dixit. Quibus dictis, subiunctaq; causa, quia si uniuersalissima & cõmunissima principia sint, ens atq; unum omnium rerum fuerint principia, cũ hæc communissima sint, arguit deinde docetq;, neq; ens neq; unũ entium esse genera. at si non sunt genera, haud dubie ne principia quidẽ fuerint, neq; enim cunctorũ idem sit principium, nisi ipsorũ sit aliquod genus cõe. siquidem genus est principium, nã positum est genera esse principia, & generũ quæ communissima sunt. Vt autẽ quibusdam uidetur, sic hãc sententiã oppugnat, de qua paulo ante dictũ est. Neq; ens igitur, neq; unũ genera esse adhuc modũ ostẽdit ois differẽtia, quæ genus diuidit, est unũ & ens, ergo unius, & entis differẽtia unũ est atq; ens. Si quidem hæc genera sunt, & in iparũ quaq; est unũ & ens. At si in unaquaq; entis & unius differentia, unũ est & ens, eũ ens & unũ gña sint, gña de ppriis differẽtiis prædicabunt. quod fieri posse negat. Neq; enĩ absq; medio genus ualeat de differentiis prædicari, hoc est sine specie, sic enim genus his de specie prędicabit, itaq; erit uerũ dictu, homo est animal, animal rationabile, nec rursus per mediã speciẽ, sic enim necesse est, ut species de differẽtia prædicetur. qđo autẽ de propria differentia prædicetur? si differentia per se sumatur. Nam differẽtiæ prædicatio latius patet, q̃ speciei, ut rationabile, aut mortale q̃ homo. quod aũt minus patet, de eo quod latius, nõ potest uere prædicari. Quamobrem dixit (de differentiis ppriis,) id est, p quas in specie cõstituũtur. Præterea species est, quoddã totũ, differẽtia uero pars totius. Itaq; differẽtia est pars speciei, qm̃ singula queq; in definitiõe contẽcta partes sunt eius, cuius complent substantiam, partes inquam dissimilares. Neq; enim genus in definitione hoc significat, quod unaquęq; differentia. huiusmodi autem totũ de suis partibus non dicitur. Itaq; neutra ratione species de propria differentia prędicatur. Nam genus nõ sic species pro partibus habet. ut pote cum in ipsius definitione

xxxix

non contineantur. Neq; genera de propriis differentiis prędicantur, cum hę sine speciebus accipiuntur. neq; in ipsis comprehenduntur species. Nam cum animal de rationali prędicatur, de animali rationali dicitur, sub rationali enim audit animal. Neq; prędicatur de ipsa differentia separatim & absq; specie sumpta, uerbi gratia de rationalitate. Nam cum differentię qualitates sint, quomodo animal quod substãtiam cõpositam significat, de ipsis ualeat prædicari? Neq; enim species aut genera de differentiis prędicantur, quod si uerum est, entis & unius differentiæ, siquidẽ hęc genera sint, neq; ens erunt neq; unaquęq; unum, hoc est, nulla differentia ens erit aut unum. qm̃ omnes differentię entis erunt. quod quidem est absurdum. quo fit, ut hęc genera non sint, ac proinde ne principia quidem, si genera principia sunt. quod uero ait. (Fieri uero non potest, ut species generis de differentiis propriis, dicantur ac prędicentur.) huiusmodi est, fieri non potest, ut species appellatę, de propriis hoc est de suis differẽtiis prędicentur. (Neq; genus sine speciebus,) ideſt ut genus de quopiam alio sine ipsius speciebus prędicetur, uel sic, ut genus de differentiis prędicetur, nisi differentię sumantur ut species, & composita seu tota. Cęterum hęc argumentatio logica, hoc est probabilis solum mihi esse uidetur, ut plurimę quibus utitur. Quoniam sub quocunq; genere differentię statuantur, oportet enim ipsas ex genere aliquo esse, siquidem ipsę de numero entium habeantur, necesse est ut de illius generis differentiis proprium genus prędicetur. Aut enim quod genus est differentias non habet aut ei, quod diuidũt differentię subiicientur. quoniam si omnes differentię qualitati supponantur, nõ dubium est, quin ipsius qualitatis differentię subiiciantur qualitati. & sic fiet, ut genus de propriis differentiis prędicetur. Nam cęteras differentias qualitates appellare, qualitatis differentias non item, sed sub alio potius genere collocare, alienum est & figmento simile. An igitur cuiusq; generis differentię in eodem genere sunt atq; ipsum, ideſt in eodem prędicamento? Nam licet proximum aliquorum genus non prędicetur de differentia, qm̃ hoc est totum quoddam, quod in solis substantiis usu uenit, est enim quędam substantia composita quę de differentia simpliciter generis prędicari non potest, tñ genus superius, quod cõius est & simplicius prędicari potest. Substantiã enim quod est genus cõe, tam de simplicibus q̃ de cõpositis substãtiis prędicaſ. Ita licet aĩal sit quędam composita conflataq; substantia, ac proinde non prędicetur de differentia per se sumpta, tñ substantia de ipsa prędicabitur. Si ergo substantia de ipsa differẽtia animal diuidente prædicatur, satis profecto intelligitur, genus quod diuiditur de ipsa differentia prædicari. hmõi autẽ est ens, quod genus esse dicit. Nã licet in quibusdam uerũ sit, genus de differẽtia nõ prædicari, propterea quod genus sit composita quædã substantia, nõ tamen est impossibile genus aliquod, de ipso diuidente differentia prædicari. Nã quæcunq; differentia sumatur diuidens substantiam, ea ut substantia sit necesse est. Qanq̃ genera non uidentur de differentiis proprie prædicari propter nominis communionem. Nam discretiuum differentia & in coloribus, & in saporibus habetur, de ipsa tamẽ genus quale prædicatur. cui si propriũ genus apponatur species euadet. Sed postq̃ ostendit neq; ens, neq; unum genera esse, id quod sequitur infert: (quod si non sunt genera, neq; principia erunt, si genera principia sunt.)

Quod si non sint genera: neq; principia erunt: si genera, principia sunt. Præterea ipsa media cum differentiis sumpta, genera usq; ad indiuidua erunt: nunc vero alia videntur esse: alia non videntur: Insuper differẽtiæ magis q̃ genera principia erunt. Quod si & hæ sint principia: infinita fere principia fiũt: presertim si quispiã primũ genus principiũ esse ponat.

(Præterea ipſa media cum differẽtiis ſumpta genera erunt) Hæc non tantum eo pertinent, ut prima genera principia eſſe, aut ſecus, oſtendãtur, ſed ut omnino genera nõ eſſe principia doceatur. Eſſent enĩ infinita multaq; rei cuiuſq; principia, cũ unaquæq; differentia earum quæ habentur in ſpecie indiuidua, compoſita cum genere, eius eſt differentia, genus efficit. Nam genus quodq; medium inter genus primũ & ſpeciem indiuiduam poſitum cum propria differẽtia genus efficit, quanq; in quibuſdã id fieri non uideatur. quod genus ipſum proprio uocabulo careat. hoc enim ſignificatur uerbis illis. (Nunc uero alia uidentur eſſe, alia non uidentur.) Et enim animal volatile licet proprio uocabulo careat, genus tamen eſt, perinde ut animal. Vel dicit (Alia uidentur, alia non uidentur) qm̃ ut in primo de partibus animalium libro docuit, priuatiuæ tantum differentiæ cum generibus acceptæ nõ faciunt neq; ſpecies neq; genera. ut quæ nihil definitum ſignificent. quod ſi uerba in hunc ſenſum accipiantur, hoc dictum erit quaſi incommodum cõſequens eorum ſententiam, qui unum & ens genus eſſe tradunt. & deinde generis bipartita diuiſione ſpecies ac definitiones efficiũt. oportet enim ut media, quæ differentiis cum generibus compoſitis euadunt, genera eaq; ſpecies ſint. hoc autem non accidit eis, qui genera in duo partiuntur. præterea priuatione diuidere cogantur. at priuatiua differentia cum genere poſita ſpeciem non conſtituit. Itaque multa genera multaq; principia eorundem indiuiduorum ſint. Si ens unumq; genera ſint & principia rerum. (uſq; ad indiuidua.) inquit, ideſt uſq; ad ultimas ſpecies. quoniam hæ nullis amplius differentiis diuiduntur. Iam uero hac ipſa ratione differentiæ nihilominus, q̃ genera principia fuerint. Nam & ipſæ communes ſunt, & de pluribus prædicãtur. quod ſi differentiæ principia ſunt, cum ſint communia & genera, quæ cum differentiis ſumuntur, utiq; principia multa erunt & propemodum infinita. præſertim ſi ſupremum genus ut principium accipiatur. qm̃ generis huiuſmodi plures ſunt differentiæ. quod abſurdum eſſe uidetur. Nam qui genera principia eſſe ſtatuunt, ii dum putant multitudinem, cõmunis aſſumptionem defugere, ipſum commune principium eſſe faciunt, quo in loco ſic loquitur quaſi ſtatuentu primum genus eſſe principium conſentaneum ſit, alia quoq; genera primo poſteriora principia eſſe confiteri. Differentiæ uero quanq; latius q̃ ſpecies ab ipſis confectæ pateant, non tamen de ipſis in quid eſt neq; ut genera prædicantur

xl.

At vero ſi vnum ipſum magis rationem principii ſubeat: & id ſit vnum, quod diuiſionem non capit: atq; hoc omne, aũt ſpecie: aut quantitate ſit tale: priuſq; ſit id quod eſt ſpecie tale: genera autem in diuiſiones ſpecies capiant: id erit magis vnum profecto quod vltimo prædicatur: homo nanq; non eſt, vt patet, ipſorum ſingularium hominũ genus.

(At uero ſi unum ipſum magis rationem principii ſubeat:) Propoſitis ſupra rationibus, quibus ſuprema genera principia entium eſſe uidentur, nunc oſtendere conatur ſpecies potiusq; genera eſſe principia. Nam ſi unum principii locum obtinet, nimirum quod magis unum eſt, id magis erit principium. Sed unum magis diuidendum eſt, quod enim eſt indiuiſum indiuiduumue id principium eſt magis, quoniam magis unum eſt. Species autem quam genus magis eſt indiuidua, magis igitur eſt principium. quod autem ſit magis indiuidua adhunc modum oſtendit. Quod diuiſionem non admittit, hoc uel ſpecie uel quanto eſt indiuiduum. Specie ſi non. amplius in ſpeciem diuiditur. quales ſunt ſpecies indiuiduæ. quanto ſi numero non diuiditur, cuiuſmodi eſt unum numero ac ſingulare. Nam horum quodque cum unum ſit numero, non amplius in multa numero ſibi ſimilia quanta diuiditur. Nunc enim nu-

lxi.

enim numero indiuiduum, quantitate indiuiduum appellat. Ex his autem indiuiduis prius eſt ordine atque natura, id quod ſpecie eſt indiuiduum, q̃ quod per quantum; ideſt q̃ indiuidium quãto. quibus extrinſecus commemoratis. Deinceps genera in ſpecies diuidi docet, ultimas uero ſpecies indiuiduas eſſe ſpecie, ac proinde ſpecies ultimas magis eſſe principia, cum magis unum ſint. Sed poſtquam docuit genera in ſpecies diuidi, ne quis ipſum indiuidua ſpecies dicere putaret, ut hactenus dicebat, addit, (homo nanque non eſt ſingularium hominum genus.) de quibus prædicetur, & in quos diuidatur. Homo enim diuiditur, non tamen in ſpecies, cum genus non ſit, ſed ſola indiuidua, genus autem & in ſpecies & in indiuidua ſecatur.

Præterea in quibus eſt prius atq; poſterius: in hiſce fieri non poteſt: vt id quippiam ſit præter ipſa: quod de ipſis cõmuniter prædicatur: Vt ſi dualitas prima eſt numerorum: non eſt numerus quiſq̃ præter ſpecies numerorum: ſimiliter neq; figura præter ipſas ſpecies figurarum. Quod ſi horum genera præter ſpecies ipſas non ſunt, multo minus cæterorum genera præter ipſas ſpecies erunt. Nam horum genera maxime eſſe videntur: in indiuiduis autẽ, nõ aliud prius, aliud poſterius eſt. Præterea vbi aliud præſtabilius, aliud deterius eſt: id quod præſtabilius eſt, ſemper eſt prius: quare neq; horum fuerit genus. Ex his igitur ea quæ de indiuiduis prædicantur: magis q̃ genera principia eſſe videntur. At rurſus non facile dictu videtur: quonam modo hæc principia exiſtimare oporteat: principium enim & cauſam præter eas res quarum eſt principium eſſe oportet: & ſeparari ab ipſis poſſe. Tale autem quid præter ſingulare cur quiſpiam eſſe exiſtimabit: niſi quia vniuerſaliter & de omnibus prædicatur. At ſi ob id ipſum putandũ eſt quippiã principiũ eſſe: ea ſane quæ magis vniuerſalia

xlii.

ſunt, magis principia ſunt ponẽda: quare pria genera principia erunt.

(Præterea in quibus eſt prius atque poſterius, in his fieri non poteſt, ut id quidpiam ſit præter ipſa quod de ipſis communiter prædicatur.) Hoc quoque pertinet ad probandum ultima genera, ideſt ſpecies indiuiduas potius eſſe principia, q̃ ſuprema & communiſſima genera. genera enim quæ de ſpeciebus prædicãtur nihil omnino eſſe præter ſpecies de quibus prædicatur, ad hunc modum oſtendit. In quibus eſt prius & poſterius, in iis quod communiter prædicatur, ut genus, nihil aliud eſt, q̃ ea de quibus prædicatur. Exempli gratia. ſi numerorum prima eſt dualitas, uel trinitas, nulla eſt numeri alia natura præter dualitatem, & trinitatem, cæteroſq; numeros, de quibus genus prædicatur. Similis eſt figuratum ratio. quod enim de figuris communiter prædicatur, ut figura de triangulo & quadrato, nihil eſt aliud, q̃ hæ ac cæteræ figuræ. quoniã in his primũ eſt triquetrũ, deinde quadratum & cætera quæ ordine ſequũtur. Hoc autẽ ſumit, ut placitum illorum, ideſt Platonicorum, illi enim ſuprema genera, ideſt unum & ens & magnum & paruum principia rerum eſſe ſtatuebant. Nam in quibus prius & poſterius habetur, in his commune nihil eſſe dicebant, præter ea de quibus prædicetur. quam ob rem ne idcam quidẽ horum haberi. ut refert cum aliàs, tum in primo Ethicorum nicomachiorum. Sumens autem ex iſtorũ opinione in his nihil eſſe commune præter ea ex quibus prædicantur, ut in numeris & figuris ipſe addit: (Quod ſi horum genera præter ſpecies ipſas non ſunt, multominus cæterorum genera) hoc autem dicit uel quaſi ſit in cunctis generibus aliquid prius & poſterius. & quædã medi-

differentia tum in ſupradictis,tum in aliis generibus,uel quia cum hæc perinde genera ſint ut illa,ſi in illis,quæ maxime genera eſſe uidẽtur,commune nihil eſt aliud,q̃ ea ex quibus prædicatur,ne in alis quidem fuerit, etiam ſi prius & poſterius in ipſis non habeatur. Idcirco autem maxime uidentur & genera & principia eſſe, qm̃ numeri & figuræ maxime entia ipſis eſſe uidebantur. quorũ genera maxime eſſe deberent. Præterea figura de figuris de numeris numerus, haud dubie ut genus, uidetur prædicari. Si ergo in his cõe non eſt principium,ne in aliis quidem fuerit.Quod ſi nihil eſt cõe, genuſq; præter ſpecies,de quibus prædicatur,principium erit certe. Sed ſpecies, quæ de indiuiduis dicuntur, potius erunt principia. qm̃ in indiuiduis non eſt aliud prius, aliud poſterius. ut ſpecies, quæ de ipſis prædicatur nihil aliud, q̃ indiuidua eſſe uidentur. Porro ſi in figuris & in numeris neq; figura neq; numerus communis principia ſunt,ſed triangulus,ſingulorum triangulorum dualitas dualitatum, eadem erit in cæteris ratio.eruntq; principia ſpecies indiuiduæ nõ genera communia.Præterea in cunctis generibus prius & poſterius eſſe docet.Eſt enim prioris unus modus,quo melius prius eſſe dicitur. ut in prædicamentis docuit in diuiſione prioris. Cum igitur in cunctis generibus quædam ſpecies melior ſit,altera peior,efficitur,ut non genera,ſed ſpecies potius indiuiduæ principia ſint.quoniam indiuiduorum his ſubiectorum non eſt alterum altero prius. Cæterum in hac quæſtione uſus eſt prioris æquiuocatione ad oſtendendum,genus nihil eſſe,præterq̃ ea ex quibus prædicatur. Nam in genere animalium hoc melius eſt,illud peius. Deus enim melius eſt,ac proinde prius,rurſus inter cætera omnia animalia homo melius eſt & prius.In coloribus itidẽ album cæteris eſt melius,in ſaporibus dulce.Hæc effatus ad confirmandum ſpecies potius & ultima genera, q̃ cõmuniſſima & generaliſſima principia eſſe infert. (Ex his igitur ea, quæ de indiuiduis prædicantur magis, q̃ genera principia eſſe uidentur.) Deinde rurſus ſpecies indiuiduas principia eſſe non poſſe arguit in hunc modum.Cuiusq; rei principium & cauſa,ut a re ipſa,cuius principium & cauſa eſt,diuerſum ſit,& ſine ipſa eſſe ualeat neceſſe eſt.ſeparatum autem perſe nihil niſi ſingulare conſiſtere poteſt, nam ſi quis hoc tribuat ſpeciebus,qm̃ uniuerſaliter de omnibus ſibi ſubiectis indiuiduis prædicatur, cum prædicatum diuerſum ab ipſoq; ſingulis ſit ac ideirco has principia eſſe dicat,nimirum eadem ratione ſuprema genera potius,q̃ ſpecies principia eſſe reperiẽtur. cum ſint magis cõmunia,& de pluribus prædicentur.Quanq; hmõi ratione probabiles admodum & perſuaſiuæ ſunt,& a demonſtrandi neceſſitate alienæ.

Eſt autem poſt has alia dubitatio,ac omnium difficillima: & ad contemplandum eam maxime neceſſaria:qua de re,nunc erit oratio. Nam ſi nõ ſit præter ſingularia quicq̃:ipſa vero ſingularia ſint infinita:qui fieri poteſt vt infinitarum accipiatur ſcientia. Quo nanq; vnum quid eſt in vniuerſis & idem: & quo quippiam vniuerſaliter competit: hic vniuerſa cognoſcimus. At vero ſi hoc ſit neceſſarium,& præter ſingularia aliquid eſſe oporteat:genera profecto præter ſingularia neceſſe eſt eſſe,aut vltima, aut prima:hoc aũt impoſſibile eſſe,nuper oſtendimus dubitando.

(Eſt autem his proxima dubitatio, ac omnium difficillima & ad contemplandum maxime neceſſaria,qua de re nunc erit oratio.)Difficillimam eſſe ait quæſtionem hanc, & cuius explicatio maxime ad principia cognoſcenda, & omnino ad propoſitam doctrinam uſui futura ſit.quæ quidem ab his pẽdet,quę paulo ante de generibus & ſpeciebus dicta ſunt, coheret autem proximæ quęſtioni, quoniã in illa ex communibus inquiuimus,utrum quod communius eſt,an quod indiuiduis eſt propinquius principium eſſe putari debeat.ac deinde qm̃ principium ſeparari, ac per ſe cõſiſtere poſſe conuenit.nullum illorum principium eſſe concluſimus, nunc uero quæritur, utrum commune hoc,quod ſpeciem & genus appellamus,quidq̃ ſit præter ſingularia & indiuidua,an ſecus.Et ſi nihil eſſe ſtatuatur,incommoda, quę ſequantur docet. ac rurſus: ſiquis contra putauerit,difficultates euenientes oſtendet. Si ergo nihil eſt præter ſingularia,cum hęc infinita ſint,ſcientia profecto de medio tolletur. cum fieri non poſſit,ut infinitorum cognitio ſcientiaq; & comprehẽſio fiat. Nam ſingularium cõgnitio ſcientiaq; idcirco habetur,quoniam unum quidpiam & idem in cunctis ipſis ineſt. utique qm̃ de ipſis uniuerſale quidpiam cõmuniter prędicatur. quod ſi nullum ſit,ne cognitio quidem ulla ipſorum effici poteſt. At ſi ſcientia eſt & cognitio, conſequens eſt omnino,ut quidpiam cõe ſit,a ſingularibus diuerſum,quo ſcictia & cognitio conſtet, hoc autem eſt genus,uel ultimum,quod ꝓprie ſpecies appellatur, uel primum,quod genus dicitur.quod aũt hoc nullũ ſit,dudũ inquit, differuimus. Relegans nos ad illũ locum,ubi an ſpecies principium eſſet diſputauit. Dixit enim principium & cauſam a rebus,quarũ eſt cauſa diuerſum eſſe oportere, & ab ipſis ſeparari poſſe, tale aũt quid inquit præter ſingulare quiſpiã eſſe exiſtimabit,quin & paulo ante,quod de quibuſpiã cõmuniter prædicatur,ab iis,de quibus prædicatur non eſſe diuerſum oſtendiſſe uidetur. qui cum hoc in figuris & numris conſtare docuiſſet, qm̃ in ipſis eſt prius & poſterius, intulit, quod ſi in his non habetur cõe quidpiam a ſingularibus diuerſum, ne in aliis quidem habebitur.Nam ſi eſſet,in his potiſſimum eſſet.

Præterea ſi q̃ maxime quippiã ſit præter totũ ipm:cũ de materia quippiã fuerit prædicatũ:verũ præter oĩa quippiã eſſe oporteat: an præter aliqua qdẽ eſſe,præter aliqua vero non eſſe:an præter nulla omnino. Si igitur nihil omnino præter ſingularia ſit;nihil intelligibile prorſus: ſed omnia ſenſibilia erunt:&nullius erit ſcientia: niſi quiſq̃ ſenſuum ſcientiam dixerit eſſe:& inſuper nihil erit perpetuum,nihil immobile:ſenſibilia enim intereũt uniuerſa,ſuntq; in motu. Quod ſi nihil perpetuum ſit: neq; generatio eſſe poteſt. Neceſſe eſt enim aliquid eſſe:id quod fit:& id ex quo fit: atq; horũ ultimũ eſſe,ſi ſtatur:& ex eo,quod non eſt,fieri quicq̃ non poteſt.

xliii.

(Præterea ſi q̃ maxime quidpiam ſit præter totum ipſum,cum de materia quidpiã fuerit prædicatum.) Totum appellat ſingulare & ſenſibile, ac ex materia & forma compoſitum. hoc enim ſingulare,& confuſum magis ſolet appellare. Illud uero (cum de materia quidpiã fuerit prædicatum.uel ſignificat totũ & cõpoſitum,tunc enim aliquid totum eſt, cum aliquid de materia prædicatur, hoc eſt cum in materia efficitur, quod quidem eſt forma,nã materia cum formam excepit,corpus efficitur,aut materiã nunc dicit ſubiectio. quod totum appellauit.cum aliquid de ipſis prędicatur. Eſt aũt ſenſus: ſi uniuerſale hoc eſt genera & ſpecies,hęc enim ſunt, quæ de ſubſtantia quaſi materia quæ indiuidua eſt prędicatur, quidpiam eſſe detur, diuerſum ab iis,indiuiduis quoq; ſunt genera & ſpecies,utrum hæc uniuerſalia præter cuncta indiuidua ſint,ut in cunctis indiuiduis ſiue hæc naturalia ſint,ſiue artificioſa, quidq̃ cõmune diuerſum ab ipſis habeatur,an nõ,niſi in quibuſdã,in quibuſdã uero ſecus, hæc effatis quæ poſitionem hanc conſequuntur. Illud infert: (an præter nulla omnino) quod ipſam demolitur. Si enim nihil commune reperiatur,quod a ſingularibus ſeiunctum eſſe poſſit,ne fuerit quidem aliquid præter ſingularia. His adiectis ab eo,quod ultimo loco dixit: (an præter nulla omnino.) exorditur, & incommoda docet, quæ ſequuntur, ſi præter ſingularia nihil ſit omnino commune. Fiet enim ut nihil ſit intelligibile, ſed omnia

etiam ſenſibilia ſint. Huiuſmodi enim eſt quod ait, (tota & compoſita.) præterque nihil eſſe poſitum eſt. quod ſi nihil eſt intelligibile, ne ſcientia quidem cuiuſpiam fuerit. Cum in communibus, quæ intelligibilia ſunt, ſcientię uerſentur. niſi ſi cui libeat ſenſum ſcientiam appellare. tunc enim omnia eſſent ſcibilia, ac proinde cognoſcibilia ſcientia non proprie dicta. His adiungit: (Et inſuper nihil erit perpetuum, nihil immobile. Senſibilia enim intereunt uniuerſa, ſuntq; in motu) id eſt in fluxu. quæ argumentario probabilis eſt. & ſecundum eos procedit, quibus ſenſibilia omnia naſci, rurſuſq; interire uidentur. quod Platoni potiſſimum placebat. qui & ſi mundum non interiturum eſſe ſtatueret, ſua tamen natura interitui obnoxium eſſe cenſebat. Præſertim cum eſſet conſentaneum, ut ſit mortalis, quandoquidem natiuus exiſtat. quoniam Platoni cuncta ſenſibilia moueri uidebantur, at non eadem interire poſſe, quippe qui omne circumlatum corpus ab ortu & interitu uendicabat. Sed ut dixi, nunc probabiliter argumentatur. Quibus enim cuncta ſenſibilia materiam obtinere, & eſſe in contenti fluxu placet, iis eadem interire apta eſſe uidentur. Sed ubi colligit: ſi nihil ſit præter ſenſibilia, nihil fore ſempiternum, addit uelut huic conſentaneum. (Quod ſi nihil perpetuum ſit, neque generatio eſſe poteſt. Neceſſe eſt enim, aliquid ſit id quod fit, & id ex quo fit. atq; hoc ultimum ſi ingenitum eſſe ſtatur. & ex eo quod nō eſt fieri quidq̄ non poteſt.) Docens ſi nihil fuerit ſempiternum, nec generationē certe fore. & ſi non generatio, neq; generabilia, neq; ſenſibilia. Quo fit, ut ſi ſola ſenſibilia ſint, ne ſenſibilia quidem ſint futura. quod autem ſempiterno ſublato, generatio quoque tollatur, adhunc modū oſtendit: ſi aliquid generatur, neceſſe eſt eſſe & id quod fit, hoc eſt id quod naſcens efficitur, & ab hoc diuerſum id ex quo efficitur. Exempli gratia, ſi homo generatur, neceſſe eſt, ut ſit eſſeq; poſſit id, quod homo efficitur, hoc eſt homo, qui fieri dicitur: ac illud itidem, ex quo homo generatur. quidquid enim fit, ex non tali quopiam efficitur, nam ſi hoc eſſet, utique non efficeretur. Hoc autem eſt ſubiectum & materia, ſed horum ſubiectorum ex quibus orta efficiuntur. proxima enim ſubiecta complura ſunt. quoniā proximorum ſubiectorum alteri ſubiicitur, horum igitur ſubiectorum, ut ultimum ſubiectum ſempiternum ſit neceſſe eſſe docet. Et autem ultimum ſubiectum materia prima. Reſoluentes enim proximas rerum generādarum materias in illa ultima cōſiſtimus. quā ex neceſſitate ſempiternam eſſe eo demōſtrat, quoniam niſi ſi quod ultimum fuerit ſubiectum, ex quo generatio fiat, duorum alterꝝ conſequetur, aut aliud ex alio in infinitum fiet, aut ex nihilo quidpiam efficietur. quorum neutrum effici poteſt. quodcunq; enim ſubiectum proponatur, id ſi genitum fuerit, uel ex alio ſubiecto genitum ſit neceſſe eſt, uel ex non ente, ſi genitum quidem eſt, non tamen ex ſubiecto. At neutro modo fieri poteſt. Nam neque ex non ente, ut quidquam efficiatur, fieri poteſt. Omnium enim quicunq; de natura aliquid dixerunt conſenſus eſt, ex nihilo nihil fieri, quodquidem abſurdum eſſe dictu & fieri nō poſſe in confeſſo eſt, neq; in infinitum alterum alterius cauſa eſſe ualet, & aliud alii in rectum ſubiici, ut in ſuperiore libro docuit. quod ſi neutrum fieri poteſt, uel generatio penitus tolletur, uel primum ſubiectum ſempuernum, & ingenitum erit. Ex eo igitur quod nihil ſit ſempiternum efficitur, ut ne ſit quidem generatio. poteſt etiā illud: (Atque horum ultimum eſſe) non de materia tantum dictum eſſe, quæ eſt id quo fit, ſed etiam de eo quod fit. In operibus enim naturalibus ſimile a ſimili fieri uidetur. ut homiñ ab homine. quare ſi homo generat, neceſſe eſt, ut homo ſit, efficiēs uidelicet, & generans. At in his neceſſarium eſt, ut ſit efficiens ſempiternum.

Præterea ſi generatio ſit, & motus: & finem eſſe neceſſe eſt: neq; enim infinitus vllus eſt motus: ſed motionis omnis eſt finis: & impoſſibile eſt id fieri: quod factum eſſe non poteſt: ipſum vero factum neceſſe eſt eſſe: cum primum eſt factum.

xlv. (Præterea ſi generatio ſit & motus, & finē eſſe neceſſe eſt.) Hæc quoq; argumētatio eo pertinet, ut generationis principium, quod eſt primum ſubiectum, ingenitum eſſe appareat, & non aliud ex alio in infinitum fieri. Cuius argumentationis hæc eſt uis: Si omnis & motus & generationis eſt finis, principium quodq; ipſorum habetur. Nam cuius finis habetur, huius ut principium habeatur eſt neceſſe. quoniam ſi ſublatum fuerit principium & motus, generatioue in infinitum aſcendat, ne finis quidem ipſorum reperietur. omnis autem generationis, & motus finis eſt, quod aſſumpſit dicens: (Neque enim infinitus ullus eſt motus.) quod alio in loco demonſtratur, cum omnis motus habeat unde & quo. Nam quod augeſcit aliquem terminum habet accretionis, cui ſimilis eſt alteraſcentis, intereuntiſq; ratio, ut igitur omnis motionis finis reperitur, ſic & generationis. Nihil enim fit, quod fieri nō poteſt, ut demōſtratū eſt. nam quod fieri nō poteſt, id ne efficitur quidem, ut diameter non ſit commenſurabilis. quoniam fieri non poteſt. Eſt autem impoſſibile, ut aliquid generetur, quod generationis finem non habeat, ſed abſq; fine generetur. quare prorſus non generatur. quod igitur generatur, id generari poteſt. quod uero generari poteſt, id nihil obſtat, quo minus generetur. Cæterum quod factum eſt, id ut ſit, neceſſe eſt, cum primū factum eſt. Nam quod factum eſt, cum eſt, iam fieri deſinit, ut libro phyſici auditus ſexto demonſtratur. quod ſi eſt, cum primum eſt factum, omnis profecto rei generandæ finis habeť. Huc enim pertinēt uerba illa: (ipſum uero factum neceſſe eſt eſſe, cum primum eſt factum.) quo fit, ut omnis motus, omniſq; generationis finis inueniatur. ac proinde non aliud ex alio ſine fine generatur. Eſt igitur aliquod extremum ſubiectum ſempiternum. Quanquam hæc argumentatio obſcura eſſe uidetur. propterea quod conſequens illius, motus & generationis eſſe finem, ſubticetur, quod eſſet. quorum finis eſt, eorum principium etiam habetur. Sed ab Ariſtotele prætermiſſum eſt, quaſi dubium eſſe non poſſet, quin ſequeretur. qui ſatis habuit demonſtrare, omnis motus ac generationis principium haberi. Nam & motus circularis finem habet. cum ab eodem in idem fiat. cuius ea eſt infinitas, quod rurſus idem motus reperitur. non quod iam unus tum alius efficiatur.

Præterea ſi materies eſt ex eo quia ingenita eſt: multo magis etiam conſentaneum eſt rationi, ſubſtantiam eſſe quando ſit illa. Nam ſi neq; erit: neq; illa: nihil penitus erit. Quod ſi hoc fieri nequeat: neceſſe eſt aliquid eſſe præter ipſum totum. Speciem inquam ipſam ac formam. At ſi quiſpiam id poſuerit: dubitatio rurſus exiſtit: in quibus hoc ponet: & in quibus non ponet: nam perſpicuum eſt in vniuerſis eſſe non poſſe: non enim domum aliquam, præter ſingulares domos, eſſe ponemus.

xlvi. (Præterea ſi materies eſt ex eo, quia ingenita eſt, multo magis etiam cōſentaneum eſt rationi ſubſtantiam eſſe.) Demonſtrato eſſe extremum quoddam ſempiternum ſubiectum, hoc enim ſignificauit, illis uerbis: (Præterea ſi materies eſt ex eo, quia ingenita eſt.) niſi enim tale quoddam ſit, generatio eſſe non poteſt, nam ſi materia procedat infinite, ex materia nihil fiat, quia ipſius alterius ex altera generatio numq̄ ceſſat excludente materia, quæ ex alia nondum genita generari debeant. Demonſtrato igitur primum ſubiectum ingenitum eſſe oportere, nec aliud ex alio in infinitum gigni demōſtrauit. nunc formam, quæ gignitur in materia ſempiternam eſſe conuenire docet. Quibus oſtendit, confirmatq; quandam eſſe ſubſtantiam ſolitariam ſempiternam. Si

enim eſt natura materiæ,propabilius profecto fuerit, ut ſubſtantia ſit hæc, quæ a materia excipitur, hoc nanque innuit, cum ait: (quando illa fit.) formam uero ſubſtantiam appellat. quoniã id ſubſtantia eſt,quo rei ſuppetit eſſe. Nã materia cum formam excepit, præbet quod efficitur ex ipſa factum, id eſt, quod excipitur & fit. Quod igitur ſit probabile formam ſempiternam præexiſtere, quam excipit materia oſtendit ad hunc modum. Quemdmodum ſublato ſubiecto,effici nihil poteſt, ſic niſi id fuerit, quod a ſubiecto excipitur, generatio eſſe non poteſt. quod illis uerbis ſignificat. (Nam ſi neque hæc erit, neque illa, nihil penitus erit.)cuius ſenſus eſt: Niſi utraque ſempiterna ſit materia,ſcilicet,& forma, nihil omnino efficietur. hunc autem ſenſum eſſe innuit, dicens: (neceſſe eſt aliquid eſſe præter ipſum totum,ſpeciem inquam ipſam & formam.)quo in loco totum appellat compoſitum & ſenſibile,quod factum eſt. Cum autem utrunque eorum ex quibus totum conficitur, hoc eſt materiam & formam eſſe oportere dixiſſet,ait em:ſi neq; hæc erit neq; illa,id eſt neq; materia neq; forma,nihil penitus erit,ſubiiſxit, (quod ſihoc fieri nequeat,)id eſt ſi fieri non poteſt, ut nihil penitus ſit, neceſſe eſt, ut præter totum, id eſt præter compoſitum,quod eſt forma in materia,forma ſit atq; ſpecies. Merito autem uereq; ut materiam, ſic item aliquam formam ſempiternam eſſe oportere ſumit. neq; hoc formæ,quæ in materia generantur tribuit,nt ſempiterna ſit, ſed formæ efficienti, quæ ſi ſimilis ſit efficienti efficiens,ut præexiſtat conſentaneum eſt. qua argumentatione ubi neceſſe eſſe collegit, ut forma perinde atq; materia præexiſtat, ut ex ipſis præexiſtentibus totum compoſitumq; generetur, illud diſputat,quod huius quæſtionis initio differendum propoſuerat,cum dixit:Præterea ſi eſt,utrum præter omnia quidpiã eſſe oporteat? Si quis enim formam,quæ in materia gignitur, præeſſe ac ſempiternã eſſe ſtatuerit, in quibus entibus,aut in quibus rebus efficiẽdis formam ſempiternam præeſſe dicet? & in quibus ſecus? Nam in cunctis dicere apertum eſt mendacium. quod artificioſorum documento declarat. in quibus abſurdum dictu eſt,formam,quæ ab artifice in materia conficitur,præfuiſſe ac ſempiternã eſſe. Quanquam hæc de ideis quoque dici & quæri poſſunt. Sed & ſimpliciter de materiali forma dicta eſſe, accipi poſſunt, ſecundum quæſtionis conſecutionem.

Et inſuper erit ne omnium ceu hominum ſubſtantia una: At abſurdũ eſt. non enim unum ſunt omnia,quorum eſt ſubſtantia una, ſed multa ac differentia, at & hoc mẽtas rationis egreditur. Et ſimul quonam pacto materies ſit tandem horum unumquodq;,& eſt totum ipſum hæc ambo.

(Et inſuper erit ne omnium ceu hominum ſubſtantia una? at abſurdum eſt. Nõ enim xlvii
unum ſunt omnia,quorum eſt ſubſtantia una.) Quærit præterea, ſi formæ, ut materia,præexiſtentes habentur,utrũ una numero forma eſt,& una cunctorum hominum ſubſtantia? an plures, totidemque quot ſinguli homines. Nam ſi cui unam eſſe placuerit,utique unus homo ex materia generabitur,quæ formam illam ſuſceperit. Tot autem eſſe,quot ſingulos homines,nulla ex parte probari poteſt. Nam formæ illæ humanæ ſumptæ ſine materia, quo diſcrimine inter ipſas diſtabunt. ſingulorum enim hominum inter ſe differentiæ materiales ſunt. Ad hęc materia inquirit,quomodo has præexiſtentes formas,uel utcunq; formas excipit. Ad ſummam quomodo formæ coniungũtur cum materia & quõ fiunt,& ſunt ſingula ſenſibilia, quæ ex his ambabus conſtantur. utrum his ſimul poſitis an tẽperaris,an cõfuſis. Et quomodo matera excipiens formas efficitur, ea quæ efficitur. quæ quidem alio in loco ſunt ab ipſo diſputata, dum quereret,quid formam in materia in unum redigeret,contineretq;,ubi dixit materiæ potentiam eſſe cauſam, ut forma accipiatur, & maneat in ipſa materia, quæ in id mutatur, in quod prius potentiam habebat. præexiſtente uidelicet, quapiam efficienti cauſa.

Præterea de principiis & hoc quiſpiam dubitabit, nã ſi ſpecie ſint unum, nihil erit numero unũ,neque ipſum unum & id quod eſt. Atque quonam pacto ſcientia fuerit,ſi non erit quidpiam in omnibus unum.

lxviii (Præterea de principiis & hoc quiſpiam dubitabit. Nam ſi ſpecies ſint unum.) Hæc quæſtio conſequens eſt illius, utrum ſpecies una ſit numero, an plures. Quanquam ad ideas referri poteſt, quoniam adiungit ipſiens & ipſiunum. Aut fortaſſe de principiis communiter edidſerit. Principia enim proprie entia ſunt. quo circa ipſis apposuit illud ipſi.communiter ergo dubitando,poteſt etiam ſubiectis uocatis conuenire. Quærit autem de principiis ſiue ea unum cuipiam eſſe placeat, ſiue plura,utrum eorum quodq; unum ſit ſpecie,an numero. Verbi cauſa,ſi materia una eſt,ſit ne una numero,an ſpecie. & ſi eſt una forma,utrum una numero ſit, an ſpecie. Nam ſi principiorum quodq; unum eſt ſpecie, multa uero numero,in principiis,inquit rerum efficiendarum nihil erit unum numero. At ſi nullum principium unum numero fuerit, ne compoſitorum quidem ex principiis quodpiam, unum numero fuerit. Siquidem quæ ex uno nõ numero, ſed ſpecie cõſtant,ea unũ ſpecie ſunt,nõ unum numero. Nã ſi quæ ex uno numero conſtituuntur,unum numero ſunt,haud dubie quæ nõ ex uno eſſe habent,perinde atq; illa habebunt eſſe. Cui ut conſequens incommodum adiungit, neq; ipſi unum, neq; ipſi ens unum fore numero, quæ in principiis habebant ii, quibus ideas principia eſſe placebat. Quod ſi ipſiunum non eſt unum numero, huius autem cõmunione omnia ſunt unum,efficietur ut cæterorum,quæ ad illius exemplar eſſe habent, nullũ unum numero ſit. Nam quæ uni ſpecie adſimulata ſunt,ea perinde atque illud unum habebunt. nihil igitur unum numero erit. Si quæ ad exemplar fiũt, ea nec unum numero ſunt,neque ipſum ipſi unum,nec ullum aliud principium. Deinde ſcientiam quampiã fore negat, ſi nihil unum numero fuerit. cum ſcientiæ fiant, qm̃ unum aliquod in pluribus accipitur,ut paulo ante dixit. per cõmune enim ſcientiæ cõficiuntur, quod cõmune unũ eſſe numero demonſtratur. Neq; enim ut quæ cõſubiciuntur,eadem ſpecie uel genere ſunt, ſic cõe ipſum, ſpecies genuſue unum erit ſpecie,aut genere. Alioquin ſine fine procedetur. Nam ſi animal ſit unum,hoc ipſum, ut unum ſit habens per ſpeciem cõmunẽ, quemadmodum quæ per ſe ſunt animalia, per ſpeciem ſunt unum, illud quoq; erit multa numero,& ſic abſque fine procedetur. At cõium quodq; unũ numero eſt. quod ſi ſcięᷓtiæ eoꝝ ſunt,quę unũ numero exiſtũt, numero autẽ unũ nihil eſt,ſiquidẽ principia unũ ſpecie habẽt,ſit ut ſciẽtia penitus tollatur. Si quis enim dicat in principiis unum numero eſſe, qm̃ unũ eſſe ſpecie ponebatur,is dicere poſſit principia non habere unũ ſpecie. Nam ſpecies illa,quæ eſt unũ numero, magis eſt principiũ iis, quæ ipſi ſubiiciũtur. neq; amplius eſt unum ſpecie, ſed numero. Præterea nihil eoꝝ eſſe poteſt unũ ſpecie, quoꝝ nõ eſt ſpecies aliqua cõis una numero. Multa enim,ſi aliquid habeãt inter ſe cõe,quæ nõ ſunt unũ numero, nõ erũt eadẽ ſpecie. Quanq̃ illud. (At quo nã pacto ſcięᷓtia fuerit, ſi nõ erit quodpiam in omnibus unũ.) Quaſi in eos, qui ideas aſſerebant, dictum eſſe accipi poteſt. qui aliter ſcientiam fore negabant, q̃ ſi ideæ aſſerantur. Senſibilia enim infinita eſſe & in continuo fluxu, ac proinde non eſſe ſcibilia. Sed præter ſenſibilia, & ſingula ideã unã numero quæ in pluribus ſumeret immobilẽ, ac ſempiternam ſcientiæ cauſam fieri. quod ipſum corrueret, niſi ideæ unum numero haberent.

At vero si numero sint vnum:& vnum quodq; principiorum sit vnum: & non vt in sensibilibus alia aliorum:vt huius syllabæ: quę est eadem specie:& principia sunt eadem specie: nam hæc numero sunt diuersa.Si igitur non hoc pacto,sed numero sint vnum ipsa principia rerum:pręter elementa sane nihil aliud erit:nihil enim refert vnum numero,an singulare dicatur; sic enim dicimus singulare,quod vnum numero est.Vniuersale autem quod in his est commune.Vt igitur si elementa vocis in numero definito essent, necessarium esset,tot omnes litteras esse,quot elemẽta essent: quippe cum non essent eadem duo nec plura:sic & hisce quæ sunt,& in ipsorum numero erit.

(At uero si numero sint unum,& unumquodq; principiorum sit unum.) Postquam docuit incommodum,quod inde sequeretur: si quis principia unum esse specie diceret,nunc uicissim argumentatur: fieri non posse, ut principia unum numero habeãt. Sed omnem orationem accommodat ad ea principia quæ quasi elementa nuncupantur. Ex quibus, quæ fiunt, compositione constituuntur, ut fit in elementis. Docetq; si huiusmodi principiorum,quodq; unum numero sit,res non plures fore,quam principia. Nam quemadmodum syllabæ specie eædem inter se, numero autem infinitæ fiunt, quoniam elementa ex quibus constituuntur,quæ specie sunt eadem,numero infinita sumi possunt, sic nisi elementa multa numero fuerint, sed a & b exempli gratia, unum sint numero, necesse erit, syllabam quæ ex ipsis constituitur unã fieri numero. Neque præter. ba. syllabam ullam aliam licebit accipere,si .b.unum sit numero. quia si b. unum numero est,non potest esse in alia syllaba,q̃ in ba. Vt igitur res in syllabis & literis sese habet, quæ syllabæ plures esse non possunt, q̃ literæ, si literæ unum sint numero, sic item inquit, in rebus habebit, si ipsarum principium quodque unum sit numero. quid autem sit unum numero declarat,aitq; esse singulare, quid item uniuersale,& commune esse dicit,quod in singulis accipitur, hoc est specie & genus. Cæterum cum dixisset:(ut igitur si elementa uocis in numero definita essent, necessarium esset,tot omnes literas esse,quot elementa essent,)non reddidit id, sic in entibus ipsarumq; numero se reshabebit. nihil enim aliud erit præter elementa, id est,non erunt plura entia, q̃ elementa. Sed hoc quasi haud dubie sequeretur, inferre omisit. Nam si terra & singula quattuor elementa unum sint numero, & hæc in certo quodam corpore absumantur, haud dubie ex his corpus aliud effici non posset. Verũ tamen hæc argumentatio admodum est dialectica & a necessitate concludendi aliena. xlix

Nulla autem dubitatione inferior dubitatio ab hisce qui hac tempestate sunt,& a prioribus cõmissa.Vtrũ eorum quę intereũt:& eorũ quę sunt expertia corruptionis:eadem an diuersa principia sint.Nam si eadem sint: quonã pacto & quã ob causam illa quidem occidunt:hæc vero vacãt corruptione.Hesiodo igitur cæterisq; theologis id curæ fuit duntaxat: quod sibiipsis verisimile esset:nos autem neglexerũt. cum.n.deos principia fecisse:& ex diis orta esse omnia posuissent,ea facta esse mortalia dicunt: quę nectar,atq; ambrosiam non gustarunt:hæc omnia sibiipsis,vt pater, nota dicentes:& tñ de causarũ harum gustatione supra nr̃æ mentis vires

dixerunt.Nam si voluptatis ipsas gratia tangant,nectar sane atque ambrosia,non vt sint illis causæ esse videntur. Si vero sint causæ: quonam pacto erunt perpetui: cum alimentis indigeant. Sed de hisce quidem qui fabulose philosophantur: serio considerare dignum non esse videtur. Eos autem qui per demonstrationem dicunt, interrogare oportet: cur nam si ex eisdẽ quæ sunt, principiis sint:alia natura sempiterna sunt: alia corrumpuntur.At cum neq; causam dicant,neq; consonum sit rationi,rem ita sese habere:patet non eadem ipsorum principia, & eausas esse. Et enim & Empedocli quem maxime sibi consona dicere quispiam arbitrabitur: idem sane contigisse videtur: nam ponit quidem corruptionis quoddam principium, causamq;, discordiam esse: non minus tamen & ipsa q̃ concordia generare prꝛter ipsum vnum videbitur: cuncta nãq; cætera ex hac ipsa suut præter deum.Dicit.n:

Ex his quæ fuerint:quæ sint veniantq; futura.
Sunt cuncta:arboribus genus hinc:hominesq; feræq;.
Hic orti volucres:nutritiq; æquore pisces:
Cœlicolæq; omnes longeui:numina magna.

Et sine his etiam patet:nam si discordia non esset in rebus, vnum vniuersa essent vt inquit. Nam cum vniuersa conuenerint: tunc vltimo discordia ipsa extruditur. Quapropter & fit ipsius sentẽtia, vt deus qui omniũ est fœlicimus minus sit q̃ cætera prudens. Non enim oia elementa cognoscit:quippe cũ discordiã nõ habeat.cognitio vero illis simili fiat:Dicit.n.

Nam terram terra:lympha cognoscimus vndam:
Aetherq; æthere sane:ignis dignoscitur igne:
Sic & amore amor,ac tristi discordia lite.

At enim id est manifestum: vnde nostra est profecta oratio. Euenire iquã ipsi discordiam quidem non magis corruptionis:q̃ vt res sint: concordiã vero non magis vt sint:q̃ vt corrumpantur causam esse.Congregãs enim in vnum corrumpit cætera: & insuper mutationis ipsius causam nullã dicit:nisi ita fieri aptam esse.inquit.n.

Ast vbi nutrita est ingens discordia membris.
Tempore transacto dulcis concordia cessit:
Fœdere quod magno procedit vtrisq; vicissim:

Vult enim vt patet necessario fieri mutationem:necessitatis vero causam nullã assignat. Attñ tm̃ dicere solus consonũ sibi videtur. nõ enim eorũ quę sunt,alia subire,corruptionẽ,alia nõ subire.sed vniuersa prꝛter elemẽta subire dicit corruptionem. Presens aũt dubitatio est,cur alia occidunt alia corruptionis expertia sunt: si ex eiusdem sint elementis:non esse igitur eadem omnium principia,patet ex hisce: quæ satis ad hoc ostenden-

dum sunt dicta: si vero principia sint diuersa. vna emerget continuo dubitatio: vtrum & ipsa corruptionis expertia sint: an corruptionem suscipiant. Nam si corrumpantur: patet hæc ex quibusdã constare necessariũ esse. Vniuersa enim in ea corrumpuntur: ex quibus constãt. Quo fit: vt principiorum alia priora principia sint: quod quidem fieri nequit: & si ste tur: & si in infinitum in principiis abeatur.

(Nulla autem dubitatione inferior dubiatio ab hisce, quæ hac tempestate sunt, & a prioribus est omissa.) quæstionem, quæ explicatione maxime indigebat, ab omnibus se prioribus prætermissam esse ait: de qua in principio libri in commemoratione quæstionum meminit, sicut de superioribus. Hæc igitur quęstio est, utrum eadem sint principia mortalium rerum atque immortalium. Nam si eadem sunt, quid est in causa, ut ex eisdem principiis omnium rerum, aliæ res mortales, aliæ immortales existãt. quo in loco. Heliodũ & ueteres theologos cõmemorat. qui cum statuissent ex eisdem principiis, quæ immortalia ipsis esse placebat, res omnes constare, quod ipsis credibile uidebatur, alia esse mortalia quædam immortalia, dicebant tñ. ommissa cætera nos edocendi persuadendiq; cura. Nam cum principia sempiterna esse atque diuina, & ex ipsis res omnes existere factasq; esse, statuerent, quę Ambrosiam Nectarq; degustassent deos effici tradebant, cętera uero mortalia. Qui primum Ambrosiam Nectarq; potiones deorum effectrices esse dicętes: sibi fortasse nota dicunt, nobis tamen & omnibus aliis incognita afferunt. Deinde simpliciter, & obscure de huius potionis exhibitione locuti sunt. Cuius enim gratia ad hæc degustandum, quę sunt causæ immortalitatis accesserunt? Nam si uoluptatis gratia ipsa degustant, certe adesse neque Ambrosia neq; Nectar quidpiam ipsis opitulabuntur. ut his gustatis fiant immortalia. Sin autem hæc potio gustata ipsis cõferat ad esse, erit proculdubio ipsorũ alimẽtum. Atqui ambiuntur, & nisi alantur non sunt, ea sempiterna esse qui possunt? Sed hactenus Heliodi ac cæterorum theologorum facta mentione, horum sentẽtias qui fabulas afferunt & fabulis mendacia congerunt, accuratius excutere ommittit. Illud enim: (Fabulose philosophantur.) huiusmodi est, fabulis ueritatem excludunt. Deinceps ad eos transit, qui de his rebus demonstrando dicere uidentur. in quibus operępretium esse ait causam inuestigare, cur cum ex eisdem principiis & elemẽtis omnia facta sint, quædam tamen sempiterna sunt, alia caduca. Nam si neque aliam huius rei causam reddunt neque hęc sententia alioqui probabilis est, haud dubie non erunt eadem omnium rerum principia. Sed ne Empedoclem quidem recte sensisse ait, licet is inter naturales auctores sibi maxime constare uidetur. Aliud nanque elementum causam generationis atque existendi inducebat, id est amicitiam, aliud interitus, hoc est discordiam. Sed multis in locis discordia generationis, interitus uero amicitia per hunc causa esse uideatur. Docet autem quomodo Empedocles constantia dicat, & quomodo tutius difficultatem non effugiat. Empedocles enim discordiam in principiis habuit, quam interitus causam esse tradebat, propter quam natiua omnia interirent, non quædam, & alia secus. Hoc enim est quod ad hoc cõstanter dici uidetur. Omnia scilicet, nascentia quæ ex eisdem principiis existunt interire. non alia interire, alia sempiterna persistere. solis principiis ab interitu uendicatis. quæ quatuor elementa, ac discordiam & amicitiam hic esse statuebat. & sic cur mortalia deleantur, causam reperiens quasdam, sibique constantia dicere uidetur, dum aliam ortus, aliam interitus causam reddit, qua uero discordiam ipsam generandi, hoc est, generationis etiam, non solum interitus, causam esse dicit, quemadmodum amicitiam & interitus, nõ tan- 1.

tum generationis, uno enim excepto quem deum ille ac Sphærum uocat ab amicitia facto, res omnes a discordia per ipsum efficiuntur, qui præter dest inquit, idest, præter spherum, quem unum quoq; appellat. ut ex adscriptis carminibus licet intelligere hæc Empedocles non satis sibi constare uidetur. qui non hoc tuetur nec in eo perstitit, ut alia sit interitus, alia generationis causa, quo ipsius sententia probabilis fore uidebatur. (Non minus tamen & ipsa generare uidebitur,) id est, genitrix ac effectrix esse. (cuncta nanq; cętera ex hac ipsa sunt.) subaudi, quæ a discordia fiunt. Sed adscriptis carminibus, quibus discordiam omnium rerum quæ sunt, quæq; fuerunt generationis causam facit, licet inter principia discordiam interitus auctorem esse statuisset, aliunde etiam q̃ ex hoc carmine patere ait discordiam per Empedoclem uim obtinere generandi. Nam si discordia non esset in rebus, unum inquit, uniuersa essent, neque discernerentur nec efficerentur. Quoniam ne in rebus unum maneat, quod est opus amicitiæ, discordia mista causa est. Cum enim omnia coeunt, unumq; fiunt, discordiam postremam ab ipsis secerni tradit, ceu discordia sit causa existendi rerum discrepantium. cum ipsæ in unum cogi possint huius secretione quamobrem in cæteris cõcretis ut alia elementa, sic item discordiam haberi per ipsum ait, ut secretæ res sint, & in sua quæq; natura consistat in uno autem deo, hanc esse negat, quippe cui soli discordia non sit existẽdi causa, ut cæteris est omnibus. Postq̃ uero docuit, Empedoclis dicta inter sese pugnare, & eiusdem sententia, discordiam a solo deo, ut cui non sit existendi efficiẽs causa, abesse commemorauit. ipsum hoc nomine damnat, quod deum cæteris insipiẽtiorem faceret. Dum cæteris omnium cognitionem tribueret, propterea quod omnia in se principia continerent, simile nanq; a simili cognosci asserebat, deum uero discordię cognitione priuaret, etiam si alioꝝ intelligentia ipsum non excluderet. nimirum quia cum cętera principia obtineret, discordia certe uacaret. Sed quærat aliquis, quõ per Empedoclem deũ idcirco insipientiorem esse dicat, quod non cuncta intelligat. cum eadem ratione per Aristotelẽ idem insipiens uideri possit, quin & ipse quodã in loco quædam melius esse tradit non intelligere, ut mala. An idcirco insipiẽtiorem per Empedoclem esse dicit, quia non plura intelligit, q̃ cætera. Nã cum ipse ex elementis præter q̃ ex discordia gignatur, nihil aliud licet præstantius sit intelligit q̃ ea, ex quibus constat, neq; alia principia intelligit. Itaq; cũ cæterę res cuncta elementa intelligant, solus deus omnia intelligere nequit. Præterea deus qui omnia materialia elementa cognoscit, non ita intelliget efficientia. quæ materialibus sunt peiora. Accedit, quod alio in loco discordiã tãtum ab interitu per Empedoclem immunem esse tradit. Sed cum digressus hæc in Empedoclem disseruisset, eo redit, unde oratio deflexerat, ut Empedoclis doceat incõstantiã, qui non id tuetur, ut amicitia semper sit generationis causa, interitus discordia. Sed hãc nõ magis, q̃ illã alterutrius causam esse facit. Quod enim amicitia sit etiam interitus causa, ipse docuit dicens: quia cuncta cogens in unũ haud dubie interemit ea, quæ fuerant ante coitũ hunc. Quod si non magis discordia, q̃ amicitia interitus est causa, hac quoq; rõne probabile fuerit, deum per Empedoclẽ cęteris esse insipientiorẽ. Neq; enim per ipm discordia est uicium quoddã egregium, ut merito deus ipm nõ intelligat. ipse enim solus, cum sit compositio quædã, discordia uacat. Nã eadẽ est ratio ac si amicitiã, aut aliqd aliud in deo esse negaret. Neq; enim discordiã nõ intelligit, quod ipm hmõi intellectio nõ deceat, sed quia nõ põt: qm̃ ex ipa non cõstat. Deinde hoc Empedocli uicio dat, quod causam non reddit cur iã amicitia, iam discordia torogẽ euicat. haud n. satis est dicere: sic fieri aptũ est, sic est necesse. In cũctis enim rebus, quæ sunt, quæque efficiuntur idem dicere licebit. Nec illud est causam reddere, dicere sic natura cõparatum est. Quibus aduersus Empedoclem dictis, hactenus tamen ipsum solum constantia dixisse tradit, quoniam quęcunq; ex eisdem

principiis existent,omnia similiter caduca esse statuebant,non alia mortalia,alia sempiterna,hoc enim habet inconstantiam aliqua esse immortalia, quædam mortalia,si omnia ex eisdem consistãt.At postq̃ in eos disputauit,qui omnium rerum eadem esse principia statuebant,nunc eorum opinionem ediſſerit, qui alia principia sempiternarum,alia caducarum faciebant. Primum igitur quærit,num mortalium rerum principia quoq; caduca sint,an sempiterna.Si enim sunt interitui obnoxia,haud dubie ex iis constabunt, in quæ abolebuntur. cum nequeant in nihil abire, ex iis nanq; res quæq; constat,in quæ dissoluitur,quo fiet, ut principiorum habeantur principia.Ac proinde hæc non erunt principia, sed illa ex quibus hæc constituuntur. At ut principiorum principia sint,fieri neutiq̃ potest. Nam si principiorum principia sint,siue in aliquo cõsistant,siue procedant in infinitum sequitur incommodum.si enim cõstiterint,ea principia,in quibus interitus consistit, principia erunt eorum quę principia esse statuũtur, eademq; sempiterna, ut demonstratum est, aut si resolutio in nihilum abit, generatio erit ex nihilo. Sin autẽ absq; fine procedatur, semper intereuntis principii id erit principium,in quod ipsum abit. Ad hæc omnino nullum erit principium, ut in libro superiore demonstratum est,uel illud. (Principiorum alia principia sunt.) Sequitur id. (Siue stetur, siue in infinitum abeatur.) utriusq; enim consequens est,ut principioꝝ habeantur principia. Post quod ait illud.(Quod quidem fieri nequit.)quod interposi tum obscuram dictionem reddit.

Præterea quonam pacto erunt res:quę sunt corruptionis participes: si principia interibunt.Sin vero vacent corruptione:cur ex his quidem res participes:ex aliis autem expertes erunt corruptionis: hoc enim non est consentaneum rationi:sed aut fieri nequit:aut oratione indiget lõga.Præterea neq; quisq̃ aggressus est diuersa esse principia dicere: sed eadẽ quidẽ omnes omnium esse dicunt.Primum autem illud quod dubitauimus pretereunt:hoc vt quoddam paruum sumentes.

(Præterea quomodo erũt res,quæ sunt corruptionis participes,si principia interibũt.) li.
Sensus est:Si caduca ex caducis principiis generantur, quomodo ea principiis deletis generari queunt.Nam principiis abolitis,quæ ex ipsis fiunt,non amplius effici possũt. ut intellectus ad hunc modum explicetur.quomodo caduca nascentur,& interibunt. nisi eorum principia fuerint.cũ nascentia & intereũtia idcirco nascantur, & intereant, quoniam principia obtinẽt,ex quibus & a quibus generẽtur, & aboleantur. est nanq; interitus resolutio in principia,ex quibus extitit quod aboletur. Quomodo igitur peribunt,si non sunt,in quæ resoluantur. Sin autem quispiam caducorum principia sempiterna esse dicat,rursus inquirit, quomodo aut quamobrem ex his principiis immortalibus quædam mortalia fiant, ex illis sempiterna. Quæstio enim eadem fere manet atq; superior Præterea neminẽ prorsus dixisse ait,alia esse mortalium,alia immortaliũ principia. Omnes enim eadem esse utrorumq; statuisse. omnisisse tamen id differere quod primo quæsitum est,quomodo scilicet,ex eisdem principiis alia caduca,alia sempiterna generantur.Hoc enim significat cum ait. (Primum autem illud,quod dubitauimus respuunt.)ut proxima subiecta uerba illa declarant.(Hoc ut paruum quoddam sumentes.)Ceu enim parui hæc sit momenti,nec ullam habeat difficultatẽ,statuentes omnium rerum eadem esse principia,de hac quæstione ne uerbum quidem fecerunt. uel (respuunt)pro eo dictum est,per quædam,quæ sibi probabilia uidentur,fabulari entant.ut de Hesiodo ueteribusq; theologis dixit.De Empedocle item,qui ex eisdem principiis cuncta faciens, aliam tamen ortus,aliam interitus causam esse statuit. non magnum

magnum quidquam, uel difficile positu. Per ipsum tamen non eadem sunt sempiternorum atque mortalium principia,neque in mortalibus omnia principia sunt sempiterna. Et enim forma non est sempiterna,materia uero est illa quidem sempiterna,nõ tamen ad perpetiendum inepta,sed pati potius atq; alterari apta.

Hoc autem omnium & ad contemplandum difficillimum, & ad cognoscendam ueritatem maxime necessarium esse uidetur,utrum id quod est, atque unum ipsum,substantiæ sint eorum quę sunt,& utrunque ipsorum non aliud quicquam sit, sed alterum quidem unum sit, alterum autẽ ens, an quærere oporteat quod nõ sit id quod est,ac unum ipsum ut alia,quidem natura subiecta. Quidam enim illo,quidã hoc modo naturam ipsorum sese habere putant. Plato nanq; & Pythagorici non aliud quicquam id quod est,ac unum ipsum,inquiunt esse. sed id ipsorũ est, natura quippe cum substantia ipsius sit ipsum esse unius ac entis. Naturales autem quidnam esse dicunt. Empedocles enim quasi ad notius redigens dicit, quidnam sit ipsum,nam concordiam ipsum esse,differentiæ sane uidebitur.Hæc enim cunctis est causa,ut sint unum. Alii uero ignem,alii aerem esse inquiunt hoc unum & id quod est, ex quo ea quæ sunt, & esse, & fieri debent. Eodem modo faciunt, & hi qui plura afferunt elementa, necesse est enim & hosce tot esse differẽtiæ id quod est, ac unum ipsum,quod esse principia dicunt, fit autem si quispiam non posuerit unum ipsum, & id quod est substantiam quandam esse, ut neque cæterorum quicq̃ uniuersalium sit: hæc enim maxime omnium uniuersalia sunt. Si igitur non sit quicquam unum ipsum,ac ipsum ens, multo minus cæterorũ quicquam fuerit, præter ea,quæ singularia dici solent.Præterea si non sit unũ ipsum substantia,patet neq; numerum esse, ne quandam a rebus separatam naturam.Nam numerus quidem est unitas,unitas autem proprie unũ quid est.Si uero sit quidpiam ipsum unum,& ens, necesse est ipsorum esse substantiam unum ipsum, & id quod est, non enim aliud quicquam uniuersaliter prædicatur,sed hæc ipsa. lii.

(Hoc autem omnium & ad contemplandum difficillimum,& ad cognoscendam ueritatem maxime necessarium esse uidetur.) Quæstio quam difficillimam & maxime necessariam esse ait est. Vtrum ens & unum rerum substantiæ sint, id est, principia, quæ hoc ipsum sint unum & ens, ut nec alteri enti adsint,& hanc naturam significent in iis, de quibus prædicantur. An sit alia his subiecta natura, quæ rerum principium & substantia sit.cui uel quibus subiectis,si plura sint, unum ipsum & ens accidat, quæ oporteat quidnam sit inuestigare,ignis ne,uel aqua,an aliud quidquam. quam inuestigationem necessariam esse declarat, quod de his rebus alii aliter prodidere, & ex eis, quæ in processu quærit intelligitur. tum etiam quia in ueritatis contemplatione princeps est entis inquisitio, & quoniam huic connexa est illius quæstionis solutio,utrum numeri rerum principia & elementa esse possint.Sed non modo huiusmodi perquisitio maxime necessaria est ad ueritatis cognitionem, sed etiam horum discussio plena est difficultatis. cum intelligibilium ac primarum & causarum, & rerum cognitio sit

longe difficillima. At illud: (utrum id, quod est atque unum ipsum substantiæ sint eorum quæ sunt.) Ipse exponit cum ait: (Et utrunq; ipsorum non aliud quidquam sit.) Sed hoc unum, illud ens. Est enim sensus: cum ens & unum de numero entium sint, utrum entia ut substantiæ sint, an ut accidentia substantiæ? Sed postquam docuit quosdam ens & unum naturas quasdam esse per se existentes credidisse, quosdam aliarum quarundam naturarum accidentia, scilicet, ut de infinito in primo Physici auditus libro docuit. quod nonnulli naturam quandam esse faciebant, ut Pythagorici, quibus par numerus huiusmodi esse putabatur. quidam alteri accidere existimabant, his igitur explicatis, addit commemoratq; quis hoc, quis illo modo existimauerit. Eius aũt: (An quærere oporteat, quid nã sit, id quod est, ac unũ ipm, ut alia quidem natura subiecta.) hic est intellectus: An quærere oporteat, quid est unius & entis subiectũ quasi hæc accidentia sint subiectorum, nec ipsam substãtiam significent. Plato igitur & Pythagorici alteri cuipiam subiecto hæc adesse negabant. Quin potius ipsorum subiectam esse naturam aiebant, & substantiam hoc ipsum unum atque ens. Illud autem: (quasi substantia sit ipsum esse unius ac entis.) Huiusmodi est quasi eadem substantia sit unum & ens, perindeq; sit unum esse, atque idem esse. Porro Platoni tum ens, tum etiam unum substantiam quandam esse placuisse, ex eo satis intelligitur, quod ipsiens & ipsiunum ideas esse tradidit. Naturales uero auctores, quorum fuit Empedocles, quiddam aliud enti & uni subiiciebant. & hæc illi adesse putabant. Nam Empedocles referens, ad notius quiddam, unum amicitiam esse statuit, de qua unum prædicari ait, quoniam amicitia per ipsum cogendis rebus causa cuique est, ut unum sit. Alii uero naturales authores ignem uni atque enti substernebant, ut Heraclitus. Fuerunt qui aerem, ut Anaximenes. & alii item aliud. Quidquid enim horum quisque principium & causam esse statuebat, de hoc ens & unum prædicabat. Quin & per eos, qui plura esse rerum elementa putabant, unumquodque ipsorum unum erat & ens. Sed commemoratis expositisque sententiarum de principiis dissensionibus, quæstionem incipit disputare. ac in primis in eam partem edisserit. Si quis unum & ens substantias esse neget, hoc enim significant uerba illa: (Si quispiã non posuerit unum ipsum & id quod est, substãtiam quandam esse.) idemque est intellectus si scripũ sit. (substantiam cuiusdam.) Ens enim maxime omnium prædicatur. Nam cum homo de hominibus, de animalibus animal prædicetur, ens & unum de cunctis entibus prædicatur. Si ergo maxime uniuersalia neque substantiæ sunt, neque entia, ne cætera quidem uniuersalia fuerint substãtiæ. (Si igitur, inquit, non sit quidquam unum ipm, atque ipm ens.) id est, si non licet unum, & ens uelut genera rerum accipere, ut de ipsis quasi genera prædicentur, non æquiuoce, ut alio in loco demonstrauit. Dixit autem. (substantiam cuiusdam.) pro eo, aliculus esse substantiam, & de quibus dicitur in substantia seu essentialiter prædicari. Sed cum dixisset sola singularia esse futura, non autem uniuersalia, hoc absurdum esse demonstrauit. non futuris alioquin disciplinis, nec intelligibili quopiã, sed cunctis sensibilibus ac nullo sempiterno. Quibus hoc in loco adiungit, numerum substantiam non fore, quasi discretum ac per se existentem, ut Platoni ac Pythagoricis uidebatur, nisi unum substantia quædam fuerit. Cuius causam subiicit, quoniam numerus est unitatum compositio. Vnitas autem idem est, atque unum. Quare si unum non est substãtia, ne unitates quidem substantiæ fuerint. Si non unitates. nec numerus certe quo fiet, ut numerus accidens sit, non substantia. cum unum non sit substantia, sed alii cuipiam accidat. Illud uero: (Vnitas autem quod unum quid est.) Sic exponi debet, idest, unitas proprie unum est. uel sub unum ut genus. quoniam unum de ipsa prædicatur. quod intulit quoniam id non quidem ipsi, sed iis incommodum uidebatur. quibus placebat numerum esse substantiam quandam separatam. Fuerunt enim, ut dixi, quibus numerus substantia quędam esse uideretur. Nam cui mathematica substantiæ quædam esse uidebantur, is numerum in substantiis habebat. Deinde partem alteram confirmat, unum scilicet, & ens non esse substantias per se. Primum autem ostendit, qui per se unum & per se ens asserebant, hoc est unum & ens non esse aliorũ accidentia, sed proprie entia dicebant, his consentaneum esse, ut dicant, ipsa esse substantias, ipsorumque esse in eo consistere, quod sint unum & ens. Illud enim (ipsorum esse substantiam unum ipsum & id quod est) significat unius & entis hęc esse substantias, nec esse aliud ipsoꝝ esse, quam esse unum, uel esse ens, quod proxima hæc uerba declarant. (Non enim aliud quidquam uniuersaliter prædicatur.) id est, neque enim ens & unum diuersa sunt a subiectis de quibus prædicentur, sed eadem atque ipsa. Vel sic: neq; enim aliud quidq̃ de substãtia prædicabitur, nisi hæc unũ & ens. ut quidquid est substãtia, unũ sit & ens. nec aliud quidq̃ sit, q̃ hoc ipm. Nã quẽadmodũ, quia quod de hominibus prędicatur, id hõ est, idcirco ea de quibus prædicãtur, homines sunt, nec aliud quidq̃, sic eorum substantia, de quibus ens & unum in substantia prędicantur, unum fuerit & ens, si ens & unum substantiæ quædam sint. Nam neque aqua, neq; ignis de entibus prædicantur, ut aqua uel ignis ipsorum substantia esse dicatur, sed ens & unum. Si hæc ergo substantiæ sunt, ac de entibus uniuersaliter prædicantur, hæc ipsa unum & ens substantia fuerint eorum, de quibus prædicantur. Quanquam hoc: (si uero sit quidpiam ipsum unum & ens, necesse est ipsorum substantiã esse unum ipsum, & id quod est) in eos dictum accipi potest, qui ipsa ideas esse dicebant. Per eos enim quibus ipsiunum, & ipsiens ideas esse placebat, necesse est unum & ens horum esse substantiam. Haud enim ipsiunum & ipsiens diuersa existentia uniuersaliter de rebus prædicantur. alioquin iam non esset ipsiens & ipsiunum. Sed hæc quatenus unum est & ens, de aliis uniuersaliter prædicantur. Vel sic: Nam non aliud quidquam uniuersaliter prædicatur, nisi hæc ipsa. hoc est, quia non aliud de ipsiuno & ipsiente prædicatur. ut ipsa sint eius naturæ, quam id significat, quod uniuersaliter prædicatur. Sed hæc ipsa ũnum & ens de ipsis prædicantur.

At uero si sit quippiam ipsum unum, & ipsum ens, magna existit nimirum dubitatio, quonam modo quicquam aliud præter hæc erit. Dico autem hoc pacto quonam modo ea quæ sunt plura, erũt unũ. Id enim non est, quod est aliud ab eo quod est. Quare necessario fit rõne Parmenidis, ut unum omnia sint. Atq; hoc fit id quod est.

liii. (At uero si sit quidpiam ipsum unum & ens, magna existit nimirum dubitatio, quonam modo quidquam aliud præter hæc erit.) Postquam docuit si ens & unum de his ut substantia prędicentur fore, ut ens & unum substantię quędam sint, non accidentia, difficile quoq; factu esse ait demonstrare, quid aliud superst pręter ens & unum. Nam quod pręter ens est, non est ens, ut Parmenides dicebat: ens autem est unum, quidquid igitur pręter unum fuerit, nihil erit. cum pręter ens & pręter unum idem sit. quasi ens & unum idem sint. Ac proinde plura non fuerint, cum plura sint pręter unum. ipsum autem pręter unum non sit, nõ magis quam pręter ens. Hoc autem sequitur: Si ens & unum substantię sint, neq; dicantur æquiuoce. Erunt igitur, ut Parmenides dicebat, ideſt, unum cuncta, & hoc unum tantum erit ens.

Vtroque autem modo difficultas esse uidetur. Siue enim unum ipsum non sit substantia, siue sit quippiam ipsum unum, impossibile est numerum substantiam esse. Si igitur non sit, dictum est antea id ob quod illud

euenier, ſin uero ſit, eadem emerget quæ & de eo quod eſt fieri dubitatio ſolet: Ex aliquo nanq;,& præter unum ipſum, erit ipſum aliud unum, neceſſe eſt enim unum non eſſe, omnia autem quæ ſunt, aut unum ſunt, aut multa, quorum quodq; eſt unum.

(Vtroque autem modo difficultas eſſe uidetur, ſiue enim unum ipſum non ſit ſubſtantia, ſiue ſit quidpiam ipſum unum, impoſſibile eſt, numerum ſubſtantiam eſſe.) Docuit ſupra, niſi unum ſit ſubſtantia, ne numerum quidem ſeparatam ſubſtantiam fore, cum numerus ſit unitatum congeſtio, unitate uero non ſint ſubſtantiæ. Nunc quamuis unum ſubſtantia ſit, non tamen numerum ſubſtantiam eſſe poſſe confirmat, ſcilicet, quia omnino non erit, cum præter unum nihil ſit futurum. Nam quod eſt præter unum, non eſt unum. quemadmodum quod præter ens, non eſt ens. Aſſumpto igitur ſiquid præter unum ſit, id non fore unum, ſed multa, docet multa eſſe non poſſe. propterea quod multa ex multis unitatibus conſtituantur, multæ autem unitates eſſe non poſſint. alioquin præter unum quidquam eſſet. Porro ſi unitates, inquit plures non ſint, ne numerus quidem habebitur. Neceſſe eſt enim, ut omnis multiplex unitas, præter ipſiunum, & unum quaſi ſubſtantia ſit. Quod autem eſt præter unum, non eſt unum. quod ſi plures unitates non fuerint, nec numerus erit certe. Omnes enim res uel unum ſunt, uel multa, multa uero eſſe non poſſunt. propterea quod multa ex multis unitatibus congeruntur. Præter unum autem nihil eſſe poteſt. Nam præter unum eſt non unum, quemadmodum præter ens non ens. quod ſi multa eſſe non poſſunt, nihilo certe magis numerus, cum unitatum multitudo multa ſit. (Eadem inquit, emerget & de ente dubitatio.) hoc eſt, idem quæretur de ente, quod de uno. Nam ut præter ens, eſt non ens, ſic præter unum, non unum. quod proximis his uerbis ſignificatur. (Ex aliquo enim aliquid erit præter unum.) Neceſſe eſt enim ne ſit præter unum aliud, ex quo aliud unum futurum eſt. Nam quemadmodum ſi ens ſubſtantia ſit, nulla iam fuerit alia ſubſtantia, quoniã præter ſubſtantiam eſt non ſubſtantia, ſic ſi ſubſtantia eſt unum ens ſolum erit. ac proinde multa non erunt. nam multorum quodque unum eſt. Multa enim numeruſque ex unitatibus conſtituuntur, quæ niſi fuerint, ne multa quidẽ fuerint, neque numerus. Vel ſic: Si ipſiunum eſt, oportet ſi numeri ſunt numeri futuri, ut aliud unum generetur. Hoc autẽ unum quod efficitur, neceſſe eſt, ut cum unum nõ ſit, unum fiat. ex non uno igitur fiet hoc non unum. Nam ſi omnia entia uel unum ſunt, uel multa, multa autem ex unitatibus exiſtunt, ex quibus nõ efficitur unum profecto id ex quo unum efficitur nihil fuerit.

Præterea ſi indiuiſibile ſit ipſum unum, nihil erit profecto Zenonis opinione. Quod enim neque cum additur, neque cum auferetur maius, uel minus facit, id eſſe negat, quippe cum id quod eſt, ſit magnitudo, & magnitudo corporea, hæc enim omni ex parte eſt ens, cæterę uero ſi addantur, partim faciunt maius, partim non faciunt, ut ſuperficies ac linea, punctum autem & unitas nullo pacto facient maius. Sed quoniam hic inepte admodum contemplatur, & poteſt in ratione rerum indiuiſibile eſſe, ut & hoc pacto ſit & ad illum quædam reſponſio, nam tale non maius quidem, ſed plus faciet, ſi addatur, illud quærendum eſſe uidetur, quonam pacto ex uno tali, uel pluribus fuerit magnitudo. Eſt enim hoc

perinde atque ſi linea ex punctis conſtare dicatur. At uero & ſi quiſpiam hoc pacto putat, ut ex uno ipſo ac alio, non uno quodam numerus ipſe fiat, quemad modũ quidã dicunt, nõ minus tñ quærendũ eſt, cur & quomõ interdũ numerus, interdũ magnitudo id erit quod inde oritur, ſi non unũ ipſum inequalitas & natura eadẽ erit. Nõ enim patet aut quonam pacto ex uno ac ipſa, aut quo modo ex numero quodam & hac eadem magnitudines fient & orientur.

lv (Preterea ſi indiuiſibile ſit ipm unũ, nihil erit ꝓfecto Zenonis opinione.) præter ſupra diſputata quærit etiã num de uno, ſi prorſus indiuiduũ hoc ac exps magnitudinis ſit, quõ magnitudinis principiũ eſſe poſſit. Zenonis enim ſentẽtia nihil eſſet. Sic enim Zeno opinabatur, fuit aũt hic Zeno Eleata Parmenidis diſcipulus. cui nihil omnino eſſe placebat, quod cuiꝑ additũ ipm maius nõ efficeret, nec ſubductũ minus. Hmõi aũt eſſe ipſiunũ. ille igitur quaſi res oĩs magnitudo & corpus ſit, propterea quod nulla magnitudo alia eſt in ſubſiſtentia nihil putabat ſine corpore augeri augere ue poſſe, id n. prorſus ens eſſe. qm̃ hmõi magnitudo addita prorſus augebit, cæteræ non ſimpliciter augebũt totũ, ſed mõ quodã, ut pote quę nõ ꝓprie ſint magnitudines. Linea n. & planũ dũtaxat ꝑ extrema cõpoſita interſe augẽt. Superficies. n. cõpoſita ꝑ lineã, quę ipſius eſt terminus ipſam adauget, ꝑ ſuperficiẽ & latitudinẽ nõ adauget. Cõgruit. n. qm̃ altitudo ex ſuperficie cõpoſita fieri nõ põt. Pari rõne linea quæ magnitudo eſt, ꝑ punctũ. Cõpoſita n. per punctum, quod eſt ipſius terminus, totã efficit maiorẽ. ꝑ lineã uero cõgruit, non adauget. qm̃ latitudo nõ cõſtituitur ex linea, ſed harũ utraq; licet nõ ꝓprie, quodãmõ tñ eſt ens, quatenus adauget entia, at pũctus & unitas, qm̃ magnitudinis ſunt exptes cũ augere nequeant, nihil c ĩo eſſe Zenoni putabãtur. Cæterę cõmemorata Zenonis ſentẽtia, quæ penitus unũ tollebat, addit: quanq̃ Zenonis oĩo importuna ſit, quæ præter magnitudinẽ quidq̃ eſſe negat, aliqd enim indiuiduũ eſſe põt, cũ nihil penitus obſtet, quo minus indiuiduũ augere poſſit, ipſi tñ occurri põt, qm̃ & ſi indiuiduũ non efficiat maius, plus tñ efficiet, & hac rõne unũ & indiuiduũ augebit. Itaq; hoc nõ efficitur, ut ipſiunũ nihil ſit, cũ ipm augere poſſit. Illud porro inueſtigare opæpretiũ eſſe ait, quõ ex huiuſmodi uno uel pluribus efficitur magnitudo. Hoc enim ſimile eſt, ac ſiquis lineam ex punctis conſtare dicat. quæ quidẽ in eos dicta ſunt, quibus numeros omniũ rerũ principia & elemẽta eſſe placebat, ut etiã magnitudinũ eſſet principia. In hac aũt ſentẽtia fuerunt Pythagorici. Deinceps differit de Platonis ſentẽtia, qui & numeri & cæterarũ rerũ principia eſſe dicebat unum, & aliud quiddã nõ unum, hoc eſt numeros quendã, quod ſignificãt illa uerba: (ac alio non uno quodã) quod eſt inæqualitas & indefinita dualitas, quæ ipſe magnũ & paruũ appellabat. Nã primũ ex infinita dualitate numerum ab uno gigni ſtatuebat, deinde cætera. quærit igitur quõ ex uno & infinita dualitate cõiunctis hoc numerus fit, illud magnitudo. haud enim numeri tãtũ ex his, ſed & magnitudines ꝑ ipm generabãtur. Nã ſi inæqualitas & dualitas indefinita, quæ eadẽ eſt natura, principiũ eſt numerorũ & magnitudinũ, quõ ex uno & hac copulatis magnitudo aliqua effici poteſt. cũ hæc uim numeri generãdi habeãt. Vel ſigs numerorũ primũ ex his fieri dicat, deinde ex numero magnitudines, quõ ex numeris, uel ex numero & inęqualitate cõiũctis effici põt magnitudo, inueſtigare eſt opæpretiũ. Dubiũ eſt enim quõ quæ partibus uacãt, poſſint magnitudines generare. (Si inquit, nõ unũ ipm inæqualitas & natura eadẽ erit.) ideſt, ſi nõ unũ ꝑ ipm eſt inæqualitas, & hæc, natura & numerorũ & magnitudinũ ꝑ ipm eſt eadẽ, quõ enim ex eiſdẽ principiis & numeri & magnitudines generari ualeant?

Post hæc autē sequitur dubitatio, utrum numeri corpora plana ac pūcta substantiæ quædā sint, an non sint. Nam si nō sint, præterit nos quid nā si id quod est, & quænā sint substātię rerū. Affectus enim motus, relationes, dispositiones, ac rationes, nullius rei substātiam significare uidētur. Oia nanq; de aliquo subiecto dicūtur, & nihil hoc aliqd est. Quæ uero maxime substantiam significare uidebuntur, ignis, aqua, aer, atq; terra, ex quibus corpora composita constāt, horum caliditates quidem, frigiditates, ac tales affectus non sunt substantiæ. Corpus autē solū quod hæc patitur, atq; suscipit, permanet, quia est quid & substātia quædā. Atqui corpus minus q̄ superficies, & hæc minus q̄ linea, & linea minus q̄ unitas punctumue, substātia esse uidet. His.n. corpus definit, ut patet, & hæc qdē sine corpe posse esse uidētur. Corpus autē sine his esse nequit. Quo circa plæriq; homines quidē, ac ueteres corpus quidē substātiā, & id quod est esse arbitrabātur. Cætera uero huius affectus. Quare & principia corporū principia rerū esse putabāt. Posteri autē, & hi qui sapiētiores his esse sunt uisi, numeros. Vt igitur dicebamus, si non sint hæc ipsa substātiæ. nulla est prorsus substantia, neq; quicq̄ oino est ens. Nō enim ea quæ hisce occidunt, dignū est entia appellare, at uero si hoc quidē cōceditur, lōgitudines inquā punctaue magis q̄ corpora substātiā esse. Hæc autē quorū nā sint corporum nō uidemus, esse enim in sensibilibus nequeūt, nō erit profecto substātia ulla. Præterea hæc oia partim in latitudinē, partim in altitudinē, partim in longitudinem corporis dimēsiones esse uidētur. Insup æque in solido quæuis inest figura, quare si neq; in lapide mercurius insit, neq; tesseræ dimidiū sit, in tessera sic diffinitū, neq; ergo superficies inest, nam si quæuis esset, & ipsa profecto esset quę dimidiū ipsum definit, eadem & de linea, & pūcto, ac unitate est ratio. Quare si corpus qdē maxime substātia sit, hæc uero magis q̄ corpus, nō sint aūt hæc neq; sint substātiæ quædā, præterit sane quidnā sit id quod est, & quæ tādē sit substātia rerum.

(Posthæc autē sequitur dubitatio utrum numeri corpora plana & puncta substantiæ quædā sint, an nō sint.) per superiorem disputationē numeros substātias non fore demonstrauit, nūc præterea inquirit, utr̄ numeri corpora, & puncta & superficies uidelicet, & linea substātiæ sint, an secus. qm̄ nisi hæc substantiæ sint, nulla prorsus fuerit substātia. Nam quæ aliæ substātiæ esse possunt. Sunt autē non substātia, excepti causa, qualitates, has enim motus passiuos appellat, itē relationes, & dispositiones, quę & ipsę qualitates sunt, & rationes, sic enim numeros appellat, qui substātiarū sunt. nō ipsi tm sunt substātiæ. (Nullius inquit, rei substātiā significare uidētur.) id est, substantiæ non sunt. Similiter cætera quæ nouē prædicamētis subiiciūtur, nō sunt substātiæ. (Omnia nanq; de aliquo subiecto dicūtur.) idest, sunt in aliquo subiecto, & aliquod aliud subiectū habēt, nec per se subiiciuntur, neq; ipsorū quidq̄ sub demōstrationē cadit. ut subiectū per se, Ens autē hoc in loco substātiā appellat. Quibus explicatis, ut manifestum subiicit, corpora simpliciter potissimum esse substātias. Semotis autē qualitatibus, & cæteris affectionibus uelut corporū accidētibus, corpus his subiectū affectionibus dico, substantiā esse assumit. quod triplex habet interuallū. quo sumpto posthæc docet,

lvi

hoc corpus minus esse substātiā q̄ pprios ipsius terminos. superficies enim magis esse substātia q̄ corpus, lineam q̄ superficiem, pūctum q̄ lineā. Deinde ostēsurus, qm̄ hæc substantiæ nō sint, ne corpus quidē esse substantiā, utitur loco a magis & minus. Si.n. quæ magis substātię esse uidētur, substātiæ nō sunt, certe, nec quæ minus. qd aūt corpus minus q̄ hæc, substātia sit, duplici ꝓbat argumētatiōe, altera sic: Quibus aliqd definitur, & in specie cōstituit, ea magis substātia sunt, q̄ definitū ab ipsis. Nā quæ definiūt aliqd, ea magis entia sunt magisq; substātia, q̄ definitū, & in specie cōstitutū, seu informatū hæc enim cā reddit ab ipso cur forma, q̄ materia magis substātia sit, corpus aūt a superficie linea & pūcto definit, hęc igitur, q̄ corpus magis sunt substātia. Altera argumētatio sese ad hūc modū habet: Quorū est ea cōditio, ut hoc absq; illo esse possit, nō ediuerso, in his qd esse p se pōt, magis est substātia, corpus aūt corporisq; termini sic se habēt, ut termini absq; corpore esse possint, nō itē corpus absq; illis, termini igitur magis sūt substātię, q̄ corpus. Sed merito dixit: (posse esse uidēt.) substātēdo.n. nihil horū absq; corpe pōt, nō magis q̄ corpus sine his, intelligētia uero & rōne hæc possūt esse sine corpore, nō aūt corpus sine ipsis, quia corpus sine superficie intelligi nō pōt, nec superficies sine linea, nec linea sine pūcto. qm̄ hęc in ipsorū definitionibus cōtinētur. Nā corpus esse dicit, quod lōgitudinē, latitudinēq; habet, superficies, quę lōgitudinē atq; latitudinē, linea uero, longitudo nō lata, cuius termini sunt signa siue pūcta. At signū sine linea, hæc sine superficie, & superficies absq; corpore intelligit. In cuius sentētiæ cōfirmatiōē prioꝝ citat sētētias. Quorū antiqores, quicq; paꝝ exacte de rebus differuerūt, substātias reꝝ, ac principia corporea esse statuebāt. Posteriores uero his, q habiti sunt sapiētiores Pythagorici uidelicet & Plato, numeros dicebāt esse principia reꝝ. ceu hi magis, q̄ corpa essent substātiæ. Nā corporū principia ꝑprie entia esse dicebāt. qd essent & entiū & corporū principia. quo assumpto ait: si horum nullū substātia sit, nihil fore substātiā, nō corpora, ut quæ minus sint substātia, nō item quæ corporū sunt accidētia. Quod aūt hæc nō sint entia, hoc est substātiæ, ostēdit ad hūc modū: Si pūctū & linea, & superficies entia sunt, & substātiæ, nimirū ipsorū subsistētia in corporibus est & ex corporibus, in his, horū aūt nullū est in sensibilibus. quale nanq; punctū definimus, nihil tale in corporibus sensibilibus est reperire, nec qualē lineā, cū minime accipe liceat in corpe sensibili lōgitudinē a latitudine prorsus separatā. nec itē superficiē sine altitudine, si ergo entia essent, & substātiæ, in corporibus sensibilibus haberētur. hęc.n. sola sunt in subsistētia. rursusq; si nō habeātur in corporibus sensibilibus, ne substātiæ qdē fuerint. Ex eo autē nō esse hęc in subsistētia demōstrāt, qd hęc affectiones sint, ac in diuisione corporū, fiant cum tū diuisiones corpis nō sint subiecta, nec sint in ꝑpria natura, qm̄ sunt affectiones, affectiones autē nō sunt substātiæ. tametsi corpus a linea p latitudinē secet, p altitudinē a superficie, a pūcto p lōgitudinē. Ad hæc superficiē lineā & pūctū in corporibus nō esse, ostēdit ad hūc modū: Hęc cōsideratiōe in corpibus esse dicunt, nō igit subsistētia, & qd separari possint. quo assūpto, in corpibus inqt, q̄lēcunq; figurā, & q̄lēcunq; superficiē, accipe pari rōne licet. ꝑpterea qd cōsideratione in rudi lapide mercurii effigies, & appollinis, & cuiuspiā alterius pari rōe intelligi pōt. ut in tessara dimidiū tessaræ inest intelligētia, & superficies, quę altitudinē in duo secat, in ipa intelligi pōt, & quęlibet alia superficies pari rōne. Si ergo figuræ oēs & superficies pari rōne in cōrpore sūt, sunt enī cogitatione, quę autē cogitatione accipiunt, nō sunt in ipo, ne aliud quidē erit quodpiā. Quare si mercurii effigies nō est lapide, nec ea certe fuerit, quā habere uidet. & si in tessara nō est, quę ipam bipartito secat, nihilo magis ea fuerit, quam uidet hīc. Sed captio rōnis in eo est, qd sumit, similiter oēs figuras esse in subiecto, ut quæ potētia insunt, & quę actu, inde autē sumit ꝑbabilitatē, quod pinde quæ actu sunt, atq; eaquę potestate, cōsideratiōe uidēt eē. idq; qm̄ separari nō possunt. quę ratio falsis est in linea, pūcto, unitateq;, nā unitas pūct⁹ qdā est, atq; in superficie. Nā horū qd

cõsideratione similiter in subiecto corpore esse affirmare licet. & ostẽdere quę potẽtia sunt in subiecto ea non esse in ipso. Nã quod in subiecto potẽtia est, id nõdum in ipso est, qm̃ ne ea quidẽ in ipso esse demõstrari possunt, quæ in ipso actu esse uidẽtur. Sed postq̃ his docuit, nec superficiem, nec lineã, nec punctum, nec unitatẽ substantiam esse, quasi consequens eor quæ demonstrata sunt, assumit, ne corpus quidẽ, quod ab his terminatur substantiam fore. Hæc autem non modo substantias nõ esse ostendit, sed nec entia quidem omnino. (Non sunt, inquit, aut hæc, neq; substantiæ quędã,) id est, neq; entia hæc sint, neq; substantiæ.

Nam ultra ea quæ dicta sunt præter etiã rationem accidunt ea, quæ circa generationem corruptionemq; eueniunt. Substantia enim si prius nõ erat, & nunc est, aut si ante erat, & postea non est, hæc ipsa pati cũ generatione corruptioneq; uidetur. At fieri non potest, ut puncta, lineæ, superficiesue, quæ interdum sunt, interdum non sunt, generentur uel corrũpantur. Cum enim corpora se tãgunt, simul fit superficies una, cum diuiduntur duæ, & sic etiam cætera, quare neq; compositis est, sed euanuit, & diuisis, sunt quæ prius non erant, non enim indiuisibile pũctum, diuisum est bipartito. Quod si generantur & corrumpantur, ex aliquo generantur. Similiter & res sese habet, & circa ipsum temporis punctũ, neq; hoc enim generari corrũpiue potest, attamen uidetur aliud semper esse, quia nõ est substantia quædam, Eodem modo rem sese habere patet, & circa pũcta, & lineas, atq; plana, est enim eadem in uniuersis his ratio, nam omnia similiter, aut fines sunt, aut dimensiones.

(Nam ultra ea, quæ dicta sunt præter etiam rationem accidunt ea, quæ circa generationem corruptionemq; eueniunt.) Hæc quoq; argumentatio corporis terminos non esse substantias, probare nititur, quos magis, q̃ corpus substantiã esse docuerat ad hũc modum: substantiæ, quæ prius non erant per generationem ad esse procedunt, rursus quæ prius erant pari ratione ad non esse per interitum, prorsus ut esse & non esse substantiarum generatio & interitus antecedant, hi autem absq; generatione, & interitu iam sunt, iam non sunt, non sunt igitur substantiæ. Illud enim: (Cum corpora se tangunt simul fit superficies una, cum diuiduntur duæ.) absq; generatione fieri significat. Simul enim atq; interse contingũt, efficitur una. ac uicissim simul ac diuiduntur, efficiuntur duæ. idq; nulla generatione antecedente. Tum autem esse, tum nõ esse citra generationẽ & interitum, docet ad hunc modum: cũ corpora inter se cõtingunt, & rursus segregantur iam una est superficies, & linea, & pũctum, iam duo efficiuntur, cum enim contingũt, unum fiunt amborum termini, scilicet quia cõueniunt. Cum autem diuidũtur, statim rursus duę. Ita modo superficies duplex est & cęteta, cũ uidelicet corpora inter se nõ cõtingũt, mõ nõ est, cũ scilicet cõtingũt. idq; sine gñatione & interitu. Neq; n. punctũ qđ suapte natura indiuiduũ est, in duo diuisum fuit, ut hmõi particio alterius pũcti sit gñatio. sed cũ prius nõ fuisset, postea citra generationẽ est. quę eadẽ linee, ac superficiei rõ intelligit. Neq; n. linea per latitudinẽ diuidi põt, ut sic abolitio cõtactu una, duę efficiatur, nõ magis q̃ superficies per profunditatem. His adiicit, quod quidqd generatur, ex aliquo subiecto & materia efficitur, his aũt nihil subiicitur, hæc igitur non generãtur. Si enim supradicta tũ sunt, tum non sunt absq; generatione efficitur, ut non sint substantia. Præterea ut in nunc seu momento, quod temporis est terminus sese res habet, sic in linea & superficie habebit, hæc enim cuncta pari ratione

lvii

sunt termini hoc corporis illud superficiei, quoddam lineæ, aliud temporis siue diuisionis, per hæc enim fiunt propositorũ diuisiones. Si ergo hæc omnia ut similiter modo sint, modo non sint necesse est, saltem quorũ eadem est natura, momentum autem iam est, iam non est, uariatq; subinde sine generatione ac interitu, eadem profecto fuerit cæterorum ratio. quod in momento uerum esse confirmatur ad hunc modum: omnis generatio ac perinde interitus omnis in tempore est. Ergo si momentum generaretur, in tempore primũ generaretur. quod autem in tempore generatur, diuiduũ est, partesq; obtinet, ac in quadam habetur distantia. Nam quod in tempore generatur, eius pars alia generata est, pars generatur. Per temporis enim partes rei generandæ partes gignũtur. præterea omne quod efficitur, subiectũ aliquod habet, ut dictum est, momento autem nihil subiicitur. Si ergo momentum sine generatione modo est, nõ modo non est, eadem erit commemoratorum ratio. Porro si hoc uerum est, hæc utique non fuerint substantiæ.

Omnino autem dubitauerit quispiam, cur & quærere alia quædam præter sensibiles, & medias res oporteat, ut ea quæ ponimus formas. Nam si propterea quod mathematicæ ab hisce aliam quidem differunt ratione, hoc autem quod multæ sunt, quædam eiusdem speciei non differũt, non erunt ipsarum principia numero definita, quemadmodum & litterarum numero quidem omnium non sunt principia definita, specie uero sunt, si uero huiusce syllabæ quispiã, aut huiusce uocis principia sumat, harum enim erunt & numero definita, similiter & in mediis. Infinita enim sunt, & ibi ea, quæ sunt speciei eiusdem. Quare si prẽter sensibilia & mathematica non sint aliqua alia, qualia quidam inquiunt formas esse, substantia una numero specieq; non erit, neq; principia eorum quæ sunt, erũt numero, sed specie definita. Si igitur hoc est necessariũ, & formas ob idipsum esse necesse est. Nam & si non bene positionem suam declarant ii, qui dicunt ideas esse, id tamen est quod uolunt, & hæc ipsi dicant necesse est, unamquanq; formarum substantiam quandam esse, & nullã per accidẽs. At uero ea quæ necesse est euenire impossibilia, si formas posuerimus, & unũ numero principia ipsa nõ specie esse iam antea diximus.

lviii

(Omnino autẽ dubitauerit quispiam, cur & quęrere alia quædam præter sensibiles & medias res oportet, ut ea quę ponimus formas.) Quæstio est, quomodo probari possit, eorum sententia, quæ præter sensibiles substantias, & medias, id est mathematicas, quasdam alias causas inquirunt afferuntq;, ut auctores idearum. Deinde opinioni faueus probabilitatem subiungit, quoniam mathematica, quanq̃ cętera discrepent a sensibilibus, scilicet q̃ sempiterna sint, & immobilia, ut supra dixit, hoc tamen ab ipsis nõ differunt, q̃ multa eadem specie in ipsis habentur, horum nanq; nullum est, ut supra dixit unum numero, sed unum quodque est unum specie, numero autem singula quæq; huiusmodi inter se similia, quo fit, ut horũ nullum sit substantia, & prineipium aliorum. q̃ si neq; horum, neq; sensibilium principia numero sunt definita, utique neq; principia non erunt definita numero. neque aliqua substantia una numero finitaque in principiis erit. nisi quædam altæ substantiæ sint præter sensibiles & mathematicas, quales ideas esse tradunt. Nullum enim principium fuerit unum numero, si sensibilia & mathematica sunt unum specie, nec præter hæc alia est substantia. Præterea neque

rerum principia erunt ſubſtantiæ, ſi harum quæq; non eſt una numero. uniuerſalia enim ex accidẽti ſunt,ut in proceſſu declarabit. Sed poſtq̃ dixit,ſubſtãtia ut principiũ nõ erit una numero,addit:(& ſpecie.)hoc eſt,natura & ſubſiſtẽtia.uel ſic: principioꝝ non erit alterũ unũ numero, alterũ unum ſpecie.quoniam id tantum erit,quod unum ſpecie fuerit,quod nõ eſt proprie principiũ in his eſſe,habensq; quodq; ab his iutelligat, quorum principia eſſe dicuntur. Quanq̃ melius ad hunc modum ſcriptum eſt: (Non erit una numero,ſed ſpecie.) hoc enim eſt,quod tum e ſuperioribus cõficitur, tum ex hoc quod infertur:(Neque principia eorum,quæ ſunt, erunt numero,ſed ſpecie definita.)Nam ſi alia ſubſtantia præter ſenſibiles,& mathematicas nulla ſit, nullæ fuerint ſubſtantiæ definitæ,quod ſi ita eſt, nec principia proprie ſunt ſubſtantiæ,cum non ſint ſubſtantiæ definitæ, neceſſarium eſſe uidetur, ut alias eſſe ſubſtantias ſtatuamus, quarum quæq; proprie ſubſtantia ſit. quæ neq; cuiuſpiam communione, neq; ex accidenti eſſe habeat & unum. Nam quod eſt unum ſpecie,id ex accidenti eſt unũ, non proprie. At ſi quis huiuſmodi ſubſtantias eſſe ſtatuerit,admonet nos incomodorum,quæ huiuſmodi ſententiam ſequi ſupra demonſtrarat. Dictorum autem intellectus huiuſmodi eſt. Propoſitis ſyllabarum elementis, docet in his principia ſingulorum,& quę communiter de aliquo prædicantur,non eſſe numero definita,ſed ſpecie. A. nanq; commune principium ſingulorum. a. unum eſt ſpecie non numero.quæ ratio eadem eſt in cæteris elementis ſeu literis.ut uero in elementis,ſic in ſingulis hominibus homo,& in cæteris ſenſibilibus pari ratione, ſed dixit harum literarum noſtrarum numero principia definita non eſſe,ſed ſpecie,huius autem determinatæ ſyllabę ba. hoc.a. & hoc. b. eſſe principia & elementa determinata numero. Hoc aũt adiecit, ac docuit in ſyllabis ad hunc modum acceptis & in omnibus principiis compoſitorum, in quibus licet principia numero determinata ſumere, rurſus alia communia horum eſſe principia. quoniam .a. quod habetur in hac ſyllaba, & quod in illa principium habent. a. quod communiter prædicatur.Poſtq̃ uero docuit in literis commune & unum ſpecie principium eſſe, ſimiliter inquit,res ſe habet in mediis, hoc eſt in mathematicis. Etenim perinde in mathematicis,ut in elementis multa, atq; adeo infinita ſingularia ſumimus, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei inter ſe. Dicit autem ſimiliter,& in naturalibus & in mathematicis,quoniam ratio eadem eſt in utriſq;,non erit,inquit, ulla alia ſubſtantia una numero,niſi qualem idearum auctores inducere uolunt.(Subſtantia,inquit, una numero ſpecieq; non erit.) id eſt,non erit aliqua ſpecifica ſubſtantie una numero, non igitur entium principia definita & tot numero erunt, ſed ſpecie. Si autem hoc eſt neceſſarium, ut ſcilicet entiũ principia numero definiantur,ſic enim fiet, ut ſubſtantiæ ſint, nam commune non eſt proprie ſubſtantia, ac proinde neque principium neq; elemẽtum, profecto idearum aſſertores neceſſaria: ratione ducti eſſe uideri poſſunt, ut in huiuſmodi opinionem uenirent. Nam licet hoc non aperte dicant,propterea quod iſtorũ ſententia nihil admodũ expreſſum dictumq; tradit, at certe hoc ipſi ducti eſſe uidentur,ut ideas principia eſſe rerum ſtatuerent,q; principia ſubſtantiæ ac definita eſſe oporteat. Sic enim his entium principia ſubſtantiæ atque adeo per ſe ſubſtantiæ ab aliis differentes, quæ ſint unum ſpecie. non per accidens,ut cõiacẽt uidentur.Communium nanq; ſubſiſtentia nõ eſt per ſe,ſed ex accidenti. His porro dictis atq; huius opinionis adducta probabilitate,admonet nos eorum,quæ in hãc opinionem diſputata ſunt,& omnino in eos quibus principiorum quodq; unum eſſe numero placebat. Dictum eſt enim,præter principia tunc nihil fore. Nam quorũ principia numero definita ſunt,hæc totidem numero atq; principia eſſe demõſtratum eſt. quo fit,ut præter principia nullæ res aliæ ſint futuræ.& cætera quæ in primo libro contra idearum aſſertores adducta ſunt.

His autem hæc dubitatio propinqua eſſe uidetur, utrum potentia ſint ipſa elementa, an aliquo alio modo, nam ſi ſint alio modo, erit aliquid aliud principiis prius, potentia nanque illam cauſam antecedet, atque non omne quod eſt potentia illo modo ſeſe habere neceſſe eſt. Sin uero potentia ſint,fieri poteſt ut nihil ſit eorum quę ſunt. Poteſt enim & id eſſe quod nondum eſt, nam fit quidem id quod non eſt, nihil autẽ fit eorum quæ nequeunt eſſe. Has igitur dubitationes de principiis dubitare neceſſe eſt. Et utrum uniuerſalia ſint, an eo ſint modo quo dicimus ipſa ſingularia eſſe. Nam ſi ipſa uniuerſalia ſint, non erunt ſubſtantiæ. Nihil enim communium hoc aliquid, ſed quale ſignificat, ſubſtantiam autem hoc aliquid ſignificare conſtat. Quod ſi id quod communiter prædicatur hoc aliquid erit, digitoque poterit deſignari, Socrates ſane multa animalia erit, ipſeque & homo ac animal, ſi unumquodque hoc aliquid unumque ſignificat. Hæc igitur accidunt, ſi principia uniuerſalia eſſe ponantur. Sin uero non ſint uniuerſalia,ſed ut ſingularia,non ſub ſcientiam cadunt,ſcientia nanq; omnium uniuerſalium eſt. Quare principia erunt alia principiis ſane priora, uniuerſalem ſubeuntia prædicationem, ſi ipſorum ſcientia ſit futura.

lix

(His autem hæc dubitatio propinqua eſſe uidetur,utrum potentia ſint ipſa elementa, an aliquo alio modo.) Hæc quæſtio admodum Logica eſt, quærit autem utrum elementa rerumque principia potentia ſint, an actu. hoc enim ſignificatur his uerbis: (an alio aliquo modo.) ſi enim actu,nam hoc ſignificat cum ait:(nam ſi ſint alio modo.) principiorum principia erunt, ut ipſe dicit:(erit aliquid aliud principiis prius.) quod eſt incommodum. Quid autem prius erit? an quod eſt potentia? quoniam in eadem re potentia q̃ actus prior eſſe uidetur,quare ſi cauſa & principium eſt actu, nimirum potentia prior erit ipſo principio, ſi quidem actu eſt. Neque enim ſi quid eſt poſſibile,protinus ut actu ſit eſt neceſſe. Itaque non conuertuntur, ſed eius, quod nondum eſt actu potentia præcedit,& in omni poſſibili, potẽtia prior actu erit. quod quidem Ariſtoteles breuiſſime expoſuit,dum illis uerbis:(potentia nanque illam cauſam antecedet.)adiungit illa:(Atque non eſſe quod eſt potentia, illo modo ſeſe habere neceſſe eſt.)hoc eſt actu eſſe. Dixit autem illam cauſam, pro illo principio, quod actu eſſet. aſſumens per illud: (potentia nanque illam cauſam antecedet.) hoc ſiquid actu eſt,prius potentiam habuiſſe. Siquis autem elementa potentia, non actu eſſe ſtatuerit,fiet ut nihil omnino eſſe poſſibile ſit. Poteſt enim eſſe,id quod nõdum eſt. principia ergo ſi potentia ſunt, eadem non eſſe poſſunt. quod ſi hæc non ſint, ne illa quidem fuerint quæ ex ipſis conſtituuntur. eſſe autem poſſibile quod nõ eſt docuit, quia quod efficitur non eſt. quod ſignificauit dicens: (Nam fit quidem id, quod non eſt.) quod autem fit,eſt poſſibile,poſſibile igitur non eſt. Sumit autem alteram propoſitionem,cum ait:(nihil autem fit eorum quæ nequeunt eſſe.)quod perinde eſt,ac ſi diceret:fit quod hoc potentia eſt & poſſibile. Ad hæc rurſus quæſtionis illius ſupradictæ mentionẽ facit,utrum elemẽta & principia reꝝ uniuerſalia & cõia ſint,an ſingularia: adiungit igitur hãc difficultatẽ,quæ tunc eſt commemorata, aſſumit autẽ ſubſtãtiam eſſe ſubiectum & hoc aliquid, non autẽ quale quid. Nam ſubſtãtiarꝝ genera ſpecieſq;

non significant hoc aliquid, sed qualitatem, nam quale circa substantiam definiunt. ut docuit in prædicamentis. quod uero neque uniuersale neque commune principium sit, docet in hunc modum: si quis dicat uniuersale principium esse fiet, ut commune hoc aliquid significet, & sub expositionem cadat, ut quasi digito demonstrari possit, ut Socrates, & indiuidua substantia, quod si ita sit, profecto Socrates erit multa numero animalia. ipse uidelicet Socrates, & animal & homo, siquidem & homo & animal hoc aliquid est & per se & sub demonstrationem expositionemque cadit. Socrates enim est homo, neque idem est esse Socratis & esse hominis. quin etiam animal, nam Socrates animal est, ipsum enim subiectum erit & per se subsistens. At hoc non uniuersalis est, sed indiuidui. (Sin uero non sint uniuersalia.) Est enim argumentatus in hoc & effici dixit, ut Socrates sit multa animalia. Vel hic est dictorum sensus: Sicui placeat huiusmodi esse uniuersale, ut non quale quid significet, sed hoc aliquid & substantiam, & perinde esse, ut quæ expositione declarantur, Exponi enim dixit quod communiter prædicatur. Si ergo huiusmodi est uniuersale, efficitur ut sit tanquam singularia, nec eius habeatur scientia, uel potius cum docuisset principia non esse uniuersalia, merito nunc in alteram quæstionis partem transiens dicit. (Si uero non sint uniuersalia.) Est autem sensus: si quis dicat principia non esse uniuersalia, sed singularia & indiuidua, rursus principiorum non erit scientia. quoniam scientia est uniuersalium. quare principiorum erunt alia principia, si est ipsorum futura scientia. & sic rursus principia erunt uniuersalia, aut ipsa non erunt scibilia. Atque hæ quidem sunt quæstiones in secundo libro disputatæ, rationibusque probabilibus ac suadentibus confirmatæ. Fieri enim non potest, ut qui in oppositas partes ediſſerunt, ii probabilibus argumentationibus non utantur. quæ nisi huiusmodi essent, sed necessario colligerent, solui nequaquam possent.

Finis tertii libri.

ENARRATIO ALEXANDRI APHRODISIEI

in librum tertium, primæ philosophiæ Latinis quartum, interprete Io. Genesio.

St scientia quædam, quæ id quod est ea ratione qua est ens, & ea quæ huic insunt per se contemplantur. Hæc autem nulla est earum, quæ scientiæ particulares dicuntur. Nulla enim cæterarum id quod est, ut est ens considerat, sed partem quęque aliquam excipiens, id quod accidit de hac contemplatur, ut mathematicæ scientiæ faciunt. Quoniam autē principia summasque causas quærimus, patet ipsas necessario per se cuiuspiam esse naturæ. Quod si & ii qui eorum quæ sunt elementa quærebāt, hæc principia quærebant, necesse est & elementa eius quod est ut est ens, & nō p accidēs esse. Quapropter & a nobis eius quod est ea ratione qua ens, primæ causæ sunt sumēdæ.

Enar. pri.

St scientia quædam.) Cum sit Aristoteli propositum in metaphysica doctrina, quam sapientiam & primam philosophiam, interdum etiam theologiā nuncupare solet: de ente, qua ens est disputare postq̄ ipsam docuit non esse de numero earum artium ac scientiarum, quæ in cognitione rerum necessariarum uersantur, aut omnino quę res usui accommodatas, inquirunt, sed ipsam tantum cognitionem scientiamq; propter ipsam capessentem, Eādemq; primorum principiorum causarumq; hęc enim potissimum entia sunt, contemplatricem esse demōstrauit, anteq̄ prima principia quę sint, inuestigaret, incepit de causis in uniuersum differere, & in ueterum sententias, quas exposuit enarrauitq; disputare. cumq; aliqua esse prima principia, nec principiorum ascensum fine carere demonstrasset, quasdam quęstiones de ente ac principiis & iis, quę huc pertinent iniecit disputauitq;, quod ad eorum, quæ in sapiētia inquirenda proponuntur, inuentionem commodum & necessarium esse uidebatur. quibus quęstionibus disputatis reliquum in prefatione tertii libri aggreditur. Hic enim quod superest ediſſerit, & quęstionibus solutis sententiam suam confirmat. Docet autem in hoc libro quibus in rebus sapientia uersatur, quam & philosophiam appellat & primam philosophiam ostenditq; ipsam de entē in uniuersum disputare. Item de uno quoniam ens & unum subiecto idem sunt. ac perinde de iis, quę uni subiiciuntur. de quorum numero sunt idem, æquale, & simile. & de oppositis uni, quæ quidē sunt plura. Oppositorum nanq; cognitio ad eandem pertinet doctrinam. quo fit, ut de prędictorum oppositis eadem consideret. immo uero de omnibus oppositis. cuncta enim opposita diuersitati subiiciuntur, diuersitas autem pluribus. at plura & unum contrarii sunt. quod si de omnibus contrariis oppositisq; cognoscit, dubitari non potest, quin de omni ente cognoscat. cum entia omnia in his contineantur. ut quę uel contraria sint, uel ex contrariis consistant. At si omnia entia considerat, ne ea quidē inconsiderata ommittet, quæ per se communiterq; enti adsunt, in eo quod ens est. quales sunt sententię nuncupatę. quarum communissimam & nobilissimam illam esse ait: non posse contradictionem simul esse ueram. Posito igitur sapiētiam de ente considerare, docet ens sic multifariam dici, ut quę ab uno, & ad unum. Vt autem ens dicitur unum, sic scientia de ente qua est ens, una esse uidetur. quo fit, ut in huius considera-

tione propoſita doctrina uerſetur. quę quidem ſcięctiarum & prima eſt, & facile princeps. Cæterum tum dialecticum, tum etiam ſophiſtam eadem atq; ſapientem conſiderare ait: hi nanq; de iis, quæ enti qua eſt ens, communiter adſunt diſputãt, neq; in uno genere aut re una uerſantur. ut reliquę artes ac diſciplinę. Sed horum alter fallax eſt & falſis captiunculis circumuenit. alter probabilibus & ex opinione ſumptis rationibus concludit. At ſapientia de iis quæ enti, qua ens eſt communiter ſuppetunt, ſic conſiderat, ut ſcientiam poſſit ingenerare. Demonſtrans autem cõtradictionem ex utraq; parte ueram aut falſam eſſe non poſſe, ſed omnino eſſe neceſſe, ut altera pars eius uera ſit, altera falſa Heraclitum accuſat & Protagoram, qui medium quoddam contradictionis eſſe putabant. Sed iã propoſita exordiamur. (Eſt ſcięctia quædam quæ id quod eſt, ea ratione, qua eſt ens, & ea quæ huic inſunt per ſe contemplatur.) Primum ſumit eſſe quandam ſcientiam de ente in eo quod ens eſt, ideſt, quæ ens qua eſt ens conſiderat, & ea quæ enti per ſe adſunt demonſtrat: Omnis enim ſcientia, quæ in ſubiecto aliquo uerſatur, demonſtrat quæ illi per ſe adſunt. Sed eſſe talem quandam ſcientiam in proceſſu demonſtrabit. Nunc aſſumpto adiicit, diuerſam eſſe hanc ſcientiam, a cæteris diſciplinis. Deinde hanc ſcientiam ſapientiam eſſe docet, dum extrema quædam principia & cauſas, de quibus ſapiens edifſerit, primum cuiuſdam naturæ principia p ſe eſſe oſtẽdit, deinde huius naturæ, id eſt, entis qua ens eſt. Scientiam igitur, quæ in ente uerſatur a cæteris diſciplinis diuerſam eſſe ſatis eſt perſpicuum conſiderantibus, aliarum quanq; certum quoddam ens, hoc eſt entis partem conſiderare. Arithmetica enim numeros conſiderat, qui ens quoddam ſunt. Geometria lineas, plana, & ſolida: quæ & ipſa entia quædam ſunt. Ad eundem modum cæteræ doctrinæ partẽ aliquam entis, & quæ illi per ſe adſunt contemplantur, hoc eſt eius accidentia. Hoc enim in re quaq; propium eſt ſcientiæ. Hæc autem non ens aliquod, nec partẽ entis, ſed ens qua eſt ens ſimpliciter conſiderat, quoniam ſi uerſaretur in particularibus entibus nõ eſſet ab illis diuerſa. Sed poſtq; aſſumpſit eſſe ſcientiam quandam de ente in eo quod eſt ens, & huius cum cæteris diſſidium docuit, prima principia extremasq; cauſas, quas ſapientia inquirit, & nos quibus de ſapientia eſt ſermo ſuſceptus, inueſtigamus, non cuiuſpiam alterius, q; entis in eo quod eſt ens, principia per ſe eſſe demonſtrat. quod ſi uerum eſt, ea profecto ſapientia eſſe intelligi debet, quam de ente in eo quod ens eſt haberi diximus. Nã cuius doctrinæ intereſt principia per ſe cauſasq; alicuius naturę contemplari, eius eſt naturam illam conſiderare. quod adhunc modum oſtendit. ſumit oportere prima principia extremasq; cauſas, quas a ſe nunc ait inquiri, ideſt, quæ a ſapiente primoq; philoſopho inueſtigãtur eſſe cuiuſdam naturæ principia per ſe, non per accidens. Nam omne principium omniq; cauſa alicuius eſt proprie principium & per ſe cauſa, non ex accidẽti. ac proinde prima principia, quę maxime principia ſunt, alicuius naturę principia per ſe fuerint, non ex accidenti. Nullius igitur ſingularium ſcientiarum hęc ſunt principia: quippe quarũ nullius principia prima principia ſunt. aliã enim ſunt harum principia. argumento, quod ſcientiæ quæ de ipſis habentur, habent quidem ſua principia, diuerſa tamen ab his. Prima igitur principia extremaq; cauſæ cuiuſdam alius ſcięctiæ ſunt. Quæ porro cauſæ per accidẽs eſſe dicantur, quę per ſe docuit Ariſtoteles in auditu phyſico. Quędam enim non ſunt per ſe neq; primum alicuius principia, ſed per relationem ad aliud. Vt triãguli æquilateri haberi tres angulos pares duobus rectis, non dicimus cauſam eſſe per ſe, ſed ex accidẽti. quoniam hoc alterius antecedentis prioriſq;, hoc eſt trianguli per ſe cauſa eſt. Sed & accidentia cauſarum per ſe, ut eſt Polycletus ſtatuę, cauſę ſunt ex accidenti. quorum poſterius dicta omnino cauſæ non ſunt. prius autem commemorata, ſunt quidẽ cauſę non tamen horum. Primę igitur cauſæ nõ poſſunt ſecundo modo eſſe cauſæ entis ex accidenti. Nam cum ſint primæ cauſæ, non poſſunt nõ eſſe cauſæ. ita ne priore quidẽ modo cauſæ ſunt ex accidenti. Nam ſi ſunt cauſæ ex accidẽti entis in eo quod eſt ens, alicuius alterius antecedentis erunt per ſe. at ente nihil prius eſt. primæ igitur cauſæ per ſe cauſæ ſunt entis in eo quod eſt ens. Ipſe autem primũ ſumit, eſſe quorundã per ſe cauſas. Si enim cauſę ſunt, aliquoq; ſunt cauſæ, & ſi ueræ cauſæ, p ſe cauſæ fuerint. quo ſumpto ſubiungit, hãc naturã cuius ſunt extrema primaq; principia, & quã inueſtigamus eſſe ens, qua eſt ens. quod hac ratione confirmat. ut inquit elementa rerum indagantes, huiuſmodi principia quærebãt, & talia ipſarum elemẽta, quæ eſſent per ſe elementa, non ex accidenti, ſic nobis qui prima principia & cauſas entis inquirimus, huiuſmodi initia ſunt inueſtiganda, quæ proprie ac per ſe ipſius principia ſint, quanq; dictio ſua breuitate obſcura eſt.

Id autem quod eſt dicitur quidẽ multipliciter, ſed ad unum & unã quandam naturam, & non æquiuoce dicitur, ſed ut & omne ſanum ad ſanitatem dicitur, partim quia conſeruat, partim quia efficit, partim quia indicat ipſam, partim quia eſt ſuſceptiuum ipſius, & medicatiuum item ad medicinam. Aliud enim tale ex eo dicitur, quia medicinã habet, aliud quia aptum eſt ad ipſam, aliud quia opus eſt medicinę, & alia plura ſimili modo, ſic & id quod eſt. multis quidem modis, ſed ad unum principium dicitur. Quædam enim quia ſubſtantiæ ſunt, entia dicuntur, quædã quia ſubſtantiæ ſunt, affectus, quædam quia ſunt ad ſubſtantiam uia, aut corruptiones, aut priuationes, aut qualitates, aut effectiua generatiuaq; ſubſtantiæ, uel eorum quæ ad ipſam dicuntur ſubſtantiam, aut alicuius horũ negatio uel ſubſtãtiæ, quocirca & id quod nõ eſt, nõ ens dicimus eſſe. Vt igitur & omniũ ſanorũ, ſic & cæterorũ una ſcięctia eſt.

ii

(Id autem quod eſt dicitur quidem multipliciter, ſed ad unum & unã quãdã naturã.) Dixerat entis qua eſt ens quandam haberi doctrinam, & quæ ſint huius principia cauſaq; docuerat, huiuſmodi ſcientiã ſapięctiam eſſe cõfirmans, deinceps quomodo entis ſcientia una eſſe poſſit oſtẽdit. qm̃ ens æquiuocũ eſſe uidetur, æquiuocoq; autẽ nõ eſt una natura, nec ars una, una ue ſcięctia, neq; principia eadẽ ſunt. quare diuiſionem proponit eorum, quæ ſub cõi aliquo diſponuntur ordinãturq;. Cuiuſmodi ſunt æquiuoca & uniuoca, & quæ ab uno aliquo uel ad unũ dicũtur. Qua partione uſus ens neq; genus eorũ de quibus dicitur eſſe demõſtrabit, hinc enim ut multis in locis docuit, quędam incomoda cõſequũtur, nec rurſus æquiuocum eſſe. nã & hoc difficultatibus nõ uacat. Sed æquiuocorum uniuocorumq; mediũ tenere. his enim interiecta eſſe dicit, quæ ab uno & in unũ dicũtur. quo in genere ens eſſe reperitur. Nam hæc ab illorum alterutro differũt. qm̃ uniuoca ſub genere quodã cõi ponũtur, omniaq; pariter ſimiliterq; participant ea natura, quæ per genus, quod dicitur ſignificatur. æquiuocis autem ſecundũ nomẽ, quod de ipſis cõmuniter dicitur: nihil eſt aliud inter ipſa cõmune. Equiuoca enim ſunt, quorũ ſolum nomen eſt cõe, ratio uero ſubſtantiæ diuerſa. quę uero ab uno & in unũ dicuntur, neq; eam paritatem inter ipſa ſeruant, quam uniuoca ad id quod prędicatur, nec rurſus puram æquiuocoq; immiſtamq; diuerſitatem habent. Sed ipſis cõmunitas quędã ſuppetit, quatenus ea ſunt, quę dicuntur, qm̃ illius rei una eſt natura. & hęc in his omnibus quodãmodo uidetur, a quo exiſtẽtia uel in quod rationẽ quandã habent. quo fit, ut ipſius nomine participent. Sed huiuſmodi naturã alio quidẽ

in loco communius ſub ęquiuocis ſtatuit,hic autem accuratius partiẽdo ab ęquiuocis diſcrepare ait. ac diſcrimen exponit. Neq; enim talia noīs ſolum ſocietatem obtinent, nec ita inter ſe habẽt,ut quę ꝓprie ęquiuoca intelliguntur,quibus noīs cõitas fortuito cõtigit,ſed cauſam quãdã habẽt,cur eodẽ uocabulo nominẽtur. Sana.n. ac itẽ medica ꝑ naturã quãdã,ſic inquit appellãtur.qm̃ ſana dicunt̃,qd̃ ad ſanitatẽ aliquo mõ ſeſe habẽt.hoc. n. dicit̃ ſanũ,quia ſanitatẽ cõſeruat,ut modicus cibus, ut exercitationes deambulationesq;,illud uero quia ſanitatẽ affert. ut medicamẽtum & oĩa remedia,aliud qd̃ ſanitatis eſt ſignũ,ut pbus color comodaq; ſpiratio,aliud deniq; qm̃ ſanitati eſt exciꝑs,ut corpus recte ualere aptũ.quare ſi qd ſanũ appellet̃,qd̃ nihil ad ſanitatẽ ptineat, id ęquoce ad cętera ſana dicẽt̃. Eadẽ eſt medici rõ. aliud.n.ſic appellat̃,qa medẽdi artẽ habet,ut medicus,qd̃ ꝓprie ac potiſſimũ ſic nũcupat̃,aliud qm̃ aptũ eſt , ut hmõi artẽ excipiat.aliud quia opus eſt & pfectio medicinæ, ut aliqd medice recitſum eſſe dicimus.eſt & qd̃ medicũ appellet̃,qa inſtrumẽtũ faciẽs ad medicinã eſt uel medicamẽtũ. qn & liber medicus uocat̃,q de medicina ſcriptus eſt Illud aũt:(& alia plura ſiḿ mõ.) aut dictũ eſt ꝓpter medici exẽpla , uel quia ſumi alia poſſunt, q̃ pinde atq; hęc ad unũ unãq; naturã dicuntur.bonũ.n.& figura numerusq; ex hoc gñe eſſe uideri poſſunt.ad quoꝝ modũ ens ſeſe habere dicit. Nã & ipm multifariã dr̃,nec ſub uno gñe cõtinetur quẽadmodũ cõmemorata ,at nõ ꝓtinus æquoce dr̃. Neq;.n.æquoca ſolũ multipliciter dicunt̃,ſed ea etiã quæ ab uno & ad unũ referũtur,ut ꝑdicta & ens ſeſe haber. Nã & ſi ens ſubſtãtia ꝓprie intelligat̃,tñ & quæ ſubſtãtiæ accidũt,entia quoq; nũcupãtur. noũ ſcilicet gña,licet ipſe nõ utatur exẽplis ad hũc modũ, ut cuiuſq; gñis unũ apponat. Sed quędã cõnumeret, q̃ ſubſtãtiæ adſunt & ꝓ ipſam ſũt atq; dicunt̃, quoꝝ multa ſub uno gñe ,unoq; ꝑdicamẽto ponũt̃ .atq; utiẽ prima entis partitione ex iis,quæ fiũt in ꝑdicamẽtis.qua entia diuidunt̃ in ſubſtãtiã & accidẽtia. Dicit aũt accidẽtia ſubſtãtiæ entia dici.partim qa ſũt affectiones ſubſtãtię,ut caliditates,humiditates,frigiditates,ſiccitates, & oĩno q̃litates paſſiuæ,partim ut uiæ in ſubſtãtiã.q̃ rõe gñationẽ reꝝ accretionẽq; & interitus ſubſtãtiæ, ac mutationes entia eſſe dicimus. qm̃ & hæc aliqd ſubſtãtiæ ſunt. ut imminutio & ſenecta atq; priuationes.Cæcitas.n.ens quoddã eſt,qa ſubſtãtię aliqd eſt. eſt nanq; priuatio ſubſtãtiæ. alia uero ut q̃litates,ut habitus,ut diſpoſitiones,ut figuræ. q̃ nõ ſunt affectiones,quas primas q̃litatũ cõmemorauit. Illud aũt:(Aut effectiua aut gñatiua ſubſtãtiæ.) uel utrũq; q̃ſi unũ dixit,& talia erũt actiones ꝑ quas ſubſtãtię generant̃. Nã ſemẽ ſubſtãtia eſt ꝑ ſe. Aut effectiuũ,ut diuerſum a generatiuo dixit: & talia fuerint,q̃cunq; cauſæ ſunt,ut aliꝙ mutẽtur in ſubſtantiã. ut caleſcere cauſa eſt gñationis quorũdã aĩaliũ. Sed poſt q̃ dixit:(effectiua gñatiuaq; ſubſtãtiæ.)adiicit:(uel eoꝝ q̃ ad ipam dicũtur ſubſtãtiã,)hoc eſt,eorũ q̃ accidũt ſubſtãtiæ. q̃ idcirco entia dicũtur,qm̃ ad ſubſtãtiã quodã mõ ſeſe habẽt. q̃dã.n.hoꝝ effectiua ſunt. ut cologꝝ, affectionũ.ſcięntiarũq;. Addiſcere nanq; effectiuũ eſt generatiuũq; ſcięntiaꝝ , ut exercitationes laborcſq; bonæ habitudinis,parcus uictus ualetudinis. Prętereа q̃ ad ſubſtãtiã ſũt, & dicunt̃ q̃lia q̃ ad aliqd nũcupant̃. Nã hæc in habitudine ſubſtãtiaꝝ habẽtur. Cæteꝝ hoc in loco,ut ſupra dixi,nõ ſic utimur exẽplis,ut cuiuſq; generis unũ exẽplum apponamus,ſed q̃dã enumeramus eoꝝ,q̃ ſubſtãtiæ adſunt,ac ꝓpter ipam & ſunt & dicunt̃. quoꝝ multa uni geniri atq; eidẽ ꝑdicamẽto ſubiiciũt̃ . Itaq; prima potius eaꝝ entis diuiſionũ,q̃ in ꝑdicamẽtis fiũt uſi eſſe uideri poſſumus. q̃ entia in ſubſtãtiã & accidentia diuiduntur. quãq̃ qd̃ ait:(uel eoꝝ q̃ ad ipam dicunt̃ ſubſtãtiã.)uelut ꝓprie dictũ accipi põt,uel q̃ſi:(q̃ ad ſubſtãtiã)dixerit ꝑ uel q̃ ad aliqd dicunt̃. Ad aliqd.n.habitudo eſt in ſubſtãtia. Deinde addit:: (Aut alicuius hoꝝ negatio uel ſubſtãtiæ, quo circa & id qd̃ nõ eſt,nõ ens dicimus eſſe.)hoꝝ,ideſt,coꝝ q̃ ſubſtãtiæ acciduit.(uel ſubſtãtię,)ideſt, ipus ſubſtãtię,oſtẽdit aũt ſubſtãtiæ ad eſſe & ens habitudinẽ. Negationes.n.ſubſtãtię,

eiuſq; accidentiũ,etiã ſi ea,quoꝝ negationes ſunt tollãt̃, tñ qm̃ habitudinẽ quandã ad ſubſtãtiã habẽt, entia ipſæ quoq; dicũtur .Si.n.ſubſtãtia nõ eſſet,ne ens qdẽ haberetur, at negatio,alicuius entis eſt. ac idcirco negationes entia nuncupantur. (Quod nõ eſt inqt,nõ ens eſſe dicimus.) id eſt, de nõ ente,qd̃ eſt entis priuatio eſſe ꝑdicamus. qm̃ eſt aliqd entis. At nõ ſimpliciter ipm eſſe dicimus,ſed eſſe nõ ens.cũ aũt docuiſſet ens ad unũ & ab uno ita dici, ut ſanũ & medicũ, dicit̃.n.ad ſubſtãtiã ſcd̃m ſimilitudinem ipſius cũ his,aſſumit,entis unã eſſe ſcięntiã. Vt. n.ſanoꝝ q̃ multifariã quidẽ dicũtur,nõ tñ æquoce una eſt oĩum diſciplina,medicina. n.de his ſanis cõtẽplatur, & ita de cæteris oĩbus, q̃ pinde ut illa dicuntur qualia ſunt & medica,ſic entia ſeſe habẽt.Nã æquiuocoꝝ,q̃ ꝑter nomen nihil habẽt cõe,ſcięntia una eſſe nõ põt. quia cõi uocabulo nihil ꝓpriũ ſignificat̃.ſcia uero queq; in uno gñe unaq; natura uerſat̃.q̃ uero nõ ſolũ nomẽ habẽt cõe,ſed etiã illa noīs cõitas pẽdet a cõitate rei. hoꝝ quoq; habẽt̃ una ſcięntia.

Nõ enī ſolũ coꝝ quæ ꝑ unã rõnẽ dicũtur, una ſcięntia eſt,ſed coꝝ etiã quæ ad unã dicũtur naturã,& hæc enim quodãmodo una rõne dicũtur. Patet igitur unius etiã eſſe ſcięntiæ ea quę ſunt,ut & entia ſunt cõtemplari.

iii (Nõ.n.ſolũ coꝝ,q̃ ꝑ unã rõnẽ dicũtur una ſcia eſt.)ideſt,coꝝ q̃ uniuoca ſunt, & ſub uno cõi genere ordinãtur.nõ igitur inqt,hoꝝ tñ,q̃ ſic ſe habẽt inter ſe,una ſcięntia eſt, ſed etiã coꝝ,q̃ ab uno & in unũ dicũtur. quanq̃ hæc q̃ ad unã naturã referũtur,ſcd̃m unũ quodã mõ dicunt̃, qm̃ in oĩbus quodã mõ eadẽ natura reperit̃.a qua & ꝓpter quã ſic appellat̃.licet nõ cũcta pariter & ex æquo participẽt eadẽ.Nã in cõſeruãre ſanitatẽ, & in efficiẽre itemq; in excipiẽre ſanitas eſt q̃ cõſiderat̃. quãobrẽ ipſoꝝ una eſt quodã modo rõ.& de his contẽplari ad unã ꝑtinet ſcientiã,hoc eſt ad medicinã. Ac ꝓpinde ad unã ſcientiã ꝑtinet de ente,q̃ eſt ens cõndera re. Neq;.n. quatenus muſica aut medica, ſed qua entia ſunt,& entis natura participãt ab hac ſcięntia cõſiderãtur.

Vbiq; aũt ſcia ipſius eſt ꝓprie primi, & ex quo cætera pẽdẽt,& ꝓpter qd̃ dicũtur. Quod ſi hoc eſt ſubſtãtia,ipſum philoſophum principia ſubſtãtiarum , cauſasq; habere oportet.

iiii (Vbiq; autẽ ſcięntia ipſius eſt ꝓprie primi.)Aſſumpto unã eſſe ſcĩam coꝝ, q̃ multipl̃r dicunt̃,ut ab uno & ad unũ,docet deiñ in hoc gñe cũ eſt aliqd primũ & ꝓprie dictum, cætera uero ab illo,ut ĩ iis q̃ ab uno & in unũ dicunt̃,ſcĩam,q̃ circa illã naturã uerſat̃, ꝓprie maximeq; haberi de primo,quo cętera ꝓinct̃ ac referunt̃ . quo fit̃, ut medicina cũ ſit oĩum q̃ ſana nũcupatur,ꝓprie tñ ac ꝑcipue ſanitatis eſſe cẽſet̃. ex q̃ cętera hmõi nomẽ ſortiunt̃.Siḿis eſt rõ doctrinę,q̃ de bonis habet̃ ,ꝓprie nãq; & ꝑcipue pfectiſſimi bonorum eſt. oĩs igit̃ entis ſcĩa,una ſcĩa eſt,qm̃ eiuſdem naturæ,hæc maxime de primo ente erit, qd̃q; ꝓprie ens eſſe intelligit̃,& ꝓpter qd̃ alia ſunt entia.qd̃ qdẽ ſubſtantiã appellamus. e ſubſtãtia.n. alioꝝ eſſe pẽdet,& ob hãc illa ſunt entia. ut intelligatur philoſophi partes eſſe ſubſtantiaꝝ principia cauſasq; inueſtigare.nimiꝝ qm̃ eius munus eſt de ente cõſiderare. principia.n.ſubſtãtiæ oĩs entis fuerint principia,ſcilicet,qa ſubſtãtia principiũ eſt & cã ut cętera ſint.cũ prius aũt entis cõſiderationẽ ad unã ſcięntiã ꝑtinere, & quõ docuiſſet, q̃ ſit hmõi ſcĩa hoc in loco exponit, philoſophia uidelicet,q̃ qdẽ hoc diſcrepat ab aliis , qd̃ illaꝝ quæq; circa ens aliqd̃ uerſatur,philoſophia uero, ens qua ens eſt in uniuerſum, nõ ens aliquod contemplatur.

Omnis autẽ generis unius ſenſus eſt unus atq; ſcięntia,ueluti grammatica quæ eſt una,contemplatur uoces.

v (Omnis autẽ generis unius ſenſus eſt unus atq; ſcĩa.)Prętatus ad philoſophũ principioꝝ & cauſaꝝ ſubſtãtiæ cognitionẽ ꝓnere,nunc oſtẽdit nõ de ſubſtãtia ſolũ,ſed in

uniuersum de oī ente,ut supra dixit qua ens est cōsiderare philosophi munus esse.Nā uniuscuiusq; gñis ait,unus est sensus in sensibilibus,ac pinde ī scibilibus una scīa.quo in loco gen⁹ cōius accepit p natura,qbus.n.est aliqua natura cōis ea latius accepto uocabulo gña nuncupātur.hmōi autē sunt,q̄ ab uno aliquo esse mutuātur. In sensibilib⁹ n. q̄ participāt natura eadē,atq; certū quoddā sensibile,qđ sub aliquē sensum cadit, ea oīa sensu eodē pcipiunt.ut colores oēs sub uisu cadūt,quia sunt eiusdē gñis atq; albū, qđ uidēdi subiicitur sensui.Sili rōne strepituū unus est sensus,unus itē sapoꝝ.eadēq; rō in singulis sensibiliū gñibus repietur. ut uicissim grāmatica nō certā quandā uocē, uerbi gra,solū acutā,sed oēm uocē,qua.s.est uox contēplatur, qm̄ igitur ens in eo qđ est ens natura una participat,hmōi.n esse demōstratū est nimiꝝ cuius est de substātia disputare,eius fuerit de oī ente,qua est ens differere. Itaq; si sapiētia circa substantiam substātiæq; principia uersat, eadē oīa entia oīumq; principia cōsiderabit.Porro cuius scīæ est de cūctis entibus cōsiderare,ad eādē ptinet quot sint entis species intelligere, i. quot gña.qui.n.aliqua intelligit,huic notū est illoꝝ inter ipsa discrimē,qui.n. q̄ non sunt eadē,eadē esse inter se putat,is nihil ipsoꝝ oīno cognoscit.

Quapropter & eius qđ est ut est ens, quæcunq; sunt species,unius est sciētiæ genere,& specierum species contemplari.

(Quapropter & eius qđ est quæcunq; sunt species unius est scīæ gñe,& specieꝝ species cōtēplari.)Postq̄ docuit oīs entis qua est ens cōsiderationē ad unā sciētiā ptinere, ad sapiētiā uidelicet & philosophiā,dictū est aūt ad unā gñe,ideſt,ad unā sedm genus sciētiā ptinere cōsiderare species oēs, oēsq; differētias entis quatenus est ens, subiicit: (& specieꝝ species.) Nā quēadmodū se habet genus scibile ad sibi subiectas species, sic genus scīæ huius ad eiusdē scīæ species , ergo uicissim ut genus scibile se habet ad genus ppriæ scīæ,sic scibilis species ad species scīæ:est autē genus cōisq; entis natura cōi ac generali philosophiæ scibilis , partes igitur entis philosophiæ partibus scibiles erunt,Itaq; cuiusq; entis speciei est aliqua sciētia ex iis sub philosophia,uelut sub una quadā sciētia sunt ordinatæ: qbus uerbis aperitur,partitionē entis in genera ad primā philosophiā ptinere. quā ipse fecit in prædicamentis. hisq; simul philosophia quo mō sit una sciētia nobis declaratur,uniuersaliter uidelicet. eius aūt species sunt,quæcunq; habētur de ente.Prima.n. philosophia,quæ ppriе sapiētia nūcupatur, quæq; de sempiternis ac immobilibus diuinisq; cōsiderat,philosophiæ pars est.Itaq; sapiētia licēt uniuersalis & prima sit , ut q̄ de ente in eo qđ est ens,nō de aliquo ente contēpleē,subiicīt̄ philosophiæ. sub hac itaq; collocatur tū prima philosophia, q̄ circa primas substantias uersatur,tū physica,q̄ disputat de naturalibus, deq; motu & mutatiōe,tū si qua est, q̄ agēda cōtempletur. talia.n.sunt particularia quædā entia. Esse autē unā genere philosophiā qua ens in eo qđ est ens cōsideratur aperuit illis uerbis,quę initio huius libri cōscripsit:(hęc aūt nulla est eaꝝ,q̄ scientiæ particulares dicūtur,)quę quidē principia primasq; causas,atq; substātiā cōsiderat.Simulq; prima est & uniuersalis. ex iis.n.q̄ ab uno & ad unū dicunt,id primū est & uniuersale,qđ q̄ ut sint,aliis est cā.ut idē in quo quoq; huius opis libro declarabit, his aūt, q̄ dixit & cōfirmauit, soluit q̄stionē in scdo libro ppositā,utꝝ eiusdē scīæ sit de cunctis substātiis cōsiderare . an alia scia aliā substantiā cōsideret. Et illā nū ad eādē sciētiā ptineat de substātia,& de substātiæ accidentibus disputare. At licet demōstratū sit ad eandē gñe scientiā ptinere de oībus substātiis deq; iparū accidētibus disputare, nō ptinus tñ hmōi scīa qd est demōstrare intelligit. Nihil.n. phibet eidē sciētię definitē doctrinā,& qd est cōsiderātē esse subiectā atq; de mōstratricē. q̄ qdā accidētia p se cuiusq; gñis demōstrat. Deinceps q̄stionē aliā huic pximā soluit,deq; eodē & diuerso,ac sili & dissili cōmemorat. itē de oppositiōe.docet nhmōi cōsiderationē ppriā esse huius scīæ quæ de ente cōtemplatur.

Atq; id quod est ac unū ipm idē sunt ex eo atq; una natura, quia mutuo se sequūtur,ut principiū atq; causa,sed nō ut unam subcūtia rationē. Nihil autē refert & si eadē hoc pacto putauerimus esse, sed & ad propositū magis cōducit, idē est enim unus homo & homo, & qui est homo & homo, & nō aliud quicq̄ dictio significat, si reduplicabitur est hō, & hō,& unus hō, patet aūt nec in gñatione separari, nec in corruptione similiter & in uno. Quare perspicuum est additionem in his idem significare, & nihil aliud unum ipsum præter id quod est esse.

vii (Atqui id quod est ac unū ipm idē sunt ac una natura.ex eo,quia mutuo se cōsequuntur,ut principiū atq; causa. Sed nō unā subeuntia rationem.) Postq̄ docuit unius doctrinæ munus esse,de ente qua est ens, & quot & quæ sunt entis species differere,deinceps quot & quæ sunt entis species ostēdit, docēs primū unū atq; ens eadē esse inter se subiecto.hinc.n.sequtur,ut quot unius species sint,totidē entis habeāt. cū ens & unū subiecto idē sint,licet ratio ipsoꝝ,ut docuit,nō sit eadē.itaq; quot species unius esse reperiūtur,tot erunt & entis. ut.n. dixi ad inuestigandū entis species unum assumit,sumet autē eiusdē esse scientiq̄ de multitudine cōsiderare,& quæcunq; multitudini ut generi subiiciūtur. propterea quod multitudo uni opponatur,oppositoꝝ autem una sit scientia . Itaque Philosophus qua philosophus est de uno & multitudine , & quæ his subiiciuntur disputabit,uni autē subiiciuntur idem,æquale, simile & cætera id genus. qm̄ unum similiter & de eisdem dicitur atq; ens . ad hūc igitur pertinet de ente cōtemplari. Item de multitudine,& quæ huic subiiciuntur. qm̄ oppositorum cognitio eiusdē scientiæ munus est. est autem uni multitudo contraria . & multitudinis species uniusq; speciebus opponuntur. dicit porro perinde unum & ens idem esse , ut principium & causa idem sunt.Nam quemadmodum hæc inter se consequuntur,ac de eodem prædicantur,sic item unum & ens.Principium enim idem est atq; causa , & causa idē atq; principiū,alia tñ est rō aliaq; intellectus notio,qua principiū dicitur,alia,qua dr causa. Dicitur enī principiū quatenus primū est eius,cuius est principiū , & quatenus ex eo existūt ea,quoꝝ est principiū , causa uero quatenus ppter ipam est id cuius est causa, aliud autē est id ex quo,aliud id,ppter quod,ad hunc igitur modum inquit,unū & ens seſe habent inter se.De quocunq; enim dicitur unū,dicitur alteꝝ.quare utrunq; est ex eorum numero q̄ multipliciter & ad unū,ut dixit,unāq; naturā dicūtur. tñ discrimine quodā intellectus unū & ens pdicamus. Nā cū aliqd ens dicimus ipm existere significamus,cū uero unū,secretionē ab aliis,& a multitudine innuimus.Simul tñ & ens est,& ab aliis seiūctū,& est unū,nō multitudo.Ad hūc modū se habēt iter se exps& minimū, semē & fructus. ascēsus & descēsus, quæcunq; ppriе ἐπώνυμα id est,diuersinomina nuncupātur. Sed postq̄ dixit ens & unum idē esse unamq; naturā, nō tñ quasi rōne una explicētur , addit nihil interesse uel sic hæc ratione quoq; eadē esse putauerimus, non solum subiecta natura. ut sit ipsorum subiectum de numero eorum , quæ multis nominibus appellantur. quorum nomina multa sunt, ratio uero cuiusq; nominis est eadē.ut ensis & gladii, uestis & indumēti. Illa enī rōe quoq; eadē esse putare ex ppositō magis fuerit, tāto enim magis utriusq; cōsideratio ad eandē scientiā pertinebit,si nomine tātum discrepauerint. Porro ut ostēdat ens & unum,ut prędixit,esse idē adiecit: (idē est enim,unus hō & homo ens,hō & homo.)utrunq;.n.idē est atq; hō,ac pinde inter se sunt eadem . Nam qui hominem significat, is unum hominem & existentem hominem significat. quin si unus addiderit ens simul significat,ac uicissim si ens unus:

præfatus autē unus hō & ens hō idem esse atq; homo, ac proinde eadem esse inter se, qđ ens & unus in hoīe unum ut substantiā significent docet, cum assumit illud est hō, homo nil aliud significare, q̄ est hō simpliciter. at est hō significat hominē esse ens, ut substantiam, est igitur hō, ens ut substantiā significat. quo fit, ut ens hō & unus hō, qđ idem ualet ens ut substantiā, & unū ut substātiā significet. Vel sensus illoꝝ uerborum hic est: qm̄ ens & unū eadē sūt, & q est de aliquo dicit, is de ipō p̄dicās ens, q dicit ens est hō, aut rursus unus est hō duplicationē facit illius uerbi est: qm̄ hoꝝ utrūq; idē est atq; est hō. duplicatū enī in dictione nihil aliud significat, q̄ qđ simpl'r dr̄, ut exemplo docuit repetitiōe termini hō. Nā cum unū idē sit atq; ens, p̄fecto q dicit, unus est hō, is duplicat ac bis dicit: est & unum ut q dicit est, hō hō, repetit hō. Postq̄ uero docuit unū & ens hōi addita idē ualere nec esse inter se disiuncta, substātia. n. & unum, qđ in ipsa habetur ab eodē ingt significātur, qm̄ ens & unum neq; in gn̄atione separaī, neq; in interitu. Simul. n. ens & unū de uno quoq; p̄dicaī. nā hoꝝ quodq; ut est ens, sic est unum. Illi autem: (Sil'r & in uno.) addēdum est, sese res habet. Prædicatio. n. pinde se habet in uno atq; in ente. uel aliter: Postq̄ docuit nihil differre est hō ab eo, unus est hō, addit, duplicationē termini hō nō mutaturā sēsum, si hominē gigni, aut interire dicamus. Itaq; quēadmodū p̄posito est, uel fieri, uel interire hoīe duplicato, nō fit intellectus diuersus, sic etiā si unū hoī p̄ponatur, p̄dicati duplicatio nō aliud significabit. q̄ si semel diceretur: ut uero p̄dicatū hō bis acceptū nō inducit discrimē. Sic itē id qđ subiecti locū habet, idest, unū est, q̄ qm̄ de eodē dicūtur, si utrunq; accipiatur duplicabitur uel est uel unum. quāobrē nec ip̄m duplicatum intellectus efficiet differētiā. quod uero ait: (Quare p̄spicuū est additionē in his idē significare, & nihil aliud unū ip̄m p̄ter id qđ est.) ostēdit se nō solū demōstrasse hoꝝ coitū ac duplicationē nihil aliud significare, q̄ si alterutrꝝ p se sumeret, sed etiā de hoīs duplicatione se fuisse loquutum.

Præterea uniuscuiusque substantia unum est non per accidens, similiter & ens proprie quid.

(Præterea uniuscuiusq; substātia unum est, nō p accidēs.) ens & unum idē esse, ostendit ad hunc modū: si id p quod esse unicuiq; supperit, unum est, hoc ꝓprie est, non ex accidenti. neq; n. cuiusq; substantia est p accidens unius, sed ꝓprie ac per se cuiusque substātia unū est. quo fit, ut unū in quid est de cuiusq; substātia prædicetur. Pari rōne ens per se nō ex accidēti dē cuiusq; substātia dicitur. Cuiusq; enim substātia similiter est quoddā ens & unum. & sic ꝓbari potest idem esse unum & ens. uel sic: Si cuiusq; substātia pariter est unū atq; ens, utrunq; n. horum per se de quolibet prædicatur. & quæq; res pariter est unum atq; ens, fit ut ens & unū idē sint. ut. n. est ens, sic itē unū. & simul alterum est & alterū. Quanq̄ possunt uerba illa aliter explicari, ad hūc modū. quēadmodū substātia est ens ac ꝓprie ens. sic etiā est unū & ꝓprie unū, & nō ex accidēti, ut sit unū pinde atq; ens, aliud ꝓprie aliud improprie, & hoc prius, illud posterius. Nā substātia ꝓprie ens est & unū, q̄ uero scđm substātiā sunt, hoꝝ quodq; ex accidēti ē ens & unū. qb⁹ uerbis ubi docuit idē eē unū atq; ens, huc. n. illa uerba ꝓtinebāt, addit.

Quare quot sunt unius, tot & eius quod est species sunt. De qbus quā sit cōtēplari, ad eandē gn̄e sciētiā spectat, ut de eodē ac simili, & cæteris talibus. Fere aūt oīa cōtraria ad hoc principiū reducūtur. Hæc uero cōtemplari su mus in contrariorum delectatione.

(Quare quot unius sunt tot & eius qđ est species sunt.) Dixerat ad eandē gn̄e sciētiā ꝓtinere species entis cōsiderare, & enī disciplinæ, q̄ entis species, q̄ & quot sunt contemplātur eædā gn̄e inter sese sunt, ostēso ens & unū idē esse subiecto, merito subiun

git tot esse entis species, quot unius. De qbus speciebus qđ una quæq; ip̄aꝝ sit cōsiderare munus est sciētiæ eiusdē generis. Nā doctrinę, q̄ quid est hoꝝ quodq; cōtēplātur, eædē inter sese sunt. positū est. n. philosophiā sciētiā unā esse gn̄e. q̄ quidē ut de ente q̄ ens est eiusq; speciebus, ut dictū est cōsiderat, sic dē uno qua est unū ac de eius speciebus differit, qm̄ ens & unū idē sunt. Species aūt unius & entis late sumpto uocabulo nūcupauit. Nā neq; ens neq; unū ꝓprie genus est nec species, q̄ ipsis subiiciunt, cōe n. qđ multipliciter dr̄, nō est genus. hmōi aūt sunt ens & unum. qđ. n. de iis p̄dicaī in qbus est prius & posterius, id quodā mō genus est, quia cū gn̄e quādā obtinet similitudinē, nō tn̄ ꝓprie genus est. Deinceps q̄ sint unius species exponit, q̄ scilicet entis, qua ens est dicēs: (Dico autē ut de eodē ac simili & cæteris talibus.) idē nanq; qua idē, unū est. idē. n. & simile, qua simile unitas est scđm substātiā. unitas. n. est in qualitate. pari rōne æquale est unitas, quia unitas reperīr in quato. His porro uerbis ostēdit philosophiæ de substātia cōsiderat, partes esse, qđ est hoꝝ quodq; cōtēplari. qđ ipse in libro superiore inuestigabat. Sed postq̄ philosophi esse docuit de ente & uno iporūq; speciebus disputare, ite de iis q̄ mō memorauī eodē, simili & æquali, & cæteris q̄ uni quasi generi subiiciunt, ad philosophū quoq; ptinere ait de hoꝝ oppositis disserere. Opponit autē eide diuersum, simili dissimile, æquali inæquale. Esse autē unū supius eodē ac sil'i, & æquali & cæteris id genus docet, his uerbis: (Fere autē oīa contraria ad hoc principium reducunt.) quo in loco principiū appellat oppositionē, unū scilicet, & quod uni opponit, hoc est plura. Idē nanq; unū quiddā est, diuersum uero multitudo & in multitudine. Pari rōne simile, & æquale uni subiiciunt, rursusq; dissimile & inæquale multitudini. At ut cūcta fere cōtraria ad hanc unius & multitudinis oppositionē referri intelligamus, relegat nos ad delectionē seu explicationē contrariorum, quasi de his priuatim differuerit. De qua loquutus est in secundo libro de bono.

Atq; tot sint philosophiæ partes, quot substātiæ sunt. Quare necesse est ipsarū quandā esse primā, & aliā sequentē, nā unū ip̄m & id quod est, gn̄a continuo habēt, quapropter & sciētiæ hæc sequūtur. Ipse nanq; Philosophus perinde se habet, atq; hisce qui mathematicus nuncupatur. Etenim partes hæc habet, & prima quandā est scientia, & secūda, & alię deinceps sunt mathematicis collocatæ.

(Atq; tot philosophiæ partes sunt, quot substātię sunt.) qm̄ ex entibus aliud est ꝓprie & p se ens, ut substātia, aliud ex accidēti, ut q̄ substātię accidūt, & ad ipam referuntur, ubiq; aūt ut supra diximus in qbus hic ordo repitur scīa ꝓprie primi est ex quo cętera pēdēt, & p. ter qđ alia etiā dicūt, nimiꝝ philosophia scīa erit de substātia cōsiderās, cū substātia ens esse ꝓprie intelligat. Porro quia substantię cōplures sunt, idcirco scię, q̄ circa substātia uersat, id est, philosophię, q̄ gn̄e una est, tot erunt partes speciesq; quot sunt ip̄ę substātiæ. Item ut substātiaꝝ aliæ sunt primæ, alię secūdæ, sic philosophia alia prima fuerit, alia scđa, & posterior p ipaꝝ ordine. Hęc autē dictio cōsequitur illā: (qđ si hoc est substātia, ip̄m philosophū principia substātiaꝝ causasq; habere oportet.) hanc n. illa cōsequitur: (tot sūt philosophię partes, quot substātię sunt.) dicta. n. clariora essēt, si hæc dictio ꝓponeret illi: (Si igit̄ ens & unū idē sunt.) cōtingēs illā: (quapropter & eius qđ est, ut est ens q̄cūq; sūt species unius est scīę gn̄e & speciesꝝ species cōtēplari) posthoc. n. illud sequitur: (tot sūt philosophię partes, quot substātię sunt.) Est aūt hæc, ut dixi, una ex ꝓpositis q̄stionibus. utꝝ una scīa de cunctis substātiis cōsideret, an plures. & si plures an hæ sint inter sese cognatæ. Nā plures esse ostēsum est, sed oēs philosophiæ uni gn̄e subiectas. qđ uero ait: (Nā unum ip̄m & id qđ est genera cōtinuo habent.) ꝓpemodum est, ac si dixisset: unius. n. & entis genera quædā sunt, idest, unum &

ens de quibuſdam generibus prædicãtur. Sumit autẽ ens & unũ proprie, hoc eſt, pro ſubſtãtia. Subſtãtiaꝝ igitur inquit, ſunt quædã genera & differẽtiæ. Quibus ſubſtãtiis cũ genera ipſę ſint, & alterius generis ſpecies, unũ & ens cõuenit p ſe. Accidẽtibus. n. neq; ens neq; unum per ſe adeſt, ſed tantum ſubſtantiis. quare ſi Philoſophus de ente proprie, deq; propre uno conſiderat. complura ſunt autem, quibus unũ proprie & ens conuenit, quæ genere diſcrepant, complures igitur erũt partes philoſophiæ. pro ſubſtantiaꝝ nanq; diſcrimine, philoſophiæ diſcrimẽ habebitur. qm̃ unaquæq; in genere aliquo diſtincto uerſatur. At in quibuſdã exẽplaribus ꝓ illo (genera cõtinuo habẽt.) legitur: (genus continuo habet.) quod ſi recte ſcriptũ eſt, non ſignificat ſubſtãtiã eſſe unum genus, ſed ipſam habere prius & poſterius. Vel genera dicit, pro naturis inter ſe differẽtibus. ſubſtãtiaꝝ enĩ quædã habẽtur diſcrimina. Sed ubi dixit: philoſophiam fore aliã priorem, aliam poſteriorẽ pro ſubſtantiaꝝ inter ipſas ordine, in quibus philoſophia uerſatur, ſimilem eſſe ait philoſophũ mathematico. Nã ut mathematicæ quæ una eſt genere, eiuſq; partiũ diſcrimen quoddam eſt, ꝓ differentiis & ordinibus eoꝝ, in quibus uerſatur, ſic & philoſophiæ. Nã quia in mathematicis quædam ſunt prima, quędam ſecũda, idcirco mathematica quędã eſt prima, quędã ſecũda, alia tertia. Prima enim uerbi gratia eſt, quę circa plana uerſatur. Poſt hãc quę circa ſolida, deinde aſtrologica, quę ſolida, quę in motu ſunt cõſiderat. tũ mechanica quę naſcentia & intereuntia tractat. qui ordo in ſubſtãtiis quoq; reperitur. Nam primę ſunt ingenitę & immortales, quę corpore uacant, nec mouẽtur. de quibus prima philoſophia ediſſerit. ſecunda uero philoſophia de ſempiternis quę motu cientur, tertia quæ ſubſtãtias cõſiderat naſcẽtes & intereũtes. Nã hę ſubſtãtiæ ultimæ ſunt.

Cũ aũt unius ſit facultatis oppoſita cõtẽplari, & uni pluralitas oponat̃.

(Cum autẽ unius ſit facultatis oppoſita cõtemplari, & uni pluralitas opponatur.) Hæc omnis dictio proxima eſt illi: (hæc uero contẽplati ſumus in contrariorũ delectione) Poſtq̃ enim docuit, eius eſſe ſcientiæ de uno uniq; ſubiectis conſiderare, cuius de ente qua ens eſt, nunc oſtendit, ad eandẽ pertinere, de his diſputare quæ multis ſubiiciunt̃. Dixerat enim omnes contrarietates ad unum & huic oppoſitũ cui alter oppoſitorum ordo ſubiicitur, uelut ad principiũ referri, nunc ait docetq;, cuius eſt de uno diſputare, ad eundem pertinere de contrario unius differere. qm̃ oppoſitoꝝ conſideratio eiuſdẽ eſt diſciplinæ. Quod ſi unius eſt ſcictiæ de his conſiderare, his autem omnia cõtraria ſubiiciuntur, unius profecto fuerit, de cunctis contrariis diſputare. Nam cuius eſt de uniuerſali differere eius & de huic ſubiectis. Hæc autem ſcientia eſt, quæ de ente qua eſt ens conſiderat, cum eius ſit de uno differere atq; de ente, cuius autem de uno, eius etiã de unius cõtrario. Cuius porro eſt diſputare de his, eius & de his ſubiectis differere. omnia autem contraria his ſubiiciuntur.

Atq; negationem priuationemq; ſcientiæ ſit eiuſdẽ conſiderare, ad hanc ſane ſcientiam & pluralitatis contemplatio pertinebit, utroq; nanq; modo unum ipſum in contemplationem uenit. Cuius eſt negatio uel priuatio, quæ aut ſimpliciter illi inquam nõ ineſſe, aut cuipiã generi. Atque ibi quidẽ uni ipſi differẽtia ineſt, præter id quod eſt in negatione, ipſa nanq; negatio illius eſt nimirum abſentia, in priuatione uero & ſubiecta quædã exiſtit natura, qua de prinatio dicitur. Quæ cum ita ſint, & uni pluralitas opponatur, fit ut eoꝝ etiã cognitio quę ſunt oppoſita dictis ad ſcientiam dictam attineat, diuerſi inquã, diſſimilis, inæqualis, & ſi qua ſint alia, quę aut ad idẽ, aut ad pluralitatẽ & unũ accomodãtur

xii

xi

(Atq; negationem priuationemq; ſcientiæ ſit eiuſdem cõſiderare.) præfatus uni multitudinem opponi, atque unius eſſe ſcientiæ oppoſita contemplari, qm̃ oppoſita multifariã dicuntur, ut enim habitus, ſic priuatio, & ut affirmatio, ſic negatio, ac ut cõtraria ſic ea quæ ad aliquid dicũtur, quia multa priuatio eſſe uidẽtur, priuatio uero negationem quodãmodo æmulatur, diſcrimine poſt explicando diſtincta, idcirco docet ſecũdũ quid pertinet ad eandem ſcictiam de uno & pluribus conſiderare. Nam eiuſdẽ eſt ſcientiæ priuationem alicuius cognoſcere, cuius, & id cuius eſt priuatio. & negationẽ atq; id cuius eſt negatio. Siquidem propter negationem & priuationem de eo conſideratur cuius eſt negatio uel priuatio. quaobrem amborum cognitio eiuſdẽ eſt naturæ, nemo enim cuiuſpiam priuationẽ intelligere ualet, qui hoc ignoret cuius eſt priuatio, quæ ratio ſimilis in negatione reperitur. utraq; enim eſt negatio & deſtructio abſentiaq; illius. Nam cuius eſt aliquid conſiderare, eius & abſentiam illius diſpicere. Cæterum poſtq̃ cõiter dixit negationem & priuationẽ contemplari eiuſdem eſſe doctrinę, rationem ſubiungens uni & multis ſermonem accõmodat. de quibus dicendum ſibi ꝓpoſuerat. Vtreq; enim modo eiuſdẽ munus eſſe ait deuno ac de multis cõſiderare. Siue multa uni ut negationem opponi dicas, quæ ſcilicet uocabulo nõ unũ ſignificentur, ſiue ut priuationẽ. qm̃ in non uno unum cõtinetur, cuius eſt negatio. & priuatio cuiuſpiam in ſe cõtinet id cuius eſt priuatio. Poſt hęc diſcrimen quod inter priuationem & negationẽ habẽt opponit. uel enim ſimpliciter inquit, illud nõ adeſt dicimus, aut nõ adeſt alicui generi. quorũ utrunq; quid ſignificet edocẽs addit. Nã quæ ſimpliciter illud nõ adeſſe ait, negatio eſt. Etenim quæ differẽtiã obtinet deſtruentem uni additam illius eſt negatio. quæ præter id cui ſignũ negans apponitur, de cũctis dicitur ac uere prędicatur. qm̃ nõ unum de omnibus uere dicitur excepto ipſo uno, quod in negatione cõtinetur, & cui ſignũ negantũ apponitur. Pari ratione nõ homo de cũctis uere prędicatur, excepto hoĩe, cui auditur negatio. Cæteꝝ breuiter nec plena oſone, ac proinde obſcure dixit: (Atq; ibi quidẽ uni ipſi differẽtia ineſt, præter id quod eſt in negatione. Nam cũ eo excepto, quod eſt in negatione de oĩbus uere prędicetur, negatio de cęteris cũctis uere dicitur. præter illud, cui differẽtia negatiua in negatione adiũgit̃: adiecitq; cauſam, cur de cęteris oĩbus prædicetur uere, præter id cuius eſt negatio, cũ ait: (Ipſa nanq; negatio illius nimirũ eſt abſentia.) Aut illoꝝ uerboꝝ: (Atq; ibi quidẽ uni ipſi differẽtia ineſt præter id quod eſt in negatiõe.) Sẽcus eſt: hic differẽtia, hoc eſt, negatio addita uni qd̃ eſt id, qd̃ negatur cętera cũcta ſignificat. Illud aũt: (Præter id autẽ qd̃ negat̃.) dixit, qm̃ differimẽ negati ad alia ſignificat, hoc addito ei qd̃ negat̃. At in priuatione quę nõ eſt negatio, nec dicit̃ negatiue ſignũ deſtructiuũ & negatiuũ, cũ eo cui addit̃ nõ uere dicit̃ de cũctis, pręter id cui additur. Sed quoddã genus eſt ſubiectũ de quo ſolo uere dicitur. qd̃ eſt demõſtratiuũ negati ac deſtructi. Priuatio. n. nõ ſimpliciter eſt cuiuſpiã abſentia, quẽadmodum negatio, ſed abſẽtia eius qd̃ aptũ erat adeſſe, quo tẽpore aptũ erat. Sed oſtẽſa negationis ac priuationis differẽtia, trãſit ad id cuius gra hæc eĩa comemorauit. & uni multitudinẽ opponi ait. ac ꝓinde uni opponi ea, quæ ſupradictis cõtraria ſunt quoꝝ quodq; unũ eſſe diximus. Hæc aũt ſunt, diuerſum, diſſimile, inæq̃le & cætera oĩa, quæ uni ſubiectis opponunt̃. De qbus ſupra mentionẽ fecimus. quo planũ fit eiuſdẽ munus eſſe nõ ſolũ illa idẽ ſcilicet, ſile & æquale, hęc. n. ſubiiciũtur uni, ſed hęc etiã quę mõ memoraui differere. qd̃ uero deinceps ait: (Et ſi q̃ ſũt alia, quæ aut ad idẽ aut ad pluritatẽ & unũ accomodãtur ſupradictæ ſcictię munus eſt cognoſcere) ad hũc modũ explicat̃: & quæcũq; alia opponãt̃ & ſubliciunt̃ referũturq;, uel ſub idẽ eiq; oppoſitũ diuerſum, ut oppoſita generaliora, uel ſub æquale & inæquale, uel ſub ſimile & diſſimile, uel ſub unum & multitudinem, quæ ſunt generaliſſima conſiderare philoſophi munus eſt, quæ idcirco ab ipſo dicta ſunt, ut doceret philoſophiam de cunctis oppoſitis diſputare, nõ de quibuſdã. cũ. n. oppoſita quędam

nequeant indidem referri,reduciq; ad unum & ad multitudinem,ſed ad idem & diuerſum,uel ad ſimile & diſſimile, ſeu æquale & inæquale, idcirco dixit: & quæcunq; alia uel ad eadem uel ad multitudinem & unum dicuntur. Quomodo enim album & nigrum,dulce & amarum, ſub unum & multitudinem indidem,ex ipſisq; protinus referas? At in idem & diuerſum referentur. Ex ipſis enim concretiua, quæ ſunt album & dulce ad idem referuntur. his autem oppoſita, quæ diſcretiua ſunt,alterius habentur naturæ. Docet autem idem rurſus ac diuerſum ad unum & multa referri, ut appareat illa quoq; per reductionē in idē & diuerſum ad unū tādem multaq; referri.

Ex quibus eſt contrarietas ipſa, quippe cum differentia quidem diuerſitas ſit, cōtrarietas autē differentia quædam.

xiii

(Ex quibus eſt contrarietas ipſa.) contrarietatem ex eorum numero eſſe ait, quæ ad diuerſitatem & multitudinem referuntur. idq; quomodo ſe habeat oſtendit, dicens: (quippe cum oppoſitio differentia quædam ſit, differentia autem diuerſitas quędam.) Porro cum diuerſitas ſit, ad multitudinem referri debet, itaque contrarietas per reductionem ad diuerſitatem ad multitudinem referri poteſt. non autem protinus ex ſe. Quare cuius eſt de eodem differere, eiuſdem eſt de oppoſitis conſiderare. Siquidem contraria ad diuerſitatem referuntur. nam qui de contrarietate diſputat huius intereſt de contrariis differere. Adiecit autem contrarietatem, dum oſtendere præcipue moliturſapientis eſſe de contrarietate deq; contrariis uerba facere. Nam de priuatione, & negatione diſputare eiuſdem eſſe docuerat. quoniam ſic multa uni opponi uidebantur. Dixit autem contrarietatem diuerſitati ſubiici, nec dixit contraria, quoniam tunc idem diuerſitati ſubiiceretur. Si contraria ſub diuerſitate collocentur. idem autem diuerſo contrarium eſt. & pari ratione inæquale opponitur æquali. itaq; æquale diuerſitati ſubiiceretur. quamobrem contraria non ſubiiciuntur diuerſitati, quod niſi contraria referantur ad diuerſitatem, ſed ipſa contrarietas. quæ quidem contrarietas eſt in ambobus contrariis ſimul ſumptis, non in ipſorum altero, nimirum idem & diuerſum, uel album & nigrū ſimul ſumpta ut contraria diuerſitati ſubiicientur, non autem idem per ſe uel album.

Quare cum ipſum unum multis modis dicatur, & hæc multipliciter quidem dicentur, ſcientiæ tamen unius eſt uniuerſa cognoſcere. Non enim ſi multis modis dicantur, ad diuerſas ſcientias ipſorum contemplatio pertinebit. Sed ſi neq; una ratio ipſis competat, neque ad unum rationes omnium reducuntur. Cum autem ad primum omnia referantur, ut ea quæ dicuntur unum ad primum unum, dicēdum eſt & de eodem & diuerſo contrariiſue rem eodem modo ſeſe habere. Quare diſtinctione facta quot unumquodq; modis dicatur, aſſignandū eſt ad primū in uno quoq; prædicamento, quonā ad illud dicitur modo.

xiiii

(Quare cū ipſum unum multis modis dicatur, & hæc multipliciter quidē dicentur.) Species inquit unius, ideſt, quæ uni ſubiiciuntur, hæc aūt ſunt idem, ſimile, & æquale, & quæ huiuſmodi ſunt multifariam dicentur. perinde atque ens cui ſubiiciuntur quia horum quodq; unum eſt. unum enim quoddam genus habebit. At unum tot modis dicitur, quot ens. horum igitur quodq; multifariam dici ait: quemadmodum unum. At licet multifariam dicantur, ſitque idem proprie, quod ſubſtantiæ tribuitur & ſimile proprie, proprieq; æquale, ſicq; ipſorum quodq; in diuerſis prædicamentis, nō tamen ad diuerſas doctrinas pertinet, ſingula hæc entis genera conſiderare, ſed ad unā. Neq; enim cuncta quæ plurifariam dicuntur, ſub diuerſas & diſcrepantes diſciplinas ordinantur.

nantur. Sed ea ſolum in hoc genere, quorum rationes non proficiſcūtur ab uno quodam, neq; ad unū referuntur. ab uno inquam ut de medicis oſtendimus. medica enim ab uſu medici deducuntur. ad unum autem ut ſana, quæ omnia ad ſanitatis rationem referuntur. quo fit ut ipſorum cognitio ad eandem ſcientiam pertineat. Illud autem: (Sed ſi neq; &c.) poteſt ad hūc modum explicari. Sed ſi neq; ad unum genus unamq; naturam, neq; ad unum referuntur, ſed ita ſe habent, ut æquiuoca & genera. ut paulo communius appellauerit multifariam dici. ut in prædicamētis in mentione qualitatis dixit. Eſt autem qualitas ex eorum numero, quæ multifariam dicuntur. ut igitur hoc una traditur ſcientia, ſic & eorum de quibus agimus, eiuſdem, ſimilis & æqualis. hæc enim omnia quoddā ad unum referuntur. ad primum ſcilicet quodq; proprie tale eſt eorum de quibus prædicatur. ut omnia de quibus ens prædicatur ad primum entium referuntur. quod quidem eſt ſubſtantia & cuncta de quibus unum dicitur ad primum unum proprieq; unum, quod eſt ſubſtantia. Similis eſt ratio eiuſdem ac diuerſi. Nam de quibus hæc dicuntur ea ad ſubſtātiam referuntur. quoniam in illa proprie eſt idem & diuerſum. At ubi dixerat: (de eodem & diuerſo.) adiunxit: (& aliis contrariis.) ne omnia cōtraria, quæ uni ſubiiciuntur enumeraret. hæc autem ſunt ſimile & diſſimile, æquale & inæquale, & cætera quæ uni & multitudini ſubiiciuntur. quare cū hæc ſicut ens multifariā dicātur, & ab uno & ad unum, oportet ut diuidētes & ſumentes ipſoq; primum & quod proprie dicitur, demōſtrare ſecundum quid hæc ab illo ſic appellantur. exempli cauſa, quærentes ſecūm quid idē appelletur, oportet alia ad proprie idem referre, hoc eſt ad idem quod in ſubſtātia intelligitur. & oſtendere quid illius quodq; ſit, cur idem appelletur. ac uiciſſim cur alterum dicatur, deinde cur ſimile & diſſimile, ac cætera eadem ratione conſiderare. Illud porro: (Aſſignandum eſt ad primum in uno quoq; prædicamento, quonā ad illud dicitur modo.) loco huius dictum eſt: quomodo eoq;, quæ in ſingulis prædicamentis ad hunc modum dicuntur, unum quodq; ſic appellatum ſe habet ad primum. & quod ita proprie nuncupatur, ideſt, ad id quod habetur in ſubſtantia, & quomodo ab illo nominatur. exempli gratia quod unum appellatur, quomodo ſe habet ad primū & proprie unum. & idem quomodo ad primum & proprie idem. quæ ratio in cæteris quoq; intelligitur ut in iis de quibus idem prędicatur diuidere oportet ac diſpicere, quæ in aliis prædicamentis habentur, quomodo ad primum idem, ideſt, ad idem, quod habetur in ſubſtantia referuntur, & ob ipſum eiuſdem ſunt prædicamenti, ſeu appellationis pariterq; in ſimili & æquali cæteriſq; efficiendū eſt. Vt enim cū de ente uerba facimus, ſumētes ens proprie ſubſtātiam eſſe, oſtendimus aliorq; quodq;, de quibus ens prædicatur, ens eſſe, quia eſt ſubſtantiæ uel affectio, uel generatio, uel actus aut quidq̄ aliud. ſic inquit, oportet in aliis efficere.

Quædam enim hoc ſane dicentur quod illud habet, quædam propterea quod illud agit, quædam aliis talibus modis. Patet igitur id quod olim in dubitationibus diximus, unius inquā facultatis eſſe, de his & de ſubſtātia rationem habere, hoc autē unum erat eorū, quæ diximus dubitādo. Atq; ipſius philoſophi nimirū eſt poſſe de omnibus cōtemplari.

xv

(Quædam enim hoc ſane dicētur, quod illud habent, quædam propterea quod illud agunt, quædam aliis talibus modis.) Cum inquit, inuenerimus quod proprie in ſingulis dicitur, hoc etiam in aliis accipere licebit ad id quod proprie dicitur relatum. & ad hunc modum oportere ait ad proprie dictum referri cætera de quibus ipſa prædicantur. & modum nobis ſubſcripſit, quomodo hæc per diuiſionem inueniamus. Nam quædam ita dicuntur quoniam habent proprie dictum uel ens, uel unum, uel idem.

aut quidq̃ aliud,& ſic ipſum nuncupantur.Quanq̃ illud habent pro habentur dictum eſſe accipi poteſt . qua enim habẽtur a proprie ente uel proprio uno,hoc eſt a ſubſtantia & ſunt in ipſa , dicũtur entia & unum ſingula ipſius accidentia. ut quantũ & quale & quæ ſimiliter habentur in ſubſtantia.Sic item idem & diuerſum,ſimile & diſſimile ſeſe habebunt. quoniam ſimile & diſſimile cæteraq; de ipſis prædicantur.idem nanq; proprie intelligitur in ſubſtantiis , & pari ratione ſimile , proprie ſecundum ſpeciem ſubſtantiæ intelligitur,de aliis tamen prædicabitur,quæcunq; ad illud habent ſimilitudinem. quædam igitur ita nuncupantur , quoniam obtinentur ab illo , alia qm̃ ipſius actiones quædã ſunt. unaquæq; enim actio ſubſtãtiæ ens eſt & unum. qm̃ actionibus ipſis ſubſtantia fungitur. Ac uiciſſim alia entia dicuntur,quia ſunt affectiones ſubſtantiæ,alia qm̃ ſunt habitudines, ut autem hæc entis capacia ſunt,ſic item unius , & quæ uni ſubiiciuntur. At ubi docuit quomodo hæc ab uno & ad unum dicuntur, eiuſdem eſſe adiicit de iis,quæ a ſubſtantia eſſe mutuantur, ac de ipſa ſubſtantia ſcientiam habere. eſt autem philoſophi munus de ſubſtantia diſſerere,eſt igitur philoſophi de his quoq; diſputare. quibus dictis & oſtenſo ad philoſophũ pertinere de cunctis entibus cognoſcere,quæſtionem quandam in ſecundo libro propoſitam per ea,quæ demonſtrata ſunt, ſolui ſignificat.Illic enim quærebat utrum unius, an plurium ſcientiarum ſit de ſubſtantiis ac de ſubſtantiarum accidentibus contemplari . deq; iis, quibus dialecticam probabiliter uti dixit , quæ ſunt contraria idem & diuerſum , & alia ut ſupra diximus,.

Nam ſi non ad philoſophum idipſum pertineat,quiſnã erit quæſo? quid ſi idem ſit Socrates, & Socrates ſedens , aut ſi unum ſit uni contrarium, aut quidnam ſit cõtrarium,aut quot modis ipſum oppoſitumq; dicatur, & itidem de cæteris huiuſcemodi rebus conſiderabit . Cur igitur unius, ut unum eſt,& eius quod eſt,ut ens eſt,hæc per ſe ſint affectus,ſed non ut numerus eſt,aut linea, aut ignis,patet illius eſſe ſcientiæ, & quidnam ſint hæc cognoſcere,& ea quæ ipſis accidunt contemplari. Atq; nõ hac parte aberrãt ii,qui de ipſis cõſiderant,uti nõ philoſophãtes,ſed quia prius his eſt ſubſtantia,qua de nihil prorſus intelligunt.

(Nam ſi non ad philoſophum ipſum pertineat,quis nam erit quæſo,qui ſi idem ſit Socrates, & Socrates ſedens conſiderabit?) Docet Philoſophi munus eſſe de ſubſtantia deq; ſubſtantiæ accidentibus conſiderare,ſimiliterq; de eodem & diuerſo,& quęcunq; uniuerſaliter de contrariis inquiruntur . eo quoq; argumento quod huiuſmodi commentatio ad nullam aliam doctrinam pertineat.neq; enim Geometræ,nec Muſici,nec cuiuſpiã alterius , qui aliquam ſciẽtiam habet aliam ab ea quæ de ente qua eſt conſiderat munus eſt diſputare ac intelligere,utrum ſubſtantia ſimpliciter ſumpta, & cum accidenti aliquo accepta idem ſit,an diuerſum. ut Socrates per ſe ſeparatim acceptus,& Socrates ſedens.neq; enim ſimpliciter eſt idem,ſed ſubiecto, non autem ratione. Sed neq; cognoſcere unum uni eſſe contrarium ad aliam diſciplinam pertinet . nec ſcire quid eſt contrarium, & utrum in qualitate ſolum an etiam in ſubſtantia ſit cõtrarietas, & in ſingulis aliis generibus . nec item quæ ſint diſcrimina contrarii . eſſe uidelicet, exempli gratia,alia ſine medio alia cum medio,& medium mixtione extremorum conſtare . & mediorum aliis inditum eſſe uocabulum , quædam extremorum negatione nuncupari. Nec illud,quo diſcrimine ab aliis oppoſitis contraria diſcrepent. nec item oppoſita quot modis dicantur per partionem ſtatuere ad alium pertinet,q̃ ad philoſophũ. Sed poſtq̃ docuit philoſophi partes eſſe de his deq; his ſimilibus diſputare, illud

xvi

adiecit:(Cur igitur unius ut unum eſt, & eius quod eſt,ut eſt ens hæc per ſe ſint affectus,ſed non ut numerus eſt aut linea,aut ignis,patet illius eſſe ſcientiæ, & quid nam hæc ſint cognoſcere & ea,quæ ipſis accidunt contemplari.)Quibus uerbis docet conſiderare quid ſit ens & unum,& quæ his ſubiiciuntur nõ eſſe alterius ſcientiæ,alterius uero ea quæ his per ſe accidunt demonſtrare,de quibus ſupra diximus. Sed utrunque præſtare ad eãdem ſciẽtiã pertinere. Nã quẽadmodum in aliis diſciplinis eiuſdem eſt de ſubiecto cognoſcere, & quænam ipſi per ſe accidunt demonſtrare , ſic in doctrina de ente.Poſitum eſt enim philoſophi munus eſſe de ente qua eſt ens cognoſcere,deq; iis,quæ enti per ſe accidunt.Demonſtratum eſt autem unum idem eſſe atq; ens. ut intelligatur de uno deq; unius per ſe accidentibus contemplari ad philoſophum pertinere, perinde atq; de ente . Supra dicta uero eſſe entis qua ens eſt per ſe affectus docet, cum ait:(Sed non ut numerus eſt aut linea,aut ignis.) Si enim horum cuipiam per ſe adeſſet quidq̃ iſtorum per accidens enti adeſſet, nec alii cuipiam adeſſet,nec communiter quidem. quare de his conſiderare nõ pertineret ad philoſophum. Sed ſi numeris adeſſet ad arithmeticum,ſi lineis ad geometram. ſi uero igni ad phyſicum. At cũ nulli entium determinate adſit,utique enti qua eſt ens adeſt per ſe . quo fit , ut quæ ſcientia de ente conſiderat , eadem de his ediſſerat , & quæ his accidunt , ut contrariis mediatum & immediatum . hæc autem doctrina eſt uniuerſalis & communis philoſophia. (Atq; non hac parte aberrant ii , qui de ipſis conſiderant.)Sophiſtas deſignat,qui philoſophi nomen induti de ſubſtantia cuius inter philoſophos maxime peculiaris & præcipua eſt diſputatio,nullam mentionem faciunt, ſed in eo ſunt occupati,ut de contrariis ac oppoſitis & quæ multipliciter dicuntur, & de accidentibus & ſimilibus ediſſerant, quæ ad ſophiſmata accommodant & in altercationibus uſurpant , ut aduerſarios cõturbent,circumueniãtq;. Hos autem incuſat, non quod de his ediſſerant, tanq̃ id ad philoſophum non pertineat . Nam huiuſmodi commentatio non eſt a philoſophis, quorum iſti perſonam induunt aliena , ſed quod de his tantum ac præcipue diſputent, de ſubſtantia uero, quæ prima eſt & a qua cætera eſſe mutuantur, & propter quam de illis philoſophi conſiderant,propterea quod ad ſubſtãtiam pertineant,mentionem nullã faciunt,nec de ipſa quidq̃ intelligunt. quo fit,ut non philoſophos, ſed ſophiſtarum nomine cẽſendi ſint. Neq; enim fieri poteſt,ut ſubſtantiam ignorãtes de ipſius accidentibus recte præcipiãt,quãobrem eo modo loquuntur .

Nam ut & numeri qua numerus eſt proprii,ſunt affectus, ueluti paritas, imparitas,commenſuratio,æqualitas,exceſſus, defectus, atq; hæc & per ſe,& inter ſe numeris competunt, & ſolido ſimiliter, & mobili, ac immobili, & experti , atq; participi ponderis ſunt affectus alii proprii, ſic & ei quod eſt, ut ens eſt ſunt propria quædam , atq; hæc ſunt ea de quibus eſt philoſophi ueritatem cõſiderare , cuius hoc indicium eſt. Artifices nanq; differendi,atq; ſophiſtæ munus ipſius philoſophi ſubeũt,ſophiſtica enim facultas apparens eſt tantummodo ſapientia,& artes differendi de omnibus differunt. Commune autem omnibus eſt id quod eſt. De hiſce uero propterea differunt , q; hæc philoſophiæ propria ſunt . Circa nanque genus idem , & ſophiſtica , & differendi facultas , & philoſophia uerſatur, ſed ab altera quidem facultatis modo , ab altera autem electione uitæ, differre philoſophia uidetur . Atq; differendi quidẽ facultas de his eſt ten

ratrix, de quibus est philosophia cognitiua, sophistica autem apparet quidem, non tamen est.

(Nam ut & numeri, qua numerus est proprii sunt affectus.) Perstat etiam nūc in eo, xvii
ut ad philosophum ostendat pertinere de prædictis disputare. propterea quod affectiones sint, hæc & per se accidentia entis, qua est ens. proprium est enim cuiusq; scientiæ propria & per se accidentia subiecto generi, in quo uersatur considerare, ut arithmeticæ munus est proprias numerorum, quos cōsiderat affectiones cōtemplari. Hæ uero sunt: Par, impar, commensuratio numerorum, & æqualitas, excessus, & defectus. quorum quædam per ipsos numeros adsunt, ut impar & par, aliæ per mutuam comparationem. ut horum alterum: Numeri enim pares discrepant ab imparibus. Item commensurabile & æquale, excessus & defectus. Pari ratione pertinet ad geometriam accidentia linearum, planorum, & figurarum intelligere, nam & horum quædam habentur propria. Ac uicissim solidis accidunt alia, quæ partim immobilibus solidis adueniunt: quo in genere stereometria uersatur, partim mobilibus, in quo astrologia & physica. quin inter mobilia quædam accidunt grauibus, ut terræ & aquæ, alia grauitatis expertibus leuibusq;, ut igni & aeri, alia quinto corpori, quod in orbem moueatur, grauitatis & leuitatis experti. Vt igitur horum cuiq; quædam proprie accidunt, sic entis, qua est ens, non qua est aliquod entis determinatum genus, sunt quædam propria, de quibus philosophus edisserit: (Cuius inquit, hoc indicium est, artifices nanq; differendi, atque sophistę) quibus uerbis ostendit, philosophi esse de supra dictis considerare, idest, de æquali, inæquali, simili, dissimili, diuerso, contrario, & cæteris id genus. Sophistæ nanque & dialectici philosophorum nomen induti, & conantes de iis præcipere, in quibus philosophi uersantur, de his loquuntur, ut in confesso ad philosophum pertinētibus. Sed postq̄ dixit sophistas & dialecticos de eis disputare, quæ propria sunt philosophorum, propterea quod sibi philosophiæ nomen induerint, exponit quomodo & quatenus hoc nomen induant, & quo a philosophis, & inter se differant. ars enim sophistica & dialectica in eodem genere atq; philosophia uersantur. ut quæ nullum genus proprium ac determinatum habeant, quemadmodum geometria uel musica, sed omnes de ente considerent. (Sed ab altera quidem inquit, differt facultatis modo, ab altera uero electione uitæ.) Philosophiam dicit a dialectica differre facultatis modo, utraque enim de ente deq; ipsius accidentibus disputat, & utraq; syllogistica est. At philosophia hanc syllogisticam facultatem habet uerorum demonstratricem, dialectica uero, experitur uera & probabiliter ratiocinatur. Itaque dialecticus utrumq; conatur. Et de quibus philosophus demonstrationem habet & scientiam, hæc dialecticus experitur, idest, periculum facit eorum, qui hæc se intelligere iactant, cum ea minime intelligant, quod quidem experimentum sumptum per accidentia eorum, de quibus agitur in scientia, quæ accidētia uel non habenti scientiam nota esse possunt, non protinus ostendit qui utitur ipso hunc scientia præditum esse. Electione autem dialecticus non differt a philosopho, quoniam dialecticus in utilitatem spectat philosophantium exercitationis gratia, dū ipsos experitur, sint ne scientia ea prædити, quam profitentur. an nō. A sophistica uero philosophiā differre ait electione uitæ, quod philosophus id agit, ut eorum quæ ad se pertinet doctrinam nanciscatur, sophista uero sit eam habere uideatur. Ars enim sophistica cum sapientia non sit speciem sapientiæ præfert, quam æmulatur electione uitæ discrepans, quin & modo facultatis non a dialectica solum, sed etiam a sophistica discrepat. Sophista enim nō ratiocinatur, sed hac quoque parte speciem potius, q̄ ueritatem sequitur. (Atque differendi quidem facultas tentatrix est.) quorum philosophia scientiam habet & cognitionem, de iis dialecticam tentatricem esse ait, eademq; per probabilia confirmare. per hæc enim experimentum fit. Nam plerunque ad redarguendam ueritatem utimur tentatiua scientia. quod ex ueris & demonstratiuis fieri non potest, sed ex probabilibus & suadentibus. Sophisticam autē apparere quidē ait, nō tamen esse, uel quod uideatur esse dialectica, qūm ex iis, quę probabilia uidentur colligit, uel quod sapiētia esse uideatur, tamen non sit, cum per falsam speciem sapiētiæ lucrum aucupetur.

Præterea contrariorum altera series priuatio est, omniaq; in id quod est atq; non est, & unum ac multitudinem reducuntur, ueluti quies quidem unius est, motus autem multitudinis.

xviii (Præterea contrariorum altera series priuatio est, omniaq; in id quod est, atque nōn est & unum ac multitudinem reducuntur.) His quoque confirmat philosophi interesse de contrariis disputare, omnium nanque contrariorum alter ordo est priuatio, alter species. Cuncta enim contraria in ens & non ens, unum & multitudinem referuntur. quorum non ens & multitudo priuatio quædam esse intelligitur, ad quem igitur pertinet de non ente considerare, quod est entis priuatio, & de non uno & multitudine, quæ est priuatio unius, eius interest de cæteris contrariis differere. contrariorum igitur alterum esse priuationem indicat pertinere ad eundem de contrariis disputare, cuius autem est habitum eius est priuationem contemplari. Rursus autem cuncta contraria in ens & non ens, ac in unum & multitudinem referri, probat philosophum de cunctis oppositis differere, quod ipsum demonstrat contrariorum alterum esse priuationem, eo nanque utitur ad demonstrandum utrunque esse inquam philosophi munus de cunctis oppositis differere, & contrariorum alterū esse priuationem. quanquam uerba illa duas argumentationes continere uideri possunt, quæ ad eadem demonstranda pertineant, ut prior sit. Præterea contrariorum altera series priuatio est. Nam si eiusdem est ipsa & ipsorum priuationes intelligere, profecto cuius est de altera parte contrariorum considerare, quæ uni subiecta est, ad eundem pertinebit, de altera quoque differere, hæc enim illorum sunt priuatio, posterior uero argumentatio hæc sit. (Omniaque in ens & non ens, unum & multitudinem reducuntur.) Si enim omnia contraria his subiiciuntur, utique cuius de his, eius item est de omnibus contrariis disputare.

Ea uero quæ sunt & substantiam, fere omnes ex contrariis componi fatentur. Omnes nanque principia contraria dicunt esse, quidam enim par & impar, quidam calidum frigidumque, quidam finitum ac infinitum, quidam concordiam discordiamue, principia esse dicunt, hæc autem omnia cæteraue in ipsum unum, multitudinemq; reduci uidentur. Sumatur enim a nobis ipsa reductio, principia uero quæ ab aliis afferuntur, penitus in hæc, ut in genera cadunt, patet igitur ex his etiam unius esse scientiæ id quod est, ut ens est contemplari. Vniuersa enim, aut contraria sunt, aut ex contrariis constant. Principia uero, contrariorum sunt unum ipsum, ac multitudo, hæc autem scientiæ sunt unius, siue una, siue non una ratione dicantur, quemadmodum sese fortasse rei ueritas habet, at tam & si multis modis dicitur ipsum unum, ad primum

tamen cætera dicentur, & contraria simili modo, & si id quod est, aut etiam ipsum unum non uniuersale est, & idem de omnibus uel separabile, quemadmodum forsitan non est, alia tamen ad unum referuntur, alia deinceps sunt collocata, & iccirco geometrę non est quidnam sit contrarium, aut perfectum, aut ens, aut unum, aut idem, aut diuersum constiderare, nisi ex suppositione.

xix (Ea uero quæ sunt & substantiam fere omnes ex contrariis esse fatentur.) Hac argumentatione docet, ad philosophum pertinere de cunctis contrariis differere, simulq; confirmat unius esse scientiæ de ente, qua est ens considerare. Nam si entia & substantiæ ex contrariis, ut plerisque omnibus uidetur, constant, erunt utique principia entium contraria, & quæ ex his constant ex contrariis constabunt. Omnia igitur entia uel contraria sunt, uel ex contrariis. at eiusdem est disciplinæ contraria & quæ ex contrariis constituũtur cognoscere, unius ergo doctrinæ fuerit, de entibus in uniuersum contemplari. Atque hæc quidem est summa conclusionis. Quod uero ad dictionem pertinet id quod ait? (Entia uero & substantiam fere omnes ex contrariis componi fatentur.) pertinet ad demonstrandum philosophi esse de contrariis disputare, quarũ non idem omnino est, atque id quod supra dixit. Nam hoc in loco propriam esse ait philosophi substantiæ considerationem. quæ rationem quoque principiorum complectitur. At substantiæ principia & elementa confessione omnium contraria sunt. ut hac quoque ratione disputatio de contrariis sit necessaria philosopho. Nam si entia ex contrariis constituuntur, contraria uero ad unum & multitudinem referuntur, nimirum qui de uno & multitudine considerat, eius erit de contrariis quoque differere. quoniam de contrariis disputans de principiis quoque entis disputabit, ac proin de ente ipso. Aut certe uerbis illis ostenditur, cuius est entis consideratio, eius esse de contrariis disputare. Nam qui disputat de ente, hic ut de ipsius elementis disputet, oportet, sunt autem contraria entis elementa, in cuius confirmationem illorum aposuit sententias, qui principia contraria esse statuebant. quidam enim impar & par principia esse dicebant, ut Pythagorici. Alii calidum & frigidum, ut qui cætera raritate & densitate generari autumabãt, uel ut Parmenides, qui ignem & terram elemẽta esse tradebat. alii finem & infinitũ, quæ sentẽtia eorum fuisse uideri potest, qui unum & dualitatem infinitam in principiis statuebant. Fuerunt, qui amicitiam & discordiam mallent, ut Empedocles: quoniam igitur contraria substantiæ sunt principia, & omnia contraria ad unum & multitudinem referuntur, hæc autem absque dubio in principiis ponuntur, haud dubie horum disputatio pertinet ad philosophum. Impar enim, calidum, finis, & amicitia ad unum referuntur. His autem opposita ad multitudinem. Potest & illud: (Entia uero & substantiam fere omnes ex contrariis componi fatentur,) accipi, ut consequens illa: (omniaque in ens & non ens, & unum ac multitudinem reducuntur.) Hoc enim demonstratur, eo quod omnes qui entia & substantiam ex contrariis consistere tradunt, haud dubie talia esse putant contraria, quæ uni & multitudini subiiciuntur, per illud autem quod ait: (Sumatur enim a nobis ipsa reductio.) rursus ad ea, quæ in Secundo libro de bono demonstrata sunt, relegat nos.

Perspicuum igitur est ad unam scientiam pertinere id quod est, ut ens est, & ea quæ insunt ipsi, ut tale est contemplari, & non solum substãtiarum, sed etiam eorum quæ competunt scięti am eãdem esse contemplatricem, eorum inquam quæ diximus, & de priore posterioreue, & genere & toto, & specie ac parte, & huiusmodi cæteris.

xx (Patet igitur ex his etiam unius esse scientiæ ens, ut est ens contemplari.) Postquam dixit omnia contraria quodammodo ad unum & multitudinem referri, confirmans id per reductionem contrariorum, quam in secũdo de bono fecerat in hæc, & entium substantiæque elementa contraria esse sumpsit, ex his haud dubie intelligi ait unius esse scientiæ de ente, qua est ens cõsiderare. Siquidem cuncta entia uel contraria sunt, uel ex contrariis constant, ut physici tradunt. Nam uel sunt principia uel constant ex principiis, ex quibus principia contraria sunt, cætera uero constant ex principiis, cuncta porro contraria in unum & multa referuntur, de hisq; una scientia cõsideratur, cum eadem sit scientia contrariorum, omnium igitur entium contemplatio pertinet ad unam scientiam. Quanquam enim quædam contrariis uacent, qualis substantia esse uidetur, constant tamen ex oppositis, cumq; unius cuiusq; cognitio ex cognitione pendeat eorum, ex quibus constituitur, utiq; horum cognitio in contrariorum ex quibus constant cognitione inerit. Contrariorum autem principia sunt, unum & multitudo, cuius est ergo de uno & multitudine cõsiderare, eius interest ea contemplari, quæ his subiiciuntur, hæc autem sunt omnia entia, cum omnia entia uel contraria sint uel ex contrariis constent. Omniaq; cõtraria uni & multitudini subiiciantur. Præterea unius scientiæ munus esse ait, de uno & multitudine cõsiderare, siue horum utrunq; secundum unũ dicatur, id est, unam rationem habeat unamq; naturam, sitq; genus quod de aliis sibi subiectis prædicetur, siue sese aliter habeat, & multipliciter dicatur, ut dictũ & uerum est. Nam & si unum, ut multitudo multipliciter dicatur, cætera tamen ad primum & proprie unum referũtur. est autẽ primum unum substantia ut primum ens, & prima multitudo est in substãtia, sed ubi dixit unum multifariam dici, perinde sese habere ait unius contraria. Nam & in his ad primum cætera referuntur, quia enim ad unam naturam referuntur, & ab uno dicuntur, ad unumq; cõtendunt, idcirco una est scientia ipsorum entis & unius, licet non sint genera & uniuersalia, quæ pariter de cunctis entibus prædicentur. Sed neque sint naturæ quædam ab iis, quæ nobis notæ sunt separatæ, nec ut genera in iis esse habent, de quibus prædicantur: genera enim nequeunt ab iis, quorum genera sunt separari, ut ipsa per se subsistant, quemadmodum idearum auctoribus placet. Neque enim solum eorum, quæ ad hunc modum una ratione dicuntur, habetur una scientia, sed etiam eorum, quæ ut diximus, multipliciter dicuntur. Dixit autem ens & unum fortassis non esse naturam separabilem, addens fortassis: quoniam nõ est hic locus huiusmodi quæstionis, nec ipsi quidquam ad propositi confirmationem confert, statuere an sint hæc separabilia. Potest & illud: (quemadmodum fortasse non est,) non solum ad separabile referri, sed etiam ad uniuersale & genus, neque enim ens & unum talia sunt, sed ut ipse ait: (Alia referuntur ad unum, alia deinceps sunt collocata.) Differunt autem, quæ deinceps uocantur ab iis, quæ referuntur ad unum, & si utraque multipliciter dicantur, quod ad unum relata sic appellantur, quoniam illius unius aliquid sunt, & inter se quẽdam ordinem habẽt, quomodo sana se habere & medica demõstratum est, quæ uero ordine deinceps collocãtur, idcirco multifariã dicũtur, qm̃ ex ipis, hoc est primũ, illud secũdũ

Neque enim tria & quatuor & cæteri numeri, qui deinceps sequuntur, idcirco numeri sunt, quoniam dualitati adsunt, uel ad ipsam quidquam faciant. cum potius contra quod est ad hunc modum primum ad posteriora conferat, quo fit, ut in hoc genere posteriora perfectiora sint. In iis autem, quæ ad unum appellantur, cætera ad unum referuntur. Potest tamen illud (alia deinceps) significare ea quæ ab uno dicuntur. Nam quæ ad hunc modum dicuntur multipliciter, partitus est in ea, quæ ab uno & in ea, quæ ad unum. Sed postquam hæc de numero eorum esse dixit, quæ ab uno & ad unum dicuntur, & in quibus prius & posterius habentur, hæc enim sunt quæ deinceps uel ordine collocata dicuntur, de quibus Philosophus considerat, quoniam cætera ad primum & proprie dictum referuntur, de quibus est philosophi disputatio, ac proinde de his, est enim substantia primum, nec geometræ esse ait de his considerare, nec cuipiam alterius, sed tantum philosophi. Nam singulæ aliæ scientiæ in parte aliqua entis uersantur. Contrariis autem & iis, quæ supra memorauit quædam adiicit, hoc in loco de quibus disputare ad nullum alium q̃ ad philosophum pertinere ait: propterea q̃ hæc quoque entis, qua est ens affectiones esse intelligantur. Sed cum dixit non esse officium geometræ, de his considerare addit: (nisi ex suppositione,) id est utitur quidem eis geometra, non tamen quid eorum quodque sit demonstrat. Sed ponit & a philosopho mutuatur. Vt ponens eas magnitudines esse similes quarum latera proportionem inter sese habent, hoc posito, non a se demonstrato, simile æquale, & idem cæteraque usurpat. Arithmeticus quoq; ponens perfectum numerum esse, qui omnibus suis partibus est æqualis, quibus numeris hoc accidat contemplatur, de perfecto tamen non considerat simpliciter. Nam quid est horum quodque disputare solius philosophi munus est. At in dictione, cum ait: (Non solum substantiarum, sed etiam eorum, quæ competunt,) substantiæ ac enti desideratur: Adiungit autem supra commemoratis, ut dixi, quædam alia de quibus est philosophi disputare. quæ quidem sunt, prius, posterius, genus, species, totum, pars, & cætera id genus. nam & hæc entis qua est ens affectiones sunt. Quippe quæ singula uel in substantia sunt, uel in substantiq̃ quopiam accidenti. non autem cuiusquam determinati generis sunt affectus, ex quibus satis intelligitur, si philosophi est cunctorum entium contemplatio, contrariorum disputationem ad eundem pertinere, nec attingere ad complures doctrinas de causis differere. cum hęc uel contrariq̃ sint, uel constent ex contrariis. quę quidem quæstio prima est ex iis, quę in libro Secundo propbsitę fuerunt.

Post hæc autem dicendum esse uidetur, utrum unius, an diuersarum scientiarum sit de hisce principiis, quæ in mathematicis appellantur, ac de substantiis contemplari. Patet itaq; non ad diuersas, sed ad unam horum etiam considerationem, & ad philosophi scientiam pertinere. Vniuersis enim quæ sunt, sed nõ generi cuiquam seorsum a cæteris accomodantur, atq; utuntur quidem his omnes ex eo, quia sunt eius quod est, qua ratione est ens, eousq; tamen utuntur, quousq; satis est ipsis, ideſt, quoad occupat genus, quo de afferunt demõstrationes. Quare cum pateat, hæc ipsis ut entia sunt uniuersis competere, hoc est enim ipsis commune, horum quoq; contemplatio eius profecto, qui id quod est ea ratione qua est ens contemplatur. Quo circa nemo corũ qui partes considerant, de his ipsis

quicq̃ dicere aggreditur, si sint uera inquam, nec ne, nec arithmericus nec geometra, sed naturalium quidam duntaxat, idipsum non incongrue facientes, soli nanq; de natura tota, & de eo quod est considerare putabant. Verum cum sit quidam superior naturali, natura nanq; genus est, unum quoddam ipsi quod est, uniuersalem sane, atq; ad eum qui primæ est substantiæ cõtemplator, horũ quoq; consideratio pertinebit, facultas aũt naxxi turalis est quidem & ipsa sapiẽtia quædam, sed nõ prima.

(Post hæc autem dicendum esse uidetur, utrum unius, an diuersarum scientiarum sit de hisce principiis, quæ dignitates in mathematicis appellantur, ac de substantiis contemplari, patet itaque non ad diuersas, sed ad unam.) Eorum quæ in secundo libro quæsita sunt, hoc in loco mentionem facit. est autem hæc quæstio: utrum pertineat ad hanc doctrinam prima substantiæ principia cognoscere, & principia ex quibus omnes demonstrant, quæ quidem sunt dignitates, siue sententiæ. de quibus quærit: utrum sit eiusdem scientiæ de ipsis ac de substantia differere. Sunt autem sententiæ principia communia, & indemonstrabilia, quæ ad demonstrationes omnium scientiarum accommodantur. ut de quolibet est affirmatio uel negatio. Et quæ sunt eidem paria, hæc inter se quoque paria sunt. Et si ab æqualibus æqualia demas, æqualia sunt, quæ superfunt, & his similia. Dixit autem quæ sententiæ in mathematicis appellantur, quasi a mathematicis qui has potissimum usurpant, ut qui maxime utantur demonstrationibus, hoc nomine nuncupentur. Ad unam uero eandemque scientiam pertinere ait de substantia deque ente, ac de sententiis disputare. quæ quidem scientia est prima philosophia, idque demonstrat, quod hæ, non cuipiam entis definito generi, sed cunctis entibus conueniant, quo fit, ut a cunctis disciplinis usurpentur. Nam quia enti qua est ens conueniunt, singulæque sententiæ in aliquo genere, quod est ens, uersantur, idcirco his conueniunt, & ab iis usurpantur, qui eas ad singulas disciplinas accommodant, & ad subiectum ipsarum genus referunt. genus enim quodque ex iis in quibus disciplinæ uersantur ens est, quod illi a communi descindunt & in id, quatenus sibi usui est, sententias usurpant. Geometra enim ipsas magnitudinibus accommodat, & hactenus in usum sumit. Arithmeticus numeris, idque quoniam cunctis conueniunt, nulliusque sunt peculiares. Geometra enim sumens sententiam illam, quæ, sunt eidem paria, hæc inter se quoque paria sunt, magnitudines addit, ad hũc modum, quæ magnitudines eidem sunt pares. Hoc idem arithmeticus ad numeros transfert, quod ipse significat, cum ait: (Eousque tamen utuntur, quousque satis est ipsis, id est, quoad occupat genus de quo afferunt demonstrationes.) Sententiis igitur idcirco omnes utuntur, quoniam quatenus ea in quibus uersantur entia sunt, ea tenus hoc ipsis conuenit. Ens enim cunctis ipsis est commune. Nec ulla scientia particularis hæc uere sint, an secus discutere conatur. neque enim geometra licet ipsis utatur, nec Arithmeticus nec aliorum quisquam Medicus, Astrologus, Musicus, sed quidam, inquit, naturalium, quibus etiam uerbis confirmat, hæc enti qua est ens conuenire. Ex iis enim qui de quapiam entis parte differunt, nemo de ipsis disputare conatus est. At naturalium auctorum quidam omnia entia in naturalibus esse rati, nec extra naturalia quidquam esse putantes de his quoque dicere sunt aggressi. quasi hæc enti qua est ens conuenirent. Ergo physici quidam horum disputationem aggressi sunt, dum sibi omnis entis disputationem tribuerent, & præter naturalia nihil esse putarent. Qui quidem quatenus

horum conſiderationem propriam eius eſſe cenſebant, qui de omni ente in uniuerſum diſputaret, merito de ipſis differebant. Errabant tamen, dum ſibi perſuaderent, nihil eſſe præter entia naturalia in quorum cognitione uerſabantur. Sunt enim quædam alia entia præter ea quę naturalia nuncupantur. Nam incorporea immobiliſque ſubſtantia non eſt naturalis. Natura nanq; genus eſt quoddam entis quæ principium & cauſa motus per ſe eſt quibus ineſt. quo intelligitur non ad phyſicum pertinere de enti qua eſt ens accidentibus conſiderare, ſed ad philoſophum, qui eſt etiam naturali ſuperior. quiq; de omni ente, qua eſt ens cõtemplatur. Sed potiſſimũ ac primũ, de potiſſimo & primo ente. quod quidem eſt ſubſtãtia, non tamen naturalis. Eſt enim ſcientia naturalis ſapientia quædam & philoſophia, non tamen prima. Sed prima eſt quæ de primis ſubſtantiis, & in uniuerſum de omni ſubſtantia differit. deq; iis, quæ ideo ſunt, quia ſubſtantiæ quidq̃ ſunt. quæ quidem duplici ratione efficitur prima, tum quia de primis ſubſtãtiis & cæteris omnibus, quorum eſſe pendet ab his ediſſerit, tum quia communiter de ente contemplatur. Ens enim quod de eorum eſt numero, quæ ab uno, & ad unum dicuntur, in ea potiſſimum natura cõſiderari poteſt, ad quam cætera, de quibus agitur referuntur, & a qua eſſe mutuantur. Porro quã in primo libro ſapientiam appellauit, hanc nũc communem ac primam philoſophiam uocare declarat, cum ait: (Facultas autem naturalis eſt quidem ipſa ſapientia quædam, ſed non prima.) Nam ad primam ſapientiam pertinet de his conſiderare. Sed hoc in loco hanc philoſophiam eſſe dicit, eandemq; primam philoſophiam appellat, atque primam & propriiſſimam ſapientiam. Primum autem philoſophum de ſententiis diſputare ait, non quod ipſarum quampiam demonſtret, principia nanque demonſtrationum nequeunt demonſtrari, ſed quod ipſarum natura quæ ſit, & quomodo hæ nobis ingenerentur inueſtiget, & quomodo ſit eis utendum, & cætera quæ de ipſis in libris de demonſtratione in ſcriptis tradũtur. Nam perinde ad philoſophum pertinet de demonſtratione atque de ſententiis differere. non de alicuius certi entis demonſtratione, ſed in uniuerſum quid eſt demonſtratio & quomodo ſit uſurpanda. Neque enim demonſtratio in aliquo genere ex iis, quæ ſcientiis ſubiiciuntur collocatur. Sed per ſingulas diſciplinas demõſtratio uerſatur in iis quæ priuatim pertinẽt ad eã doctrinam, qua quiſq; utitur, per poſitionem demõſtrãdi modũ a philoſophia mutuamus.

Qui uero dicere de ueritate ipſorum quonam pacto ſit acceptãda aggrediuntur, ob eruditionẽ reſolutiuorũ id ſane faciunt, accedere enim de his antea ſcientes, ſed non audientes quærere oportet.

(Qui uero dicere de ueritate ipſorum quonam pacto ſit acceptanda aggrediuntur ob ineruditionem reſolutiuorum id ſane faciunt.) Primum philoſophum de ſententiis diſſerere, non quod eas demonſtret, ſed quod doceat principia indemonſtrabilia eſſe demonſtrationis principia, declarat iis, quæ ſupra in eos dixit, qui de omnibus demonſtrationes haberi putabant, & quidquam uerum eſſe negabant, quod abſque demonſtratione diceretur. De quibus in poſterioribus quoque reſolutoriis meminit, quos reſolutoriorum ignorantia hæc dicere tradit. Illic nanq; demõſtratũ eſt neceſſarium eſſe principium demonſtrationis haberi, idque nõ poſſe demõſtrari. Neq; enim eſſet demõſtratio, ſi de cũctis quæreretur. Nam ut in eo libro ſcriptum eſt: Omnis doctrina omnisq; intellectualis diſciplina ex antecedẽte cognitione gignitur. hæc autem ſunt, quas ſentẽtias appellamus, quod uero ait: (Accedere enĩ de his antea ſciẽtes, ſed non audientes quęrere oportet.) uel de ſentẽtiis dictum eſt, quaſi ſcire ac cognoſcere oporteat, nõ autem audiẽdo de ipſis inquirere, ita ne, an ſecus ſe habeãt. uel ſignificat oportere in uniuerſum præſcire, ac præcognoſcere nõ omnia eſſe demõſtrabilia, non autem demonſtrare, & de hoc ſimul inquirere. Quanquam hoc dictum eſſe accipi poteſt in id, quod a Platone in Alcibiade traditum eſt. qui ſic ait: quicunque aliquid nouit, is per acceptam doctrinam, uel per inuẽtionem nouit, is autẽ inuenit, qui prius inquirebat. Quædam nanq; nouimus quæ neq; didicimus, neq; inueſtigauimus. Cæterum hæc dictio: (Quæcunq; uero de ueritate.) uſq; ad (Sed non audientes quęrere) ordinãda mihi uidetur poſt illam quæ deinde ſequitur: (patet igitur ad philoſophum & ad eum, qui de omni ſubſtantia ea ratione, qua natura talis eſt contemplatur, & de principiis ratiocinationis conſiderare.) prædicta enim magis hæc dictio conſequitur. Illa uero: (quæcunq; autem dicere, qui uero dicere de ueritate ipſorum) de qua modo mentionem fecimus, aptiſſime collocaretur ante illam. (Attinet autẽ ad eum qui maxime circa unum quodq; genus cognoſcit.)

Patet igitur ad philoſpphum, & ad eum qui de omni ſubſtantia eã ratione qua natura talis eſt contemplatur, & de principiis ratiocinationis ſpectare conſiderare.

xxiii (Patet igitur ad philoſophum, & ad eum qui de omni ſubſtantia.) De omni ſubſtantia, inquit, pro eo quod eſt de omni ente, qua eſt ens, uel de omni ſubſtãtia, quoniam doctrina quæ diſputet de ente, in ſubſtantia maxime uerſatur. Hæc enim eſt entium potiſſima, ut ſupra dictum eſt, & ad quam cætera referuntur: (De omni ſubſtantia,) inquit, ideſt, in uniuerſum de ſubſtantia, non de hac, uel de illa. Illud uero: (Ea ratione qua natura talis eſt) uel ſignificat, & ad eum qui ſubſtantiæ in uniuerſum naturã quæ nam eſt contemplatur. uel qui diſpicit quæ nam eſt natura cuiuſq; ſubſtantiæ. neque enim omnes ſubſtantiæ eiuſdem naturæ ſunt, cum ſint partim corporeæ, partim corporis expertes. & aliæ mobiles, aliæ motionis immunis. Quædam item ingenitæ, quædam natiuæ. Iam aliæ animatæ, aliæ uacantes anima, & harum utrarumque complura diſcrimina. Per dictionem autem oſtenditur ad philoſophum pertinere de principiis ſyllogiſticis conſiderare. Syllogiſtica porro uocat principia demonſtratiua. Nam ſententiæ demonſtrationum in uniuerſum principia ſunt. Principia enim ac propoſitiones, quæ in ſingulis ſcientiis demonſtrationibus accomodãtur, eius ſunt: qui ſingulis in doctrinis demonſtrat. Cuius munus eſt hæc principia nouiſſe, quod efficiet ipſorum quiſq; ſumens a demonſtratiuo & philoſopho modum accipiendi ex iis quæ ſubiecto demonſtrando adſunt, propoſitiones demonſtrantes & ipſas inter ſe connectendi, & cætera quæ in libro de demõſtratione tradũtur. Sunt auetm ſentẽtiæ communia omnis demonſtrationis principia.

Attinet autem ad eum qui maxime circa unumquodque genus cognoſcit, affirmare firmiſſima rei principia poſſe, quare & ad eum etiam pertinet omnium poſſe firmiſſima principia aſſignare, qui de hiſce quæ ſunt, ut entia ſunt, cognoſcit, atq; hic eſt ipſe philoſophus. Firmiſſimum autem id omnium principium eſt, circa quod fieri non poteſt, ut quiſq̃ decipiatur. Tale nanque neceſſe eſt notiſſimum eſſe, quippe cum uniuerſi circa ea quæ non cognoſcunt, decipiantur, & ſuppoſitionem non eſſe. Quod enim neceſſe eſt eum habere, qui quoduis eorum quæ ſunt percipit, id ſuppoſitionis rationem non ſubit. Quod uero neceſſe eſt eum cognoſcere, qui quoduis eorum quæ ſunt cognoſcit, id & habentem ipſum uenire neceſſe eſt,

(Attinet autem ad eum, qui maxime circa unumquodq; genus cognoscit, affirmare principia rei firmissima posse. Demõstrat inquirendo quæ nam sint notissimæ & communissimæ sententiarum. Has enim primum tenear oportet, qui eas demonstrat, quæ per se adsunt enti. quod necessarium esse confirmat, quoniam in uniuersum qui doctus est in uno quoq; genere & natura, hic est enim qui maxime cognoscit, is ut habeat oportet noueritque firmissima principia eorum quæ habẽtur in illa natura. Sunt autem in uno quoque genere firmissima principia, quæ omnium notissima & manifestissima sunt. & quæ disputantibus de illo genere minus sunt dubia. Si quis enim alius punctum esse negauerit cuius nulla est pars, & lineam longitudinem absque latitudine, & superficiem quod latitudinem tãtum & longitudinem habet, nemo tamen eorum negabit, qui in ipsorum cognitione nersantur. Vt igitur in quoque genere doctus cognoscat necesse est firmissima principia, hoc est prima & propriissima, ppter quæ cætera in eo genere sunt, quibusq; ignoratis in singulis disciplinis scientia rei cognosci non potest, sic inquit doctrina entis qua est ens præditus cognoscat necesse est omnium firmissima principia. hic autem est Philosophus & sapiens. Philosopho igitur necessarium est omnium entium firmissima & propriissima principia cognoscere Nam qui uersatur in aliquo genere, is si ut principium illius generis quodq; in eo est firmissimum cognoscat necesse est, profecto qui non certum ens nec determinatum genus, sed in uniuersum ens ipsum communissimum & generalissimum considerat, huic ut cunctorum entium firmissima principia nota sint, fuerit necesse. Nam si quod principium esset firmius ipsis, id profecto principium esset entis, ac proinde nõ essent illa principia entis firmissima, entis igitur principia firmissima sunt. Deinceps firmissimum principiorum id esse docet, quo falli minime licet. Res enim firma inconquisa est & constans. non est autem constans, quæ sic & secus se habere putari potest. atq; ea explicat propter quæ principiorum id firmissimum habeatur, quo falli nemo potest. Necesse est enim, ut tale principium in quo decipi nemo potest, ex se notum sit nec ex positione. hæc autem ut entium firmissimo principio cõueniant oportet. hoc enim notum esse debet. quoniam in rebus ignotis erratur, nec positum, & ex se cognoscibile. propterea quod principium, quod entium quodq; cognosci notum esse debet, quasi principium sit omnium cognoscibilium, non est positio. Si enim positio est, id quod cum demonstrari possit, tamen absq; demonstratione sumitur, utique positio esse non potest, qua quodlibet entium cognoscentem præditum esse oportet. Nam quod ex positione sumitur, id principium esse nequit cognitionis demonstratiuæ sui. Sed postq̃ docuit firmissimum principium non esse positionem, fieri non posse ait, ut per aliud id discatur, quod notum esse debet quodcunq; ens intelligẽti. Omnis enim disciplina ex aliquo præcognito proficiscitur. prorsus ut non nulla alia ante hoc principium cognita esse debeant, si per disciplinam ipsum acquiratur. ac proinde non erit principiũ entium, quod notum esse debet omnium entium cognitione prędito. ut igitur ex se huiusmodi principio cognito accedatur necesse est. quod autem ex se quisq̃ cognoscens accedit nullã ipsius demonstrationẽ requirens, id profecto nõ est positio.

Patet igitur tale principium firmissimum omnium esse. At quidnam sit illud, deinceps dicamus oportet. Hoc itaq; principiorum omnium firmissimum est, fieri inquam nõ posse, ut idem simul insit, & non insit eidẽ, atq; per idem. Addantur autem & cætera cuncta, quæ ad differendi difficultates dimouẽdas olim determinauimus, habet enim iam dictam conditionem, fieri enim non potest, ut idem esse quispiam, atq; nõ esse existimet, ut

xxv

met, ut quidam Heraclitum dicere arbitrantur. Non enim necesse est, quæ quispiam dicit, ea & ita esse ipsum existimare. Quod si fieri nequit, ut contraria simul insint eidem, addantur autẽ & huic præpositioni quæ addi solent, suntq; opiniones contrariæ quæ cõtradictorie aduersantur. Patet impossibile esse, simul idem esse, atq; non esse eundem existimare, habebit enim contrarias opiniones simul profecto, qui circa hoc est deceptus. Quapropter omnes qui demonstrant ad hanc opinionem ultimam demonstrariones reducunt. Hæc enim principium est natura cæterarum etiam omnium dignitatum.

(Patet igitur tale principium firmissimum omnium esse.) Tale, ideſt principium, quo falli non licet, quod quidẽ notissimum est, nec positum. Sed ubi docuit quale debeat esse firmissimum principium, deinde quod sit hmõi principium exponit, idq; esse ait principiũ cõtradictionis. (hoc uidelicet fieri non posse, ut idem simul adsit & nõ adsit eidem secundum idem. addantur autem cętera cuncta, quæ ad differendi difficultates dimouendas olim determinauimus.) Sunt autem hęc ea ex quibus contradictio conficitur. de quibus in sophisticis Elenchis meminit. quo in loco contradictionem esse definiuit eiusdẽ & unius rei non nominis. aut si nominis non æquiuoci neq; uniuoci, sed eiusdem per idem & ad idem, & eodẽ modo eodemq; tempore. Præterea quidquid dixit in libro de enunciatione in mentione contradictionis, & quæcunq; in captiones sophistas definiuimus ea cuncta hoc in loco significat cum ait: (ad differendi difficultates dimouendas.) hoc itaq; principiorum firmissimum esse ait. Ac propterea inquit, quod habet prædictam definitionem seu conditionem. Positum est autem hoc esse firmissimũ principiũ, quo falli nemo potest. (Fieri enim non potest, ut quispiam) ideſt, omnino, nanq; fieri non potest, ut idem esse atq; non esse quisq̃ putet, & in hoc decipiatur. Nam ut fieri non potest, ut idem simul adsit, & non adsit, sic ut quisq̃ circa hoc decipiatur. idemq; esse & nõ esse putet, hoc enim est quod ait: (fieri. n. nõ potest ut idẽ esse quispiam atq; non esse existimet.) Porro fieri non posse, ut quisq̃ idẽ esse & non esse putet, ut quidam Heraclitum dixisse auctores sunt, iis quæ protinus subiicit demonstrare conatur. (Non enim est necesse quæ quispiam dicit, ea ita esse ipsum existimare.) Ita licet hoc fuerit ab Heraclito dictum, ut quidã credidere, nõ tamen est necesse, ut si hoc dixerit, protinus etiam existimauerit. Haud enim quæcunq; dicimus, sic item se habere putamus. Facile nanq; & cuiuis in promptu est dicere contradictionem eidem adesse. ut autem rem sic se habere quisq̃ putet fieri minime potest. ut quidiem lucere conspicit, nullo is tamen negotio noctem esse affirmare ualet. At rem sic se habere nemini putare licet. Fieri autem non posse, ut idem esse & non esse putetur, quo principium notissimum esse confirmatur, cõtradictionem uidelicet simul esse ueram, cum per ipsum falli non liceat, ad hunc modum arguitur: (Si autem fieri nequit, ut contraria simul insint eidem) coniunctio illa autẽ uacat. dictio enim plena est, uel si ad hunc modum scribatur: Si fieri nequit, ut contraria simul insint eidem. Cuius sensus est huiusmodi, cum fieri non posse assumpsisset, ut eidem simul contraria insint, hoc uelut manifestum usurpans, fieri non posse demonstrat, ut quisq̃ contradictionem simul esse uerã existimet. putare enim hoc adesse, opposita opinio est, ei qua idem nõ adesse putatur. At opposita ut eidem adsint fieri neutiq̃ potest. hoc. n. uel aut noto & confesso utitur. pugnare autem inter se contradictionis opiniones pluribus uerbis in calce libri de enuntiatione confirmatum est. Sed ubi contraria eidem adesse non posse dixit illud addidit: (Addãtur & huic propositioni, quæ addi solẽt.) sic ut de

contradictione loquens, cum dixisset fieri non posse, ut eidem per idem simul quidq̃ adesset,& non adesset,addẽda esse dixit post illud per idem,quæ addere cõsueuimus, dum laqueos, & decipulas sophistarum euitamus. quibus isti instructi sententiã hanc demoliri conãtur. idem adesse & non adesse eidem ostẽdentes,uel per aliam & aliam partem,uel in alio tpe uel ad aliud.& aliud uel deniq; aliter & aliter,sic in cõtrariorum inquit definitione omnia sunt addenda . contraria enim eidẽ adesse simul & per idem ac eodem modo nequeũt.Quod si nemini putare licet,idẽ simul adesse & non adesse, indubitata profecto fuerit sententia illa, fieri non posse ut contradictio sit simul uera. Illud autem:(Habebit enim cõtrarias opiniones simul profecto,qui circa hoc est deceptus.)huiusmodi est:nam qui idem esse,& non esse putat,& in hoc decipitur,ut putet simul esse,quæ non sunt simul, huic profecto contraria insunt. cõtraria enim sunt inter se,opiniones contrariæ, hoc autem positum est fieri non posse. quo & concluso demõstrato ait: (Quapropter omnes,qui demonstrant,ad hanc opinionem ultimam demonstrationes reducunt,hæc enim principium est natura cæterarum etiã omnium dignitatum.) Omnes dicit demonstrãtes sermonem suum referre in hoc ultimũ principium per se notum & manifestum,ac indubitatum. qui enim de re quapiam edisserunt,ii ad aliquid demoliẽdum non putant pluribus uerbis opus esse, si eius quod impugnant,consequens esse demonstrauerint, contradictionem simul esse ueram. quod uero ait hoc dignitatum seu sententiarum principium esse, non sic accipi debet, quasi principium sit eas demonstrandi. cum sententiæ demonstratione nõ indigeant. Tunc enim non essent nec sententiæ,nec principia,sed quoniam sæpe ad illarum confirmationem & fidem hac præterea sententia utimur. confirmantes enim quæ sunt eidem similia,inter se quoq; similia esse,illud assumimus. Aliter enim non essent inter se similia,quod si non sunt inter se similia,ne uni quidem cuipiam eidem similia fuerint. Sed potius illi erunt dissimilia quemadmodum inter se. at positum erat esse illi similia,eadem igitur eidẽ & similia & non similia erunt. quo sermonem referẽtes,ut ad id quod fieri non posse constat,opem tulisse putamus sententiæ dicenti, quæ sunt eidem similia,inter se quoq; dissimilia sunt.

Sunt autem quidam,qui uti diximus fieri posse dicunt,ut idem sit,atque non sit,& ita existimetur. Atq; hac sentẽtia naturalium quoq; complures utuntur,nos uero nunc, ut impossibile id accepimus, simul inquam esse, atq; non esse . & per idipsum principiorum omnium hoc firmissimũ esse ostendimus. At sunt qui ob ruditatem & hoc demonstrãdum esse cẽsent. Est,enim profecto ruditas non discernere quorum quærere , & quorum non quærere demonstrationem oportet. Omnino nanque fieri nequit,ut omnium sit demõstratio,in infinitum enim erit abitio, ut neq; hoc pacto sit ulla penitus demonstratio. Quod si quorundam demonstrationem quærere non oporteat, quod magis tale principium esse censent,assignare sane non possent.

(Sunt autem quidam,qui,uti diximus, fieri posse dicunt,ut idem sit atq; non sit, & ita existimetur.)Postq̃ contradictionis sententiam firmissimam esse docuit,qm̃ nonnulli rem aliter habere dicebant,qui quidem sic aiebant,non sic tamen sentiebant,alii uero negabant impossibile esse idem & esse & non esse,idcirco hoc fieri non posse,quemadmodum demõstratum est, latius per uerba quæ sequũtur,in ipsos edisserit,qui fieri posse dicebant,ut idem simul esset & non esset.quod fieri non posse demonstratũ est. Si enim propterea fieri posse negatur,ut idem esse & non esse putetur,quod contraria xxvi

simul inesse nequeant, utiq; si contraria simul inesse possunt,potest etiã quispiam rem sic habere existimare, si quidem uerum est . In qua opinione Heraclitus fuisse traditur,qui contraria esse eadem inter se tradebat.Nam qui disserunt in propositum illud, fieri non posse , ut contraria eidem adsint , quo demonstrari uidetur , neminem idem esse atque non esse putare posse, ii possunt ad hunc modum disputare . (Atq; hac inquit , sententia naturalium quoque complures utuntur.) ut Heraclitus a quibusdam putatur . quod eorum quoque sententiæ consentaneum est , qui rem,qualis uidetur, talem esse dicebant . cuius opinionis Democritus & Protagoras fuisse uidentur. Nam cum quibusdam de eodem contraria uideantur, si res , ut uidetur , sic se habet, utique in eodem oppositã & contraria inerunt. (Nos uero inquit,nunc ut impossibile id accepimus, simul inquam esse atque non esse.) Principium contradictionis firmissimum ac notissimum hoc esse confirmat , quia ut manifestum sumitur fieri non posse,ut idem simul sit atq; non sit. ex hoc enim quod fieri non potest, ut idem sit atq; non sit , sequitur non posse contraria eidem adesse & simul adesse putari . quandoquidem hæ opiniones contrariæ sunt . Quoniam igitur nos hoc assumpto contradictionis sententiam firmissimam esse & notissimam demonstrauimus , quibusdam uero fieri posse uidetur , ut idem sit atque non sit , ex quo sequitur contradictionem simul esse ueram , qui quidem censent nos hoc principium demonstrare , non autem ut ex se notum accipere , idcirco hos impugnaturus primum testatur eos ignoratione resolutoriorum postulare , ut id principium demonstretur . In resolutoriis enim , quæ nam demonstrari possint , quæque secus docetur , atque per se nota ac indemonstrabilia , tolli si infinite progrediantur . Quod si demonstrationem esse deberint & esse aliqua , quæ demonstrationem non admittunt , concesserint , rogandi sunt , quod nam principium minus hac sententia demonstrationis indigere putent. constat enim eos nullum dare posse . Illius autem: (ut neque hoc pacto sit ulla penitus demonstratio.) Duplex potest esse sensus, uel enim hoc ideo dictum est,quia demonstratio tollitur,tum si negetur ex ipsis aliqua uera & probabilia esse,tum si absque fine procedatur . Neque enim is tantum demonstrationem tollit , qui eius principia tollit, sed etiam qui omnia demonstrari posse præcipit. Vel sensus est:ut ad hunc modum non sit demonstratio.

Licet tamen hoc quoque demonstrare redarguendo, impossibile inquam esse,atq; non esse,si modo is qui contendit quippiam dicat. Quod si nihil dicat,ridiculum est,profecto ad eum rationem quærere,qui nullius rationem habet,ut rationem non habet,talis enim homo persimilis iam esse uidetur , ut talis est plantæ , demonstrare autem redarguendo, & demonstrare, differre dico . Qui nanque demonstrat , uidebitur id quod initio quæritur postulare . Si uero alius sit huius causa , redargutio non demonstratio erit.

xxviii (Licet tamen hoc quoq; demonstrare redarguendo impossibile inquam esse.) Postq̃ eos insectatus est,qui principium illud non posse idem simul esse,& non esse demonstrandum censebant,ac proinde demonstrationem amoliebantur, redarguẽdo tamen ipsum demonstrari posse ait , non quidem simpliciter, sed ita demum, si is qui ambigit,quidq̃ dixerit & nominauerit , & sermone fuerit usus,& dictis suis aliquid significauerit,atque ad rogata responderit. Si enim conticuerit, nec responderit quidq̃, risu erit excipiendus , qui contra hunc disputauerit , quique tacentem redarguere conaq ii

bitur, & contra negantem hoc principium ediſſeret, hoc eſt enim quod ait: (ut ſermonem non habet,) qua uidelicet ſermone caret, hac ipſi quidq̃ ſignificari, ridiculum eſſe. Illud nanque: (Talis enim homo perſimilis eſſe uidetur, ut talis eſt, plantæ iam) Huiuſmodi eſt: Iam enim talis qua eſt talis, ſimilis eſt plantæ. Deinceps diſcrimen inter demonſtrationem redarguentem & demonſtrationem ſimplicem exponit. Nam qui ſimpliciter demonſtrat, is aliqua ſumit, quæ priora & notiora ſunt, eo quod demonſtratur, & ſic propoſitum conatur demonſtrare. At nihil neque prius neque notius, ut dictum eſt, accipi poteſt, hoc ipſo principio, ut facile intelligatur ipſum demonſtrari nomine poſſe. Præterea qui ex ſe ſumit & ponit quamlibet rem id eſſe quod ipſe nominat, uel non eſſe, principium petere uidetur, & quod quæritur aſſumere. De hoc enim quæſtio eſt, redargutio tamen quoniam ad alterum conuincendum pertinet, & ex iis probat, quæ aduerſarius ponit, eſt enim redargutio ſyllogiſmus in contradictionem per interrogationem adigens, idcirco effici per talia poteſt. Huiuſmodi enim argumentatio non colligit ex primis, neque principium ex ſe ſumere quisq̃ uideri debet, ſi aduerſarius rem omnem id eſſe quod eſſe dicitur, uel non eſſe conceſſerit. Huius enim cauſa is eſt, qui ex ſe nota demonſtrari poſſit, quiq; hæc concedere inuitus cogitur, quæ ſi demonſtrator ſponte ſua poſuiſſet, principium petere fuiſſet uiſus. Nam ut Theophraſtus in libro de affirmatione auctor eſt, huius ſententiæ demõſtratio uiolenta eſt & præter naturam.

Principium autem eſt ad talia cuncta, non autem eſſe quippiam dicere, aut non eſſe cenſere. Id enim forſitan quiſpiam poſtulationem eius eſſe putauerit, quod ab initio quæritur, ſed & ipſi & alii quippiam ſignificare, non enim neceſſe eſt eſſe, ſi quippiam dicat. Quod ſi nihil dicat, tali homini, neque ſibi ad ſe oratio, neque ad alium erit. Si uero id quiſpiam dederit, erit tunc demonſtratio, iam enim erit aliquid definitum, ſed cauſa eſt non qui demonſtrat, ſed qui ſuſtinet, tollendo nanq; orationem utitur nimirum oratione.

xxviii (Principium autem eſt ad talia cuncta aut non eſſe quidpiam dicere, aut non eſſe cenſere.) Syllogiſmi redarguentis, quique ad alterum conuincendum pertinet in demonſtratione huius ſententiæ, principium eſſe ait: petere ab aduerſario, ut dicat eſſe quidpiam, uel non eſſe, id eſt, interrogandus eſt aduerſarius num res omnis id eſſe quod dicitur, uel non eſſe ipſi uideatur. exempli cauſa: homo eſſe homo uel non eſſe, & pari ratione equus, & canis & alia. Sed poſtquam dixit hoc eſſe principium, & hanc propoſitionem ab aduerſario eſſe petẽdam, ut ab ipſo ſumatur, uideri poſſe ait, qui hoc ediſſerit principium ſumere, & quod quæritur cenſere. Nam qui de propoſita ſententia inquirit, is non concedit unumquodq; id eſſe uel non eſſe, quod dicitur, ſed eſſe & non eſſe. hoc enim eſt quod ipſe quærebat: quod qui ſumeret, hunc principium petere adiecit, quamobrem hac omniſſa interrogatione tranſit ad aliam. Dictio autem aptior eſſet ſi pro illo: (id enim forſitan quiſpiam poſtulationem eius eſſe putauerit, quod ab initio quæritur.) ſcriptũ eſſet, ut in nõnullis exẽplaribus habetur, (hoc quidem fortaſſe quiſpiam.) Quanquam in quibuſdam ad hunc modum ſcribitur: (Principium autem eſt ad talia cuncta non aut eſſe quidpiam dicere, aut non eſſe cẽſere.) quo quidem modo ſenſus eſſet illuſtrior. Rogãdum igitur aduerſarium eſſe ait, num cum loquitur, per ea quæ dicit, quæque nominat, tum ſibi, tum alteri quidquam ſignificet, ſitque aliquid id cuius nomen pronunciat, & quod ſignificare uolens id nomen appellat, atque profert. Nam qui negat quidquam ſignificari per ea, quæ dicit atque reſpondet, is neque ſecum, nec cum alio loqui ualeat. Neque enim intellectus erunt aliquid ſignificantes, quibus pro nominibus, & ſermone ſecum utantur, ſi enim ſignificarent aliquid, liceret utique nomina rebus ab ipſis ſignificatis imponere, & ſic uox ſignificans eſſet, ad hunc autem modum ipſe ſe non uti ſermone confiteretur. Eſt enim ſermo uox ſignificatiua. Eadem ratione ſermonem de medio tolleret, ſi nihil magis ſe ſignificare, q̃ nõ ſignificare diceret. Si ergo cum loquitur, nihil ſignificet, ne diſputatio quidẽ fuerit, rurſus enĩ plantæ is ſimilis afficietur. At ſi quidq̃ dederit, & iis quæ dicit aliquid ſignificari conceſſerit, licebit hoc ſumpto propoſitum redarguere. Nam pro redargutione demonſtrationem dixit. Qui enim hoc concedit aliquid, ſtatuit definitque, ut qui definitum quidquam eſſe concedat id quod uno quoque ſermone ſignificatur. Nam indefinitum eſt ac indeterminatum quod nihilo magis eſt hoc q̃ illud, aut definitum fore ait hoc ipſum quod conceditur, aliquid ſcilicet ſignificare. Hoc igitur conceſſo demonſtrare, hoc eſt redarguere licebit. cuius redargutionis cauſa in eo eſt, qui redargutione conuincitur, non in eo qui redarguit. Ille nanq; ſuis uerbis conuincitur. Nam ſi quis demonſtraturus, fieri non poſſe, ut eſſe & non eſſe ſimul de eodem uere dicatur, ex ſe aſſumeret ſermone quidquam ſignificari, idque conſtitueret definireque, merito is principium petere uideretur. At quoniam qui poſitione illa oppugnatur, is hoc concedere cõuincitur, idcirco ille dum ſermonem tollit redargutionis eſt cauſa. Nam qui rem omnem nihilo magis ſic, q̃ ſic ſeſe habere contendit, hoc enim eſt contradictionẽ tollere, is profecto ſermonem tollit. At ſermonem tollens, ſermone tamen utitur. Hic eſt enim ſenſus illorum uerborum: (Interim ens orationem, ſubſtinet orationem.) Docet autem hoc in loco, qui ſe dum loquitur, nihil ſignificare ait, hunc ſermonem tolli profiteri. Si enim ſermo eſt, utique aliquid eſſe determinatum ponitur. Nec uerum eſt quamlibet rem non magis hoc eſſe, quam illud. Cæterum cauet Ariſtoteles, ne huius principii demonſtrationem proprie fieri fateri uideatur. Poſitum eſt enim, nec id demonſtrari poſſe, & eſſe omnium ſententiarum principium.

Præterea qui hoc conceſsit, aliquid eſſe uerum abſq; demõſtratione conceſsit, quare nõ omne, & ita, & uon ita ſe habet.

xxix (Præterea qui hoc concedit, is quoque uerum eſſe aliquid concedit, abſque demonſtratione. ac proinde non res omnis, ſic & non ſic habet.) Senſus eſt: Si quis loquentem ſermone ſuo quidquam ſignificare conceſſerit, tunc demum redargutioni locus erit, qui enim hoc conceſſerit, aliquid exponet ſtatuetque, nec dicet non magis hoc, quam oppoſitum. Nam dum hoc concedit, non dicit, ſermo non magis quidquam ſignificat, q̃ non ſignificat. Sed concedit aliquid ſignificare, quod ipſe expoſuit, dicens: (Primum igitur patet.) & quæ ſequuntur. Vt enim ſi quis nihil magis ſignificare, q̃ non ſignificare dicat, ſermonem tollit, ita ſi quis non magis quidquam hoc eſſe, q̃ non eſſe dixerit. Cæterum qui hoc ſemel conceſſerit, hũc redargui ſe, ſubiectis deinceps uerbis demonſtrat exponitque. hic igitur, non qui hunc interrogat cauſa eſt redargutionis. Si hoc enim ipſe a ſe ſponteque ſumeret, uideri ut diximus poſſet, principium petere. Reſpondens igitur eſt in cauſa qui uel ſermonem tollere conuincitur, aut repugnantia ſuæ poſitioni reſpondere, cuius rei cauſam ſubiecit, quod ſermonem per poſitionem tollat. Nam qui rem quanque non magis

hoc quam oppositum esse ait, sermonem ipsum demolitur, ut enim cætera sic & sermonem non magis esse, quam non esse dicet, quod quid aliud est, quam sermonem tollere? est enim sermo uox significatiua, hic autem sermonem non magis significare, quam non significare contendit, ut dubium non sit, quin sermonem de medio tollat, quod quidem dicere uidetur, qui qualibet in re contradictionem simul ueram esse posse tradit. Tollens igitur sermonem positione, concedit eundem iis, quæ respondet, dicens enim sermonem significare, sermonem esse statuit, ita quod per positionem tollit, hoc ponit respondendo.

Primum igitur patet id ipsum esse uerum, nomen inquam esse hoc, aut non esse significare, quare nõ omne, & sic, & nõ sic se habet.

xxx

(Primum igitur patet id ipsum esse uerum nomen inquam esse hoc aut non esse significare.) Primum inquit, si dicta quidquam significare concedatur, uerum est, qui aliquid esse dicit, hunc quidquam significare, & pari ratione qui aliquid non esse ait: non autem significare & non significare. quanquam ipse nomina dixit, & esse, ac non esse. quod si in his uerum est significare, non uerum autem non significare, nõ igitur cunctis in rebus affirmatio negatioq; uera fuerit, quia nihil significare, cum sit iplius significare negatio, minime in iis uera est, quæ aliquid significare conceduntur. Nam si non significat, non utique amplius relinquetur ipsum significare, quod conceditur, ac proinde sermo tolletur. Sed cum diceret: (Primum igitur patet ipsum esse uerum nomen inquam esse significare,) adiecit: (hoc) quo innuitur quod significat id quampiam determinatam naturam significare. Nam omnino qui uel sibi uel alteri quid quã significat, is hoc aut illud significat. Aliquod enim entium significat, & discrepans ab aliis quæ ab ipso nõ significentur, neque a cunctis eadem, nec rursus ab uno cuncta significantur.

Præterea si nomen homo significat unum, sit illud animal bipes, Atque hoc pacto id unum significare dico, ut si hoc est homo, id sit animal bipes, quicquid sit homo. Nihil autem refert, & si plura significare quispiam dixerit, modo sint definita, poni nanque poterit in unaquaque oratione nomen, ueluti si dixerit hoc nomen homo non unum, sed plura significare, quorum unius quidem hæc una sit oratio, animal bipes, cæterorum autem aliæ plures quidem, at numero definitæ. In unaquaque nanque orationum poni nomen proprium potest, Quod si poni non potest, sed infinita significare dicet, patet oratio nem non esse. Non enim unum significare est omnino, nihil significare. Si uero nomina non significent, hominum inter sese & ad seipsum cuiusque uere sublata est disputatio, fit enim ut nihil is intelligat, qui nihil intelligit unum. Quod si unum quid intelligi possit, illi poni nomen poterit unum.

xxxi

(Præterea si nomen homo significat unum, sit illud animal bipes.) Postquam sumpsit nomina & nominum quodque hoc significare, & his docuit, qui id concesserit, ei non amplius licere dicere, non magis hoc quam oppositum ipsius, nunc hoc accomodato in nihilo fieri posse docet, ut contradictio simul esse uera reperiatur, quod quidem pluribus uerbis dicit demonstratque, propterea quod non solum quibus propositum demonstrat assumit, sed eadem etiam assumpta confirmat, ut merito assumpta esse intelligantur, quo fit, ut dictio paulo habeatur obscurior. Argumentationis tamen hic est intellectus, si unum quodque nomen significat, unum quidpiam significat, quod enim significat, id aliquid significat, ipsum autem aliquid unum est. nam & si æquiuoca nomina de multis prædicentur, non tamen qui tali nomine utitur & ipsa quidquam significat, is omnia illa simul significat, nomina igitur differentia, nec idem significantia, atque id quod proponitur, cum non significent unum, haud dubie de illo non prædicabuntur. Nam si nomina res diuersas significantia de eodem uere dicerentur, iam illius non esset una natura. Homo autem & non homo nomina diuersa sunt, nec ipsis res eadem appellatur, cum de eodem minime prædicentur, nec significatum non hominis uere de hominis significato dici potest. Siquidem nomina ipsa discrepant inter sese, nomina uero diuersa diuersarum rerum sunt significantia, & unius rei quodque, uniusque naturæ. Nam quod ab homine significatur, ut diximus, non esset unum, si non homo de ipso diceretur, quod rem diuersam significat, quæ ratio similis in cæteris omnibus reperitur, quod si horum nominum significata simul esse nequeunt, utique negatio, quæ hominem non esse hoc dicit, uera esse non potest simul cum affirmatione, quæ hominem hoc esse ait. Atque argumentationis quidem hic est intellectus, quod uero ad dictionem pertinet, si homo inquit, nomen aliquid unum significat, sumatur id quod significat, sitque animal bipes. Deinceps exponit, quid sit nomen significare unum, cum ait: (Atque hoc pacto id unum significare dico, ut si hoc est homo, si quidquam homo est, hoc est hominis esse.) unum significare hoc esse ait, si homo significat hoc, hoc enim subaudiendum est, cum ait: (Si hoc est,) quidquid homo fuerit, hoc erit ipsi homini esse, id esse uidelicet quod homo significat. Si homo igitur unum significat, animal scilicet pedestre bipes, nullus erit homo, quin sit animal pedestre bipes. Porro quid significetur definit, declaratque, ubi docuit, non si quidquam de aliquo prædicatur, protinus hoc unum significare, ut in progressu dicet. Neque enim si album de Socrate prædicetur, statim Socrates & esse Socratis ab albo significabitur. Quæcunque igitur ita dicuntur, ut unam naturam unamq; substantiam significent, quemadmodum sese habent ea, quæ in quid est prædicantur, ea ut unum significantia sumuntur. Et ad hũc modum singulis nominibus unum significatur. At ne quis unum numero & non potius unam naturam ipsum dicere putaret, iccirco quomodo dixerit unum significat exponit, si enim homo animal bipes significat, utiq; hominis esse in eo consistit, ut sit animal bipes, Sed quoniam assumpserat si quodlibet nomen unum significat, unum fore significatum, nihil referre ait ad propositam quæstionem, unum ne dicas an plura, sed determinata a singulis nominibus significari. quoniam non nulla æquiuoca unum erunt, cum liceat significatorum cuique proprium nominis signum imponere, ut fieri solet in æquiuocorum partione. Si quis enim indeterminata & infinita significari dixerit, incommodum inde consequi demonstrabitur. Nam qui hoc assumit, is nominibus quidquam significari negabit, &

omnino ſermonem tollet, quoniam ſi nullum nomen id magis ſignificare dicatur, de quo dicitur, q̃ quoduis aliud, profecto nihil ſignificare dicetur. Cur enim hoc magis, q̃ quoduis aliud? & cur magis hoc ab hoc ſignificabitur, q̃ a quocunque? cum omnia nomina ſignificent infinita. Si ergo unumquodq; nomen plura, ſed determinata ſignificare dicas, certe eorum quæ communi uocabulo ſignificantur, cuiuſque ſua ratio fuerit. Exempli cauſa: ſi homo de animali ac de imagine prædicetur, cum homo animal ſignificauerit, ratio ſignificanti erit animal pedeſtre bipes. cum uero imagini, monimentum huiuſmodi ſubſtantiæ, ac eodem pacto ſi quid q̃ aliud ſignificaret, illius quoq; ſua eſſet ratio. Itaq; ſi unius nominis determinata fuerint complura ſignificata, quorum diuerſæ rationes habeantur, ſignificatorum cuique ſuum ſignum propriumq; nomen imponere licebit. quod unum tantum ex eis ſignificet, quæ diuerſas rationes habent. Etenim ſi finita ſunt, mente ac cogitatione complecti poſſunt, & ſingula ſuo ſigno atque uocabulo donari, quod nihil aliud q̃ id cui datur ſignificet. At indito ſuo cuiq; rei uocabulo, rurſus diuerſa erunt ſignificata nominum ad hunc modum diſcrepantium. quam ob rem hoc eſſe, & hoc idem non eſſe diuerſis uocabulis ſignificabuntur. Siquidem hæc inter ſe eadem non ſunt. Sed poſtq̃ fore dixit, ut ſi eorum quis q̃ qui uno quoq; uocabulo multa ſignificari dicunt, definita ea eſſe conceſſerit, eodem ratio redeat, atque initio, ut ſcilicet uno uocabulo res una ſignificetur, nam cum multarum rerum cuique proprium imponatur uocabulum, nomen, quod initio inditum erat, exempli gratia, homo unam tantum rem, quæ ſupereſt ſignificabit, hæc igitur effatus, in eo protinus ediſſerit, qui cuiusq; nominis infinita ſignificata eſſe erradebant. Niſi enim ait poſitum, hoc eſt, cõceſſum fuerit, finita eſſe, quæ ab uno quoq; uocabulo ſignificantur, ſed infinita, rurſus ſermo ad hunc modum abolebitur. Nobis enim poſitum eſt, orationem perinde atque nomen uocem eſſe ſignificantem. At iis qui uno quoq; infinita ſignificari aiunt, oratio nihil ſignificat. quod enim neq; unum, neque determinatum quidq̃ ſignificat, id ne ſignificat quidem omnino. Nam quicunque ſignificat, aliquid certum ſignificat. Porro ſi nihil nomina ſignificent, ſermo iterum tollitur, nec licet in alterum diſputare. quamuis enim uno quoque nomine plura, ſed determinata ſignificentur, non tamen idcirco unum quiddam nomine ſignificari tollitur. Siquidem ex iis, quæ nomine ſignificantur quoduis unum eſt, & quot ſignificata, tot unitates habentur. quod in infinito uerum eſſe non poteſt, quippe cum ne numerus quidem ſignificatorum eſſe poſſit. Sed his commemoratis, ſubiungit: (Et ad ſe ipſum cuiusq; uere ſublata eſt diſputatio.) id eſt tacita, etiam intellectio tollitur. Nemo enim intelligere ualet, ut non unum intelligat. Nam ſi liceret unum intelligere, poſſet utique huic intellectioni nomen aliquod propriumque ſignum imponi. ac proinde fieri poſſet, ut unum quiddam quouis nomine ſignificaretur. Itaque ubi ſermonem iſtorum ſententia tolli oſtendiſſet, ut incommodum exaggeraret, ne intellectionem quidem relinqui demonſtrauit. Cæterum cur nam ſi quolibet uocabulo multa, determinata tamen ſignificentur, ſermo non tollitur, licet non ſit unum ſignificatum, ſi uero infinita, perit? Num quia omne determinatum circumſcriptumq;, quodammodo unum eſt. ut unum quoddam modo ſignificet, quod plura, ſed definita ſignificat. Propterea quod hæc circumſcribere liceat, & a non ſignificatis ſecernere, & hæc eſſe ſignificata dicere, quod fieri in infinitis non poteſt? An quia plura, ſed determinata ſignificare hoc eſſe uideri poteſt, quod aliquid ſignificare, propterea quod

omnia ſignificata ſumpta, inter ſe diſtingui poſſunt, & propriis uocabulis definiri, at ſi uocabulum quodque ſignificet infinita, nullum ſignificatum proprio nomine ac ſigno notari poteſt, quo fit, ut nomina ipſis indita nihil quidq̃ ſignificent, quippe quæ non de iis magis prædicari ualeãt, quibus impoſita fuerint, quam de cæteris. Præterea ſi quodlibet nomen infinita ſignificat, ſingula nomina eadem ſignificabunt. At ſi cuncta ſint eorundem ſignificata, omnis diſputatio, omnisq; ſignificatio peribit. Si enim ponatur cuncta nomina eadem inter ſe ſignificare, nullum ipſorum quidq̃ ſignificabit, perinde eſt enim affirmare unum quodq; ſignificare omnia, ac ſi nihil ſignificare dicatur. Sed non eſſe infinita cuiuſq; nominis ſignificata, licet ad hunc modum, utiq; probabiliter demonſtrare. Si homo infinita ſignificat, cum non homo in infinitis habeatur uel ipſum quoq; ſignificabit, ac proinde qui hominem dixerit, non hominem etiam ſignificauerit, uel certe ſi hoc eſt abſurdum, aliqua erunt plura q̃ infinita. Nam ſi infinitis, quæ ab homine ſignificari dicuntur, addatur nõ homo, ipſa efficiet copiora. Itaq; infinita aliquibus erunt pauciora. Iam nomen hoc infinita ſiue ſignificat eadem non infinita, unumquodq; nomen non magis infinita, q̃ non infinita ſignificabit, ſiue non hoc ſignificat, primum non in quocunq; affirmatio uera eſt, in eo & negatio. Deinde quod hoc nomine nõ infinita ſignificatur, extra infinita reperietur, infinitaq; plura cum hoc, q̃ ſeparatim erunt.

Sit igitur hoc ut in principio diximus, nomen inquam ſignificare quid, & ſignificare etiam unum, fieri ergo non poteſt, ut ipſum hominis eſſe, hominis non eſſe ſignificet, ſi nomen homo non ſolum de uno dicatur, ſed unum quoque ſignificet.

xxxii (Erit igitur hoc, ut in principio diximus, nomen inquam ſignificare quid, & ſignificare etiam unum.) his hoc in loco utitur quæ prius aſſumpſerat. Aſſumpſerat autem primum nomen aliquid ſignificare, deinde unum ſignificare, quod docuerat, cum diceret, etiam ſi nomen idem plura ſignificaret, modo illa eſſent certo numero contenta, poſſe ſignificatorum cuique proprium nomen imponi, quod huic cum alia natura non eſſet commune. Hæc itaque uſurpat, & nomen homo aliquid ſignificare, & unum ſignificare ponit. Si homo igitur unum quiddam ſignificat, & hoc eſt animal pedeſtre bipes, nimirum homo haud ſignificabit, non hominem eſſe. quia non hominem eſſe diuerſum eſt ab hominem eſſe, homo autem unum ſolum ſignificat. Neque enim homo & non homo idem ſunt, nec eiuſdem rei habentur ſigna, nec fieri poteſt, ut unum, unum ſit, & non ſit. (Si homo non ſolum de uno, ſed unum etiam ſignificat.) Præfatus fieri non poſſe ut hominem eſſe, hoc ſit quod hominem non eſſe adiecit, ſi homo ſignificat nõ ſolum de uno, ſed etiã unum.

Non enim unum ſignificare id eſſe cenſemus, dici inquam de uno. Hoc enim pacto muſicum, & album, ac homo, unum ſignificarent, quare omnia unum erunt, plura enim nomina erunt eiuſdem, atque non ut idem ſit, & non ſit cueniet, niſi uarietate nominum, perinde atque ſi eum quem nos hominem appellamus, alii non hominem uocent. At id quod dubitatur non eſt hoc, ſi fieri poteſt ut idem ſit, & non ſit homo nomine, ſed re. Quod ſi nomen homo, & nomen non homo, non diuerſa ſignificent, patet & ipſum non hominis eſſe, & hominis, non diuerſa ſignificare, quare eſſe ipſum hominis eſſe, nõ hominis erit. Vnum enim erunt, quippe cum

unum esse id significet, quod est unum, ut uestimentum ac tunica, si una eorum sit ratio. Quod si unum erunt, unum & hominis, & non hominis esse sane significant. At demonstratum est diuersa significare, necesse est igitur, si quid uere dicitur homo, id animal bipes esse, id enim erat quod nomen homo significabat. Quod si hoc necesse est esse, fieri non potest, ut nõ sit idem animal bipes. Hoc enim ipsum necesse est esse significat, fieri inq uam nõ posse, utnõ sit homo. Impossibile est ergo, idem hominẽ esse & hominem non esse uere dicere simul.

(Non enim unum significare idem esse, ac dici de uno censemus.) Explicat hoc in lo xxiiii
co quomodo unum significare intelligi debeat. Homo enim unũ est, propterea quod unam quandam naturam significat, non quod de uno prædicetur. cum autẽ naturam unam significat, non potest aliam simul significare. Non esse autem unum, quidquid dicitur de uno, eo demonstrat, quod homo & album, & musicum licet uere de eodem prædicari ualeant, non tamen idcirco hæc unum sunt. Procedit autem ad hoc ipsum demonstrandum, propterea quod de uno eodemq; de quo dicitur homo, uerbi gratia de Socrate, de hoc etiam disputare dici posse uidetur, at disputare nõ est homo. Licet enim de quo homo dicitur, de eodẽ possit non homo per accidens prædicari, sed non protinus hominis significatum & nõ hominis idem sunt. Neq; enim significare unum eo definitur, quod de uno prædicetur. quæ uero de eodem prædicantur, non protinus idem significare, oppositis uerbis edocuit. Multa enim inter se diuersa de eodem prædicantur. Nam quæ cuipiam accidunt cum diuersa sint tum ab eo cui accidunt, tum inter se, tamen de illo cui accidunt, quod unum est prædicantur. At non protinus omnia unum idemq; significant. haud enim quia musicum & homo de uno prædicantur, idcirco idem est utriusq; significatum. quoniam si idem esset significatum, prorsus ut inter se dici de uno & unum significare nihil interesset, essent utiq; synonyma. hoc est multinomina de quibus plura prædicantur. Nam hoc in loco, synonyma dicit pro multinomina. Sic enim idem significabũt hæc plura nomina, si dictione tãtum discrepent, & naturam unam significẽt, quod fiet si statuatur idem esse de uno dici, & unum significare, quod si ita sit, quę de eodem dicuntur significabunt unum, ut multinomina significant. Et esse ac non esse, si quisq̃ idcirco unum significare diceret, quod ualeant de eodem prædicari, sic de eodem prædicarentur tanq̃ naturam unam significantia. ut ambo nomina eiusdem rei essent, idemq; significarent, nec eadem res erit & non erit, sed idem complura nomina obtinebit. Esse enim & nõ esse ipsius nomina essent. si hæc nomina esse, quod ponantur, fieri nihil prohibet, cum nomina ex pacto ne existant. Itaque esse & non esse idem significabunt quemadmodum multinomina. Rursus autẽ multinomina uocat æquiuoca, cum supra eadem synonyma siue uniuoca nuncupasset, quod subiectis his uerbis declarat: (ut si quem nos hominem appellamus, alii non hominem uocent.) Tunc enim nomen illud non homo non esset hominis negatio, sed idem atque homo significaret. Non est autem hoc quod indagamus, utrum eidem rei possint ambo hæc nomina, homo & non homo imponi, ut ipsorum discrimen in uoce tantum sit, non etiam in significato, sed utrum discrepantibus utrisque significatis, & homine speciem eam significante, cuius ratio est animal pedestre bipes, non homine autem huius speciei negationem, fieri possit, ut hæc simul de tali specie deq; eadẽ prædicẽtur, prorsus ut idẽ sit esse huiusmodi substantiam & non esse. hoc enim significat oppositio cõtradictoria. nõ esse aũt cõtradictoria oppositio ex

accidenti. Nam qui non hominem de eo prædicari demonstrat, de quo homo, non secundum hominis significatum non hominem de eodem prædicari demõstrat, sed qm̃ quiddam aliud eidem accidit, de quo non homo uere dicitur: si ergo homo & non homo diuersa significant, ut demonstratum est, nec hæc cum plura sint, eiusdem rei nomina sunt, haud dubie orationes quoque diuersa significant. & quæ hominem esse & quæ non esse hominem dicit. Nec amplius hominem esse & non hominem esse idem sunt. Sed postq̃ docuit esse aliud hominem esse, q̃ non esse hominem, propterea quod non aliud significet, q̃ homo infert. (quare esse ipsum hominis, esse non hominis erit unum enim erunt.) quod quidem obscure dictum est. Est autem sensus: si quisq̃ dicat homine unum significante uere de ipso dici hominem esse & non esse hominem hæc idem significare, dicet ut multinomina ut uestis & indumentum. At si affirmatio & negatio unum sint, nimirum homo & non homo idem significabunt. & idem erit esse hominem, & non esse hominem. At positum est & demonstratum utrunq; diuersum significare. propterea quod significantium quodq; proprium quiddam significat. Cæterum uerba illa: (quòd si nomen homo, & nomen non homo non diuersa significent, patet & ipsum non hominis esse & hominis esse non diuersa significare.) interiecta esse uideri possunt, ut illud: (quare esse ipsum hominis) connectatur cum iis, quæ supradicta sunt. (At id quod dubitatur non est hoc, si fieri potest, ut idem sit, & nõ sit homo nomine, sed re.) ab iis enim illud sequi uidetur: (quare esse ipsius hominis) uel ab illo, quod paulo superius dictum est. (perinde atq; si eum, quem nos hominem appellamus, alii non hominem uocent.) Sed his explicatis infert: (necesse est igitur, si quid uere dicitur homo, id animal bipes esse, id enim erat, quod nomen homo significabat) cum supra dixisset demõstrasset q; unum quodq; nomen quiddam unum significare, & homo est, aliud significare, q̃ non est homo, cum inter se quoq; diuersa sint, & aliud esse affirmationem, aliud negationẽ, nunc per demonstrata id concludit: quod demonstrandũ proposuerat, fieri scilicet non posse, ut in eodem cõtradictio uera esse reperiatur. Si enim nomen homo naturam unam significet, idest animal ingrediens bipes, & oratio illa uera sit, hõ est, hoc enim est, quod ait: (si quid uere dicitur homo) necesse est dicere animal pedestre bipes, quod ab homine significatur, esse hominis esse, quod autem esse necesse est animal pedestre bipes, id ut non hoc ipsum sit, fieri minime potest. qm̃ necesse esse significat impossibile nõ esse. quod autem est impossibile non esse, id non esse tunc non est uerum dictu. de quo igitur dictu uerum est hominem esse, de hoc simul uere dici non potest, non esse hominem. quæ ratio similis in cunctis reperitur. quod si uerum est, fieri non potest, ut de quo uere aliquid affirmatur, de hoc idem uere negetur. Cæterum tota ratio ad hunc modum sese habet: si nomen homo aliud significat, q̃ non homo, nec isthæc sint multinomina, & homo significat animal pedestre bipes, profecto oratio hæc homo est, aliud significat, q̃ illa nõ est homo. nunc enim nihil interest. & quæ hominem esse dicit, hæc esse animal pedestre bipes significabit, quę uero non esse hominem, non esse animal pedestre bipes. Quod si hæc ab ipsis significantur, quodcunq; uere dicitur esse homo, hoc ut sit animal pedestre bipes necesse est. Alioquin oratio, qua ipsum significatur uera esse non posset. At quod esse animal pedestre bipes necesse est, id ut nõ sit, tũc animal pedestre bipes, fieri nõ potest. hoc enim significat necesse est esse. quod si fieri nõ potest, ne ipsum sit animal pedestre bipes nihilo magis effici põt, ut non sit hõ. quod autẽ esse nõ hominẽ est impossibile, hoc ut nõ hõ esse uere dicatur nunq̃ efficias. Fieri ergo nõ potest, ut cum hoc uerũ sit hõ est, illud quoq; sit uerũ est nõ hõ, uel nõ est homo. hoc. n. uerũ est in eo, quod nõ est hõ. quãobrem cũ affirmatio uera est, negatio quæ affirmationi cõtradictorie opponitur uera esse non potest.

Eadem eſt ratio & ſi quippiam homo non eſſe uere dicatur, eſſe enim hominis, & non hominis eſſe diuerſa ſignificant. Si quidem & album eſſe, & hominem eſſe non idem ſignificant, ſed diuerſa, multo enim magis illud opponitur, quare diuerſum ſignificat. Quod ſi albū dixerit unum idemq; ſignificare, rurſus idem dicemus quod & prius eſt dictum, unum inquam omnia eſſe, & non oppoſita ſolū. Quod ſi hoc eſſe nequeat, fit id quod dictum eſt, ſi ad interrogatum reſpondeat.

(Eadem eſt ratio & ſi quidpiam homo non eſſe dicatur.) Poſtq̄ demōſtrauit quod uere homo eſſe dicitur, hoc ſimul non eſſe homo uere dici non poſſe, eadem inquit ratione niciſſim demonſtrare licet, quod uere nō eſſe homo dicitur, id ſimul homo eſſe uere non poſſe affirmari. quod enim non eſſe homo demonſtratur, hoc ne ſit animal pedeſtre bipes neceſſe eſt. quod autē non eſſe neceſſe eſt, id tunc eſſe eſt impoſſibile. Porro quod eſſe animal pedeſtre bipes eſt impoſſibile, id eſſe animal pedeſtre bipes non eſt uerū dictu. quod igitur homo eſſe uere dicitur, hoc ſimul non eſſe homo neq̄q̄ poteſt uere dici. At nō eſſe hominem eſt negatio, eſſe autem hominem affirmatio. fieri ergo non poteſt, ut in eodem affirmatio & negatio ſimul uerę ſint. Cæterum hęc ratio poſito aliud ſignificare eſſe, quā nō eſſe demōſtrat, quod uere nūc dicitur eſſe albū, id nunc eſſe album eſſe neceſſe. idemq; nō eſſe album, eſſe impoſſibile. Conſtat enim idem ſignificari ſiue neceſſe eſſe, ſiue impoſſibile non eſſe dicas. At demonſtrationis principium ab eo ſumi ait, aliud ſcilicet ſignificare hominem eſſe, aliud nō eſſe hominem. quod cōfiteatur neceſſe eſt, qui contradictionem ueram eſſe dicit, & diſputationem tueri uult. quomodo autem diuerſa ſint, docet apponendo hoc nomen albū. Nam qui dicit eſſe album, diuerſum ſignificat, atq; is qui hominē eſſe dicit: qui enim album eſſe dicit, diuerſum aliudq; dicit, q̄ qui hominem eſſe ait, non tamen oppoſitū, qui uero non eſſe hominem dicit, is non ſolum aliquid non eſſe hominem dicit, ſed etiam oppoſitum, q̄ qui dicit hominem eſſe. At ſi quod minus ab homine differt, non poteſt de ipſo uere dici, quod magis ab ipſo diſtat, quomodo uere dicetur? Nā ſi quis album eſſe idem ſignificare dixerit, atq; hominem eſſe, propterea quod utrunq; de eodem prędicetur, rurſus incommodum priſtinum obiiciemus. nō ſolum uidelicet oppoſita, ſed omnia unum fore, quod multis nōminibus appelletur. Si unum ſunt, quæ de uno dicuntur. nec eodem finiuntur, quod unam naturam ſignificent. quod ſi fieri non poteſt, ut eadem ſint omnia, quæ ſignificantur ab iis, quæ de uno dicuntur, ne ipſa quidem ſignificantia eadem fuerint. Sed diuerſorum quodq; a diuerſo ſignificabitur. quod ſi uerum eſt, neceſſario, quod demonſtratum eſt, concluditur, fieri non poſſe ut eſſe & nō eſſe idē ſint. Si modo aduerſarius ad interrogata reſpōdere uoluerit.

xxx iiii

Si uero ſimpliciter interrogatus negationes etiam addat, non ad interrogatum reſpondet. Etenim nihil prohibet ut idem & homo ſit, & album, cæteraq; multitudine infinita, attamen interrogatus ſi uerum ſit hoc dicere hominem eſſe, nec ne, reſpondeat per id quod unum ſignificat, & nō album & magnum addat oportet. Etenim fieri non poteſt, ut accidentia quiſpiam cum ſint infinita pertranſeat, aut igitur omnia dicat, aut nihil illorum afferat reſpondendo. Pari igitur modo & ſi q̄ maxime idem eſt homo, & non homo, tamen interrogati ſi hoc eſt homo, non eſt reſpondendum eſſe hominem, & non hominem ſimul, niſi cætera etiam quæ acciderunt,

derunt, inſuper afferat quæcunque inſunt, aut non inſunt. Quod ſi id non facit non diſputat.

xxxv

(Si uero ſimpliciter interrogatus negationes etiā addat.) Si qs rogatus ſimpliciter unū Socrates hō ſit, nihil ſimpliciter reſponderit, neq; eſſe, nec non eſſe hominē, ſed adiunxerit negationem, dicens: Socrates eſt homo, & Socrates nō eſt homo, & ſimile ad cætera interrogata reſponderit. Cauens ſcilicet, ne ſi tantum hominem eſſe conceſſerit, eo ſupra dicta ratione adigatur, ut hoc ipſum dicere nequeat, eſſe uidelicet & non eſſe hominem. Si quis enim hominem eſſe concedat, idq; uerum ſit, ſequitur, ex neceſſitate hominem eſſe, & fieri non poſſe, ut non ſit homo, ac ſi fieri nō poteſt, ne tunc ſit homo, non poſſe negationem illam non eſt homo, eſſe uerā. Si quis igitur hoc proſpecto, negationem cum affirmatione ſimul eſſe dicat, non reſpondet, ad interrogatum. tunc enim quod quæritur præſumit, quæritur enim num fieri poſſit, ut qui homo ſit, idem ſimul non ſit homo. Ille uero quod quæritur præſumit, qui quidem ipſum abſq; demonſtratione ſumit, quod neq; notum eſt, neq; manifeſtum, dum etiam manifeſta, & cunctis nota demonſtrari cenſet. ac propterea cōtradictionis principium non concedit, quod uero non reſpondeat ad rogatum, eo demonſtrat, quod licet uerum eſſet, non tamen deberet de eo, quod non quæritur uerba facere. plurima enim Socrati in confeſſo cōueniunt, ut philoſophus Athenienſis, ſimus, uentroſus, muſicus, Platonis doctor, quæ tamen omnia non recenſentur ab eo, qui num Socrates homo ſit interrogatur. Ad hæc ſi indicendo omnia quæ adſunt, reſponſio quæſiti conſiſtit, profecto ſi omnia dicere eſt impoſsibile, reſponſio etiam erit impoſsibilis. at fieri non poteſt, ut omnia quæ cuipiam adſunt recenſeantur. Porro ſi de re quapiam interrogati, nō omnia reſpondentes recenſemus, quæ illi adſunt, profecto nullum ex ipſis excepto eo, quod in quæſtione continetur, apte reſpondebimus, uel enim omnia dicenda ſunt, uel nihil præter quæſitum. Itaq; quamuis homo eſſet non homo, non tamen hoc addere oporteret. Nam ſiue idem ſunt, q̄ui concedit hominem eſſe, hoc quoq; concedit, ſiue diuerſa, de hoc non erat quæſtio. qm̄ uel omnia quæ adſunt, reſpondere oportet, uel nihil extra quæſitū. Præterea aliorū quoq; negationes de hoc ipſo ueræ ſunt, at nō ſtatim quis num Socrates homo ſit interrogatus reſpondebit, non eſt equus, non canis. eſſet enim ſuperuacaneū, ac perinde qui reſponderet, nō eſſe nō hominē. Demonſtratum eſt enim non hominem diuerſum eſſe ab homine.

Omnino autem qui ita dicunt, ſubſtantiam quiditatemq; tollunt, omnia enim accidiſſe dicāt ipſi neceſſe eſt, & nō eſſe quicq̄ quod ſit homo per ſe,

xxxvi

aut animal, & cui ipſum eſſe animalis, aut hominis competat.

(Omnino autem qui ita dicunt, ſubſtantiam quiditatemq; tollunt.) His uerbis oſtendit non poſſe in cunctis rebus dici, ipſarum quanq; nihilo magis eſſe, q̄ non eſſe, quæ quidem argumētatio in eorum ſententiam mihi facere uidetur, qui propterea cunctis in rebus nihilo magis affirmationem, q̄ negationem ueram eſſe dicebant, quia quod nunc eſt, poteſt non eſſe, & quod non eſt eſſe. Nam quod per contradictionem ſignificatur, ne in accidentibus quidem ſimul eſſe poteſt, ut demonſtratum eſt. At ſi quis dicat, idcirco contradictionem uerā eſſe quia quod eſſe dicitur, id nihilominus non eſſe poteſt, ne hoc quidem fieri poſſe docet in iis, quæ de aliquo in ſubſtātia prædicantur. Nam cum dixiſſet: (ſubſtantiam tollunt,) quam ſubſtātiam dixerit expoſuit, addens: (& quiditatem.) tollunt enim quidq̄ de aliquo in ſubſtantia prædicari. qm̄ quæ in ſubſtantia de aliquo dicuntur, ea non poſſunt illi adeſſe & non adeſſe. Sed neceſſe eſt, ut rei, donec perſiſtit, adſint, nec ab ea ſeparari poſſunt. Nam & ſi quis q̄ urgeret, eoq; pre-

meret,accidentia non ex neceſsitate tunc adeſſe, cum ipſorum affirmatio uera eſt,ne mo tamen hoc aſſereret in iis,quæ in ſubſtantia prædicantur.Ita qui contradictionem idcirco in eodem eſſe ueram contẽdũt, quod idem poteſt adeſſe & nõ abeſſe eiſdem, horum ſententia efficitur,ne cuiuſpiam ſit aliquid in ſubſtantia,& ſic adſit.Nã qui idẽ eſſe aiunt eſſe & non eſſe,nec magis affirmationem de quauis re, q̃ negationem dici, quia quod prædicatur eidem adeſſe & nõ adeſſe poteſt, ii quidem quantũ eſt in ipſis faciunt,ut nullius rei quidq̃ ſit ſpecies & ſubſtantia. per quã eſſe cuiq; ſuppetit,& præ dicari, & omnino ut nihil per ſe & in ſubſtãtia de aliquo dicatur, nihil enim ut genus prædicabitur,neq; in quid,hoc eſt in ſubſtantia,ad ſummam neq; ut ſubſtantia & ſpe cies,ac ut definitio & quiditas.Si omnia prædicata etiam non adeſſe poſſunt,quinimo cuncta ſint accidentia,nec per hos hominis eſſe cuipiam ſuppetent,nec eſſe animalis, ideſt,neq; homo neq; animal de quoq̃ in ſubſtantia,ſiue ut ſpecies aut genus prædica bitur,ſed ut accidẽtia.Cæterum cum diceret:(Et uere hominem eſſe aut animal eſſe) non addidit tollũt,quia prædictum & poſitum erat.Prædixerat enim:(omnino autem qui ita dicunt tollunt.)Illic autem:(quod quid erat eſſe non eſſe)coniunctio & deſide ratur , ut ad hunc modum ſcribatur : & quod quid erat eſſe non eſſe, ideſt, & defini tionem non eſſe , qui enim tollit ut aliqua in ſubſtantia prædicẽtur, is & in uniuer ſum omnis rei definitionẽ tollit,qm̃ definitio ex iis,quæ per ſe adſunt conſiſtit. quanq̃ illud:(Et uere hominem eſſe aut animal eſſe quod quid erat eſſe non eſſe.) Pro hoc dictum eſſe accipi poteſt,hominem eſſe aut animal eſſe, non eſſe quod quid erat eſſe cuiuſpiam, ideſt, neq; in ſubſtantia, neq; in quid eſt prædicari, ut quod quid erat eſſe dictum ſit pro quid eſt .

Si enim eſt quippiam cui eſſe hominis competit , ei non competit non ho minis eſſe,aut nõ eſſe hominis,& tamen hæ negationes ſunt huius. Vnũ enim erat id quod ſignificabat,atq; hoc ſubſtantia cuiuſpiã erat,Subſtan tiã uero ſignificare,nil aliud eſt, q̃ eſſe ipſius nihil aliud eſſe . Quod ſi eſſe hominis ipſi competet,non ad ipſum aut non hominis eſſe, aut non eſſe hominis accõmodabitur,aliud enim quippiam erit,quare dicant ipſi ne ceſſe eſt nullius rei talem orationem eſſe, ſed per accidens uniuerſa com petere,hoc enim ipſo ſubſtantia , atque accidens ſeiuncta eſſe uidentur. Album enim homini propterea accidit, quod albus quidẽ eſt,ſed non eſt id quod eſt album.

(Si enim eſt quidpiam cui eſſe hominis competit.) His uerbis docet, ſi cunctis in re xxx
bus contradictio uera ſit,fieri,ut eſſe hominis nihil ſit,& omnino ut nihil in ſubſtãtia, vii
ut genus uel ſpecies de aliquo dicatur. Si enim ponatur de aliquo in ſubſtantia pra di cari,fieri non poteſt,ut negatio de illo uera eſſe dicatur. Si qua enim res ita eſt homo, ut homo in quid eſt de ipſa dicatur,hæc non poteſt non eſſe homo, & pari ratione ni hil poteſt non eſſe id,quod de ipſo in definitione,& ſubſtãtia dicitur . Nam ſi quid eſt hominis genus,aut denique cuiuſpiam quiditas,hoc non poteſt ipſi non adeſſe.quod enim uere eſt homo,hoc non poteſt ſimul nõ eſſe homo,aut eſſe non homo. At ſi nõ res,ne negationes quidẽ,quę hoc ſignificãt,ipſum uidelicet,nõ eſſe hominem.harum enim aliqua eſt negatio propoſitionis dicentis aliquid eſſe hominem. Adiecit autem: (Vnum enim erat id quod ſignificabat,atq; hoc ſubſtantia cuiuſpiam erat.)admonẽs nos eorũ,quæ ſunt demonſtrata . Significãtem uidelicet unum quidpiam definitumq; ſignificare , quare qui hoc hominẽ eſſe ait, is unum quiddam ſignificat, idq; ipſius eſt ſubſtantia,id eſt,de ipſo in ſubſtantia prædicatur,nec fieri poteſt, ut ipſi nõ adſit,cum in ipſo ſit (quod ſi eſſe hominis ipſi competet)ideſt,ſi ſubiectum eſt quod uere eſt ho mo,hoc eſt ſi homo in quid , & in ſubſtantia de ipſo dicitur, profecto ipſi congruere non poterit non eſſe hominem , uel eſſe non hominem : aliud enim fuerit , ſi hæc de ipſo uere dicantur,& non hoc de quo homo in quod prædicatur . ac proinde contra dictio non erit in eodem permanente,quoniam de iis quæ in ſubſtantia de aliquo di cuntur , nunq̃ negationes uere poſſunt prædicari . Si enim quid eſt in rei ſubſtantia, ipſi non adeſt,utiq; iam ne ſupereſt quidem ipſa res.Fieri enim non poteſt,ut aliquid ſaluum ſit,atq; ſuperſit,cuius ſit deleta ſubſtantia. quoniam in accidentibus tãtum uſu uenit,ut ſaluo ſubiecto ipſa adeſſe poſsint & abeſſe:ſcilicet quia eſſe ſubiecti nõ con ſiſtit in ipſis.Sed poteſt aliter in hũc modum explicari illud:(quod ſi eſſe hominis ipſi competet, ſimulq; non hominis eſſe,aut non eſſe hominis) neq; enim refert utro mo do dicatur:(aliud quidpiam erit)id eſt, iam non una,ſed plures & diuerſę fuerint ſpe cies ſeu formę, ſi quis enim cuncta ſic quibuſdam adeſſe dicat, ut eadem nihilominus non adeſſe poſsint , is omnem rei formam & ſubſtantialem rationem definitionemq; ſubſtulerit. Sed omnia prædicata per accidens de quoq̃, ac ut accidentia prædicabit. accidens enim aliud in alio ineſt,ut album in homine.quo fit,ut homine ſaluo ipſum tamen abeſſe queat. ac ſpecies ſeu forma cuiusq; ſubſtantiaq; non ſic de ipſo prædica tur,quaſi in ente a ſe diuerſo ſit, ſed tanq̃ in eo inſit,quod eſt idem atq; ipſa . & in hac ipſa eſſe obtinet.Cæterum nõ hominis eſſe , uel non eſſe hominis paulo communius accepit,ut negationem ipſius hominis eſſe.Nam utrumuis negatio illius eſſe dicatur, idem incommodum ſequetur . utrolibet enim ipſorum tollitur eſſe & ſubſtantia. quanq̃ incommodum manifeſtius apparet , ſi eſſe non hominem dicatur : quod af firmatio ex tranſpoſitione uidetur eſſe . quoniam qui hoc dicit , retinens ſubiectum nõ dicit ipſum eſſe,id eſſe quod eſt quod placeret iis,qui contradictionem de eodem ueram eſſe tueri uolunt. at niſi id ſit , in quo eius eſſe conſiſtit , ne eſſe quidem omni no poterit.

Si per accidens autem uniuerſa dicantur,non erit primum ipſum uniuer ſale.Quod ſi accidens de ſubiecto aliquo prædicationem ſemper ſignifi cat,in infinitum abeatur neceſſe eſt,ac fieri non poteſt,non enim duobus plura nectuntur. Accidens enim non accidenti eſt accidens, niſi quia ei dem accidunt ambo. Dico autem hoc pacto: album eſt muſicum,& hoc eſt album, propterea quod ambo homini acciderunt. At Socrates nõ eſt ex eo muſicus,quia utrunq; alii cuipiam accidit. Cum igitur quædã hoc, quædam illo modo accidentia dicantur,quæ ſic dicuntur,ut album acci dit Socrati, ea ut infinita ſint uerſus ſupra, minime fieri poteſt, ueluti ut Socrati albo quippiam aliud accidat , non enim ex uniuerſis unum quid fit,at neq; albo quippiã aliud accidit, ueluti muſicum , neq; enim hoc illi magis,q̃ illud huic accidit.Et inſuper diximus diſtinguendo, alia hoc ac cidere modo,alia ut muſicum Socrati accidit.Quæ uero hoc pacto acci dunt , non accidenti accidunt , ſed quæ illo modo . Quare non per acci dẽs uniuerſa dicuntur , ergo quippiam & ut ſignificans ſubſtantiam erit, quod ſi ita ſit , demonſtratum eſt fieri non poſſe , ut ſimul contradicto ria prædicentur.

(Si per accidens autem uniuerſa dicantur, non erit primum ipſum uniuerſale.) Poſtq̃ docuit formam ac definitionem, & omnino per ſe de aliquo prædicari, eorum ſentẽtia tolli, qui eſſe & non eſſe idem eſſe dicunt, ac proinde contradictionis ueritatem tuentur, dum omnia prædicata ſubiectorum accidentia faciunt, aliud incommodum expo nit quod inde ſequitur: ſi quis omne ens accidẽs eſſe dicat, hoc enim effici ait, ut nullum ſit primum uniuerſale: quibus uerbis ſignificat primum genus nõ futurum, ideſt, non futuram ſubſtantiam, quod genus ex omnibus primum habetur. omnia nanque genera uniuerſalia ſunt, ipſorum autem ſubſtantia primum genus eſt: tolletur autem hoc genus, quoniam ſubſtantia nulli accidit, nec de aliquo quaſi accidens prædicatur. Sed de quocunq; prædicatur, uniuoce ac in ſubſtantia dicitur: Si enim perſiſtente ſubſtantia, neceſſe eſt huiuſmodi prædicationem eſſe, nimirum hac prædicatione ſublata, ipſa quoq; ſubſtantia tolletur, qua prædicatione deleta, genus ſubſtantiæ de rebus perire certum eſt: pereunte uero de rebus ſubſtantiæ genere, individua ſubſtantia ſua pereſſe qui poteſt? cum abſcito uniuerſali eius genere, ne ipſa quidẽ ſuperſit, quo fiet, ut de ſubſtantia nihil prædicetur. Sed in omni prædicatione etiam ſubiectum accidẽs habeatur, quod ſi ſubiectum non eſt ſubſtantia, ſed accidens, alterum alterius ſubiecto ſignificet. ideſt, eſſe in alio, & aliquod habere ſubiectum. nec poſſe uel ipſum eſſe ſubiectum, uel eſſe abſq; ſubiecto. Nam ſi in hac propoſitione Socrates eſt albus, ſit Socrates accidens, ſubiectum aliud deſiderabitur. & hoc rurſus aliud requiret, idq; ſine ullo fine, quod fieri non poſſe docet. quanq̃ pro illo: (non erit primum ipſum uniuerſale) Scribi poteſt: (Non erit primum id de quo) ideſt, primum & ſubiectum de quo dicuntur accidentia tolletur. Nam qui huiuſmodi prædicationem tollunt, id tollunt cui eſſe in eo tantum conſiſtit quod ita prædicetur. huiuſmodi enim eſt ſubſtãtia, qua ſublata, ultimum ſubiectum tollitur, cum entia cuncta ſint accidentia. & ad hunc modum prædicationes abſq; fine progredietur. Cauſam uero cur nullum ſit futurum primum ſubiectum, ſi omnia ſint accidentia, ad hunc modum exponit: (Si accidens, inquit, de ſubiecto aliquo prædicationem ſemper ſignificat.) Si enim omne accidens habet aliquod ſubiectum in quo eſt, & de quo prædicatur, & nullũ accidens eſt ſubiectum, profecto ne ſubſtantia quidẽ fuerit, ſi omnia ſunt accidentia, nec eſt ullũ ſubiectum extremum, de quo cætera dicantur, ipſum uero de nullo, profecto ne accidens quidem ullum fuerit. Nam ſublata ſubſtãtia, accidẽs eſſe minime poteſt. cæterum nõ hoc incommodo iſtorum ſententiã oppugnat. Sed inde ſequi ait, ut prædicationes in infinitum procedant. ut ſemper quod ſumitur quaſi alterius ſubiectum, de alio rurſus ipſum prædicetur. propterea quod ipſum perinde atque ipſo prius accidens ſit, non ſubſtantia', quod eſt impoſsibile', quoniam fieri nullo modo poteſt, ut accidens accidenti accidat. quod ſi ita eſt, qui fieri poſsit, ut infinitæ fiant accidentis prædicationes? neq; enim ex pluribus ſimul poſitis accidentibus unum quiddam efficitur. Nam in propoſitionibus quæ per accidens dicuntur, duo tantum accidentia comprehenduntur, non quod unum alteri accidat, ſed quoniam utrunq; eidem accidit. hoc enim ſignificat propoſitio, quæ ait album muſicum, uel muſicum album, nec enim refert utro modo dicatur. Inuertit autem ipſa, ut innueret neutrum alteri ſubiici. Sed ambo eidem accidere ſignificari. Sed duarum propoſitionum per accidens, quæ accidens accidenti appoſitum habet, quæq; proprie per accidens conſiſtit, ea huiuſmodi eſt, ut uoce tenus accidens alterum alteri ſubiiciatur, fiatq; duorum accidentium prædicatio, nec proprie una ſit huiuſmodi propoſitio, altera uero in qua accidens de ſubſtantia

xxx viii

dicitur, aliter ſeſe habet. hæc enim propoſitio Socrates eſt muſicus, non eſt talis, qualis illa, muſicum eſt album. Nam qui Socrates eſt muſicus, dicit, nõ hoc ait, ceu ambo Socrates & muſicus uni tertio accidant ut homini. Nam omnino in ea propoſitione non ſunt duo accidentia. Sed ſumpto utroq; prædicandi per accidens modo, neutro prædicationem in infinitum procedere poſſe commemorat, & primum in propoſitione in qua ſubſtantia ſubiicitur accidenti. Neque enim ſolum accidentia nequeunt in infinitum congeri, ſed omnino ne duo quidem accipi poſſunt. Si enim huic propoſitioni Socrates eſt muſicus, album, aliudue accidens addatur, non amplius erit unum quod dicitur, neque una propoſitio. Sed neq; ſi accidens accidẽti ſupponatur, accidentia in infinitum congerere licebit. quoniam omnino proprie accidens de accidenti nõ prædicatur. quia non magis hoc illius eſt, q̃ huius illud. atq; demonſtratum eſt, in huiuſmodi propoſitione haud plura quam bina accidentia coniungi. quod ſi duplex eſt per accidens prædicandi modus, & neutro prædicationes accidentium in infinitum progredi ualent, nec poſſunt coniungi, nimirum accidentibus prædicatio non ſuppetet in infinitum. ac proinde nõ omnia per accidens dicentur. Si enim neceſſe eſt aliud de alio in infinitum prædicatum effici accipiq;, ſi ſolæ fuerint prædicationes ex accidenti, erunt autem ſolæ, niſi quidq̃ in ſubſtantia prędicetur, ſic enim ſubſtãtia tollitur, hoc uero effici non poteſt, ſatis intelligitur non ea tantum eſſe prædicata, quæ ut accidentia prædicantur. Quod uero ait: (ueluti ut Socrati albo quidpiam aliud accidat.) pertinet ad oſtendendum ſuppoſito ſubiecto cum accidenti, non poſſe rurſus accidens alterum prædicari. Cuius eam reddidit cauſam, quod non ex omnibus, id eſt, ex Socrate & duobus accidentibus quidquam efficitur. Illo uero: (At neque albo quidpiam illud accidit.) oſtẽditur non poſſe accidentium prædicationes in infinitum augeſcere. propterea quod accidens aliud de alio dicatur, cuius cauſæ manifeſto ab ipſo redduntur, & ſupra ſunt a nobis explicatæ. Sed foraſſe dictio (Si per accidens autem uniuerſa dicantur, non erit primum uniuerſale.) melius exponeretur ad hũc modum. Si omnia, inquit, per accidens dicantur, nihil erit primum uniuerſale, ideſt, nulla erit prima & uniuerſalis prædicatio, hoc eſt nulla erit propoſitio, quæ medio uacet. Nam propoſitionum, in quibus aliquid in ſubſtantia de ſubiecto prædicatur, ea prima eſt, quæ medio caret, uniuerſalia enim appellauit, quæ per ſe, & in ſubſtãtia de aliquo prædicãtur. Ex nihil igitur in ſubſtantia de quopiã prædicari, ſequitur omnem prædicationem per accidens fieri. Ex non eſſe autem quidq̃ propoſitionem ſine medio, efficitur, ut alio ante aliud ſumpto, prædicationes in infinitum progrediantur. Nam in poſterioribus reſolutoriis demonſtratum eſt, niſi propoſitio ſine medio ſit, in infinitum proceſſum ire prædicationes. quod certe fieri nequit in prædicationibus accidentis. quoniam omnino accidens accidenti accidere non poteſt. Ac mihi quidem huiuſmodi expoſitio dictis magis congruere uidetur, ut ratio in ſumma adhunc modum ſeſe habeat. Si contradictio ſimul in eodem uera ſit, nihil quaſi exiſtens in ſubſtantia, de ſubiecto dicetur. Sed omnia per accidens prædicabuntur, neque ſine medio, ſed prædicationes accidentium procedent in infinitum. propterea quod omnino accidenti nihil accidit. nullũ enim accidens ſyllogiſtice concludi poteſt per medium terminum, qui ſit accidens. nili accidens quod in concluſione demonſtratur, ſit ex iis, quæ per ſe adſunt accidenti, quod ſumptũ eſt p medio termino, ad hunc modum, Socrates deambulat, omne autẽ deambulãs mouetur. Nam moueri in ſubſtãtia ineſt deambulandi, non eſt igitur de eodem contradictio.

Præterea ſi contradictoria omnia ſimul de eodem ſint uera, patet unum omnia fore, idem enim triremis, & paries erit, ac homo, ſi de quolibet

aut affirmare, aut negare contingit, quemadmodum ii, qui Protagoræ
sequuntur sententiam, fateantur necesse est, nam si cuipiam homo trire-
mis non esse uidetur, patet triremen non esse. quare & est, si sint contradi
ctoria uera, atq; fit, ut res uniuersæ sint simul, id inquã id quod Anaxago
ras asserebat, atq; adeo ut nihil sit uere unum.

(Præterea si contradictoria omnia simul de eodem sint uera.) Argumentatione pro- xxxix
babili utitur. fieri enim ait, si quis contradictiones simul ueras esse dicat, ut omnia
unum quodq; sint. Nam si omnes contradictiones in eodem ueræ sint, omnia erunt
eadem inter se, & omnia unum. Sed non posse omnes contradictiones in eodem esse
ueras, postea planum faciet, nunc quomodo inde sequitur omnia esse unum osten
dit. Nam si uerum est in homine ipsum equum non esse, nec parietem, nec lapi-
dem, nec triremen nec cætera, quæ non est, simulq; contradictiones ueræ sunt, nem-
pe simul homo equus erit, & lapis, & paries, & triremis, & omnia quæ non est. Si mo
do concedatur de quo pars una contradictionis dicitur, posse alteram prædicari. Illud
autem: (quemadmodũ ii, qui Protagoræ sequuntur sententiam fateantur necesse est)
Idcirco dixit, quoniam sententia Protagoræ, cui omne uisum uerum esse placebat, ne
cessario efficitur, ut contradictio simul in eodem uera sit. cum quibusdam opposita de
eodem apparent uisa, quæ si uera sint, efficitur per ipsum, ut cõtradictio simul uera sit.
ut ipse paulo post ostendet. Illo uero: (Nam si cuipiam homo triremis non esse uide-
tur, patet triremem non esse.) omnis contradictio in omni re uera per istos esse decla
ratur. Sed utrum illud: (uidetur) dixit insectans etiam num Protagoræ sententiam?
is enim omnem opinionem omneq; uisum uerum esse dicebat, an hoc non dicit con
tra Protagoræ sententiam? nam quod dicit, nõ sequitur ex Protagoræ dictis. nec illud:
(uidetur) aliorsum pertinet', q̃ ut ostendatur, ueram fieri negationem, quo demon-
strato reliquum, ut inde cõsequẽs adiungit sumitq;. in quo uidelicet negatio uera est,
in eo affirmationem eiusdem uerã esse concludi. de quo simul contradictio uera est.
Nam quod non est triremis, idem triremis etiam erit, siquidem contradictio uera est.
Ita unum quodq; entium efficitur omnia, sic enim ait efficietur, quod Anaxagoras
putabat, ut sint res omnes simul, nihilq; pure unum sit, & ea res quæ dicitur esse, cum
omnia sint in omnibus. Qui autem ita præcipiunt, iis omnia eadem inter sese esse di
cere consentaneum est.

Ipsum igitur indefinitum dicere, isti uidentur, & putãtes id quod est, dí-
cere de eo quod haud est, dicunt. Est enim ipsum indefinitum id quod est
ens potentia, & non actu.

(Ipsum igitur indefinitum dicere isti uidentur, & putantes id quod est dicere de eo xl
quod non est dicunt.) Postq̃ dixit ex sententia eorum, qui contradictionis ueritatem
tuentur consequi, ut ens quodq; res uniuersæ sit hos ipsos uideri ait, de materia uera
ba facere. Materia enim indefinita est, propterea quod potentia omnia est, actu uero
nihil. neque enim potest omnia esse actu. Ita dum uolunt de ente dicere, de nõ ente
præcipiunt. Est enim non ens, quod est potentia, actu uero non. Neque enim si
quid potentia est homo, protinus homo est, nec equus, nec quidquam aliud. materia
uero ad hunc modum sese habet. est enim potentia quidquid ex ipsa effici potest. at
non statim actu omnia esse potest. Cæterum de Anaxagoræ opinione supra dis-
seruit, cum dicere omnia in omnibus mista esse affirmaret hominis esse somniantis
materiam actu esse omnia entia.

At uero de quolibet ipsis affirmatio, aut negatio est dicenda, est enim ab-
surdum si sua quidem cuique negatio competet, diuersi uero quod qui-
dem sibi non accomodatur non competet. Dico autem hoc pacto, si ue-
rum est, hominem non esse hominem dicere, patet uerum etiam esse, si tri
remis non esse dicatur. Si igitur affirmatio competit, necesse est negatio-
nem quoq; competere, si uero affirmatio non competit, negatio oppo-
sita quam sua competet magis. Quod si illa etiam competit, & triremis
profecto competet, at si hæc competet, & affirmatio continuo com-
petet.

xli (At uero de quolibet ipsis affirmatio, aut negatio est dicẽda.) Postq̃ cõsequẽs esse do-
cuit, contradictionem simul ueram esse dicenti, ut cuius negatio in aliquo uera est,
eiusdem affirmatio sit uera. Nunc eisdem consentaneum esse ait omnem contradictio
nem de re omni prædicari fateri, quod ostẽdit, qm̃ istis dicere licebat, in quo pars una
contradictionis uera esset, in eo alteram quoq; ueram esse, in quibusdam uero posse
neutram esse ueram. Omnis igitur cõtradictionis alteram solum partem ueram esse,
hos ut fateantur ad hunc modum cogit: Absurdum uidelicet dictu & alienũ esse su-
mit ipsius met rei negationem, quæ negat id quod est de re ipsa ueram esse, propterea
quod affirmatio uera sit, aliarum uero rerum, quæ ab illa sunt alienæ negationes non
item ueras esse. Negatio enim alterius rei de aliquo uerior est, q̃ de se ipsa. Nam si in
homine uerum est ipsum nõ esse hominẽ, lõge cautius illud uerum fuerit. ipsum non
esse equum, nõ parietem, nõ triremem, & cætera quæ ab homine diuersa sunt. Quod
si negationes in ipso ueræ sunt, haud dubie affirmationes quoq; uerę fuerint, quo fiet,
ut idem omnia sit. Nã si quis affirmationes ipsorũ ueras esse opposuerit, nihilominus
negationes ueras esse sequitur. aut uicissim affirmationes, si negationes esse ueras obie-
cerit, ac proinde cõtradictionis in eisdẽ ueritas cõstabit.

Hæc igitur eueniunt hisce, qui hãc sententiam dicunt, & non necesse esse
affirmare, aut negare, nam si uerum est esse hominem, & non hominem,
patet neque hominem, neque non hominem esse, duarum enim illarum
duæ sunt istæ negationes. Quod si illa est una ex utrisque composita, &
hæc una erit opposita.

xlii (Hæc igitur eueniunt hisce, qui hanc sententiam dicunt, & nõ necesse esse affirmare
aut negare.) Postq̃ superiore argumentatione, ut omnia unum essent, consequẽs esse
demonstrauit, aliud incommodum apponit, quod ex istorum opinione sequitur, qui
de eodem simul esse & non esse prædicant, ac proinde cõtradictionis ueritatem tuen-
tur. Fieri enim ait, ut neq; affirmatio, neq; opposita eidem negatio uera sit. Nã si omnis
contradictio in singulis, ut isti aiunt, uera est, utiq; uerum fuerit eundẽ hominẽ esse &
nõ hominẽ esse, idcirco enim negatio de eo uera est, de quo affirmatio. qm̃ in, if o affir
matio ex transpositione uera est. In eo enim quod est non homo, uera est negatio illa
non est homo, qm̃ uera est hæc propositio, est nõ homo. Nam in rebus existentibus
utrunq; pariter uerum est. Simulq; dictum ipsorum erat nõ magis homo q̃ no homo,
& similiter in omnibus non hominem, ut hominis negationum sumebant. Cæterum
hæc argumentatio ostendere mihi uidetur nõ esse cõtradictiones, quas ipsi ut cõtradi
ctiones ueras esse dicebant, sed potius affirmationes, quarum affirmationum nega-
tiones si ueras esse, ut istis placet, accipiatur, iam tolletur illa uera esse, cõtra istorum

ſententiam, quæ uelut inter ſe oppoſita in eodem uera eſſe dicebant. qm̃ ſi eſt homo & eſt non homo, non ſequitur contradictionem eſſe ueram, ſed neq; affirmationem, neq; negationem ueram eſſe, & utriuſq; naturam aboleri. Nam ſi hæc uera ſunt, & in quibus affirmationes ueræ ſunt, in eiſdem contradictiones ſunt ueræ. profecto negationes quoq; harum rurſus ueræ ſimul fuerint. quibus ipſę tollẽtur affirmationes, negatio enim hęc, nõ eſt homo affirmationem eſt homo tollit, illa uero nõ eſt nõ homo hanc quæ quodã modo affirmatio eſt, eſſet enim ex tranſpoſitione, eſt nõ homo, ſi ergo oppoſita ſimul in eodem uera ſunt, ut illa eſt homo & eſt non homo, utique in eodem utriuſq; oppoſita, & quibus ipſa tolluntur, ideſt, negationes hæ non eſt homo, & non eſt nõ hõ, in eodem ueritatem obtinebunt. Si ergo illa, ut duo dicta ſunt, hæc quoque quę illorum ſunt negationes, ut duo utriuſque prædicata erunt accipienda. Si uero quaſi ex ambobus illis unum conſiſtat, hęc quoque unius locum obtinere debebunt, quod ſi hęc uera ſunt, & his tum affirmatio, tum etiam ſumpta negatio tollitur, utiq; dictu uerum eſt, non utranque, ſed neutram contradictionis partem eſſe ueram. Quanquam non homo ſignificare poteſt non affirmationem ex tranſpoſitione, ſed negationem non eſt homo, cuius negatio erit hæc, nõ non eſt homo, ut ſit intellectus huiuſmodi. Si eſt homo, & non eſt homo, ſimul uera ſunt, oppoſita quoq; utriuſq; horum de eodem ſimul uera fuerint, utrunq; autem illis oppoſitorum, id tollit cui eſt oppoſitum, uerum igitur fuerit, neutrum, neque contradictionem, neque partem contradictionis in eodem eſſe ueram.

Præterea aut circa uniuerſa res ita ſe habet, & eſt album atq; non album, & ens & non ens, & circa cæteras affirmationes, negationeſue ſimiliter, aut non circa omnes res ſe habet ſimili modo, ſed circa quaſdam ſit ita, circa quaſdam non ſit, atque ſi non circa omnes ſit ita, illæ erunt firmæ nimirum ac definitæ. Sin circa omnes ſit ita, rurſus aut de quibus eſt affirmandum, eſt etiam & negandum, & de quibus eſt negandum, eſt etiam affirmandum, aut de quibus quidem eſt affirmandum, eſt etiam & negandum, de quibus autem eſt negandum, non de uniuerſis eſt, affirmandum, & ſi res ſe habet hoc pacto, erit aliquid certe non ens, atque hæc opinio erit firma.

xliii

(Præterea aut circa uniuerſa res ita ſe habet, & eſt album & non album, & ens & non ens.) Hæc ratio ex partitione procedit, ſumptiſque omnibus, quæ fieri poſſunt partitionibus, conſequens eſſe demonſtrat, ut aliqua definita circumſcriptaque habeantur, contra eorum errorem, qui cunctis in rebus nihilo magis affirmationem, q̃ negationem ueram eſſe tradebant, docet autem incommoda quædam manifeſto conſequi. Ait enim uel cunctis in rebus iſti nihilo magis affirmationem, q̃ negationem ueram eſſe aiunt, uel in aliquibus, quod probabilius dici uideretur. Manifeſto enim argumento docuit, in ſubſtantia propriaque ſpecie & in iis, quæ in quid eſt prædicantur, abſurdum eſſe dictu quidquam non eſſe id, in quo eius eſſe conſiſtit, & per quod ens quodque eſt id, quod eſt. hinc enim fit, ut iſti omnia prædicata accidentia eſſe fateri conuincantur. Præterea ut conſentaneum partitioni ponit cunctis in rebus de quibus affirmatio, & negatio pariter habetur, undecũq; inceperis id incõmodum ſequi, ut contradictio uera ſit. At ſi non cunctis in rebus contradictio eſt, ſed in quibuſdam affirmatio tantum, aliqua determinata & certa erunt, & falſo traditur cunctis in rebus non magis ſic eſſe, q̃ non ſic. in his enim falſo diceretur. Sin aũt cunctis in rebus de quibus eſt affirmatio uera, negatio quoq; ueritatẽ obtinet, ſed non item de quibus negatio, de his etiam affirmatio, nec licet retro agere. profecto aliquid ex iis, quæ nõ ſunt: nõ eſſe definitur, & erit haud dubie non ens: nec erit uerum dictu non magis eſſe ens, q̃ non ens. ſiquidem de ipſo negatio uera eſt, affirmatio nõ item. Nam quemadmodum ſi ſola affirmatio uera ſit, aliqua certa erunt & inconfeſſo uera, ſic etiam ſi negatio rurſus ſola in quibuſpiã ueritatem habeat.

Quod ſi non eſſe, ſit quid firmum notumue, notior oppoſita nimirũ affirmatio erit. Sin uero ſimiliter ſit, & de quibus eſt negãdũ, de iis eſt affirmãdum, neceſſe eſt aut diuidentem dicere uerum, ueluti ſi album eſſe, & rurſus non album eſſe dicat, aut non ita, ſed componentem. At ſi non ſit, ut diuidens uerum dicat, neq; dicit hæc, neq; eſt quicq̃ omnino, ea uero quæ non ſunt, qui fieri poteſt, ut aut loquantur, aut intelligãt quicq̃. Vniuerſa etiam erunt unum, ut & antea diximus, atq; idem & homo, & triremis, ac deus erit, & quæ hiſce contradictorie aduerſantur. Nã ſi ſimiliter de uno quoq; uere dicuntur, nihil erit prorſus quo aliud ab alio differret, ſi enim erit quippiã, illud ueꝛ ſane ac propriũ erit. Similiter etiã ſi ſit ut diuidens uere dicat, id quod dictum eſt euenire uidetur.

xliiii

(Quod ſi non eſſe ſit quid firmũ notumq;.) Senſus eſt: Si non eſſe & negatio conſtans quiddam & notum definitumq; eſt, profecto dictio negationi oppoſita, id eſt, affirmatio notior fuerit. Cæterum nõ determinatę, & quæ in confeſſo negatio eſt, oppoſitam affirmationem notiorem eſſe ait, ſed in uniuerſum in contradictione magis comprehendi affirmationem: quia in uniuerſum notius eſt eſſe, q̃ non eſſe. Eſt autem notior affirmatio negatione quia prior. ut enim dictum eſt in libro de enunciatione, negatione prior eſt affirmatio. Ad hæc ens non ente notius habetur, qm̃ in quo negatio uera eſt; idcirco eſt uera, quia notum eſt ipſum aliud eſſe, non autem hoc. ideo enim affirmatio eadem huius negationis non eſt uera. itaq; aliqua fuerit in hoc affirmatio nota & uera, quod ſi cunctis in rebus pariter contradictio uera eſt, & quæcunq; negãtur, eadem affirmare licet, neceſſe eſt retro agere, uel enim negationes affirmationesq; inter ſe diſiunctæ, & dum ſeparatim prædicantur, pariter ueræ ſunt, uel ſeparatim prædicando & inter ſe diſcretæ nõ ſunt ueræ, compoſitæ autem ſimul affirmatio & negatio ueræ ſunt. hoc enim ſentiebat ille, qui rogatus, num Socrates eſſet homo, reſpõdit eſt & non homo. ceu totum ſimul uerum ſit, priuatim uero utrunq; falſum. At ſi neq; affirmatio, neq; negatio priuatim enũciata uera eſt, certe qui hæc ꝓfert, uerũ haud quaq̃ dicit. hic eſt enim ſenſus illoꝝ uerboꝝ: (Neq; dicit hæc.) quod ſi hæc ꝓferẽs uerum nõ dicit, ne hæc quidem certe ſunt. idcirco enim uerum non dicit, quia ipſa non ſunt. ac proinde nihil omnino fuerit, ſi cunctis in rebus neq; affirmatio cuiuſpiam uera eſt, neq; negatio ueritatem habet. Porro ſi nihil eſt, ne homo quidem fuerit, ſin autem homo non eſt, nemo nec loqui nec dicere quidquam poterit. Sublatis enim efficientibus, effectus quoque peribunt. tollentur autem efficientes, cum affirmationes, quibus eſſe dicuntur ueræ non ſint. Ad hæc ut efficientium affirmationes ueræ non ſunt, ſic ne operum quidem aut actionum. Verbi gratia ambulandi, & loquendi. quo fiet ut hæc omnino tollantur, quid quod ne ipſum quidẽ uerum fuerit, cunctis in rebus contradictionem eſſe ueram. Nam & hoc affirmatio quædam eſt, & negatio quoque ipſius habetur. Quin etiam uniuerſa erunt unum ex eorum ſententia

quiomnem cõtradictionem in singulis compositam ueram esse tradebant. Hinc enim sequitur, omnia entia unum esse. Nam si omnis cõtradictio in re quaq; simul dicta uera est, omnia eadem inter se sunt, ut supra dixit: ut omnia scilicet eadem iis adsunt, de quibus omnibus contradictio pariter uera est. quid autem dictu absurdius esse põt, q̃ hominem esse deum, triremen, lapidem & non hominem, non deum, nõ triremen, non lapidem? Ex hac item sententia sequitur istos aliquid statuisse ac definisse. Dicere nanq; separatim neq; affirmationem, neq; negationem esse uerã, sed ambas simul ueras esse, hominis est aliquid certi statuentis. (Si autem similiter de uno quoq;) cõiunctio (autẽ) pro enim dicta est. Nam quod sequitur, hoc est, si enim de singulis omnis contradictio uera est, nullo discrimine aliud ab alio discrepabit: cũ nihil habeat peculiare. Res enim proprietate quadam discrepãt inter se, quam habeant, & quo aliud ab alio differt, hoc erit in re quaq; uerũ & peculiare. nec ipsius negatio ueritatẽ sortietur. At si quis tũ affirmationem, tũ etiã negationem diuisim ac separatim uerã esse dicat, nihilo minus fiet ut oĩa eadẽ inter se sint & minime discrepãtia.

Et insuper ut omnes uere dicãt, ac oẽs falso, & seipsum quisq; falsum dicere fateatur. Patet etiã insuper nulla de re prorsus ad hunc hominem esse considerationem, nihil enim oĩno dicit, nam neq; ita, neq; nõ ita dicit, sed & sic & nõ sic, & rursus hæc ambo negat, neq; sic, neq; nõ sic dicẽdo, etenĩ si ita non dicit, erit quippiã continuo definitum

(Et insuper ut omnes uere dicant.) Alia itẽ incommoda recẽset, quæ sentẽtiã eorum xlv
consequũtur, qui propositiones separatim singulis in rebus ueras esse tradũt. Sequitur enim omnes quicunq; loquũtur uera dicere. Siquidem oẽs tum qui aliquid de eodem affirmant, tum qui negant uera dicunt. quin eadem ratione mẽtiri oẽs uideri possunt. Affirmationibus enĩ negationes tollũtur, & uicissim negationibus affirmationes abolentur. Si ergo affirmantes uera dicũt, qui negant necessario mẽtiuntur: rursusq; si uera dicunt negantes, utiq; affirmantes mendacii cõuincũtur. quo fiet ut omnes & uera & falsa loquantur. Præterea si qui omnes mentiri ait, is uerum dicit, propterea quod cõtradictionis utraq; pars uerã est, affirmatio qua oẽs mẽtiri dicuntur uera fuerit, oẽs igitur mentiuntur. & idem se mẽtiri confitetur. Si enim de quo affirmatio uera est, de eodem etiã negationem ueram esse dixeris fateri etiam conuinceris ueram esse negationem hanc non simul cõtradictio est uera, quæ opponitur illi affirmationi simul cõtradictio uera est. At dum confiteris negationẽ illam uerã esse, qua tollitur affirmatio, quam posueras, contradictionem scilicet simul esse ueram, teipsum mẽtiri confiteris. (Patet etiam insuper inquit, nulla de re prorsus ad hunc hominẽ esse considerationẽ) idest disputationẽ, & inquisitionem, (nihil enim dicit) cum eo autẽ qui nihil dicit, nec disputare neq; de re quapiam inquirere licet. Nam qui hoc dicit, is quin nihil dicat dubitari nõ potest. quicunq; enim aliqd dicit & significat, definitum aliquid, ut dictũ est, significat, quare qui non determinatum significat, is oĩno nihil dicit: qui autem cõtradictionem in re omni simul uerã esse tradit, is nihil determinatũ significat, qui ergo dicit in singulis rebus contradictionem simul esse uerã, is nihil dicit. in huius enim demonstrationem ait: (Nam neq; ita se res habere, neq; nõ ita dicit.) At necesse est, ut sic uel non sic se habeant. Sed postq̃ dixit qui tradũt cõtradictionẽ simul esse uerã, hos dicere rem quaq; sic se habere, & nõ sic se habere. illud infert: (Et rursus hæc ambo negat.) ut magis appareat, q hoc dicit, eum nihil oĩno dicere. Ex istoq; nanq; dictis sequitur rẽ neq; sic, neq; nõ sic sese habere. Nisi. n. hoc dicerẽt, iã aliqd certi statuerẽt nec cõtradictionis ueritatẽ in cũctis rebus tuerẽtur: & nihilo magis hoc q̃ oppositũ. Nam hoc sic

& non sic opponitur illi, neq; sic neq; non sic, quare si hoc negauerint, affirmationem illam, qua res quaq; sic & non sic habere dicitur, per se ueram esse concedent, & negationem eius falsam esse confitebuntur, ac proinde aliquid dicẽt determinate, & circumscriptionem concedent.

Præterea si cum affirmatio uera est, negatio falsa sit, & si cũ hæc est uera, falsa sit affirmatio, nõ fit ut idem uere simul affirmetur atq; negetur, sed hoc fortasse dicent id esse, quod ab initio proponebatur.

alvi (Præterea si cum affirmatio uera est, negatio falsa sit.) Argumentatio qua utitur naturalis est & uera, sed ut in eos assumitur, qui positionem illam tuentur principium petere uidetur, id enim ut confessum assumit, de quo illi quæstionem afferunt. Quanq̃ si uim argumẽtationis quærimus, supra eandem usurpauit, dum omnes mentiri demonstraret. Est igitur sensus: Si cum uera est affirmatio, negatio falsa est, altera enim per alteram deletur, utiq; fieri nõ potest, ut tum affirmatio, tum negatio de eodem simul uera sit, hoc autem quasi ex se noto, & manifesto usus est in libro de enunciatione, dum de contradictione in futurum disputaret. His maxime uerbis: Principio enim cũ affirmatio falsa est, negatio non est uera, & cum hæc est falsa affirmatio non est uera, quæ ita intulit, quasi hæc in cõfesso absurda dicta sint atq; aliena. Sed hæc effatus ipse quoq; nobis significat, qui sumit affirmationẽ & negationem sic se habere inter ipsas, ut altera alterius ueritate tollatur, hunc principium sumere uideri. Argumentatione itaque usus est, quæ maxime naturalis & manifestissima esset, at non celauit nos eadem principium peti uideri, dum his & illis sententiæ turpitudinem ostendit, eandemq; cum rebus in confesso ueris pugnare.

Præterea uidetur ne ipsis is quidẽ qui rem, aut aliquo modo sese habere, aut non habere putat, dicere falsum, is autẽ qui ambo putat dicere uerũ. Nam si uerum dicit, quid aliud erit quod dicitur, q̃ eorũ quæ sunt talem esse naturã, sin uero non dicit uerũ, sed hisce potius qui illo mõ existimat, res iam sese habẽt aliquo modo, atq; hoc uerũ utiq; erit, & nõ simul etiam haud uerũ. Quod si oẽs similiter falsa ueraq; dicunt, neq; loqui profecto, neq; dicere tali homini quicq̃ licet, nam hæc simul, & nõ hæc dicit. Si uero nihil prorsus existimat, sed putat similiter, atq; nõ putat, quænã inter hũc & plantã differẽtia fuerit. Vnde & maxime patet, neminem hoc pacto dispositum esse, aut cæterorũ hominũ, aut eorũ qui hanc sententiam dicũt. Cur enim Athenas, pficiscitur, sed nõ quiescit, putãs se, pficisci oportere. Aut cur in diluculo nõ cõtinuo in puteũ, aut in præcipitiũ proficiscitur, sed cauere uidetur, uti nõ similiter putãs nõ bonũ ac bonũ esse in illa sese proiicere. Patet ergo alterũ melius, alterũ nõ melius esse existimare. Qd' si hæc ita sint, hoc quidẽ hominẽ, hoc autẽ non hominẽ, & hoc dulce, illud non dulce existimare necesse est. Nõ enim æque quispiã quæritat atq; existimat, cũ melius arbitratur esse bibere aquã, aut uidere hominẽ, deinde quæritat ipsa, & tamen oportebat, si idem esset & hõ similiter, & nõ hõ, & itidẽ aqua, atq; non aqua, sed uti diximus nemo est prorsus, qui non ab hisce cauere, ac hisce nõ cauere uideatur. Quare oẽs ut uidẽt, & si nõ circa oĩa, circa tũ melius & deterius simpliciter sese habere existimãt.

(Præterea uidetur ne ipſis is quidem qui rem aut aliquo modo ſeſe habere aut non xlvii
habere putat dicere falſum,is autem qui ambo putat dicere uerum.)Sẽſus eſt: Vtrum
qui rem ſic ſe habere reputat,ut affirmatio dicit,quiq; non ſe habere,ut negatio ait ar-
bitratur,is iſtis decipi uidetur? prorſus ut utraq; tum affirmatio tum negatio ſeparatim
falſa ſit,qui autem rem ſimul & ſic, habere ut affirmatio ait , & non ſicut dicit negatio
cenſet,hic uerum dicere,an etiam qui hoc cenſet,is quoq; ſua opinione falli? Si enim
ſic iſtis uidetur,aliquid uidentur determinare. Sin autem non ſolum qui utrunque ſe
paratim , ſed etiam qui ambo ſimul putat in errore iſtis uerſari uidetur , quæ tandem
iſtorum eſſe poteſt ſententia ? an cum de natura diſſerunt, talem eſſe rerum naturam
aiunt, qualis eſt,ut Heracliti ſectatores dicere conſueuerunt? Nam ſi horum nihil ue
rum eſt,ne dicere quidem poterunt, quæ ſit natura rerum, & quæ opinio uera de ipſis
haberi poſsit. quoniam nulla res omnino erit. Nam de quo nihil uere prædicari po-
teſt, id ne exiſtit quidẽ omnino. At ſi ambo ſimul dicens uerũ dicit.qui uero utrunq;
ſeparatim decipitur,aliquid iam fuerit in re quaq; cõſtituti,ac definiti. hoc enim in re
quaq; determinatum erit,hoc eſt uerũ,hoc eſt falſum. Nam qui hoc eſt uerum,hoc eſt
falſum dicit,is aliqua definit, atq; cõſtituit,quod ſi hoc incommodum euitantes neu-
trum uera dicere contenderint,nec qui putat utrunq; oppoſitorum ſeparatim,nec qui
ambo ſimul de eodem eſſe uera , cæterum uerius exiſtimare , qui ambo ſimul, q̃ qui
utrunq; ſeparatim putat,rurſus aliquid certi ac definiti conſtituent. Qui enim hoc q̃ il
lud uerius eſſe dicit,is diſcrimen quoddam in rebus eſſe,& ipſas ſic quodãmodo ſeſe
habere definit confiteturq;. Nam hoc concedit: qui aliud alio uerius eſſe dicit. Negatio
igitur huius non item uera eſt,quæ nõ magis hoc,q̃ illud uerum eſſe ait. Nam rurſus
ratio in id reuertitur,quod initio dictum eſt . Hic eſt enim ſenſus illorum uerborum:
(quod ſi omnes ſimiliter falſa ueraq; dicunt.) Nam hoc conſequitur ſi contradictio
cunctis in rebus aſſeratur,tum quia iſti dicunt, quidquid dixeris, te nõ magis uerum,
q̃ non uerum dicere,nec magis falli q̃ non falli, tum quia cõtrariorum altero alterum
intercipitur , ipſi tamen utrunq; uerum eſſe contendunt . Illud porro : (Si uero nihil
prorſus exiſtimat.) huiuſmodi eſt. At ſi nihil exiſtimet,ſed pinde putet,& nõ putet,ſ.
niſi hi uera dicunt,illi falſa,uel hi magis uera , illi minus,ſed pariter omnes non uera
dicunt,& uera dicunt,nam & hæc contradictio eſt , & hoc eſt quod dixit , hoc dicenti
non licere quidq̃ ſignificare , nam quæ dicit eadem ſimul non dicit per poſitionem,
ſi ergo ut dicit,ita exiſtimat,nullumq; entium aliquomodo ſe habere putat,ſed ſimili-
ter putat & non putat,exiſtimat,& non exiſtimat de ſingulis,nimirum talis homo ni-
hil ab ſtirpe diſcrepabit , cum facultate animæ exiſtimante carere uideatur. Cæterum
ut redargutio apertius procedat,& incommodum ſit manifeſtius,a contradictionibus
ad opiniones oppoſitas ſermonem transfert. Complura enim dicere nobis licet, quæ
tamen exiſtimare nequimus,ut ipſe teſtatus eſt,dum hanc poſitionem refellere agre-
deretur. Sed poſtq̃ fieri non poſſe docuit,ut q homo ſit huiuſmodi habeat opiniones,
hoc enim plantæ potius eſt,q̃ hominis aut ratione prædicti animalis,haud dubie nul-
lum ex hominibus,ne ex iis quidem, qui talia dicunt ad hunc modum affectũ eſſe ait.
Sed in rebus uerbotenus ab iſtis procedi. Nam ſi quis fuerit ad hunc modum anima-
tus,& talem de rebus habuerit opinionem,fiet ut huiuſmodi homo nihil agat,ſed ui-
tam more ſtirpium ducat. Cur enim deambulandum potius ei ſit, qui deambulatio-
ne opus eſſe putat , q̃ non deambulandum , ſi de re quaq; opiniones ei pares ſunt , &
perinde putat opus eſſe, atq; non putat eſſe opus? uel putat non opus eſſe . Age uero
cur is alia declinat,alia uiciſsim appetit? aut cur ſe in puteum nõ deiicit in barathrũue
præcipitat , ſi neq; hunc puteum , neq; illud barathrum magis eſſe putat , q̃ non pu-
teum aut non barathrum? rurſusq; nõ deiici bonum eſſe,deiici uero malum, & illud
melius eſſe , hoc peius . qua opinione tollitur illud rem nihilo magis ſic , q̃ non ſic ſe
habere . quod ſi in petendis , & fugiendis ita ſe gerunt, ut ſuis actionibus terminatas
opinione habere conuincantur,profecto eadẽ in cæteris fateantur neceſſe eſt,& hoc
hominem eſſe putent,illud ab homine diuerſum & non hominẽ, & aliud dulce aliud
non dulce.haud enim in hiſce rebus ex ęquo ſeſe habere notantur,niſi forte dum ſibi
expedire putant cum homine congredi,aut aquam bibere,ceu homo non magis ho-
mo ſit,q̃ non homo & aqua non magis aqua,q̃ non aqua, ad aliud quidq̃ uerbi cauſa
ad lapidem ſe conferunt. Ergo ſitientes aquam petunt,hominem,ſi hominis colloquio
eſt opus,nec in cunctis pariter rebus ea quærunt cum homine opus eſt aut aqua. Sed
hoc eſt uerum & indubitatum hominem quenq; cauere quadã,alia ſecus . quis enim
præcipitium,quis non puteum,& id genus cætera quæ nocitura ſunt non euitat? cum
diſsimilia non euitentur. (Quare omnes,ut uidetur,& ſi nõ circa omnia,circa tamen
melius & deterius ſimpliciter ſeſe habere exiſtimãt.) Omnes homines eos etiam qui
cunctis in rebus nihilo magis , & contradictionis ueritatem aſſerunt , ſimpliciter ſeſe
habere ait in opinionibus,ſi non circa omnia, at circa meliora,& peiora,utilia & inu-
tilia,& omnino circa agenda. Simpliciter autem ideſt, non ambo contraria non expe
dire putant,ſed alterum ſimpliciter,& determinate. nec pariter idem expedire, & non
expedire,ſed alterum ſolum,hoc eſt ſimpliciter uel expedire quod eligunt putant. uel
non expedire quod fugiunt . Conuerſo igitur ſermone ad res, atq; opiniones quæ de
ipſis habentur,manifeſtis argumentis aduerſarios conuicit,ut ſi nõ cunctis in rebus,
at in petendis & fugiendis aliquid certi & conſtituti haberi neceſſario confiteantur,
quiſi nihil conſtituerent,nec alteri parti conſentirent,nihil omnino in huiuſmodi re-
bus agerent .

Quod ſi non ſcientes,ſed opinantes, multo magis adhibenda eſt diligen-
tia ueritati, perinde atq; ægrotanti magis q̃ ſano ualitudini cura eo adhi
benda. Qui nanq; opinatur,ſi ad ſcientem comparetur , nõ ſane profecto
ad ueritatem ipſam diſponitur. Præterea & ſi q̃maxime ita ſeſe habent,&
non ita cuncta , in natura tamen eorum quæ ſunt gradus ineſt , & magis
ac minus talia ipſa dicuntur. Non enim dualitatem ſimiliter trinitatẽue
parem numerum eſſe dixerimus, neque horum uterq; falſum æque dicit,
quorum alter quinque , alter mille ipſa quatuor dicit atq; exiſtimat eſſe.
Quod ſi non æque falſum dicunt,patet alterũ minus dicere falſum,qua-
re magis ipſe uerũ q̃ alter dicit. At ſi id quod eſt magis ꝓpinquius eſt,erit
profecto aliquid uerum cui propinquius id , quod magis dicitur uerum.
Quod & ſi nõ eſt,attamen quippiã iã firmius atq; uerius eſt,& ſentẽtia illa
mera & prohibente definire aliqd mẽte erimus liberati.

lviii (Quod ſi non ſcientes,ſed opinantes.) quod ſi habere ſe aſſenſum quẽdam & opinio
nem his de rebus profiteantur,ut qui dicunt ſe uiſo,cum uerum non ſit, aſſentire,qm̃
tale uidetur,opinionem nanq; debilem & infirmam eſſe, nec quæ ſcientiam ingenera
re queat,non iſtis rerum naturam accuſandam eſſe ait,ſed tanto magis euitendum, ut
deliteſcentem ueritatem eruant, & ſcientiam indipiſcantur . Vbi enim aſſenſus debi-
lis eſt,ibi firmus & cum ſcientia effici poteſt . At qui alia aliis petenda magis agẽdaq;
ſemel exiſtimat, is differentiam in rebus eſſe, & hanc deprehendi ſciriq; poſſe conce-
dit,quo minus autem deprehenſio conſtans firmaq; ſit,per eum ſtat ſi qui non dat ope

ram,ut ſcientiæ iudicium conſequatur.Quo tanq̃ menſura uel regula utens naturam rerum,ipſarumq; primum diſcrimen cognoſcet. Nam ut ægrotanti non res ipſæ ſunt accuſandæ,ceu nihil ſalubritatis habeant,ſed curandum, ut medicamentis ſalubribus adhibitis conualeſcat, ſic ualetibus qui debilem cognitionem habent danda opera eſt ut cum ſcientia rerum noticiam nanciſcãtur.Si enim ad ſcientem ſpectes,ægrotum dices opinantem ad ueritatem cognoſcendam. Nam qui ſpeciem rei ſequutos ſe muneribus fungi cauſantur, horum mendacem ſatis eo cõuincitur quod ſpecie rei obiecta tamen ſequenda ne res ſit,an ſeens,conſultant etiam num.(Præterea,inquit,& ſi q̃ maxime ita ſeſe habeant.)Quamuis,inquit,aliquis iſtis concedat,omnia & ſic,& non ſic habere,tamen fateantur neceſſe eſt,non omnia pariter & ex æquo, ſic & non ſic habere. Sed in rerum natura eſſe magis & minus, quod licet ex ipſorum actionibus ſit indubitatum , confirmat tamen per quædam quæ manifeſta ſunt.Nam licet cõcedatur, duo paria eſſe numero & non paria, ideſt, imparia,nõ tamen ex æquo ipſis par competit & impar, nec duo perinde paria ſunt,atq; tria. Sed tria magis ſunt imparia, duo uero magis paria neq; enim ait ſimiliter mentitur,qui quatuor quinq; dicit eſſe atq; is qui mille,ſed qui mille dicit magis,qui uero quinq; minus, quibus uerbis una opinio minus q̃ altera falſa eſſe confirmatur,quod ſi altera eſt magis falſa , nimirum quæ minus eſt falſa propior erit uero,quod ſi magis uerum eſt, propius uero,ipſum quoque certe fuerit,uerum dico,ideſt,ipſum uerum cui propinquum eſt, quod magis eſt uerum.Nam quod eſt cuipiam propinquum,id haud dubie q̃n tale eſt,propinquũ eſſe dicitur. quod & ſi cognoſci nequeat, intelligere tñ aliud alio uerius eſſe, aut uicissim minus uerum,hominis eſt aliquid comprehendentis quiq; mente quidq̃ definit, non eius qui cunctis in rebus nihilo magis hoc q̃ illud dicit nec ullum in rebus delectum facit.Nam & ſi nihil uerum ſit,nec id ab iſtis concedatur,illud tñ uerum confeſſumq; fuerit,aliquid in rebus magis eſſe uerum.Poſitum eſt enim aliquid magis aliud eſſe q̃ aliud,atq; item minus. Ac proinde haud uerum fuerit cunctis in rebus nihil hoc magis &c.Merum autem appellat ſermonem , quia non habet admiſtum ipſum magis, ſed cunctis in rebus ſimilitudinem ex æquo nititur afferere,quod ipſe expoſuit,dicẽs: (Et prohibente definire aliquid mente.) Nam qui alium alio magis mentiri negant, qua in opinione fuerunt Stoici hi quidem in magno errore & cum ſenſibus pugnante uerſantur: praua enim mentiaciq; iudicia nec paria ſunt, nec a ſimili habitu proficiſcuntur. Vt enim qui aſpectabilia magna uehemẽtiq; non uidet ,huic cum eo, qui parua & minus uiſibilia non cernit hoc eſt commune, ut uidendi facultas haud recte in utroq; ualeat infitiari eſt tamen quæ ne magna quidem conſpicere poteſt. q̃ quæ cum magna cernat in minutis parumq; deficit,ne in ſententia & opinione rem ſeſe habere putare cõuenit. Haud enim pares animæ ſunt habitus. quibus multum erratur, iis quibus parum,

Ab eadem autem opinione proficiſcitur & Protagoræ ipſius ſententia, atq; ambas ipſas ſimiliter aut ueras , aut non ueras eſſe neceſſe eſt . Nam ſi cuncta quę uidentur atq; apparent,ſint uera,neceſſe eſt uniuerſa ſimul uera falſaq; eſſe. Complures enim contraria opinantur,& eos qui eadem ſecum non opinantur , falſa putare dicunt , quare ſit & non ſit idem neceſſe eſt,atq; ſi hoc ita ſit, neceſſe eſt ea quæ uidentur omnia eſſe uera,qui nanq; uera & falſa dicunt ac opinantur, oppoſita opinantur. Quod ſi ea quæ ſunt ita ſe habẽt,omnes profecto uera dicunt ac opinantur,Patet igitur has utraq; ſententias ab eadem mente pendere. Non eſt autem idem

diſputationis modus ad omnes.Quidam enim perſuaſione indigent,quidam ui.Qui nanq; dubitando ſic exiſtimarunt,eorum ignoratio ſanari facile poteſt,non enim orationi , ſed menti ipſorum eſt occurrendum. Qui uero diſputationis gratia ita dicunt , eorum eſt curatio, redargutio orationis, quæ in uoce nominibusq; conſiſtit , in iis autem qui dubitant , ex ſenſibilibus rebus hæc eſt opinio orta, ſimul inquam contradictoria contrariaq; ineſſe, cum ex eodem contraria fieri uiderent. Quod ſi impoſſibile eſt id fieri quod non eſt , res antea profecto erat utrunq; , quemadmodum & Anaxagoras inquit,quodlibet in quouis eſſe mixtum,atq; Democritus . Etenim iſte uacuum atque plenum in quauis eſſe parte cenſebat,& tamen horum alterum ens, alterum haud ens eſſe dicebat. Ad eos igitur qui ex his ita exiſtimarunt , partim recte dicere , partim ignorare ipſos dicemus, id enim quod eſt dupliciter dicitur, quare fieri quippiam ex eo quod haud eſt partim poteſt, partim non poteſt , & ſimul idem ens & non ens eſſe poteſt,non tamen eodem modo,etenim potentia quidem fit , ut idem ſit contraria ſimul , actu autem minime fieri poteſt , & inſuper eos admonebimus , & ad aliam in ratione rerum ſubſtantiam eſſe exiſtimare , cui neque motio neque corruptio penitus neque generatio competit .

xlix (Ab eadem autem opinione proficiſcitur,& Protagoræ ipſius ſententia,atque ambas ipſas ſimiliter aut ueras aut non ueras eſſe neceſſe eſt.) Orationem Protagoræ nihil ab eorum ſermone differre ait,qui ſimul idem & eſſe & non eſſe dicebant,ac proinde contradictionem in ſingulis rebus ueram ſimul eſſe ſtatuebant. Protagoras enim huiuſmodi eſſe unum quodq; dicebat, quale uideretur eſſe , & omne uiſum uerum eſſe affirmabat , ut ſit neceſſe utranq; ſententiam ueram eſſe, aut utranq; falſam .quod autem nihil inter has ſententias differat,& altera conſequatur alteram, ad hunc modum oſtendit.Si enim uera ſunt,quæcunq; omni opinioni,omniq; imaginationi uidentur, ut Protagoræ placet,neceſſe eſt contradictionem ſimul eſſe ueram. Hoc enim ſignificatur uerbis illis:(neceſſe eſt uniuerſa ſimul uera falſaq; eſſe.) quoniam eiſdem de rebus contraria homines opinantur , quæ ſi uera ſint , fiet ut ſimul ſit contradictio uera. Fieri autem,ut cũcta uera ſint,ſi omne uiſum eſt uerũ,ſatis inde intelligi poteſt.quod qui putant aliquid eſſe perinde atq; ii qui idem non eſſe opinantur,per iſtos uera cenſent.At ſi habentes eiſdem de rebus opiniones oppoſitas,ſimul uera dicunt,erunt utique omnia ſimul uera . Ex opinantibus enim quidam rem ſic habere, alii non ſic eandem habere opinantur, & ſic quoque efficitur contradictio ſimul uera.Sed poſtquam neceſſe eſſe dixit , ut omnia uera eſſent , quoniam adiunxit & falſa , docet quomodo falſa quoque ſimul ſint , cum ait: (Complures enim contraria inter ſe opinantur,& eos qui eadem ſecum non opinantur,falſa putare dicunt .) Si enim uera dicunt , qui falſos eos putant, qui oppoſita ipſis opinantur.profecto illi falſi ſunt,quo fiet,ut omnes mentiantur, ſi cuique de re quapiam opinantium , qui oppoſita de eadem opinetur exiſtit,quiq; decipi eum putat qui ab ipſo diuerſam opinionem habet , ut ſit uerum eſſe contradictionem ſimul eſſe ueram.Si qui oppoſita inter ipſos opinantur uera dicunt, quod ſi ſic habet , & entium quodq; eſt & non eſt , id eſt , ſi contradictio in ſin

gulis rebus est uera, sequitur rursus uera esse quæcunq; uidentur, & omne uisum esse uerum, ut Protagoræ placebat. Si quis autem contradictionem in singulis rebus uerum, ut Protagoræ placebat. Si quis autem contradictionem in singulis rebus uera esse dicat, consequens esse docet, ut uisum omne sit uerum. ad hunc modum, uerum dicere & falsum dicere in iis est, qui opposita inter se opinantur & dicunt. Nam illud demũ est falsum dicere, affirmatione existente uera de aliquo, putare quempiam negationem de eodem ueram esse, & uicissim affirmationem in ueritate negationis, eo enim q̃ quiddam opposita de eodem opinantur, si cunctis in rebus esset contradictio uera, hoc ipsum tolleretur, quosdam scilicet uerum dicere, alios falsum. Nam si omnis contradictio simul uera est, utiq; nulla opinio fuerit falsa. Si enim contradictio quæq; simul uera est, efficitur, ut oppositæ de eodem opiniones simul ueræ sint. Porro si oppositæ de eodem opiniones simul ueræ sunt, omnis opinio uera est, quæ de hoc habetur, q̃ res sic se habet, aut q̃ non sic se habet. Sed postquam eadem dicere docuit qui cuiusq; uisi ueritatem asserunt, & qui omnis cõtradictionis ueritatem tuentur, ac ipsorum dicta uicissim ex alteris altera cõsequi & ab eodẽ sensu proficisci demonstrauit, impugnaturus iterum propositam opinionem, ac ipsius assertores, non eisdem rationibus in omnes, qui talia dicunt utendum esse ait, quippe inter quos nõ nihil intersit, alii nanq; ut lõquuntur, sic rem se habere persuasam habent, & ambigendo in hanc de cunctis rebus opinionem proceſſere, ut dedocendi sunt, & in rectam uiam per doctrinam reducendi ut ipse ait, horum siquidem ignorantia facilis est sanatu, nec adhibita in disputatione ui per certamen & redargutionem conuincenda. Vt enim ait, non ut sermo refellatur istorum est occurrendum præceptioni, sed ut sententiæ detegatur error, quo allucinati a ueritate in hanc professionem deflexere. Ad sanitatem protinus redituri, si ueritas ipsis fuerit commonstrata, alios autem disputationis gratia ad hunc modum præcipere ait: non q̃ res sic se habere persuasum habeant, quibus stat positionem pertinaciter tueri; & omnibus modis tergiuersari, in quos sermonis redargutionem, quæ in uoce nominibusq; consistit, adhibendam esse ait, quippe cum non perinde sentiant, atque loquuntur. horum igitur curatio solum est uocis redargutio, ideſt, istis sola uocis redargutione indigent, quoniam horum dicta, nominibus & oratione uoceqne tenus procedunt. Deinde qui res sic se habere putant, nec dicta pertinaciter tuentur, ii unde in hanc opinionem, sententiamq; processerint docet. quos idcirco dubitantes appellat, quoniam ratione quæ probabilis uideri poterat, in hanc persuasionem quæstionemq; ducti sunt, qua propter eosdem saluationi opportunos esse dixerat: Eorum igitur qui contradictionem simul esse ueram dicunt, & omnem opinionem ueram esse statuunt, qui propter indutam sibi persuasionem, sic edisserunt, hos a sensibilibus errorem traxisse docet. primumq; cõmemorat, quid eos transuersos egerit, qui contradictionem singulis in rebus ueram esse dicebant. Nam cum ex eodem inquit, opposita fieri cernerent, præsumpta illa persuasione ex non ente nihil omnino effici posse, hæc enim omnium qui de natura disputarunt, communis sententia fuit, ambo contraria rem esse putabant. Neque enim posse cõtraria ex re quapiam effici, nisi prius in ea fuissent. qua ratione ductus Anaxagoras omnia cum omnibus temperata esse tradidit. Scilicet, quia cuncta ex cunctis fieri cernebat. & item Democritus, qui inane & plenum sola dicebat esse. Nam ponebat, inquit, corpora indiuidua & uacuum. eaque in singulis sensibilium partibus pariter haberi. quorum decisione, generationem ex rebus uidelicet præexistentibus fieri tradebat. Cæterum plenum ens, inane uero non ens a Democrito appellari solitum commemorat, forsitan ut eius sententiæ turpitudinem quãpiam ostendat. Nam cum statueret uacuum esse non ens, & ex non ente nihil fieri putaret,

tamen ex uacuo cuncta fieri dicebat non minus, q̃ ex pleno, cum inane uocaret non ens. Nam generationem ex nõ ente fieri dabat, quod ut effugeret mistione dicebat generationem fieri. Cæterum cur dicit, Democrito qui plenum ens esse dicit, inane uero non ens, & omnia ex quibus generatio fit, in omnibus pariter esse, cõsentaneum esse dicere contradictionem cunctis in rebus esse ueram, esse scilicet & non esse? cũ hoc contradictio non sit. nam una quæq; res secũdum aliud eorũ, quæ ipsi insunt est ens, scilicet secundum plenum, secũdum aliud non ens, utiq; secũdum inane. An nominibus illis ens & non ens significabat, hæc quæ pariter in omnibus mista sunt opposita esse & contraria? In eos igitur inquit, qui ob hæc contradictionem in omni re simul esse ueram putarunt, non concertando & redarguendo, sed dissuadendo differemus. quodammodo enim uera dicunt & recte sentiunt, alias quædam ignorant. Ens enim dupliciter dicitur, & perinde non ens. quoniam ens partim est potentia, partim actu. Similiter nõ ens quoddam nihil omnino est, aliud est quidem potentia, sed quoniam nondum est actu, idcirco dicitur nõ ens. quod enim potentia est ens, id quoniam in confinio eius est quod actu est, & omnino non entis est. quodammodo ens est, quodammodo non ens, & ex sic non ente generatio fit, non tamen ex proprie & simpliciter non ente. Nec, quod isti aiunt, quidq̃ prohibet, aliquid esse & idem nõ esse. At nõ secundum idem fieri potest, ut idem sit, & non sit. Sed secundum diuersa ut alia ratione sit, alia non sit. quod enim est potentia est illud quidem, sed potentia, non est autem, quia non est actu. quare in ipso non est contradictio. Haud enim est absurdum dictu idem contraria esse potentia. actu uero fieri non potest, & esse aliquid & idem non esse opposita sunt. quamobrem hæc simul esse actu nequeunt, quoniam eadem materia res oppositæ est. quæ quidem actu esse non potest, eadem tamen ex parte sertuat utrunq;, tunc etiam cum alterum est actu, quia potentia est opposita. Neque enim cum actu existit, iam potentiam amisit. Et insuper inquit, eos admonebimus, ne eatantum esse putent quæ oriuntur & occidũt. Sed esse etiam alia entia ingenita & immortalia & motus immunia quibus nunq̃, adsunt opposita. Siquidẽ ne mutatur quidem omnino, nec ex ipsis quidq̃ efficitur, quales sunt diuinę substãtiæ.

Opinio autem nonnullorum de ueritate ea quæ in apparentibus rebus consistit, ex sensibilibus orta esse uidetur. Verum enim non multitudine, neque paucitate discerni oportere censent, idem aliis dulce aliis amarum gustantibus esse uidetur, Quare si oẽs ægrotarent, aut oẽs essent insani, duo uero aut tres ualetudinem, aut mentem haberent, hi quidẽ ægrotare uiderentur, cæteri uero non uiderentur.

l. (Opinio autem nonnullorum de ueritate ea, quæ in apparentibus rebus consistit, ex sensibilibus orta esse uidetur.) quemadmodum inter opinantes idem esse & non esse, ideſt contradictionem simul esse ueram, benignioribus quiq; ueritatem inquirentes ambigentesq; in hanc sententiam delapsi sunt, erroris causa a sensibilibus, quæ oriuntur, & occidunt, profecta est, quippe cum uiderent ex eodem opposita generari, sic inquit ueritas circa apparentia, id est, ut omne uisum uerum esse dicerent, qui hoc inquirentes & dubitantes statuerunt, deceptionis causam ex sensibilibus habuit. Nec enim uerum discerni oportere putabant, multitudine & paucitate eorum, qui sic opinarentur, ut id uerum esset, quod pluribus uidetur, id rursus falsum, quod paucioribus. Nam si plures ægrotarent, pauciores uero recte ualerent, & quod pluribus amarum uideretur, idem dulce recte ualentibus, non utique quod ægrotantibus uidetur,

quia plures sunt, uerum esse diceremus ceu pauci ægrotarent, multi autẽ firma essent ualetudine, & paucos ægrotare. multos autem recte ualere. (quare si omnes ægrotarent, aut omnes essent insani.) Quoniam qui putant multitudine & paucitate uerum diiudicari, ii quod multis uidetur uerum esse dicunt, hi nanque sunt recte ualentes, & habentes secundum naturam, probabiliter conuertit illud. Si enim multi recte ualent, & sese habent secundum naturam, si usu uenerit, ut plurimi ægrotent, pauci recte ualeant, ægrotantes erunt ualentes, & ualentes ægrotantes. quod si est absurdum, non multitudine & paucitate uisorum ueritas est diiudicanda.

Præterea compluribus cæterorum animalium sanis contraria de eisdem apparent, & etiam nobis, & insuper cuique ad seipsum non eadem semper sensu uidentur. Quænam igitur istorum uera sint, aut falsa, incertum est sane, non enim hæc magis uera q̃ hæc sunt, sed æque. Quapropter Democritus ait, aut nihil esse uerum, aut id nobis non esse manifestum, omnino autem q̃m prudentiam sensum esse, hũc autẽ alterationem esse putarunt, ideo id quod sensu uidetur necessario uerum inquiũt esse. Ex iis enim & Empedocles & Democritus ac cæterorum, ut simpliciter dicam quisq; talibus opinionibus obnoxii sane fuere. Empedocles enim habitu mutato, prudentiam dicit mutari, cum inquit.

Ad præsens hominum crescit sapientia semper,

& alio rursus in loco dicit:

Vt uario semper mutatur corpore quisq;.
Sic sapere est illi mutato ac mente moueri.

& Parmenides eodem etiam modo dicit.

Nanq; ut quisq; suam retinet per membra reflexa
Temperiem, sic mente ualet mortalis ubique,
idem & hoc potest eiusdem,
Plurimaq; id cunctis mens est mortalibus æque.

Anaxagoræ etiam & sententia talis a quodam familiarium recensetur. Talia ipsis ea quæ sunt erunt, qualia ipsi illa existimabunt. Aiunt autem & Homerum uideri hanc opinionem habere, quod Hectorem fecit iacere alia sapientem, ut ex ictu fuit mente dimotus, propterea quod sapiunt quidem & ii qui mente sunt dimoti, sed non eadem. Patet igitur si utraq; prudentia sit, & ea quæ sunt ita simul & non ita sese habere. Ac enim id quod inde emergit, absurdissimum esse constat, nam si qui maxime id uerum quod perspici potest uiderunt, sunt autem ii qui maxime quærũt hoc ipm ac amant, ii tales opiniones habeãt, & hæc de ueritate dicat, ac asserãt, quo pacto nõ abiecto animo fuerũt ii, q philosophari aggrediũtur. Quærere nãq; ueritatẽ pinde erit, atq; si uolãtia quispiã psequat.

Causa uero opinionis hæc fuit, nam de hisce quidẽ quæ sunt ueritatem considerabant, ea uero quæ sunt, res tantum ipsas sensibiles esse putarũt. In his autem abunde indefiniti natura, & eius quod est hoc pacto, quemadmodum diximus inest. Quare uerisimiliter quidem, non autem uera dicunt. Sic enim magis dicere decet, q̃ ut Epicharmus in Xenophanem dixit. Præterea omnem quidem hanc naturam motum subire, de eo uero quod mutatur nihil uere dici uidentes, circa id quod omni ex parte mutatur, nihil uere dici posse arbitrabantur. Ex hoc enim existimatione summa illa opinio pullulauit, quã Heraclitι sequaces atq; Cratylus habebat. Qui quidem postremo nihil dicere oportere arbitrabatur, sed digitũ duntaxat mouebat, atq; Heraclitum increpabat. Propterea quod dixit fieri non posse, ut bis eundem fluuium quisq̃ ingrediatur, ipse nanq; neque semel arbitrabatur. Nos autem & ad hanc rationem dicemus, id quod mutatur, cum mutatur, esse nõ putare aliquam ipsis rationem habere, quanq̃ controuersiã habet. Id enim quod abiicit habet aliquid eius quod abicit, & eius quod fit aliquid iam esse necesse est. Omninoq; si corrumpitur ens quippiam ens, & si fit, sit id ex quo fit, & a quo generatur necesse est, atq; hoc non in infinitum proficiscatur, sed his omissis, illa dicamus nõ idem esse in quantitate atq; qualitate mutari, ratione igitur quantitatis nõ manet, sed ratione formæ nos uniuersa cognoscimus. Præterea increpãdi sunt ii, qui ita de rebus existimarunt, propterea quod cum pauciores numero sensibilium rerum ita sese habere uiderẽt, de toto cœlo similem sententiam attulere. Locus enim sensibilium rerum qui est circa nos, corruptionem solus generationemq; subit, sed iste nulla fere pars ipsius uniuersi esse uiderur. Quare iustius hæc ob illa tali sententia liberassent, q̃ ob hæc in illa sententiam contemnentem tulissent.

li (Præterea compluribus cæterorum animalium sanis contraria de eisdem apparent.) quædam enim his dulcia & cibo apta uidentur, quæ aliis sunt amara, nec ad uescendũ idonea, ut oliuæ ramus exemplo esse potest, qui animalibus ipsum de pascentibus dulcis est, idem nobis hominibus amarus. Sed ne nobis quidem eadem semp uidentur, sed diuersis temporibus diuersa, prorsus ut quæ nam uera dicere oporteat, incertum sit, haud enim hæc magis q̃ illa uera sunt, quamobrem inquit Democritus dicebat nostris huiusmodi discriminibus, uel nihil uerum esse, uel si quid esset, nobis certe id non esse cognitum, neque exploratum. Propterea quod similiter sese habeant in oppositis, qui de ipsis opinantur. (Et omnino quia prudentia sensus esse putatur.) At inquit, quoniam eadem neq; omnibus, neque eisdem semper similiter uidentur, sed alia aliis, & eisdem diuersa diuersis temporibus, quod cuique uideretur, id illi uerum esse putabant. propterea quod prudentia, qua ueritas diiudicatur, hoc esse rebantur, quod sensum. sensum porro esse alterationẽ, huius enim comprehentionẽ fieri hominibus a sensibilibus alteratis. Vt enim sensus pateretur, sic se habere dicebant sensibilia a quibus ipse disponeretur. ac perinde necessario uerum esse statuebant, quod cuique uidetur per sensum. Nam uerum esse quod prudentiæ uideretur, prudentiam autem id esse quod uideretur sensui. Porro istos sensum prudentiam esse putasse, ac tradidisse, docet cum ait, Empedoclem & Democritum, & quicunque alii hoc ipsum tra-

didere, idcirco in hanc ſententiam ueniſſe, quia putabant prudentia fungi hoc eſſe, quod ſentire, prudentiam autem ueritatis eſſe cognitricem, quos in hac ſententia fuiſſe demonſtrat Empedoclem ex ipſius dictis. ſic enim ait: (Ad præſens enim conſilium augeſcit hominibus.) id eſt, ſecundum id quod adeſt apparetq; efficitur hominibus prudentia ueritatisq; comprehenſio, conſilium nanq; prudentia eſt, hoc enim proprium eſt ſenſus: Carminis autem intellectum ipſe expoſuit, cum diceret: (Empedocles enim habitu mutato, prudentiam mutari dicit.) quod idem carmine illo ſtatim ſubiuncto ſignificat. (Vt uario ſemper mutatur corpore quiſq;, ſic ſapere eſt illi mutato ac mente moueri.) Cuius uel hic eſt ſenſus, ut hominis alterantur, quod efficitur a ſenſibilibus, ſic item ſapiunt & opinantur: uel hic pro habitu, quem obtinent, quo habitu fit, ut ſic aut ſic ſentiant, de re ipſa opinantur. In hac quoq; opinione Parmenidem fuiſſe ipſius uerbis oſtendit, qui ſic ait: (Nam ut quiſq; ſuam retinet per membra reflexa temperiem, ſic mente ualet mortalis ubiq;.) id eſt, qualis eſt cuiq; corporis temperatura & habitus, talis in eo ſequitur prudentia, perinde quaſi prudentia, quo temperamentum corporis ducit, conſequatur, & alterationis, quæ a ſenſibilibus efficitur, aſſecla comesq; ſit, quod ipſm ait ab eodē Parmenide ſignificari, cum itē dicit: (quod natura ſapit membrorum.) & cū rurſus ait: (omnino & cunctis) quod enim eſt amplius, id intellectus eſſe dicitur. Cui ſapere ipſum & opinari ex corporis temperamento pendeat, & ſecundum id fiat quod in corporis diſpoſitione amplius eſt & exuperat. Cuius opinionis Anaxagoram quoque fuiſſe ex quadam eius ſententia, etiam tunc extāte intelligi ait, qua ſuis familiaribus diſcipulisq; breuiter quid de re hac ſentiret expoſuit. Dicere enim talia cuiq; erunt, qualia exiſtimabit, hominis eſt, qui omnem opinionem ueram eſſe ſtatuit, & res tales eſſe, quales eſſe uideantur. Quin etiam Homerum huic opinioni aſtipulari ait, ceu opinari hoc eſſe quod ſentire putauerit, & omnem opinionem ueram eſſe. Nam qui Hectorem ſemotum mēte ex accepto uulnere aliud ſapere ait, is ſapere ipſum dicit, ſed alia ſapere, quaſi nihilominus prudentia ſit, eius qui eſt mentis emotæ, quod ſi etiam inſani ſapiunt, ſapere autem eſt uerum cognoſcere, etiam inſani uerum cognoſcent, ita cum ſani quoque prudentiam habeant, uerumq; cognoſcant, efficitur, ut res ſimul ſic & non ſic ſe habeant. Quibus diſputatis, & ueterum opinionibus expoſitis de rerum iudicio, & comprehenſione ueritatis, ex hac inquit magnorum uirorum controuerſia difficillimum quiddam & alienum ſequi. Si enim qui omnium maxime uerum perſpicere poſſunt, hi autem ſunt, qui maxime in eius inquiſitione ſunt uerſati, & hunc ſuæ uitæ ſcopon ac finem propoſuere, ii tales de rebus opiniones habuerunt, & talia de ueritate eiuſque cognitione tradidere, quomodo non eis concidet deficietq; animus, qui nouitii ad philoſophandum accedunt. Negotium enim ſimile ſuſcipere uidentur, ut ſi quis uolantia pedibus conſequi conaretur. Nam ut uolantia nemo pedes conſequatur, hoc eſt enim impoſsibilia conari, ſic qui philoſophiæ operam nauare uolunt, rem quandam impoſsibilem & inacceſſam aggredi uidentē, ſi cum philoſophia rerum cognitionem & ueritatis in ipſis delitеſcentis notitiam polliceatur, ipſa rerum cognitio ueritatisq; notitia tam incerta eſt, ac tot difficultatibus plena, ut qui diutiſsime in ea uerſati ſunt, infinita diſcordia declarant. his explicatis ubi nos negotii ſuſcepti difficultatis admonuit, caput & fontem detegere conatur, unde eorum error manauerit, qui ſapere hoc eſſe rebantur, quod ſentire & omnem opinionem omneque uiſum uerum eſſe putabant, in qua opinione fuit Protagoras, docetque in hanc ſententiam Empedoclem & Parmenidem Democritumque ac Anaxagoram iuiſſe, quibus id erat inſtitutum, ut rerum ueritatem perſpicerent, ſed ſenſibilia tantum eſſe putabant, in quibus plurima eſt indefiniti natura, id eſt materiæ. Materiam nanq; appellat indefinitum. (& eius quod eſt hoc pacto quemadmodum diximus.) id eſt potentia, quod quidem quodā modo eſt, quodam modo non eſt. Eſt enim in confinio propie entis, ideſt, entis actu, & prorſus non entis. (Quare uerisimilia quidem dicunt,) qui enim de hmōi entibus uerba faciunt, merito talia eſſe dicunt, ut ipſorū quiditas definitione nihil determinate dicatur eſſe. non autem de entibus uera dicunt, neque enim cuncta entia talia ſunt, nec ſenſibilia quidē quæ per omnia fluunt, cōtinenterq; mutantur. Sed in ipſis forma manet, quieſcitq;, fluēte ſubiecta materia. Sic enim, inquit, de ipſis dicere magis decet, probabilia ſcilicet ab iſtis non uera dici: (q̄ ut Epicharmus in Xenophanem dixit.) ſcilicet quia Epicharmus poeta comicus maledictis & calūniis Xenophanem inceſsit, dum ipſum quo quædā ignoraſſet, ſcomate perſtringens refelleret. Hanc igitur naturā ſenſibilē & materialem in cauſa fuiſſe ait, ut quidam uerū cōſequi nō licere traderēt, ipſorūq; ſententiā interiicit, in eamq; argumētatur. Nā cū hmōi naturam moueri, & ſm materiā cōtinēter mutari animaduerterēt, nec de re ſemper uariāre & caduca quidq̄ poſſe uere affirmari, cū mutatur putarēt, propterea quod decidit nec in eadem natura perſtat, nihil cenſebāt uere de re hmōi dici poſſe, quæ ſemp mutarēt nec maneret unq̄: ſenſibilia autē & materialia, quæ ſola eſſe putabant, hmōi eſſe, quippe quæ cōtinēter fluāt, nec eadē unq̄ perſiſtant. Ex hac enim de tebus ſententia Heraclīti manauit opinio, arq; itē eius auditoris Cratili, qui hoc addidit illius ſententiæ, fluxum & mutationē ſempiternā eſſe & irrequietam. prorſus ut præceptorem ferre nequiuerit, dicentem, fieri non poſſe, ut quiſq̄ bis eundem fluuium ingrederetur, nā res oēs aſsimulabat flumini. ſe enim retulit non modo bis, ſed ne ſemel quidē quenq̄ flumen idem ingredi poſſe putare. hic autē ne loquendū quidē eſſe putabat, prius enim ſubiectam naturam, de quo ſermo ſuſcipitur, alterari mutariq;, q̄ oratio de ipſa prolata fuerit, prorſus ut rei nunq̄ oratio conſentire ualeat. Ita rem digito demōſtrare ſatius eſſe cenſebat, q̄ lapidem, uel lignū, aurūue, aut quiq̄ aliud appellare. Hæc enim ꝓpter alterationem, mutationemq; ſubſtātiæ nunq̄ permanere. At quod digito monſtratur, quidquid illud ſit, ita demōſtrari. In eos igitur inquit, qui ob has cauſas uerū cognoſci non poſſe tradebant, ita diſſeremus: recte eos quodammodo atq; uere exiſtimare putantes quod mutatur, cum mutatur nō eſſe quatenus mutatur: neq; enim, id eſt, quod erat, nec hoc rurſus in quod tranſit. quanq̄ hoc ambiguitatem quandam habet. (id enī quod abiicit, habet aliquid eius quod abiicitur.) alioquin iā ipſm abieciſſet, non abiice rei etiā num. quare neceſſe pinde eſt, ut eius quod efficitur aliquid ſit. Alioquin quod efficitur nōdum eſſet id, quod fieri dicitur. Nam & ſi nōdū eſt, id quod efficitur, tñ aliquid eſt iam ipſm, propter quod hoc fieri dicitur & nō aliud. prorſus, ut quod efficitur aliquid ſit. (Omninoq; ſi corrūpitur erit quidpiam ens.) Nam ſi interitus mutatio eſt entis in nō ens, pfecto quod interit, nec dū interiuit, hoc ut aliquid ſit neceſſe eſt, quia ſi nō eſſet, non interiret. Et perinde ſi quidq̄ efficitur, id ex quo fit, & a quo generatur eſſe neceſſe eſt. qdquid. n. fit, ex aliquo ſubiecto fit, cū nō fiat ex nihilo, item ab aliquo, neq; abſq; cā hęc fieri dicēda ſunt. alias. n. nō efficeretur quidq̄. atq; hoc nō in infinitū pficiſcat. nec rurſus generet, tū id ex quo res efficitur, tū id a quo. ac proinde ut hæc quidē eſſe dicant. nihil. n. oīno efficeret, ſi gñatio abſq; principio in infinitū ꝓcederet, ut in primo minore demōſtratū eſt: qd enim ſubiecto caret, id effici nō pōt. nō habet autē ſubiectū, cū aliquid efficitur ſubiectū, efficitur autē adhuc oē, cū ſubiecti generatio in infinitum progredi intelligitur. Nam ſi quod generatur, ſubiecto aliquo indiget ex quo generetur, ſubiectum autem nō eſt, ſed gignitur etiam num, profecto ne id quidē effici poteſt, quod ut fieret, ſubiectū illud deſiderabat. Subiectum enim ens

quiddam eſt, quanq̃ re illud quidem generari poteſt, cũ ut fiat ſubiectum deſideret, illud autem ſubiectum nõdum ſit, cũ generetur adhuc. quo fit, ut nihil generetur, niſi fit, fluxus enim & mutatio eius eſt, quod mutatur. eadem eſt ratio generãtis, & efficientis, ſi enim oportet, ut quod generatur ab aliquo generetur, hoc autem nõ eſt, ſed generatur etiam num, ne id quidẽ generatur, quod aliquid iam exiſtẽs deſiderat, a quo generetur. Si enim generatur, nondũ igitur eſt. Ad quẽ modum ſine fine procedẽdo nihil omnino generabitur. Sed poſtq̃ demonſtrauit neceſſe eſſe, ut aliquid iam ſit, ſiue intereat quidq̃, ſiue generetur, quod neq; ſimul cũ illo intereat, nec ſimul oriatur, quãobrem ii etiam qui continẽtem mutationem & fluxum interitumq; cauſantur, aliquantia relinquere cogũtur, ſi uelint ſuã tueri ſententiã, ſic ait: (Sed his ommiſsis illa dicamus.) quod facit, quia dixerat, id quod mutatur, cũ mutatur eſſe nõ putare, nõ eſſe a ratione alienum. Inſtituerat autẽ, qui hãc ſentẽtiã prædictis cauſis ſequuntur, hos nõ ui adhibita, ſed perſuadẽdo ad ſanitatẽ ueramq; ſententiam reducere: quare ommiſsis fortioribus & magis implicitis rationibus, quas prius attigerat in eas trãſit, quæ probabiles magis ſunt, & perſuadẽdi uim habẽt, atq; docendi. Illis igitur ommiſsis, in ipſos dicendũ eſt, nõ idem eſſe in quãtitate, atq; qualitate mutari, quo in loco mutationem ſecundum quale uocat mutationem per formam, qua generatio & interitus efficitur. Itaq; nõ ſunt eædem hæ mutationes, etiamſi mutationem ſecũdum quantũ cõtinẽtem rebus adeſſe dicãtur. propterea quod augeſcere, & imminui notãtur & acceſsiones deceſsionesq; recipere. Cæterũ res quæq; id eſſe, quod eſt nõ ex quãtitate, ſed ex forma dignoſcitur, quæ forma tam diu perſiſtit, donec res ſubiecta extat, nõ intercepta. Mutationem uero formæ non eſſe continuam, ſatis in libris de generatione, & interitu demõſtrauit. ubi de alimento diſputauit, hanc enim ſubiectum eſſe & ali docuit. Manet enim forma Socratis, q̃diu Socrates tutus ab interitu manet, itaq; dum puer eſt, dũ augeſcit, decreſcit, ſeneſcit ſecũdum naturam, perinde Socrates eſt. Eadem eſt ratio lapidis, auri, ligniq; & cæterorum cuiusq;. Quare ſi ob cõtinentem fluxum negãt rem uel eſſe uel cognoſci poſſe, profecto qua fluxus nõ eſt cõtinuus, hac res & eſſe & cognoſci poſſe eoſdem fateri cõuenit. Præterea obiurgãdos eſſe ait, qui res in continenti & fluxu & mutatione uerſari putabant. cum hoc in paucis ſenſibilibus animaduerterẽt. Huiuſmodi enim fluxus in iis tãtum uerſatur ſenſibilibus, quæ nobis uicina oriũtur & occidunt. quæ uniuerſi quota pars eſſe intelliguntur. Itaq; paucorum argumento, de cunctis rebus ipſoq; cœlo omniq; diuino, & ſempiterno corpore ſtatuebant. cum contra ſatius eſſet a pluribus, & maioribus in pauciora transferre ſentẽtiam, q̃ ex tam paucis, de tam magnis, tantoq; potioribus iudicium ferre. Ita licet ſola ſenſibilia entia eſſe putentur, non tamen eorum ſenetntia probabitur, qui quo minus quidq̃ ſit, continentem fluxum cauſantur.

Præterea patet & in hos ipſos ea nos dicere poſſe, quæ olim ſunt dicta. Oſtendendum eſt enim ipſis atq; perſuadendum naturam quandam immobilẽ eſſe, quanq̃ hiſce qui ſimul eſſe, atq; nõ eſſe dicũt euenire uidetur, ut quieſcere magis q̃ moueri omnia dicant. Non eſt enim omnino quicq̃ in quod quippiã mutaretur, quippe cũ uniuerſa omnibus inſint.

(Præterea patet & in hos ipſos ea nos dicere poſſe, quæ olim dicta ſunt.) Cũ in eos illi differeret, qui quod omnia ex omnibus fieri cernerent, in omnibus omnia eſſe rebantur, hoc adiecit: Nolumus inquit, eos ignorare in rebus aliam eſſe ſubſtãtiam ab omni motu, interitu, & generatione prorſus immunem, quas ob res contradictionem in ſingulis rebus ueram fieri dicebant. Hoc igitur idem in hos dicendum eſſe ait, oſtendendumq; ipſis perſuadendumq; naturam quandam immobilem prorſus & immutabilem in rebus eſſe. Eorũ enim quæ mouendo mutãdoq; uariant, nihil eſſet omnino, niſi immota quædam, & incorporea natura, motus cæterorum eſſet cauſa. hæc effatus ſtatim docet qui omnia eſſe & non eſſe dicunt, hi autem ſunt, qui cõtradictionem pariter in ſingulis rebus ueram eſſe tradunt. ex eorum dictis potius effici, ut omnia quieſcant, q̃ ut mutentur & moueantur. Si enim quæ mutentur, hæc in ea quæ ipſa nõ ſunt mutantur, nimirum qui unũ quodq; omnia eſſe aiunt, nec extra id eſſe quidq̃, his conſentaneum eſt, ut omnia quieſcere dicãt, in ſingulis autẽ entibus omnia ſunt per eos, qui ſingulis in rebus omnem contradictionem ſimul eſſe ueram tradũt. Nam ſi omne ens pariter eſt, & non eſt, & omnia in oĩbus ſunt, nec res iam eſt iam non eſt, nec modo eſt magis, modo eſt minus, aut nõ eſt, quieſcet omnis res, cũ in nihil commutetur, propterea quod eadẽ exiſtendi, & non exiſtendi ſimilitudo manet, & quia omnia quæ in ſe unumquodq; habent, nihil habẽt, præterea in quod mutẽtur. Hæc in eos effatus, qui omnia ſemper continenturq; moueri, ac proinde nullius rei certam cognitionem contingere poſſe arbitrabantur, cũ obiter eorũ ſentẽtiæ, qui contradictionis ueritatem in omni re aſſerebãt, conſentaneũ eſſe docuiſſet, ut oĩa quieſcere cõfiterẽtur, ptinus in eos ediſſerit, qui omne uiſum ſtatuũt eſſe uerũ.

De ueritate uero diſſeramus oportet, oſtẽdendo nõ omne uerum eſſe id, quod apparet. Nam primo quidem ſenſus proprii obiecti non eſt falſus, at imaginatio non eſt idem quod ſenſus.

(De ueritate uero diſſeramus oportet oſtẽdendo nõ oẽ uerũ eſſe id, qđ apparet. Nam primo quidẽ ſenſus, pprii obiecti nõ eſt falſus.) Diſputat in eos, q oĩs uiſi ueritatẽ aſſerũt, hoc. n. his ipius uerbis ſignificatur. Principio. n. ait, non ſi ſenſus in ppriis ſenſibilibus nõ fallitur, ptinus ne phãtaſia qdẽ ſeu imaginatio. diſputat aũt tũ ex ſua ſententia, tũ ex iſtorũ opinione, qbns aliter uidebatur, ac ideo imaginationẽ uerã eſſe cõfirmãt. Quod aũt dicit eſt hmõi: Sẽſus nõ eſt in cũctis ſẽſibilibus uerus, ſed in ſuis tm̃. In ſuis n. ppriisq; nõ fallitur. Quãobrẽ etiã ſi imagninatio hoc eſſet qđ ſenſus, nõ tñ oĩs imaginatio uera eſſet. Sed quæ de ppriis peculiaribusq; cuiuſq; ſenſus haberetur. Deinde imaginatio nõ eſt idẽ atq; ſenſus: ut intelligaẽ, nõ ſi uerus ſit ſenſus, ſtatim imaginatio nẽ uerã fore. Eſt. n. ſenſus pſentiũ ſenſibiliũ quæq; extra ſenſoria ſunt appẽhẽſio ſeu cognitio. Imaginatio uero motus ſenſus in actu, quẽ motũ ab imaginibus pficiſcentem, impſsis a ſenſibilibus uarie effici uſu uenit, ut in libro de aĩa demõſtrat, & in eo q de memoria inſcriptũ eſt atq; in eo q de ſomnio, qđ diſcrimẽ uel inde patere põt, qđ imaginari in poteſtate nr̃a ſitũ eſt, ſentire nõ itẽ, & quia tũc etiam cũ nõ ſentimus, ut inter dormiẽdũ imaginamur. at fieri nõ põt, ut nõ ſentiẽtes, ſentiamus. Item ſenſus, ut dixi, præſentiũ eſt rerũ, imaginatio uero etiã abſentium.

Deinde dignũ eſt admiratione, ſi hoc dubitẽt, utrũ tantæ ſint magnitudines, taleſq; colores, quãtæ ac quales hiſce q ſunt remoti, an tãtæ qualeſue hiſce qui ſunt ppinqui uidẽtur, & utrũ tales ſint quales ſanis, an tales quales ægrotãtibus ipſis apparẽt, & utr̃ ea ſint grauiora quæ imbecillis, an ea quæ robuſtis uidẽtur, & etiã utr̃ ea ſint uera, quæ dormiẽtibus an ea quę uigilãtibus ipſis apparent, nam nõ ita ipſos putare patet. Nemo nanq; ſi ſit in Africa, deinde noctu ſe eſſe Athenis exiſtimauerit, ad liciũ pficiſcit, Preterea medici opinio, ut ingt etiã Plato, atq; ignorãtis hõis de futuro ſano, aut nõ futuro, nõ æque pfecto eſt certa.

(Deinde dignum eſt admiratiione,ſi hoc dubitent,utrum tantæ ſint magnitudines,ta leſq; colores.)Per hæc & quæ ſequuntur ducens ad manifeſta refellit propoſitam iſto rum opinionem, quos perperam ſentire manifeſtarum rerum argumentis conuincit. Nemo enim dubitare ualeat,magnitudines quantæ ſint, num quantæ procul aſpicien tibus uidentur,an quantę intuentibus e propinquo,neq; de coloribus dubium eſſe po teſt cuipiam,ut per hanc dubitationem,accipiat nō eſſe probabilius, ut uera ſint quæ intuentibus e uicino loco uidentur,q̄ ut ea quæ a remoto aſpiciẽtibus, ac inde conſti tuat,uerum eſſe quod cuiq; uidetur.Nec illud quiſq̄ dubiraret utrum quæ recte ualẽ tibus,an quæ ægrotantibus uidentur ueriora ſint. Exempli gratia,ictericis aut mẽte ca ptis.Nec ex grauibus num ea grauiora ſint,quæ tenui ualetudine, an quæ firma uten tibus grauiora uidentur.Nec utrum quæ uigilantibus,an quę dormientibus apparent ueriora ſint. Cunctis enim notiſsimum eſt , quæ aſpicientibus e propinquo uidentur magis eſſe talia: & quæ recte ualentibus,ac robuſtis,uigilantibusq;, quod ſi ita eſt,nō omne uiſum uerum fuerit.neq; enim qui ex his iudicium ferunt,multitudine iudicãt, ut paulo ante meminit,quaſi ipſi , qui omne uiſum uerum eſſe ſtatuunt, omne uiſum dicant,quod ei uidetur,qui ſecundum naturam ſeſe habet:qualis eſt,qui e propinquo loco,ac mediocri interuallo unde res uideri aptæ ſunt intuentur . qualis recte ualens, qualis robuſtus,qualis deniq; uigilans ad res diiudicãdas . Nam ne ipſi quidem huius opinionis auctores de his rebus ſecum taciti ambigunt, an poſsint aliter ſeſe habere. Cuius ſatis eſt argumenti,quod iidem ſuis actionibus non paſsim in alterutram , ſed in alteram modo partem funguntur.Nemo enim ipſorum,ſi dum eſt in Africa, Athe nis commorari ſe in ſomniis uiderit, experrectus deinde in Athenienſe odium petit, eſt autem odium pars quædam theatri,quæ nunc thynele,ideſt,ſcena nũcupatur. Sed quod in ſomniis uiderit uanũ, quod in uigilia uerum eſſe ſtatuit. Præterea iſtos nihil pro ſanis dixiſſe,omne uiſum uerum eſſe tradentes ex iis arguit, quæ de futuro exiſti mantur, uidenturq; quibus Plato quoq; in Protagora hanc ſententiam refellit. Nã ſi omnis opinio uera eſſet,nihilo uerior eſſet opinio medici de futura ægrotantis ualetu dine,q̄ eius qui medicinę nullam habeat cognitionem,aut hæc q̄ illa. At nunc medici opinio potior habetur.Si enim alter ęgrotantem morbo explicandum eſſe prædixerit præiudicaueritq;,alter eundem mortem obiturum tempore exitus inſtante , non artis experti fides habetur,ſed medico,cuius prædictio re quoq; cõprobatur. Item ſi medi cus quempiam ægrotaturum præopinetur , artis uero ignarus non ægrotaturum aut contra,ſcientia medici potior ad ueritatem habetur,quãobrem ipſi quoq; indocti ſuas de futuris opiniones nõ eſſe ueras cõfitẽtur,quod ſi ita eſt,nõ oẽ uiſum eſt ueꝝ.

Præterea de propinquo quiuis ac alieno obiecto ſenſus,aut remoto pro pinquoue ſibi non æque eſt certus,ſed de colore quidem certus eſt uiſus, nõ guſtus,de ſapore autem guſtus,non uiſus , quorum nunq̄ in tpe quiſq̄ ſimul idẽ ſic ſeſe habere,& nõ ſic ſeſe habere dicit.

(Præterea de propinquo quiuis ac alieno obiecto ſenſus,aut remoto propinquoue ſi bi non æque eſt certus.) Quod dixerat ſenſum in propriis tantum ſenſibilibus eſſe ueracẽ,non autem in omnibus, id hoc in loco demonſtrat,ſumpſerat enim prius etiã ſi ſenſus eſſet uerax,non tamen protinus fore omnino uiſa ueracia:cũ ſenſus non idẽ ſit,atq; imaginatio.Nunc ſenſum non pariter in cunctis,ut dixerat,ueracem eſſe con firmat. neq; enim perinde ſe habent in aliena atq; in propria.Sed guſtatus erga guſta bilia,ideſt,erga ſapores uerax eſt,quos uiſus nõ attingit. uiſus erga colores,qui nihil ad guſtatum pertinent,quo fit,ut ſi qua res pallida intuẽtibus dulcis eſſe uideatur,hu iuſmodi uiſui fidem habendam non putemus . nec talem uiſum ſeu imaginationem ueracem

ueracem eſſe credamus. Sed hoc iudicium dulcis ne an ſecus ſit,a guſtatu petendum eſſe. Aliena porro quodammodo unicuiq; ſenſui uocari poſſunt ſenſibilia cõmunia, in quibus plurimum errari ſolet . Sed neq; ſenſus in propria obiecta perinde ſe habẽt e propinquo,atque e remoto,ut ſupra commemorauit. Tunc enim uiſus de colore ue ra renunciat,cum a mediocri ſpectat interuallo,non cum procul aſpicit.Eadem eſt ra tio auditus in ſonitum, odoratus in odorem . Haud enim de ſenſibilibus propriis ut cunq; habeant & ubicunq; ſint,ſenſus diiudicant:(Aut propinqui & ſui,) ideſt & ſui cum prope adeſt , & cum longius receſsit , hoc enim eſt in dictione ſubaudiendum. (Quorum nunq̄ eodem in tempore quisq̄ ſimul idem ſic ſe habere, & non ſic ſe habe re dicit,) hæc & quæ ſequuntur,in Democritũ & Heraclitũ dicere uidetur,qui eadem ſimul & eſſe & non eſſe dicebant . ac idcirco contradictionis ueritatem aſſerebant. utroſq; igitur per ſenſus & ſenſibilia refellit, tum qui omne uiſum eſſe uerum aiebãt, tum etiam qui cunctis in rebus contradictionis ueritatem tuebantur , quos ſuis armis oppugnat ; fallitatisq; cõuincit,qui enim omne uiſum idcirco uerum eſſe ſtatuebant, quod omnes ſenſus ueros eſſe rebantur,eos redarguit,non omnem ſenſum eſſe uera cem demonſtrans.Neq; enim ſolum de alienis ſenſibilibus,non omnis ſenſus eſt ue rax , ſed ne de propriis quidem, niſi a mediocri interuallo ſentiãtur,nec ægrotantium ſenſus uerax eſt . Qui uero propter continentem fluxum , & qm̃ ex eiſdem oppoſita efficiuntur,quodq; ſenſus ueraces nõ ſunt , ut qui ſubinde aliter aliterq; a ſenſibilibus mutentur , afficianturq;,cognitionem tollunt , & contradictionem ueram eſſe aiunt, horum ſententiam refellit docens ſenſus in quibuſdam eſſe ueraces,in quibus fieri non poſsit , ut contradictio ſimul uera eſſe dicatur . Nullus enim ſenſus eodem tempore eandem rem talem eſſe,& non eſſe renunciat.Exempli gratia, idem eſſe album,& ni grum,uel idem dulce,& amarum. quare ſi quo ſenſus ducũt,ſequamur oportet,nunq̄ ſimul erunt oppoſita,nec contradictio erit ſimul uera,quæ ratio in eos quoq; cõuenire poteſt,qui uiſa idcirco uera eſſe dicunt,quod ſenſus ueraces ſint. Si enim ſenſibus fidẽ habere oportet, nullus ſenſus, qui ſentit ſic habere,& nõ ſic ſe habere renunciat,quã obrem ſi ſenſus ad hũc modum ſeſe habent,ſic quoq; uiſa ſe habebũt, ac proinde non erit uerum dictu, oppoſita ſimul eſſe uera.

Quin etiã neq; diuerſo in tẽpore ambigit de affectu, ſed de eo circa quod accidit ipſe affectus. Dico autem hoc pacto idem uinum aut ipſum muta tum,aut inſtrumento mutato, interdum dulce, interdum non dulce eſſe uidebitur,ſed dulce eſt tale ſemper cum eſt,& unq̄ mutatur,ſed ſemper de eo ueꝝ dicit ipſe guſtatus,atq; affectus,qui a dulci proficiſcitur,& neceſſa rio talis, & tamen hoc ipſum omnes hæ ſentẽtiæ tollunt. Quemadmodũ enim & ſubſtantiam eſſe nullius,ſic & nihil neceſſario eſſe dicunt, neceſſa rium enim ut aliter ſeſe habeat , fieri minime poteſt . Quare ſi quippiam neceſſario ſit,id non ſane ita,& non ita ſeſe habebit. Atq; omnino ſi ſenſi bilia ſolum ſint,nihil erit profecto,ſi animantia non ſint,ſenſus enim non erit,fortaſſe igitur uerum eſt,neq; ſenſibilia,neq; ſenſus perceptiones eſſe, hoc eſt enim ſentiẽtis affectus. At impoſsibile eſt & ſine ſenſu ea ſubiecta non eſſe,quæ faciunt ſenſum. Non enim ipſe ſenſus eſt ſui , ſed eſt & ali quid aliud præter ſenſum , quod quidem antecedere ſenſum neceſſe eſt, id enim quod mouet, prius eſt eo narura quod mouet, neq; id minus eſt, & ſi hæc ipſa mutuo referuntur.

(Quin etiam neq; diuerſo tempore ambigit de affectu.) Oſtenderat nullum ſenſum lvi
eodem tempore oppoſita in eodem iudicare. Nunc docet, ne diuerſis quidem tempo-
ribus ſenſum in iudicando de affectione quæ ipſi fit, neq; a ſe, neq; ab alio eiuſdem ge
neris ſenſu diſcrepare. Neq; enim dulce ſapere, nunc tale, nunc diſſimile a guſtatu iu-
dicatur, Sed ſemper & cunctis guſtatibus ſimile uidetur, diſcretiuum uidelicet, & le-
ne non iam diſcretiuum, iam concretiuum, ſed cunctis ſimile. Eadem eſt ratio cætera-
rum affectionum, quæ ſenſibus fiunt comprehendendis ſenſibilibus. Semper enim &
cunctis inter ſeſe cõgruũt, ſed de ſubiecto ſenſibili ambigunt aliquando ſenſus, a quo
ipſis ingeneratur affectio. Nam idem uinum eidem guſtatui partim dulce, partim nõ
dulce uideri poteſt, uel quod ipm mutetur, uel quod deguſtans lingua tales quoſdam
ſapores adhærentes habeat. Ac perinde album, & idem non album, item ſuaue olens
& idem graue olens eidem ſenſui uideri poteſt, nunq; tamen ſuauis ipſe odor, uel affe
ctio, quæ efficitur in ipſo, aliud ipſi uidetur, cum ſit aliud, ſed quidquid id ſit, a quo pro
ficiſcitur, affectio ipſa ſimilis ſemper ſenſui uidetur. Omnino enim neceſſe eſt, ut affe
ctio, quæ a dulci, uel ſuaue olente debet proficiſci talis ſit, & ſenſus unam talem ratio-
nem obtineat. Sed poſtq; docuit ſemper omnesq; ſenſus in affectionum iudicio con-
ſentire, ac neceſſe eſſe, ut una quęq; affectio quæ ipſis ingeneraꝛ ſimilis ſemp eademq;
ſit, hoc tolli refelliq; confirmat eorum opinionem, qui omnia eſſe & non eſſe dicebãt.
(Quemadmodũ dicunt ſubſtantiam eſſe nullius) ideſt, nihil in ſubſtantia prædicari.
Sed omnia prædicata eſſe accidentia, propterea quod non magis ipſum ſit, q̃ non ſit.
Id quod autem ſubſtantia non eſſe dicitur, id iſti de nullo dicunt, quia rem quanque
non magis hoc eſſe aiunt, q̃ oppoſitum. Vt igitur entium auferunt ſubſtantiam, ſic
tollunt e rerum natura quidq̃ neceſſario eſſe. Idcirco enim ſubſtantiam alicuius eſſe,
& quidq̃ in ſubſtantia de aliquo prædicari negant, quia quod ſic de aliquo dicitur, hoc
neceſſario ei adeſt, de quo prædicatur. Nã quod neceſſario eſt, id nequit & ſic, & nõ ſic
habere, quod iſti ſtatuebant. Si ergo ſenſus in affectibus conſentiunt, & affectio dulce
ſapiendi neceſſario talis eſt, & ſic afficit, non ſic afficere nequibit. ac proinde falſum
eſt rem nõ magis ſic, q̃ non ſic habere. (Atq; omnino ſi ſenſibilia ſolum ſint, nihil erit
profecto, ſi animantia non ſint.) Senſus eſt: ſi quod ſenſui uidetur, id uerum eſt om-
nino, etiam hoc tunc temporis efficitur, neq; enim ſenſus per iſtos ſunt rerum antece
dentium, ut quibus placeat ſenſum eſſe in ſenſibilium actione conſiſtere. Si ergo per
iſtos nihil eſt, præterq̃ ſenſibilia, utiq; ſi fuerit ſublatus ſenſus, nihil omnino ſuperfue
rit, tolletur autem ſenſus, ſi animalia fuerint ſublata, utpote in quibus ſenſus habea-
tur. Animãtia enim dixit, pro animalibus. Poſtq̃ uero hoc ex iſtorum opinione ſequi
docuit, protinus addit, uerũ eſſe, ſenſiones actionesq; ſenſuum non fore, ſi fuerint ſu-
blati ſenſus, at non item ſubiecta non fore, in quibus ſenſuum actiones efficiuntur.
Falſum eſt enim dictu ſublatis ſenſibus, ſubiecta tolli a qbus affectiones ſenſibus in-
gignuntur. Si enim ſenſus non ſui ſenſus & perceptio eſt, ſed externæ ſemper cuiuſ-
piam rei, certe quod ſenſionem & ſenſus affectionem efficit, id ut prius ſit, q̃ ſenſus
percipiens ipſum neceſſe eſt. Nã & ſi mouens & motum inuicem inter ſe referantur,
& itẽ agens & patiens, & quatenus talia ſunt, ſimul exiſtant, natura tamen mouens ef-
ficiensq; prius eſt q̃ motum & patiens. Senſibilia igitur, ſenſum præcedunt, & poſſent
eſſe, licet non ſentirentur. & ſic non eſſent ſenſibilia, ut intelligatur entium eſſe non
in eo poſitum eſſe, quod ſenſibilia ſint, atque hæc quidem in Protagoræ ſententiam
dicta eſſe uideri poſſunt, qui dum ſenſibilia ſola eſſe putaret, in habitudine quodã ſen
ſus ad extrema ſenſibilia generari tradebat, quare quale cuiq; uideretur tale illi eſſe
ſentibile, ſi ergo ſenſibilia eiuſdem naturæ ſunt, ac idem eſt ſenſibilia ipſa eſſe & eſſe,
cũ ut ſenſibilia ſint, in ſenſus perceptione ſit poſitum, ſatis intelligitur, ſi ſenſus nullus

ſit, nullum protinus fore ſenſibile, tolletur autem ſenſus ſi fuerint animalia ſublata,
ſcilicet, quia ſenſus in animalibus habetur. hoc igitur nõ recte ab iſtis concludi oſten
dit, propterea quod licet actio quæ per ſenſum efficitur & actu ſenſibile tollatur ſubla
to ſenſu, non ſtatim tamen ſubiecta pereunt, & quæ ſenſui fiunt ſenſibilia, & quæ ſen
ſionem efficiunt. Ipſorum igitur non efficiuntur ſenſus. At ut ſenſus munere ſuo fun-
gi poſsit aliqua ſubiecta præexiſtãt oportet, quibus nõ eſt hæc cauſa, ut ſubiecta ſint,
ſed per ſe entia & ſubiecta ſunt, quo fit manifeſtum, etiam ſi nullus foret ſenſus, nulla
eſſet imaginatio, tũc tamen ſenſibilia in aliqua natura eſſe poſſe. Non igitur quidquid
uidetur uerum eſt: quod uero ait: (Aliter ſi ſenſibile ſolũ ſit) pro hoc dictũ eſſe accipi
poteſt, præſertim ſi ſenſibile ens eſt in ſui ſenſus perceptione tãtum.

Sunt autem quidam qui dubitant, & eorum qui perſuaſi ſunt, & eorum
etiam qui ſolum has ſententias dicunt. Quæritant enim quiſnam ſit ille,
qui ſanum hominem diſcernit, & eum omnino qui circa ſingula recte iu-
dicat atque diſcernit, Tales uero dubitationes ſimiles huic ſunt dubita-
tioni, dormimus ne nunc an uigilamus? idem autem omnes huiuſcemo
di dubitationes poſſunt. omnium enim hi rationem eſſe cenſent. etenim
principium quærunt, atq; nos per demonſtrationem accipere, non eſſe
nanque perſuaſos in ipſis actionibus patet, ſed uti diximus hic eſt ipſo-
rum error. Rationẽ enim eorum quæritãt, quoꝝ nulla eſt ratio, principii
enim demonſtrationis non eſt demonſtratio. Atq; hi quidem facile id ita
lvii eſſe perſuaderi poſſunt, nõ eſt enim difficile ut accipiatur.

(Sunt autem quidam & eorum, qui perſuaſi ſunt, & eorum qui ſolum has ſententias
dicunt.) Dixerat aſſertores ſententiæ, quæ hoc in loco refutatur, partim ambigentes
de ſenſibilibus dum res ſic ſe habere putarent, in eam opinionem uenisſe, quos admo
nitione probabili facile ſanari poſſe dixit, & in quos hactenus diſputauit, dubia diſcu
tiendo, quibus in hunc errorem inciderant, partim non propter indutam de rebus
perſuationem, ſed pertinacia quadam hanc opinionem tueri, nunc ab utriſq; ambigi
quæriq; ait, quis nam ſit, cuius iudicio de ueritate ſtandum ſit, & quem ſequi conue-
niat, qui nouerit, quis ſanus, quis non ſanus in his rebus perſiſtat. Ad ſummam cuius
nam uiſis ſeu imaginationibus ſententiis, iudiciis fidem habere oporteat? deniq; quis
prudens ſit, quod idcirco dubiũ eſt, quia omnes aduerſus omnes dicunt, & ſibi quisq;
ſapere uidetur, & recte iudicare, nec ipſi qui hoc dicit exploratum eſt, num uiſis re-
cte ualentium ſtandum ſit. Neq; enim quia ægrotantes pauciores ſunt, idcirco eis non
eſt habenda fides. Fieri enim poteſt, ut plures efficiantur, & alioquin non multitudi-
ne & paucitate eorum, quibus uiſa uidentur, uerum definire conuenit, niſi forte uul-
gi opinionem iudicio artificum de propriis artibus iudicantium præponendam idcir
co putamus, quod hi pauciores ſint. Sed tales inquit dubitationes ſimiles ſũt, ut ſi quis
ambigat, dormiamus ne nunc, an uigilemus. Nemo enim in re tam manifeſta ratio-
nem quæreret, quæ indicium facile præbeat, quo poſsit hoc diiudicari. Propterea
quod quæcunq; uigilantes efficimus, dormientes quoque faciamus, adeo ut ſomnia
etiam in ſomniis interpretemur. Nam cunctas huiuſmodi quæſtiones idem pollere
ait, & ex eodem capite proficiſci, ex hoc uidelicet, quod omnium rerum rationem
quampiam & cauſam principiumq; quærunt, & principium indemonſtrabile nullum
eſſe putant, nec quidq̃ eſſe aiunt, quod per ſe & ex ſe fidem faciat manifeſtumq; ſit,
hos enim, qui talia dicunt, non ex animi ſententia loqui, ex ipſorum actionibus in-

telligi poteſt, qui medico in rebus ad ſanitatem pertinentibus credunt: artifici in ſuis, & ſingulis in rebus perito magis q̄ imperito. Item in ſenſibilibus recte ualenti ſenſui, & in ſuis cuique. Non igitur quæſtio iſtis ex diſpoſitione aliqua & opinione manat, nec aliunde q̄ quod rationem demonſtrationemque quærunt eorum, quorum neque ratio habetur, nec demonſtratio. quando quidem demonſtrationis principium, haud quaq̄ poteſt demonſtrari: cum ea ſignificet, quorum cognitio manifeſtior eſt nobis a natura tributa, q̄ ut eorum demōſtrationem deſideremus: hæc autem ſunt ſenſus & ſententiæ dictæ, ac naturales & communes opiniones. Sed quia in eos diſputauerat, qui ex animi ſententia talia tradebant, adiicit: (Atque hi quidem facile id ita eſſe perſuaderi poſſunt.) qui enim ob conceptā perſuaſionem ita dicunt, his nō eſt factu difficile perſuadere eſſe principia quædā indemōſtrabilia, & ex ſe proprioq̄ ſenſu & cæteris indubitatis rebus manifeſta. Nam qui dubii, quis rectus ſit ueritatis iudex, & cuius ſtandum ſit iudicio, in hanc ſententiam deflexere, hos ab errore huius opinionis explicare non erit magni negocii, ne omnium rerum demonſtrationem quæri oportere putent, cum ſint aliqua quæ demonſtrari recuſant, eademq̄ per ſe manifeſta: nouerintq̄ demonſtrationes quædam eſſe principia, ac proinde doctis in re quaq̄ fidem eſſe habendam, & ipſorum iudiciis ſtandum.

Qui uero in ratione uim ſolum quæritant, impoſsibile quærunt. Etenim continuo ſimul ipſi contraria dicunt, deinde ſibi deductionem cenſent, ad contraria fieri oportere. At ſi non omnia ſint ad aliquid, ſed aliqua etiam per ſeipſa ſint, non omne ſane quod apparet fuerit uerum, id enim quod apparet, alicui eſt apparens. Quare qui dicit omnia quæ uidentur atq̄ apparent uera eſſe, is omnia quæ ſunt ad aliquid facit. Quapropter & cauendum eſt hiſce qui uim in ratione quæritant, & ob hoc ſubeunt diſputationem, nō enim eos dicere oportet id quod uidetur eſſe uerum, ſed addant oportet cui uidetur, & cum uidetur, & quo uidetur, eodemq̄ modo. Quod ſi diſputent quidem, non autem hoc pacto ſubeāt diſputationem, eueniet ipſis, ut cito contraria dicant, fieri nanq̄ poteſt, ut idem uiſu quidem mel eſſe, guſtatu autē nō eſſe mel uideatur, & utriſq̄ oculis, ſi ſint diſsimiles non idem appareat.

(Qui uero in ratione uim ſolum quæritant, impoſsibile quærunt. Nam cum ipſi contraria dicant, protinus contraria dicere cenſent.) Hæc in eos dicuntur, qui non perſuaſi & ambigentes in hanc poſitionem, ſed diſputandi contraq̄ dicendi gratia uenere, nec diſuaſionem deſiderant. Omnino enim non talia ob indutam perſuaſionem dicunt: ſed ut conuincantur & oratione redarguantur expectant. Hos igitur impoſsibile quærere ait. qui enim ut redarguantur petunt, ii ut in cōtradictionem adigantur poſtulant: redargutio enim eſt contradictionis concluſio. At iſti hoc ipſum initio ſtatuunt, oppoſita ſimul conſiſtere, & contradictionem ſimul eſſe ueram: quo qui redarguitur, ab aduerſario addici debet. hoc eſt enim oppoſita & contraria dicere. At hoc ipſum iſti protinus a principio uerum eſſe ſtatuunt: quare in quācunque contradictionem hos cogere uiſus fueris, eam eſſe poſitionem ſuam, ac id ſibi placere reſpondebunt. Nihilo tamen ſecius in ipſos diſputare tentat. Et argumentatione utitur huiuſmodi, ſumit ſi omne uiſum uerum ſit, conſequens eſſe, ut omnia entia ſint ad aliquid & coniunctum conuerti. Si enim per iſtos ſit uerum hoc, ſi omne uiſum eſt uerum, omnia entia ſunt ad aliquid, reliquum coniunctum erit uerum, cui hoc con-

uertitur. hoc autem oſtendit etiam paulo ante, cum diceret, fore, ut omnia entia e medio tollantur per eos, qui omne uiſum uerum eſſe aiunt, ſi ſenſus fuerit ſublatus. quod enim uidetur, alicui uidetur, & eſt ad aliquid. Qui ergo dicit, omne uiſum eſſe uerum, & hoc tantum uerum eſſe ſtatuit, præter uiſum nihil aliud eſſe putans, hic omnia entia facit ad aliquid. In hoc enim quod uideantur, cunctis entibus efficitur eſſe, hoc autē eſt ad aliquid: quod enim uidetur, alicui uidetur. Eſtq̄ illud: (omne quod uidetur eſt uerum) par huic: (ſolum eſt uerum.) Ita qui omnia uiſa dicit eſſe uera, is cuncta entia ſtatuit eſſe ad aliquid. quia enim qui omnia uiſa eſſe uera dicit, is ſolum uiſum uerum eſſe ait, quod autē non eſt uerum, id ne ens quidem eſt, efficitur, ut ſola uiſa ſint entia. Si ergo huius: (omne uiſum eſſe uerum) conſequens eſt, omnia entia eſſe ad aliquid, profecto niſi omnia fuerint ad aliquid, ne fuerit quidem omne uiſum uerum: oppoſitum nanque antecedentis conuertitur, & conſequens eſt oppoſiti conſequentis. Sed quia cum dixiſſet & per confirmationem ſumpſiſſet illud copulatum. niſi omnia entia ſint ad aliquid, ne omne quidem uiſum eſſe uerum, ſequi ſumpſit, omnia entia eſſe aliquid, hoc confirmat, & ſic ſe habere docet: ſimulq̄ pertinatium poſitionem determinans, corrigensque addit ea, quæ hos dicere oportet, ne facile conuincantur. Neque enim ſimpliciter inquit, hi dicere debent, omne uiſum eſſe uerū. Neq̄ enim q̄d cuicūq̄ uidetur, id cuiuis uerum eſſe dicere uolūt. Sic enim nihilo magis omnia uera fuerint, q̄ falſa. propterea quod omnes putant, eos decipi, qui ſibi contraria opinantur, ſed oportet ut illi: (omne uiſum eſt uerū) adiciant hoc: (ei cui uidetur, & quando uidetur, & quatenus, & quomodo.) his enim prætermiſsis, ſermo eorum facilis eſt ad redarguendum. Nam ſi omne uiſum ſimpliciter ſit uerum, & non ei cui uidetur, eadem erunt uera, & falſa ſimpliciter. Sententia enim qua propria tollitur opinio & falſa eſſe dicitur, nihilo minus q̄ ipſa ſimpliciter erit uera. Nam quælibet opinio per ſibi oppoſitam tollitur, ſi hæc uera ſit perinde, atq̄ illa: ut certe eſt, quemadmodum dixi, putantibus omnibus, falli cæteros, qui oppoſita ipſis exiſtimant. Itaq̄ dicentes omne uiſum eſſe uerū, dicere item debent omne uiſum perinde ſimul eſſe falſum. Addēdum eſt igitur: (cui uidetur) & nō ſimpliciter dicendū omne uiſum eſſe uerum. Sed ne hoc quidem adiicere ſatis eſt, ne illorum oratio a ſe ipſa labefactetur. Niſi enim addatur: (quando uidetur) ſed ſimpliciter dicatur, quod uidetur uerum eſſe ei, cui uidetur, cum eadem res eidem homini nunc talis, alias diuerſa eſſe uideatur, fiet, ut eidem oppoſita uera ſint: eiuſdem enim eſt utrunq̄ uiſum. Adiectio igitur illa: (quando uidetur) deſideratur. Neq̄ enim iam, quæ prius uidebantur eidem uera fuerint, cum ipſi amplius non talia eſſe uidentur: quoniam quæ prius uera eſſe opinabantur, de iis poſtea, quaſi tunc decepti fuerint exiſtimant, & ſic rurſus eadem non magis uera efficiuntur, q̄ falſa. Sed parum eſt (quando uidetur) adieciſſe, niſi etiam addatur (ſecundum eūdem ſenſum) Nam eidem in eodem tempore de eodem diuerſum ac oppoſitum, uiſum effici poteſt, ſi bilis per uiſum dulcis eſſe uideatur, eadem per guſtatum amara. Sic enim rurſus eidem eadem uera ſimul & falſa uidentur. quod incommodum ſequetur, niſi (per eundem ſenſum) addatur. Nam uiſum ſecundum utrunque ſenſum uerum eſſet: quod ſignificauit, cum dixit: (quo uidetur) non tamen ſimpliciter uerum & falſum. Sed quia fieri poteſt, ut quidquam idem diuerſum ſimul, ac diſsimile ſecundum eundem ſenſum uideatur, exempli gratia, ut ſecundum uiſum idem album uideatur, & non album: ſi forte aſpiciens oculo altero ægroret, altero recte ualeat, idcirco additio illa: (& ut uidetur) deſideratur, ut potequa dempta idem aliquando uerum ſimul & falſum eidem uideri queat, quod enim recte ualenti ſenſui uerum, idem ægrotanti falſum eſſe uidetur: quo fit, ut addendum

sit: (ut uidetur) quod significat secundum eandem partem. Ita nisi his adiunctis disputandi negotium isti inceperint, qui sibi conuinci sermone non posse uidentur, facile redarguentur, & pugnantia cogentur dicere. Nam idem eidem simul esset uerum & falsum: ens atque non ens, unum & multa, quod est absurdum dictu, nisi hæc omnia adiiciantur. Neque enim simul eidem uera sunt, quæ inter se discrepantia discrepantibus ac diuersis uidentur: uel eidem, sed alio tempore, uel si eodem, non tamen secundum idem. Esse autem horum adiectionem necessariam, ne facile isti redarguantur & pugnantia cogantur dicere, qui statuentes omne uisum esse uerum, simul concederent, unum quodque uisum non magis uerum esse, q̃ falsum, tollitur eorum positio ipse per ea, quæ adiungit demonstrat, quæ quidem ipsum (ut uidetur) significant. Quanq̃ (quo) & (ut) in eodem intellectu accipi possunt: ac ut idem significantia. At horum appositio, & his adhibita diligentia declarat, q̃ impudẽs sit istorum sententia, quæ non reputat incommodum idem eidem eodem tempore, & dulce & amarum uere esse dicere: propterea quod alii sensui amarum, alii dulce uidetur. Item album & fuscum, si alter oculorum recte ualeat, alter ægrotet, erunt enim ipsis dissimilia, quæ diligentia docet, quomodo simul omnia entia ad aliquid efficiantur.

Nam ad eos qui propter causas olim dictas, id quod uidetur inquiunt esse uerum, atq; ob idipsum omnia similiter uera falsaq; esse dicunt, facilis est obiectio, fieri nanq; potest, ut neq; omnibus eadem, neq; sibi semper eadem, sed semper contraria eodem in tempore uideantur, nam idem tactu quidem cum digitus super digito ponitur duo uisu, aut unum esse uidetur, at non eodem sensu, atque per idem, & eodem modo, temporeq; eodem. Quare hoc erit uerum, sed fortasse propter hoc necesse est hisce dicere, qui non ob dubitationem, sed disputationis gratia, dicunt non esse hoc uerum, sed huic uerũ. Atq; ut antea dictum est, necesse est ad aliquid omnia facere, & ad opinionem, & sensum. Quare neque fuit quicq̃, neque etiam erit si nullus antea fuit opinatus. Quod si fuit uel erit, patet non omnia ad opinionem referri.

(Nam ad eos qui propter causas olim dictas, id quod uidetur inquiunt esse uerum, atque ob id ipsum omnia similiter uera falsaq; esse dicunt.) subaudi facilis est occursus. Nam hoc in dictione desideratur. De iis loquitur qui ambigentes in hunc errorem delapsi sunt, quos modestiores esse, & admonitione tantum & doctrina, non etiam redargutione indigere dixerat. Sensus igitur erit: Nam iis, qui causis supra commemoratis omne uisum uerũ esse aiunt, facile occurri potest. Ex dictis nanque ipsorum efficitur, ut omnia pariter uera sint, atque falsa: cuius eam causam subiungit: (quia non omnibus eadem uidentur) quamobrem qui omne uisum uerum esse constituebant, iis addendum esse censebat (cui uidetur.) Sed neq; eidem eadem semper de eodem, quare rursus addendum esse & qñ, & quomodo, & ut uidetur. Sed ut ostenderet quomodo aliqua eodem tempore opposita esse uideãtur, adiungit: (Nam idem tactu duo esse uidetur) Ex eo enim quod non eadem cunctis uidentur, nec eisdem semper eadem, nec eorum, quæ similiter uidentur hęc magis uera, illa falsa magis esse putantur, sequitur omnia pariter uisa uera esse, atque falsa: cum eadem talia & non talia uideãtur. Cum igitur dixisset demonstrasseteq;, qui simpliciter omne uisum uerum esse aiunt, iis dicere consentaneum esse, omnia pariter uera falsaq; esse, causam eius reddidit, neq; enim inquit eadem cunctis uidentur, sed quæ his uera, eadem illis falsa esse uidentur, neq; eidem semper eadem, sed plerunq; etiam in eodem tempore contraria, quod argumento tactus uisusq; declarat. Nam quod uisus unum esse imaginatur, hoc tactui uidetur esse multa per diuersos digitos alteri alterum impositos: quotquot enim digiti rem ad hunc modũ impositi contigerint, tot res esse uidetur id, quod attingitur: quod tamen uisui unum esse existimatur. Atque adeo corpus unum continuum particulari digitorum impositione multa esse uideri potest. Si corpus partim molle sit, partim durum & densum: & partim asperum, partim lene, & a quopiã non intuenti, qui digitos huc atque illuc transferat contingatur, quanq̃ digitorum impositionem, ipsorum complexum intelligere possumus. Digiti enim cohærentes inter se uisui unus esse uidentur, iidem per mutuum contactum plures esse deprehenduntur, quod ipsum uel apertius gustatus & uisus exemplo confirmare licet: si quod enim uisui coloris ratione mel esse uidetur, id gustatui bilis esse comprobetur. propterea q̃ talem habeat saporem, ut ipse commemorauit, quibus incommodis explicatis determinationes adiungit, de quibus paulo ante mentionem fecit: quas apponendas esse ait sententiæ eorum, qui omne uisum uerum esse tradunt, si uelint sermonis redargutionem effugere, quippe quibus adiectis prædicta incõmoda caueantur, hoc enim innuit, cum ait: (At non eodem sensu, atque per idem & eodem modo temporeq; eodem) Si enim uisum cum his determinationibus uerum esse dicatur, haud amplius consequens erit, omne uisum uerum esse pariter atq; falsum. Nam iis quę diximus adiunctis omne uisum uerum esse demonstrari poterit. Hæc effatus addit: (Sed fortasse propter hoc necesse est hisce dicere, qui non ob dubitationem.) Est autẽ sensus, quos inquisitio ueri in hanc deduxit sententiam, his incõmoda consequi probare in promptu est, quibus ualeant ab opinione desistere, cæteris autem qui pertinaciter repugnant, iis ob hoc necessarium est, ut suis dictis determinationes, quas diximus adiiciant. Si uelint redargutionem euadere: idcirco enim sententiam tuentur, non quod ita sibi persuaserint, nemini enim hoc persuasum esse potest. Ergo qui talia dicunt, iis ut supra diximus consentaneum est, ut non simpliciter dicant, omne uisum esse uerum, sed huic, ideſt cuique suum. Sic autem dicentibus illis quoque conuenit, uti supra dictum est, ut omnia faciant ad aliquid. Hoc enim sequitur: si quis rerum substantiam ad sententiam opinantis, sentientisque sensum referat, & uisum cuiq; uerum esse dicat. At si omnium rerum substantia est ad aliquid ipsarumq; existentia opiniones imaginationes & sensus assectatur, profecto nihil erit cuipiam, quod esse aliquis non opinatur, nec quidquam fuerit, de quo præexistimauerit nemo. Nam qui esse in uidendo & opinando ponunt, ii fieri quoque statuunt in opinando. At si fieri, certe & factum esse, ita non opinanti effici quidq̃, nihil efficitur. Ad summam nihil efficietur, ut non idem existimetur fieri: & hactenus res quæq; fuerit, quatenus existimabitur. quippe cum opinio & imaginatio efficiant ea, quæ uidentur & existimentur, cum prius non essent. huc cum istos coegit & eisdem necesse esse docuit, ut omnia ad aliquid esse dicerent, hoc mouere nititur, & rationis assumprionem confirmare. Dum non omnia entia ad aliquid esse demonstrat, dicens: si quid factum est, & erit nulla opinione antecedente, non omnia sunt ad aliquid: neq; uisum cuiq; uerũ est, quo cum orationem deduxisset, cætera conticuit, propterea quod in promptu est demonstrare, res non idcirco uel fieri uel factas esse, quod aliquis de ipsis præexistima uerit: constat enim pleraq; insperato præterq; opinionem fieri. Nam quid dictu absurdius esse potest, q̃ neq; bellũ neq; alluuionẽ, nec denique terræ motum fore, nisi quispiã hæc futura esse prius existimasset, alioquin oporteret hæc iis solis fieri, qui hæc futura

præcepiſſent,eadem non fieri iis,qui non futura eſſe putaſſent. At non ita ſeſe res habet,nec bellum iis tantum fit,qui fore ipſum fuerant opinati, nec refert quis id opinatus fuerit,ipſe ne,an alius quiſpiam:quod ſi aliqua etiam nemine opinante fiunt, non igitur entia oīa ad aliquid efficiuntur , quod ſi non omnia ſunt ad aliquid,conſequens eſt, ut ne omne quidem uiſum ſit uerum . Eſſe autem entium non eſſe in eo poſitum, quod uideantur,in promptu eſt intelligere:uel ex hoc,quia quæ ſunt ad aliquid,ſimul ſunt natura,ſubſtantia tamen , & exiſtentia rerum exiſtimatarum non aboletur ſimul cum exiſtimante .

Præterea,ſi unum ad unum,aut ad definitum refertur, & ſi idem eſt & dimidium & æquale,ſed non æquale ad duplum, neq; dimidium ad æquale,refertur,ſi idē ſit homo,atq; id quo de habetur opinio, id quod opinatō erit homo,ſed id quo de habetur opinio.Quod ſi unumquodq; erit ad id quod opinatur,id ſane quod opinatur ſpecie fuerit infinita.Eſſe igitur hanc opinionem firmiſsimam omnium,non eſſe inquam ueras enunciationes oppoſitas,& quid hiſce accidit qui ita dicunt, & cur ita dicunt,ſatis a nobis eſt dictum.

(Prærerea ſi unum ad unum, aut ad definitum refertur, & ſi idem eſt & dimidium & æquale,ſed non æquale ad duplum.)Demonſtrato, qui omne uiſum uerū eſſe aiunt, hos omnia efficere ad aliquid,diſputans de iis,quæ ad aliquid dicūtur, incommodum quiddā docet ex opinione ſequi.Sed accipit prius ſtatuitq; quomodo dicimus,& quomodo ſunt,quæ ad aliquid dicuntur,niſi enim ad hūc modum ſeſe res omnes habuerint,in promptu erit demōſtrare non omnia ad aliquid eſſe. Eoꝝ igitur,quæ ad aliqd dicuntur unumquodq; dicitur ad unum , uel ſi idem ad plura, ad ſingula tamen non incerta,ſed definita dicetur. Si quid enim complures habitudines obtineat & ob id ad plura dicatur , id certe ſecundum ſingulas habitudines ad quiddam uel ſpecie uel genere determinatum dicitur. Ergo ſi idem æquale ſit, & duplum,& dimidiū, dicetur id quidem ad plura , ad æquale ſcilicet, ad dimidium, & ad duplum, ſigilatim tamen ad determinatum. Etenim æquale ad nihil aliud dicitur , q̄ ad æquale : neque duplum ad aliud q̄ ad dimidium,neq; dimidium ad aliud q̄ ad duplum.Sed neq; uiſibile ad aliud, niſi ad uiſum. Ita licet idem ad plura referatur, per ſingula tamē ſemper ad quidpiam definitum refertur. Sed ubi dixit relatiuum ad unum dici, uel ſi ad plura,certe per ſingulas habitudines ad aliquid definitum referri, anteq̄ incommodum inferat,quod ex eo ſequitur,qđ unū quodq; per ſingulas habitudines ad unum refertur , aliud abſurdum,quod eandem cōſequitur opinionem demōſtrat. Nā cum exiſtimatum,& exiſtimans alterum dicatur ad alterum,ſi eſſe cuiq; rei in eo poſitū eſt, quod exiſtimetur,& exiſtimare diuerſum eſt atq; oppoſitū exiſtimari, nimirꝝ exiſtimans non erit homo,ſi homo & hominis eſſe eſt exiſtimatum , cum eſſe habeat in exiſtimando , exiſtimans enim diuerſum eſt ab exiſtimato . Qui enim cuncta ad aliquid eſſe negant,& quandam ſubiectam ſubſtantiam relinquunt, cui ad aliquid referri accidat , iis in promptu eſt huiuſmodi argumentationem ſoluere. Dicerent enim exiſtimans quatenus exiſtimat , diuerſum eſſe ab exiſtimato , quatenus exiſtimatur . Nam exiſtimare diuerſum eſt ab exiſtimari , quidquid autem eſt unum quodq; eorum quæ exiſtimant, & eorum quæ exiſtimantur , cui accidit , uel exiſtimare uel exiſtimari , hoc nihil prohibet hæc eadem eſſe . Neque enim homo quatenus homo ad aliquid dicitur , ſed qua eſt exiſtimans & exiſtimatum , ita nihil prohibet quempiam ſeipſum exiſtimare : nam eidem qui ſubſtantia homo eſt, multa ſimul accidunt . Fieri ergo poteſt, ut alia ratione exiſtimans, alia ſit exiſtimatum . at ſubiecto , quidquid hæc accidentia ſortitur,idem eſt,qui autem ad aliquid omnia eſſe cōminiſcuntur,iis talia reſpondere non eſt integrum .per quos nulla ſubſtantia eſt , cui exiſtimari , quod eſt ad aliquid accidat. Sed cuiuſq; rei eſſe in eo poſitum eſt , quod exiſtimetur. Si ergo tunc demum eſt homo, cum exiſtimatur, & idem eſt ipſi hominem eſſe & exiſtimatum eſſe,homo enim idcirco eſt, quia eſſe exiſtimatur,in cogitari eſt ei eſſe & cogitatum eſſe , profecto,ut exiſtimari diuerſum eſt ab exiſtimare & fieri non poteſt,ut exiſtimet,quatenus exiſtimatur, ſic quod exiſtimatur, aliud eſt ab exiſtimante , quoniam hoc eſt exiſtimari, quod eſſe , homo igitur diuerſum erit ab exiſtimante , cum id quod exiſtimatur, homo ſit,idq; non ex accidenti,qm̄ hominem eſſe, a cogitatum eſſe non eſt diuerſum qua igitur hoc ipſi eſt eſſe aliqd,hac cogitās ab ipſo diuerſum eſt : per quod igitur ipſi ſuppetit aliquid eſſe , hoc ſecundum hoc eſt ab ipſo diuerſum , exiſtimans igitur hominem tunc non erit homo. Neq; enim ut in æquali eadem eſt in utroq; relatiuorum ratio, quatenus æqualia ſunt , ſic item in opinante , & in eo de quo habetur opinio, quoniam exiſtimans, & exiſtimatum non ſic dicuntur ad aliquid,alioquin omne exiſtimans hoc eſſet quod exiſtimatum. quemadmodum æquale æquali eſt æquale,& ſimile ſimili ſimile . Exiſtimare igitur & exiſtimari non ſunt ex eis relatiuis, quæ per æqualitatem referuntur : ex iis quæ ſecundum iudicans & iudicatum : cuiuſmodi ſunt ſcientia & ſenſus,in quibus omnibus iudicantia diuerſa ſunt a iudicatis. Alterum enim ab altero diuerſum eſt, quatenus eſt tale & diuerſæ ipſorum rationes ſunt. Quamobrem in æqualibus ſi unum eſt æquale , alterum quoque æquale eſt , & eandem obtinet rationem : at non ſic in ſenſu & ſenſibili ſeſe res habet , non magis q̄ in duplo. Neq; enim ſi unum relatiuorum eſt duplum,alterum quoque duplum eſt. Sed potius dimidium, nec eadem eſt dupli atq; dimidii ratio. Sic igitur in opinante:ſi alterum eſt opinans ſeu exiſtimans ,alterum nō exiſtimans erit,ſed exiſtimatum atq; ab illo ratione diuerſum.Si ergo exiſtimatum habet hominis rationem, quatenus exiſtimatur , nimirum exiſtimans quod non habet rationem hominis , non erit homo. Quanq̄ hæc argumentatio poteſt ad id applicari,quod relatiua unum ad unum ac determinatum referuntur . Si enim relatiuum quodq; ad unum dicitur , exiſtimare ad unum exiſtimari referetur.quare ſi cuiq; rei hoc eſt eſſe, quod exiſtimari, exiſtimans ut ad exiſtimatum dicitur, ſic dicetur ad id quod eſt exiſtimatum:nam idem eſt ei eſſe & exiſtimatum eſſe:exiſtimatum autem idem eſt atq; exiſtimari,ac uiciſsim exiſtimās & exiſtimare. Sic enim unum erit ad unum:quod ſi uerum eſt,quemadmodum exiſtimare,diuerſum eſt ab exiſtimari,ſic uiciſsim exiſtimans ab exiſtimato:quare ſi homo eſt exiſtimatum , homo non fuerit exiſtimans: & ſic ab exiſtimato quolibet diuerſum erit exiſtimās,ab homine cum hominem exiſtimat,a cane cum canem,quod ſi unum quodq; ad exiſtimans refertur,utiq; ad infinita ſpecie exiſtimās referet,at poſitū erat relatiua ſingula ad unū referri,eoꝝ poſitio,ipſe p ea, quæ adiūgit demōſtrat , q̄q̄dē ipſm (ut dī)aut ſi unū ad plura, certe ad determinata,quod quidē tollūt , qui oīa ad aliquid eſſe tradunt.Exiſtimans enim quod unum eſt & idem ad infinita dicetur:niſi aliqua ſit ſubiecta natura, cui accidat exiſtimari: quæ ſubſtantia & ſpecie differat, alia eſt enim ſpecies equi,alia canis,alia cęterorꝝ opinabilium cuiusq;,habeat tamen unum idemq; accidens,quod opinabilis ſit,ac de ipſa haberi poſsit opinio.Singulis tamen eſſe, hoc eſt quod exiſtimari,& in hoc ipſorum & generatio & ſubſtantia conſiſtit:neq; alia eſt equi qdras,q̄ exiſtimari,quia in hoc poſitum eſt ipſius eſſe.Eādem cæterarum omniū rerum rationem intelligere licet.Neq; enim refert canem dicas,an opinabile , res autem infinita ſpecie ſunt,opinabilia igitur, & exiſtimata infinita ſpecie fuerint , quate-

1x

nus ſunt opinabilia, quo fit, ut opinans ad infinita ſpecie referatur: ſi opinata ad opinantia referuntur, cum infinita ſpecie ſint, quæ ab uno eodemq; exiſtimantur: quorum eſſe in eo poſitum eſt, quod exiſtimantur. At hoc incommodum eſt, & dictu per abſurdum. Ad refellendum autem illud omnia eſſe aliquid, firma ratio eſt illa, quæ docet multa fieri nemine, uel eſſe uel fore præopinato. Et rurſus alia quæ ait: quæcunque aliquis opinatur eſſe aut fore &c. Multa enim eorum quæ fiunt, fiunt non cogitata, quæ inopinata dicuntur: ut inuentio theſauri, multa rurſus cogitata non fiunt, ut in bellis & certaminibus uincere & uinci & alia prope modum infinita. Illa item quæ ait: ſi cuiuſque rei eſſe in exiſtimando conſiſtit, ſublato exiſtimante nihil omnino erit. Ac proinde ſi perierit animal nihil fuerit aliud, ſed pereunte qui exiſtimat ſimul rerum exiſtimatarum eſentia peribit: ut ſupra diximus: quinetiam uiuente, ſed non exiſtimante, nihil erit reliquum. Atque adeo idem ipſe qui exiſtimat, cum exiſtimat non erit ens, niſi ab alio exiſtimetur: ita fiet, ut quiſquam nullus ſit, & ſimul exiſtimet. Præterea ſi opinio mutetur, res quoque de quibus habetur mutabuntur, niſi ſi quis ſeipſum exiſtimet, ut exiſtimantem. Ad hæc ſi quempiam hic eſſe opinetur, ille non eſſe, ſimul erit, & non erit: idemq; multa fuerit, ſi ab his multa eſſe fuerit exiſtimatus. Et ſiquidem numero in diuerſis locis eſſe opinentur, idem ſimul erit in diuerſis locis: denique idem res oppoſitæ fuerit: ut ſi quod quieſcere quidam putat, hoc alius moueri opinetur, & alia innumera incommoda ex hac opinione ſequi reperias. (Eſſe igitur hanc opinionem firmiſsimã omniũ, non eſſe inquam ſimul ueras enunciationes oppoſitas) hoc eſt quod ſibi demõſtrandum propoſuerat, ſentẽtiam illam, contradictiones non eſſe ſimul ueras, notiſsimam & manifeſtiſsimam eſſe, quod multis rationibus concluſit, & incommoda inde conſequentia declarauit: & qua ratione ducti qui ſic & putabant & ſtatuebant, uenerint in hanc ſentẽtiam, ſcilicet, quoniam ex eodem oppoſita fieri cernebant, & quoniam quæ eadẽ eſſe patantur non omnibus eadem eſſe uidentur.

Cum autem fieri nequeat, ut contradictoria ſimul de eodem ſint uera, perſpicuum eſt neque fieri poſſe, quo contraria ſimul eidem inſint. Eſt enim alterum contrariorum non minus priuatio, ſubſtantiæ uero, priuatio, negatio eſt ab aliquo genere definito. Si igitur impoſsibile eſt uere ſimul affirmare, atque negare, fieri quoque non poteſt, ut contraria ſimul inſint, niſi aut aliqua ex parte ambo, aut alterum quidẽ aliqua ex parte, alterum uero ſimpliciter inſint.

lxi (Cum autem fieri nequeat, ut contradictoria de eodem ſimul ſint uera.) Poſtquam ſententiam illam non poſſe contradictionem ſimul eſſe ueram, manifeſtiſsimam eſſe docuit, hinc ſequi ait: ut ne contraria quidem eidem adeſſe queant: & quomodo ſe habeant docet. (Eſt enim alterum contrariorum non minus priuatio.) ideſt oppoſitorum alterum non minus eſt priuatio, q̃ oppoſitio. Vtitur autem hac argumentatione potiſsimum in libris de ortu & interitu. Vel (non minus priuatio) dixit ſignificans, contrariorum alterum altero, nihilominus eſſe priuationem. Illic enim dixit, quod in contrariorũ ordine deterius ſit, id eſſe priuationem: cum præſtantius proprie ſpecies, ſeu forma eſſe intelligatur: ut nigrum priuatio eſt albi, turpe honeſti, dulce amari: utrunq; tamen alterius priuationem eſſe: & quidem oppoſita a priuationibus proprie intellectis hoc differũt inquit, quod in his alterum tantũ eſt alterius priuatio, in oppoſitis aũt utrunq; alterius. Sed poſſq̃ aſſumpſit cõtrariorũ alterũ alterius eſſe priuationẽ addit: (Subſtãtiæ uero priuatio) ideſt, priuatio alicuius ac determinati entis, quod exponens adiunxit: (priuatio autem negatio eſt de aliquo genere definito.) Sic enim dicta ſuperioribus coniunguntur, diſcrimen autem quo negatio priuatiua a ſimplici negatione diſcrepat declarauit, addẽs: (ab aliquo determinato genere) quod ipſum ſignificauit, dicens: (ſubſtantiæ uero priuatio.) Aut certe: (ſubſtantiæ uero priuatio,) æquialet huic, Priuatio uero, priuatio eſt ſubſtantiæ & alicuius entis, priuatum enim ens quiddam eſt, quod aliquo priuatum fuit, neq; negationem æmulatur, quæ de aptis deq; ineptis illud recipere uere dicitur. hæc enim negatio non uidet, nõ ſolum de cæco uere dicitur, ſed etiam de pariete, qui minime uiſus eſt capax, quia negatio de incertis dicitur, cæcitas non item, ſed de iis tantum, quæ uiſu priuata ſunt. Similis eſt ratio contrarii, ſiquidem natura eadem capax eſt contrariorum. Nam hoc inquit, priuatio diſcrepat a negatione, quod negatio dicitur de iis, quæ ſunt, & de iis, quæ nõ ſunt. priuatio uero de quadam ſubiecta natura, quæ quidẽ ferme & habitus eſt capax. Simulq; explicat quid ſit, & quid ualeat priuatio dicens eſſe negationẽ de aliquo definito, quod iam ſupra de priuatione dixerat. Si ergo contrariorum alterum alterius eſt priuatio, eſtq; priuatio negatio quædam, nulla autem negatio cum affirmatione oppoſita uera eſſe reperitur, utiq; oppoſita ſimul conſiſtere nequibunt, quæ ratio ad hũc modum explicari poteſt: unum contrarium alterius contrarii priuatio eſt, priuatio autem negatio eſt, eius cuius eſt priuatio, alterum igitur contrariorum negatio eſt eius, cuius eſt contrarium. Porro ſi negatio nequit ſimul eſſe uera cum affirmatione, ne cõtraria quidem ſimul eſſe poſſunt, quod ſi contraria nequeunt de eodem ſimul uere prędicari, addãtur autem cæteræ determinationes, quæ in oppoſitis ſupponuntur, nec poterunt certe ſimul conſiſtere. Poſſunt tamen ambo contraria ex parte ſimul conſiſtere, uel alterũ ex parte, alterum ſimpliciter. Ambo ex parte ſi quid oppoſita diuerſis partibus obtineat. Alterum uero ex parte, alterum ſimpliciter, ut iactura merciũ in mare, de qua eſt apud Ariſtotelem in Ethicis, quæ ſimpliciter & per ſe conſiderata eſt inuoluntaria, tunc autem cum merces iactantur uoluntaria. Et Aethiopem quẽ ſimpliciter & in uniuerſum nigrum eſſe conſpicimus, ex parte tamen, hoc eſt dentibus album eſſe notamus, & illud ego falſum dico, cum ſimpliciter falſum ſit, ex parte tamen eſt uerum, ut alio in loco demonſtratur.

At uero neq; fit ut inter cõtradictoria quicq̃ cadat, ſed aut affirmetur unũ de uno quoduis, aut negetur neceſſe eſt. Patebit autem id ita eſſe, ſi primo quidnam ſit uerum, & quid falſum diffinierimus. Nam dicere quidem id quod eſt non eſſe, aut id quod non eſt eſſe, eſt falſum, dicere uero id quod eſt eſſe, & id quod non eſt non eſſe, eſt uerum. Quare & qui dicit illud medium eſſe, aut nõ eſſe, uerum aut falſum dicet, ſed neq; id quod eſt, neq; id quod non eſt, eſſe aut non eſſe dicit.

lxii (At uero neq; fit, ut inter contradictoria quidq̃ cadat.) Poſtq̃ docuit fieri non poſſe, ut contraria ſimul conſiſtant, deinde multis rationibus probat, nullum eſſe medium contradictionis, quo ſimul confirmatur, neq; contradictionem ſimul eſſe falſam, quo fit, ut contradictio in re quaq; uerum a falſo diſcernat. Nam ſi neq; ſimul eſſe uera poteſt, ut demonſtratum eſt, neq; ſimul falſa, hoc enim appellari poteſt mediũ contradictionis, reliquum eſt, ut in omni re altera pars contradictionis uera ſit, altera falſa, demonſtratur igitur nullum eſſe medium contradictionis. Sed oportet unam ſumere contradictionem, quod ita demum fiet, ſi unum de uno affirmabitur negabiturq;, alioquin nõ erit eadem contradictio, ſed complures affirmationes negationesq;. Sed de his latius in libro de enunciatione, & in libro de affirmatione diſputatum eſt. Quamobrem ipſe

addidit:(unum de uno)sed ad demonstrandum nullum esse medium cõtradictionis, tali primum utitur argumentatione. Definit quid sit uerum, & quid falsum,& assumit uerũ esse,dicere id esse quod est,& quod non est non esse,falsum autẽ dicere,quod est nõ esse,aut quod non est esse.ex quibus aliæ sunt affirmationes,aliæ negationes.Qui ergo medium hoc dicit esse aut non esse,si omnino aliquid est , per hæc enim uerba: (quare & qui dicit,hoc esse aut nõ esse)de medio loquutus est,haud dubie uerum dicet,aut mẽtietur,quicunq; enim de aliquo uerba faciens illud esse aut nõ esse ait, uerũ dicit,uel mentitur. hoc autem in hoc impossibile est, qui enim quod est,uel quod nõ est,uel esse uel non esse dicunt,ii uera dicũt,ideſt,qui affirmationem,aut negationem dicunt. at non est horum alterum medium contradictionis,quod dicit huiusmodi est, ii uero dicunt & mentiuntur,qui ens & non ens esse uel non esse dicunt,ut definitum est,qui autem medium contradictionis esse uel non esse dicit, is neq; ens esse uel non esse dicit,neq; non ens. propterea quod medium entis & non entis,neq; ens sit,neque non ens.quamobrem neq; uerum dicet,neq; falsum,qui de ipso esse uel non esse prædicabit.Similis est ratio,si quis neq; esse,neq; nõ esse,sed aliud quidpiam de ipso prædicauerit. Nam qui de ipso aliud prædicabit neq; uerum dicet,neq; falsum,cum oporteat,ut ipsum sit,aut non sit,ut is uerũ dicat,aut falsum,qui aliquid de eo prædicauerit, at entis & non entis contradictionisq; mediũ neq; est ens,neq; nõ ens.

Præterea medium contradictionis , aut ut est fuscum inter nigrum & album erit,aut ut id quod neutrum est inter hominẽ atq; equum ,Si igitur hoc pacto medium esse dicatur, non erit in illud sane mutatio,ex non bono enim in bonum,aut ex hoc in bonum fieri mutatio solet, nunc autem fieri semper uidetur,non est enim mutatio nisi ad oppositа mediaq;.Sin uero sit mediũ altero modo, erit aliqua sane in albũ mutatio generatione ex non albo,nunc uero non cernitur.

(Præterea medium contradictionis,aut est ut fuscum inter nigrum & album.) Argu lxiii
mentatio est huiusmodi,qui medium aliquod contradictionis haberi dicit, is uel medium quiddam esse ait,ut fuscum,aliusue medius color,medium est inter album & nigrum,quæ contraria sunt . denique ut medium eorum quæ inter se opponuntur, uel quemadmodum medium quorumlibet id esse dici solet, quod neutrum eorum est,ut si quis inter equum & hominem medium esse dicat,neq; hominem esse,neq; equum. At si quis ita medium cõtradictionis haberi dicat,ut quorumcunq; medium appellari solet,quod neutrum est,profecto non erit medium,quod proprie intelligatur. neque enim ex huiusmodi medio trãsitus ad extrema fieri potest, at ex mediis semper fit mutatio in ea,quorum media sunt,quorum autem huiusmodi medium esset,ea nõ essent oppositа inter sese,nec alterum in alterum mutaretur,si quælibet esse dicatur,neq; enĩ quodlibet mutatur in quodlibet.Per contradictionem autem mutationem semper fieri notamus, ex bono enim in non bonum fit mutatio, ac uicissim ex non bono in bonum. cui par ratio cæteris in rebus intelligi debet . Si omnis igitur mutatio est in oppositа aut media , huiusmodi autem medio sumpto mutatio, neque in medium est, neq; a medio,sed neq; eius extrema inter se definiuntur,utq; illa neq; inter se oppositа sunt,neq; contradictionem faciunt,neq; medium est,quod inter ipsa ut medium sumitur. (Ex non bono enim in bonum,aut ex hoc,in non bonum fieri mutatio solet) Si medium inquit cõtradictionis tale sit,quale inter quæcunq; accipi solet,cum id medium esse dicimus, quod neutrum ipsorum est,non fiet in ipsa mutatio, neq; ab affirmatione,neq; a negatione, boni enim mutatio in non bonũ efficitur, non boni, cum

secũdum

secundũ hoc mutatur in bonum. At quorum aliquod habetur medium,In iis semper extrema & oppositа in medium transire notamus . Superest igitur,ut contradictionis medium si quod est,sit quasi contrariorum medium, ut fuscum inter album & nigrũ. quod proprie medium est. quamobrem sic dixit:(Sed si est medium.)ideſt,si proprie est ipsorum medium , & ad hunc modum sese habet contradictio, ut contraria sit, & medium habeat,quod significatur per illud: (& ita contradictio) nam (sese habet) in dictione desideratur,nisi uelis ad hunc modum exponere: (& ita contradictio) ideſt, & hoc est esse contradictionis,eueniet inquit,ut generatio mutatioq; in album fiat ex minime non albo,sed non ex albo. Idq; quoniam mutatio in extrema per medium efficitur,quod igitur ex medio albi & non albi mutatur in album,id ex minime non albo in album mutatur : & sic album fiet ex eo quod non est non album. Vera est enim de medio utriusq; extremi negatio.Nam fuscum neq; album est,neq; nigrum.Si ergo albi & non albi medium aliquod habetur, nimirum id uere dicetur minime nõ albũ, quoniam non album negatio esset,& oppositum. Ita si ex hoc in album efficitur mutatio , ex minime non albo fiet,ex huiusmodi enim mediis in extrema mutatio fit. At minime non album album est , nihil autem in id mutatur, quod est.Mutatio enim in album ex non albo fit , non ex minime non albo,non igitur contradictionis medium aliquod esse potest .

Præterea omne quod sub mentem cadit,ac intellectum , mens aut negat aut affirmat,hoc autem ex diffitione patet,quando uerũ uel falsum dicit. Cum enim hoc quidem pacto componit negãs aut affirmans, uerũ dicit, cum autem hoc pacto , falsum .

b iiii

(Præterea omne quod sub mẽtem cadit,ac intellectum mens,aut negat aut affirmat) ut totum intellectum complectamur,argumentatio ad hunc modum sese habet.Si de quocunq; ente siue sub intellectũ cadat,siue sub mẽtem ,mens quidq̃ statuit uerum dicit,aut falsum affirmans de ipso aut negans, nam in affirmando & negãdo uerum uel falsum dicere consistit , ut ueri ac falsi definitionibus est demonstratum , profecto de quo mens statuere siue enunciare non potest, & affirmando aut negando uerum dicere aut falsum,id minime in rebus est:de eo autem quod contradictionis medium esse dicitur,mens non potest enunciare & affirmando aut negando uerum dicere aut falsum,nullum est igitur medium contradictionis. Ipse tamen pauciſsimis uerbis argumentationem perstrinxit,neq; enim totam conclusionem explicauit , quæ huiusmodi est.Si de omni re quæ sub intellectum,& mentem cadit,mens enuncians per affirmationem aut negationem uerum uel falsum dicit,nullum est contradictionis medium. Sed aũs tantum posuit , & quod dici potest , totius conclusionis præparatio , usus definitione qua paulo ante uerum & falsum definiuit,illorum autem neutrorum: (omne quod sub mentem cadit , aut intellectum mens, aut negat aut affirmat.) Si sus est,de quocunq; mens enunciat,de eo affirmat aut negat. quidquid enim enuncians dicit,uerum dicit, aut falsum affirmando aut negando:ut ex definitione uerum dicendi ac falsum intelligere licet. quod uero ait:(quod sub mentem cadit,ac intellectum)aut pro eodemutru mq; dixit aut certe quod sub mentem cadit pro re agenda dixit,pro eo uero quod mens rationando , uel per indictionem ex pluribus assumit exequitur que. quod uero sub intellectum : pro re quam contemplamur uel simpliciter pro intelligentia . de utrisque enim habetur assensio & affirmatio negatioque cæterum dictio admodum succincta & coacta est . quippe in qua antecedens tantum rationis , ut diximus habetur.

u

Præterea uniuersis in contradictionibus illud esse oportet, nisi sermonis causa dicatur. Quare & neque uerum, neque non uerum quispiam dicet, præter etiam id quod est, & id quod non est, aliquid erit profecto, quare præter generationem etiam, corruptionemue mutatio quædam erit. Præterea in his etiam erit generibus, in quibus negatio contrarium affert, ut in numeris, neque impar numerus, neque non impar, at impossibile est esse, ex diffinitione autem patet.

(Præterea uniuersis in contradictionibus illud esse oportet, nisi sermonis causa dicatur.) lxv Hæc quoque argumentatio perbreuis est. cuius tamen hic est intellectus: Si contradictionis aliquod medium habetur, non cuiuspiam contradictionis de re aliqua medium habebitur, alterius non item. Sed omnis contradictionis medium erit, nisi hoc, quod omnino falsum est, cuipiam libeat disputandi grana pertinaciter asserere. Cum igitur uerum dicere, & non uerum dicere contradictio sit, huius quoque medium habebitur, extremorum autem uera est negatio de medio, erit igitur aliqua propositio media inter propositionem ueram, quæ ait Dion dermbulat, & falsam quæ dicit, Dion non deambulat, quæ neque uera sit neque non uera, quod quidem est absurdum. (Præter etiam id quod est & id quod non est aliquid erit profecto.) Hæc item argumentatio paucis est concluſa. Cuius hic est sensus: Si quod est contradictionis medium, aliquod erit medium inter ens & non ens. De quo diuit paulo ante huiusmodi fore, ut qui ipsum esse uel non esse dixerit, uerum uel falsum dicat, siue affirmet, siue neget, hoc autem fieri non posse. Propterea quod huiusmodi medium neq; ens est, neque non ens, uerum autem & falsum horum affirmationibus & negationibus definiuntur. De hoc igitur medio nunc quoque uerba facit ac fore ait, liquid inter ens & non ens intercedat, ut aliqua mutatio media sit inter generationem & interitum. Si enim generatio est mutatio de non ente in ens, interitus autem de ente in non ens, mutatio in horum medium neque generatio erit, neque interitus, secũdum substantiam tamen. Nam neque in ens erit, neque in non ens, neque ex ente, neq; ex non ente. At generatio & interitus ex his & in hæc efficiuntur. Motus enim loci uel qualitatis uel quãtitatis non est medium inter generationem & interitum. Nam quod aliquorum est medium, id proprie huiusmodi est, ut ex ipso in utrunque oppositum mutatio fieri ualeat, quod in nullo horum efficitur. Illi autem dictioni: (quare præter generationem etiam & corruptionem mutatio quædam erit.) supplendum est: secundum substantiam, quæ media sit inter ortum & interitum. (Præterea inquit in iis erit generibus, in quibus negatio contrarium affert.) Sensus est: Si est aliquod medium contradictionis, in iis quoque generibus, ac subiectis medium erit contradictionis, in quibus negatio nihil aliud q̃ positionem contrarii significat. Negatio autem contrarium ponit, in contrariis, quæ medio carent, cum de hoc prædicatur, quod ipsius est capax. Animal enim non ægrotans, ut recte ualeat necesse est: & non dormiens ut uigilet: quemadmodum numerus non par, ut sit impar oportet. Si ergo in his medium contradictionis habetur, fiet ut aliquod animal sit, quod neque recte ualeat, neq; nõ recte, idest, neq; ægrotet, & aliquis numerus, qui nec par sit, neq; impar, idest, non par, cum de medio uera sit extremorum negatio. At hoc fieri nõ potest, ut ex definitione licet intelligere. Nam quencunq; numerum sumpseris, is par est aut impar. Omnis enim numerus uel par est, uel impar, & numerus est, qui par aut impar est.

Præterea in infinitum fiet abitio, & non solum sexquialtera erũt ea quæ sunt, sed etiam plura. Rursus enim negare illud, & ad affirmationem & negationem licebit, atque istud aliquid erit, substantia enim ipsius alia quædam erit.

lxvi (Præterea in infinitum fiet abitio, & non solum sexquialtera erunt ea, quæ sunt, sed etiam plura.) Huiusmodi est argumentatio: Si quod est medium cõtradictionis, non solum res erunt in proportione sexquialtera, ut uidetur, accedente ad affirmationem & negationem tertio ipso medio, sed in infinitum etiam progredientur. Erunt autem in proportione sexquialtera, quoniam præter id quod de re quaq; ab affirmatione & negatione significatur, medium ipsum est tertium. de quo neque affirmatio habetur, neq; negatio: ut enim si quod medium esset inter recte ualere & ægrotare, non hæc duo recte ualere & ægrotare solum essent, sed cum his etiam tertium medium, tria uero duorum sexquialtera sunt, ut quæ ipsa tota contineant, & præterea medietatem, sic si quod affirmationis & negationis medium sit, significata sermonis enunciantis erunt sexquialtera, quia non erunt duo, sed tria. Non solum autem inquit entia sexquialtera fore, ut apparet, sed etiam accretionem accessumq; rerum in infinitum progressurum. ob huiusmodi mediam naturam. Si qua enim media natura sit, quæ per negationem utriusq; significetur, haud dubie de hac licebit affirmare, nam de omnibus rebus affirmare & negare licet: ut in libro de enunciatione demonstratur. Porro si affirmare de hac natura licet, & negare, rursus affirmationis medii huius & negationis medium quoddam erit, de quo negatio utriusq;, idest affirmationis & negatiõis erit uera: cum omnis contradictionis medium aliquod habeatur, quod quidem medium rursus erit natura quædam. Siquidem de ipso uera est utriusq; illarum negatio, quod si huiusmodi est, de hoc rursus erit affirmatio & negatio, & mediũ aliud, de quo uera sit utriusq; negatio, & hoc in infinitum. quod uero ait: (Rursus enim negare illud, & ad affirmationem & ad negationem licebit.) perinde est, ac si dixisset: Nam rursus aliquid reperietur, de quo negare licet affirmationem, & negationem medii prioris contradictionis, idest, Nam rursus medium aliquod erit cõtradictionis, quæ de medio dicit. Neq; enim dubium est, quin rursus contradictionis huius aliud medium sit futurum: quod cum sit quoddam ens, de eo quoq; erit affirmatio & negatio, quarum medium aliam rursus naturam afferet. Aliud enim significatur a negatione utriusq; q̃ ab affirmatione uel negatione. Hic est eni sensus illoꝝ uerborũ: (substãtia enim ipsius alia quędã erit) qua ratione res in infinitum progrediuntur.

Præterea si ad interrogationem factã, si albũ est dixerit quispiã, non, nihil nisi ipsum esse negauit, & nõ esse negatio est ut patet.

lxvii (Præterea si ad interrogationem factam, si album est) Sensus est: Si rogatus quispiam de re aliqua sit ne, an non, uel esse respondet, uel nõ esse, & qui esse dicit affirmat, negans uero & non esse dicens, nihil aliud negat q̃ esse, profecto contradictionis nullum erit medium. Nam si de re quaq; duo tantum responsa redduntur, quorum alterum est affirmatio, alterum negatio, affirmatio autem nihil aliud significat q̃ esse, negatio q̃ non esse, utiq; nullum erit medium contradictionis. Si enim esset, oporteret, ut præter negationem non, alia tertia responsio haberetur ei, qui non id esse, de quo quæritur dicit, sed medium ponit, aut certe ut ipsum non negatiuum aliam habeat responsionem apud eum, qui non hoc dicit, sed medium ponit. prorsus ut non solum neget id de quo quæritur sed unum quoddam aliud significet. At si neque alia responsio est, neque ipsum non negatiuum aliud significet, q̃ negationem eius de quo quæri

tur, hoc autem est negatio', superest, ut nullum sit medium contradictionis. Nam si aliquod esset, esset item aliqua de ipso responsio. quanq̃ ipse breuius argumentationem adhibuit. Si enim qui aliquo interrogante de re quapiam, num ea sit alba, cum albam esse negat, & dicit non, nihil aliud q̃ ipsum esse album negat, idest, dicit ipsum non esse album, quod quidem est negatio, nullum esse potest medium contradictionis, cum sit necesse, ut esse respondeat, aut non, ex quibus esse est affirmatio, non esse negatio. Tunc enim esset medium aliquod contradictionis, si non responsio non modo negationem eius, de quo quæritur, significaret, sed etiam aliud quiddam, quod medium esset.

Orta est autem & hæc opinio, perinde atq; opiniones cæteræ admirabiles. Quando enim rationes contentiosas soluere nequeunt, rationi concedentes, aiunt uerum id esse quod est per rationem conclusum. Quidam igitur per hanc causam hæc dicunt, quiddam propterea quod omnium quæritant rationem.

lxviii (Orta est autem hæc opinio.) Reddit causam qua isti ducti medium contradictionis esse tradebant. quam ex eode m fonte manasse ait, ex quo quidam cæteras sententias effluxisse tradunt, quæ fidem non capiunt. Aiunt enim quosdam, cum nequirent rationem sophisticam, quæ de his inquirit soluere, eidem cedentes rẽ sic se habere statuisse, ut iam quidam extitere, qui aliis quibusdam rationibus uicti admirabiles & absurdas positiones induxere, ex quibus illud simul declaratur, q̃ utilis sit ad philosophiam Elenchorum, idest, captionum fallaciũ cognitio. quippe quarum ignoratio nonnullos solet transuersos agere, & in magnos errores inducere. Zenonis nanque rationes, quas ille ad tollendum motum excogitauit, compluribus, quos delitescens in ipsis falsitas latet, tenebras obfundentes, ambigere cogunt, nũ motus in rebus habeatur. res manifesta, & quæ cunctis in rebus uersatur. In primo quoque libro Physici audius testatus est, quosdam rationi quæ ex bipartita diuisione nihil unum esse concludunt, subcumbentes, magnitudines quasdam individuas esse statuisse: alios ei quæ præter ens nihil esse demonstrat cedentes, non ens esse tradidisse. tale igitur quiddam iis usu ueniisse ait, qui contradictionis medium asserebant: nam cum rationes commenticias, quibus hoc concludebatur, soluere nequirent, ipsis concessere. Ratio autem qua isti fuerunt circumuenti huiusmodi est. Ex nihilo nihil fit, ex eodem aũt contraria fieri cernuntur, contraria igitur actu existentia in illo sunt mista, quod autem ex aliquibus temperatum est, id nõ est simpliciter idem quod aliquod ex eis, ex quibus temperatur, sed medium, ipsorum atque temperamentum, quod neque uere aqua est, nec uicissim non aqua. quam rationem Anaxagoras quoque sequutus est. Quæ fallax procul dubio est & sophistica. Primum enim falsa est ipsius positio, id ex contrariis mistum esse, ex quo contraria efficiuntur. Deinde ne illud quidem uerum est neutrã contradictionis partem in misto esse ueram, idest, neq; affirmationem neque negationem. uerum est enim mistum neutrum ex eorum esse ex quibus temperatur. Mulsum enim neq; mel est, neq; aqua. Ea quoq; ratio fallax est, quæ sumit, neque est neque non est ab utraq; parte diuersum esse, scilicet, ab est & a non est, quod autem neutrum est, medium eorum esse quorum neutrum est, quare si est aliquid & idem non est, contradictio existit, aliquod erit medium contradictionis, cum omnis contradictio per esse & non esse existat. Si enim uox hæc, neque est neq; non est, de aliquo prædicari, ac uere dici posset, sic fortasse aliquod esse contradictionis medium concluderetur. Sin autem nihil huiusmodi est, ne illud quidem uerum fuerit, aliquod esse contradictionis medium: cum nihil sit de quo negetur utrunque. Quanq̃ ne in uniuersum quidem, si quid neutrum aliquorum est, protinus illorum est medium. Paries enim neque affirmatio est, neque negatio, at non statim paries medium est affirmationis & negationis. Nam quod est aliquorum medium huiusmodi est, ut non solum extrema in alterum mutari ualeant, sed etiam in medium, & medium uicissim in extremum utrunque. Ex esse igitur nihil mutatur, in neq; esse neque non esse. ac perinde nec ex non esse quidq̃, in neq; esse neq; non esse transit. Neque uicissim in illa mutatio fit, ex neq; esse, neq; non esse. quod est ipsorum medium, nam omnino nihil est, in neq; esse neq; non esse, quidam igitur ob hanc causam sic statuebant, alii autem, quoniam rerum omnium demonstrationes petebant. Nam cum hæc demonstrari nequeant, propterea quod principia sint & manifesta, statuunt opposita inter sese simul esse uera, & positionem tueri conantur: non quod rem sic habere persuasum habeant, ut propriis actionibus addicuntur, sed ne a positione sua discedere uideantur.

Principium autem ad hos omnes ex diffinitione sumendum est, fit autem diffinitio ex eo quia aliquid ipos significare necesse est. Ratio enim cuius nomen est signum, diffinitio fit, atque Heracliti quidem sententia, omnia dicens esse atq; non esse, uniuersa facere uera uidetur. Anaxagoræ uero esse aliquid inter cõtradictionẽ medium, asserẽs omnia facere falsa, cum enim mixtum ex bono ac malo constat, neq; bonum est, neq; non bonum, quare non fit, ut quicq̃ uere dicatur.

lxix (Principium autem ad hos omnes ex definitione sumendum est.) Principium demonstrationis tum in eos, qui uicti rationibus commentitiis medium contradictionis esse statuunt, tum in eos qui petentes omnium rerum demonstrationes, idcirco talia dicunt, quia nec demonstrari potest, nullum esse medium contradictionis, neque contradictionem non esse simul falsam, in hos omnes igitur principium a definitionibus petendum esse ait: usurpant autem eandem rationem, qua usus est initio disputationis, qua eorum refutauit errorem, quibus placebat, contradictionem simul esse ueram. Si enim nomina quidq̃ significare dederint, quod ipsos concedere necesse est, si modo uti sermone uoluerint, sumenda ratio est eius, quod significatur per uerum & falsum, quibus nominibus ipsi uruntur: quæ definitiones erunt altera ueri, altera falsi, cum enim nomina hæc aliquid significare dant, per ea quæ dicunt, definitionem esse concedunt. Si ergo uerum significat, dicere quod est esse, & quod non est non esse. Falsum autem dicere quod est non esse, uel quod non est esse, & præterea nihil aliud uerum est, aut falsum, horum autem quædam sunt affirmatio, quædam negatio, profecto præter affirmationem & negationem nihil erit uerum, q̃ si præter hæc nihil sit uerum, ne ipsorum quidem medium ullum habebitur. Nam illud præter hæc uerum esset aut falsum, esset enim oratio enunciatiua. Vel principium in hos omnes sumendum esse ait a definitione significandi. Concedentes enim aliquid se per nomina significare, haud dubie rationem aliquam esse concedunt eorum, quæ nominibus significantur: quod si uerum est, non igitur eodem nomine oppositum quoque significatur: ac proinde non omnia in eodem uera sunt: nec dictu uerum est, non hoc magis, q̃ illud. Sed postquam principium in hos disputandi a definitione fore dixit, protinus commemorat, quis ueterum contradictionem ueram esse tradidit, & quis medium esse contradictionis. Simulq; docet illos uero ac falso nominibus fuisse usos,

a quorum definitionibus hoc in loco initium in istos differendi sumere censemus. Heraclitus ergo cum diceret omnem rem esse, & non esse, & opposita simul consistere, contradictionem ueram simul esse statuebat, & omnia dicebat esse uera. Anaxagoras uero esse medium quoddam contradictionis. Temperamentum enim si ex bono & malo temperetur, neque bonum esse, neque rursus non bonum, & pari ratione, neque malum, neque non malum. ex quo medium contradictionis esse concludebat. & omnia opposita esse falsa, idest, & affirmationem, & negationem. Ait enim cum bonum & malum mista fuerint, quod ex his temperatur, neque bonum esse, neq; non bonum, item neq; malum, neq; non malum, sed esse tale temperamentum. Cum igitur omnia in omnibus mista esse putaret, omnes contradictiones in re quaque dicebat esse falsas.

Determinatis autem hisce, patet fieri non posse, ut ea quæ dicuntur de omnibus unico modo sese habeant, quemadmodum quidam inquiunt, partim nihil uerum esse dicentes: Nihil enim inquiunt prohibet, ut ita sint omnia, ut diameter est cõmensurabilis costæ, partim omnia uera esse dicentes, fere enim sententiæ ipsorum idem quod Heracliti sententia possunt. Qui nanq; dicit omnia uera & omnia falsa esse, utranq; harum orationum seorsum etiam dicit. Quare si illa esse non possunt, & hæc etiam esse est impossibile. Præterea sunt manifeste contradictoria, quę fieri non potest, ut simul sint uera, aut simul sint omnia falsa, & tamẽ ex hisce quæ dicta sunt, potius posse uidebitur falsa utraq; esse.

(Determinatis autem hisce, patet fieri non posse, ut ea quæ unico modo & de omnibus dicuntur, ita sese habeant.) Postquam per Heraclitum contradictiones simul ueras esse docuit, per Anaxagoram uero falsas, his constitutis patere ait ex iis, quæ supra diximus, contradictiones neq; simul esse ueras neque simul falsas: quoniam nullum est contradictionis medium. Ex his enim ait satis intelligitur, fieri non posse, ut sic se habeant, quæ unico modo dicuntur, quod exponens addidit, & quæ de omnibus dicuntur. Nam quæ de omnibus pariter dicuntur, ea unico modo dicuntur: quæ nam autem hoc modo dicantur, ipse per subiecta uerba declarauit, dicens: (quemadmodum quidem inquiunt, partim nihil uerum esse dicentes) ut Anaxagoras. Dicere nanque nihil in rebus esse uerum, est unico modo de omnibus dicere. Ac perinde dicere omnia esse uera, ut placebat Heraclito, hoc quoq; est uno modo de omnibus dicere. at neutrum horum esse uerum perspicuum fit, cum demonstratur omnis contradictionis in re quaq; alteram partem esse ueram, alteram falsam. Nam si hoc ita est, fieri non potest, ut nihil uerum sit, nec rursus ut omnia. per eos enim qui nihil uerum esse aiunt nunq̃ neque affirmatio, neque opposita ei negatio in re quapiam est uera. per eos uero, qui omnia uera esse statuunt, contradictio simul uera est: in eorum igitur mentione, qui omnia falsa esse dicunt ait: (Nihil enim inquiunt prohibet, ut ita sint omnia, ut diameter est commensurabilis costæ.) idest ut perinde omnia falsa sint, ut est falsum, lateri dimetientem esse commensurabilem. Sed postquam dixit unam partem eorum, quæ uno modo dicũtur, dicere scilicet, omnia esse falsa, alteram subiungit, dicens: (Partim omnia uera esse dicentes.) & protinus addit: (Fere enim sententiæ ipsorum idem quod Heracliti sententia possunt.) Heraclui autem sententiam hanc esse ait: Omnia uera esse, & omnia falsa. At dixerat paulo ante sentẽtiæ Heracliti, qui omnia esse, & non esse dicebat, consentaneum esse dicere omnia esse uera.

An hoc consentaneum est ei rursus dicenti esse & non esse contradictionem in re quaq; simul esse ueram, ut omnia dicat uera simul esse & falsa. Si enim unumquodq; opposita simul est, & est atque non est, haud dubie per hunc uera erit tum esse negatio, tum non esse affirmatio. Veruntamen utraque rursus erit falsa. Quatenus enim esse ipsum nõ est, affirmatio est falsa. Rursus quatenus non esse non est negatio quoque falsa est, quo fit, ut per hunc omnia simul uera sint & falsa. Affirmationes enim ueræ negationes reddunt falsas, & uicissim negationes affirmationes ipsas. Sed hanc orationem, quæ ambo de omnibus prædicãt, nihil fere ab illorum utrorumq; sermone differre ait, qui alterutrum duntaxat dicunt, & docet quomodo perinde sit. Nam qui omnia uera & omnia falsa esse dicit, is priuatim quoque utrunque de omnibus prædicat: omnia scilicet esse uera, & rursus omnia falsa. quamobrem opiniones hæ, quæ seperatim utrunque dicunt, idem pollent atque ea quæ ambo prædicat de omnibus: quod si eædem sunt, & utraque illarum est impossibilis, hæc quoq; erit impossibilis quæ ambo prædicat de omnibus. quod autem illarum utraque falsa sit demonstratum est, propterea quod in re quaque omnis demonstrationis altera pars est uera, altera falsa. Potest tamen illud: (Quare si illa esse non possunt.) dictum accipi de eo, qui ambo dicit, & omnia uera, atque omnia falsa esse tradit. Pluribus enim uerbis contradictionem hoc simul esse non posse confirmatum est, hæc enim simul uera falsaq; sunt. Nam qui dicit: (quare si illa esse non possunt.) de supra commemoratis loquitur, qui omnem contradictionem ueram esse, aut omnem falsam statuebant. quorum neutrum uerum esse demonstratum est, quæ si impossibilia sunt, ut demonstratur, ea quoque fuerint impossibilia, quæ unico modo de omnibus rebus dicuntur, quod uera sint, uel quod falsa. Sed fortasse Heraclitum dixisse ait omnia esse uera & omnia falsa, cum opposita simul existere dicat, & omnia uera, & omnia falsa opposita sint, quibus demonstratis contradictiones quasdam tales esse in confesso esse ait, ut nemo dubitare ualeat, quin nequeant ambæ partes esse uel ueræ uel falsæ, quo demonstrari potest, non de cunctis rebus utrunque priuatim dici. Sunt autem huiusmodi contradictiones dimentientem commensurabilem esse, aut non commensurabilem. Breuiter quarum altera pars est necessaria, altera impossibilis: qualia sunt, quæ in substantia & in quid est prædicantur. Postquam uero dixit in quibusdam contradictionibus dubium esse non posse, quin affirmatio & negatio nequeant simul esse ueræ, aut simul falsæ, adiungit: (Tamen ex hisce quæ dicta sunt, potius posse uidebitur utraq; falsa esse.) hoc enim desideratur, de quibus rebus sermonem producens disputat contra Heraclitum & cæteros, qui rerum continentem fluxum causantes, uerum esse dicebant idem esse, & non esse. Nam istorum placitis magis esset consentaneum omnes affirmationes negationesq; falsas esse dicere. Si enim fluxus continens est, & nihil consistit, nihil recte uereque de quopiam prædicare licebit: ex quo sequitur omnia esse falsa: quidquid enim de eo constituas, quod continenter fluit, & in nihil determinatum mutatur, mendacem te esse necesse est. Quamobrem Heraclitus, qui omnia uera esse dicebat, magis sibi constaret, si contra falsa omnia esse dixisset, cum omnia continenter fluere ac mutari sumeret: quod idem Anaxagoræ quoque sententiæ consentaneum esse demonstrauerat: propterea quod omnia per ipsum mista sint, quod autem est mistum, nec simpliciter est aliquod eorum ex quibus temperatur, neq; simpliciter non est.

Verum ad uniuersos tales sermones postulare oportet, ut & superius diximus, non si aliquid sit, aut non sit, sed si aliquid ipsi significent. Qua-

re ex diffinitione eſt diſputatum, ſumendo quid nam falſum, & quid uerum ſignificat.

lxxi (Verum ad uniuerſos tales ſermones poſtulare oportet, ut ſupra diximus.) Docuit quorum dictis conſentaneum eſt omnem contradictionem eſſe ueram, & quorum falſam, eoſdemq; perperam uerba hęc uerum dicere, ac falſum dicere uſurpare. Nunc ſermonem repetit, quo fuerat exorſus. Dixerat autem initium in iſtos diſpurandi eſſe a definitione faciendum, & hoc ipſum hoc in loco ait, & quomodo ſit faciendum docet, oportet enim quod ſupra ſtatuimus, ab iſtis exquirere, ac perconctari non utrum quidq̃ eſſe & non eſſe dicant, & num fieri poſsit, ut de quo eſſe dicitur, de hoc nõ eſſe dicatur, ad hunc enim modum quærentes principium petere uideretur, ſed utrum iis, quæ dicunt ſignificant quidq̃. Nam ſi nihil ſignificent, ne diſputare quidem poterunt. Sin aliter, ſumenda eſt ratio, ac definitio cuiuſq; eorum, quæ uerbis ipſorum ſignificantur. quid igitur uerum, quid item falſum ipſis, qui eis utuntur ſignificent, accipiendum eſt & rationibus, quæ per nomina ſignificantur utendum, quæ definitiones erũt, altera ueri, altera falſi.

Quod ſi nihil aliud eſt uerum, niſi affirmare hoc pacto, aut negare, & ſimiliter falſum, fieri non poteſt, ut ſint omnia falſa, neceſſe eſt enim contradictionis partem alteram ueram eſſe.

lxxii (Sed ſi nihil aliud uerum dicere, q̃ negare falſum eſt.) Horum uerborum quæ obſcure dicta ſunt, hic eſt ſenſus: Si uerum nihil aliud eſt, q̃ dicere quod ſic habet, ſic habere, nec uicißim falſum q̃ negare ſic habere, quod ſic habet, haud dubie alterum per uerum ſignificatur, alterum per falſum: nec fieri poteſt cum alij affirment, alij de eodem negent, ut uel omnes falſum dicant, uel omnes uerum. Si enim qui rem ut habet, ſic habere dicunt, affirmantes uerum dicunt, profecto qui idem negabũt mentiuntur. Nam quid aliud mentiri ſignificat, q̃ de aliquo id negare quod ipſi adeſt. at ſi negatio eſt uera, haud dubie affirmationem falſam eſſe neceſſe eſt. Si enim uerum & falſum in nihilo alio conſiſtit, q̃ in eiuſdem affirmatione & negatione, fieri non poteſt, ut omnia falſa ſint. ac perinde nec ut uera. contradictio enim de eodem continet utrunque. Poſtq̃ ergo dixit magis dictis conſentaneum uideri poſſe omnia falſa eſſe iuxta Heraclitum, qui cuncta moueri dicebat, q̃ omnia uera, ut Anaxagoras & dicebat, & opinabatur, fieri non poſſe ſubiunxit: ut omnia falſa ſint, Demonſtrato quomodo ſe habeat contradictio, & uero ac falſo definitis, ſed hic locus aliter in quibuſdam exemplaribus ſcribitur ad hunc modum: (quod ſi nihil aliud eſt uerum q̃ affirmare uel negare, nec item falſum.) & tunc eſſet ſenſus: At ſi uerum nihil aliud ſignificat, q̃ affirmare uel negare, & item falſum nihil ſignificat aliud. ſed breuiter loquutus eſt: quoniam ſupra dixerat, uerum eſſe, dicere quod eſt eſſe, aut quod non eſt non eſſe. quorum alterum eſt affirmatio, alterum negatio. Affirmatio, ſcilicet, de eo quod eſt, negatio de eo quod non. falſum autem dicere quod eſt non eſſe, quod eſt negatio de hoc quod eſt, uel quod non eſt eſſe: quod eſt affirmatio de hoc quod non eſt: quæ cum ſupra aperte dicta fuerint, hoc in loco inferenda ſunt. Nam ſi uerum nihil aliud eſt, q̃ quod eſt eſſe dicere, & quod non eſt eſſe negare, falſum autem dicere, quod eſt non eſſe, quod eſt negatio ueræ affirmationis de hoc quod eſt, & rurſus quod non eſt eſse, quod eſt affirmatio ueræ negationis de re quæ non eſt, haud dubie fieri non poteſt, ut utrique uerum dicant & qui affirmationes, & qui negationes de eodem dicunt, aut contra, ut utrique mentiantur. De quo enim affirmatio uera eſt, de hoc negatio eſt falſa. Itaque neceſſe eſt, ut contradictionis altera

pars uera, altera falſa eſſe dicatur, non autem omnia uera ſint, aut omnia falſa. Sed & aliter uerba illa explicari poſſunt, ad hunc modum, quod ſi non aliud eſt uera dicere, q̃ dicere q; negare eſt falſum, ideſt ſi illud ueram eſſe affirmationem, nil aliud ſignificat, q̃ negationem eſſe falſam. Nam qui uerum eſſe ait diem eſſe, is per affirmationem falſum eſſe ait, diem non eſſe, quod ſi uerum eſt, fieri non poteſt, ut contradictio ſimul uera ſit.

Præterea ſi omne aut affirmare aut negare neceſſe eſt, impoſsibile eſt falſa utraq; eſſe, altera nanq; pars contradictionis eſt falſa. Accidit autem uniuerſis hiſce ſententiis, & id quod dicitur uulgo, ipſas inquam ſeipſas tollere. Qui nanq; dicit omnia eſſe uera, & cõtrariã huic ſentẽtiam ueram facit, quare ſuã non uerã facit, contraria nanq; ſentẽtia ueram ipſam non eſſe dicit. Qui uero dicit omnia eſſe falſa, & ſuam etiã dicit.

lxxiii (Præterea ſi omne aut affirmare aut negare neceſſe eſt.) Oſtẽdit paulo ante nullũ eſſe contradictionis medium, ſed de quocunque affirmationem ueram eſſe, aut negationem: quod ſi recte habet, & extra contradictionem nihil eſt, fieri non poteſt, ut pars utraque falſa ſit. Tunc enim ſolum utraq; falſa eſſe poſſet, ſi aliquod medium haberetur: nunc autem cum medium nullum ſit, neceſſe eſt in re quaq; ut, altera pars uera ſit, altera falſa. non utraq; uera, uel utraq; falſa. Dixit autem rurſus fieri non poſſe, ut omnia falſa ſint, propterea quod dictis magis conſentaneum eſſe prædixerat, ut omnia falſa eſſe dicerentur, tum eorum qui cõtinentem fluxum cauſabantur, tum Anaxagoræ, cui placebat omnia miſta eſſe in omnibus, & proinde nihil in rebus pure id eſſe quod ceretur: (Accidit autem uniuerſis his ſententiis quod uulgo dicitur) quod uulgo dicitur ait, quoniã alii quoq; iſtis incommodum hoc, ut manifeſtum obiecere, ut Plato manifeſtiſsime in theæteto. Docet autem quomodo ſermones iſti ſe ipſos conficiant. Nam ſermo qui omnia uera eſſe dicit, ſe ipſum tollere uidetur, quia idem dicit ſermonem ſibi aduerſantem dicentem, nihil eſſe uerum, aut non omnia eſſe uera. quo tollitur opinio, quæ omnia uera eſſe dicit. Fit enim per eum qui omnia uera eſſe ſtatuit, ut illud quoq; uerum ſit, non omnia eſſe uera. Pari ratione cui omnia falſa eſſe placet, is quoq; ſe ipſum uelut interimit. Nam ſi omnia falſa ſunt, hoc quoque falſum eſt, omnia eſſe falſa. Illud igitur quo tollitur hoc uerum eſt, non ſcilicet omnia falſa eſſe.

Quod ſi ille quidem contrariam, ut ſolam non ueram, iſte autem ſuam, ut ſolam non falſam excipiat. Accidit ipſos nihilominus orationes ueras infinitas falſasq; poſtulare. Quæ enim dicit uerã orationem eſſe ueram, eſt uera, hoc autem in infinitum proficiſcitur.

lxxiiii (Quod ſi ille quidem contrariam, ut ſolam non ueram, iſte autem ſuam ut ſolam nõ falſam excipiat) Si inquit iſti, ut hoc incommodum euadant, quod ipſoꝝ dicta conſequitur, ut ſua ſententia ſibi refragentur, exceperint dixerintq;, is quidẽ qui omnia uera eſſe dicit, omnia eſſe uera præter orationem, quæ dicat nõ omnia eſſe uera, qua tollit oĩa uera eſſe, qui uero oĩa falſa, præter hoc qđ ab ipſo dicitur: hoc enim ſolũ ueꝝ eſſe, utriq; unam excipientes, orationes infinitas tales eſſe concedere conuincuntur. Neq; enim ea oratio ſolum falſa erit, quæ non omnia uera eſſe dicit, ut dicenti omnia uera eſſe placet, ſed & quæ uerum eſſe ait, non omnia uera eſſe quæ diuerſa eſt ab ea quæ dicit, non omnia eſſe uera: nec hæc tantum, ſed ea quoq; quæ diceret, uerum eſt dictu, ueram eſſe orationem, quæ ait uerum eſſe, nõ omnia eſſe uera, falſa eſſet, quæ tamen

ab illis eſt diuerſa: & ſic adiectione ueri demonſtrabitur per eum, qui unam tantum orationem falſam eſſe dicat, infinitas eſſe falſas: Compoſitio autem uerorum in infinitum huiuſmodi eſſe poſſet, falſa eſt hæc oratio: non omnis oratio eſt uera, quoniam uera eſt quæ uerum eſſe ait. omnia eſſe uera: & hæc, uerum eſt, uerum eſſe dictu, non omnia eſſe uera. Item hæc eſt falſa, uerum eſt dictu, ueracem eſſe qui ait, uerum eſſe dictu, non omnia eſſe uera, & hoc in infinitum. Pari ratione infinitæ quoq; fuerint orationes ueræ per eum, qui omnes falſas eſſe dicit, ea excepta, quæ dicit omnes eſſe falſas. Neq; enim ſolum per illos ea oratio erit uera, quæ omnia falſa eſſe ait, ſed etiam quæ dicit, uerum eſt omnes eſſe falſas. Nam niſi hæc uera ſit, ne illa quidem fuerit uera quæ hanc præceſſit, quin etiam illa uera eſſet, quæ dicit, uera eſt oratio dicens uerã eſſe, omnia eſſe falſa: & hoc in infinitum. ſed ipſe hoc paucis ſignificauit dicẽs: (Quæ enim dicit ueram orationem eſſe uerã, eſt uera) & pari, ſcilicet ratione falſa, quæ dicit falſam orationẽ eſſe uerã. Alioquin hæc ſtatuere cõmenticiũ eſſet.

Patet autem neq; eos qui omnia quieſcere, neque eos qui omnia moueri dicunt, dicere uera. Nam ſi cuncta quieſcunt, ſemper eadem erũt uera & falſa, at hoc mutari uidetur. Qui nanq; dicit, aliquando ipſe non erat, & rurſus non erit. Sin omnia mouentur, nihil erit uerum, ergo omnia erunt falſa, at demonſtratum eſt id impoſsibile eſſe.

lxxv

(Patet autem neq; eo, qui omnia quieſcere, neq; eos qui omnia moueri dicunt, dicere uera.) Hæc dictio in quibuſdam exemplaribus non habetur. propterea q; ad Phyſicam pertinere uideatur. Sed quoniam uſurpans ea, quæ ſupra demonſtrata ſunt, de ipſis dicere uidetur, non prorſus a propoſito aliena eſſe uideri poteſt. Si enim ſtatuatur non omnia eſſe uera, neq; omnia falſa, conſequens eſt, ut neq; dicentes omnia quieſcere, uera dicãt, nec qui omnia moueri aiunt. dicentibus enim omnia quieſcere conſentaneum eſt, ut nihil mutari dicant, ſed eadem ſemper uera falſaq; perſiſtere, at non ſemper affirmationem de aliquo ueram & negationem de eodẽ falſam eſſe notamus, uel ediuerſo. Sed mutari ſubinde, & de quo prius affirmatio fuit uera, de hoc rurſus ueram effici negationem, cum uerum ſit quod eſt, id eſſe dicere, & quod non eſt non eſſe. Nam ipſe qui omnia quieſcere affirmat prius non erat, & poſtea non erit: quod abſq; mutatione fieri nequit. Qui uero omnia continẽti motu agitari tradunt, horum ſententiæ conſequens eſt, nihil eſſe uerum: cum nihil tam diu perſiſtat, ut certum aliquid eſſe dici poſsit. Sed abſq; intermiſsione mutetur: eſt autem uerum, quod eſt id eſſe dicere. per hos igitur omnia falſa fuerint: hoc enim paulo ante conſentaneum eſſe dixit, iis, qui omnia continenter fluere ac moueri dicebant. At demonſtratum eſt, non omnia falſa eſſe poſſe. Sed fortaſſe neutrum dictorum uerum eſſe ait, ideſt, neq; omnia quieſcere, neq; omnia moueri, quoniam horum utrunq; unico modo de omnibus dicitur: quod fieri non poſſe dixit. Ex eo enim quod omnia quieſcant, ſequitur, eadem ſemper uera falſaq; perſiſtere, nec alterius in alterum mutationem fieri, quod fieri non poſſe docuit eo, quod adiecit: (Nam & ipſe, qui hanc ſententiam dicit aliquando non erat, & rurſus non erit) quo fit, ut non omnia quieſcant, nec eadem ſemper uera permaneant, & eadem ſemper falſa. Oratio enim ſignificans ipſum eſſe, quæ uera eſt ipſo exiſtente, eadem eſt falſa, ſi tunc dicatur, cum non exiſtit. Rurſus ſi omnia moueantur, & fluant, fiet ut nihil definiatur, nihilq; uerum ſit. Falſum autem eſſe nihil eſſe uerum, ſupra demonſtratum eſt.

Præterea id quod eſt mutetur neceſſe eſt, ex aliquo enim ad aliquid eſt ipſa mutatio.

lxxvi (Ens enim mutetur neceſſe eſt.) Hoc quoque pertinet ad confirmandum non omnia moueri, quanq; dictio pag. appoſite ſeſe habet. Si enim eſt motus, neceſſe eſt, ut aliquid exiſtens mutetur, quando quidem motus eſt alicuius in aliquid mutatio. at fieri non poteſt, ut ex aliquo in aliquid mutatio fiat, niſi id quod mutatur, quidq; ſit. Hoc igitur ens quod mutatur, moueturq; neceſſe eſt, ut quãdo mouetur, in eſſe maneat. & hac ratione quieſcat. Si enim Socrates loco moueatur. Socrates perſiſtat oportet, quãdo Socrates mouetur. Sic enim Socrates loco mouebitur. Ad ſummam ſi motus eſt mutatio ex aliquo in aliquid, neceſſe eſt in omni motu, ſalua ſubſtantia eius quod mouetur, aliquid ſit quod mutatur, aliud ab iis ſecundum quæ mutatio exiſtit, & ea ratione conſiſtat. Si ergo mutatio eſt, aliquid maneat oportet. Nam ex mutatio quidem per ortum & interitum aliter contingit, q̃ ſubiecto quodam ſalto, & in hæc tranſeunte, huiuſmodi enim eſt materia.

At uero neq; omnia quieſcunt interdum, aut mouentur nihil autem eſt quod ſemp mouetur, aut quieſcit. Eſt enim aliquid, quod ſemp mouet ea, quæ mouẽtur, & primum ipſum mouẽs immobile eſt.

lxxvii (At uero neque omnia quieſcunt interdum, aut mouentur, ſemper uero nihil.) Senſus eſt: At uero ne omnia quidem entia quandoq; mouentur, quandoq; quieſcunt, nihil autem ſemper mouetur, aut ſemper quieſcit. Hoc enim ſignificat, cum ait: (Semper autem nihil.) quod uerum eſſe compluribus uerbis in calce operis de phyſico auditu demonſtrauit. Sed hoc quoque in loco illud repetit, eſſe in rebus quidam ſemper conſtans & immobile, aliud quod ſempiterno motu cietur, dum ait: (Eſt enim aliquid quod ſemper mouet ea, quæ mouentur.) Demonſtratum eſt enim, quod a ſemper mouente mouetur, id continenter & ſine intermiſsione ſemper proprio motu, qui ſempiternus eſt, mobilia mouere. Hoc autem eſt æther, quod quidem circum latum corpus nuncupare conſueuit: per hoc enim ſempiternus motor cætera mouet. At primum motorem qui ſemper mouet, immotũ ipſum manere, ac neceſſario quieſcere demonſtratum eſt.

Finis libri Tertii primæ philoſophiæ, Latinis Quarti.

ENARRATIO ALEXANDRI APHRODISIEI

in quartum librum primæ Philosophiæ, quintum iuxta Latinos, interprete Io. Genesio.

PRincipium dicitur partim id rei unde motus quispiã fuerit primo, ut longitudinis atque uiæ, hic quidẽ principium est, econtra autem alterum. Partim id unde unumquodq; optime fieri potest, ut & in eruditione non a primo interdum & ab ipso principio rei, sed unde facillime quispiam discere poterit inchoãdum esse uidetur. Partim id ex quo primo quippiam fit eo pacto ut insint, ut nauigii carina, & ædium fundamentum, & animalium quidam cor, quidam cerebrum, quidam aliquid aliud tale putãt. Partim id unde fit quippiam primo, eo pacto ut non insint, & unde primo motus mutatioq; incipere solet, ut ex patre matreq; fit proles, & ex conuitiis pugna. Partim id cuius uoluntate mouentur ea, quæ motu cientur, & mutantur ea, quæ mutãtur quales sunt magistratus, qui sunt in ciuitatibus, & principatus, & regna, atq; tyrannides. Artes etiam, & horum maxime architectiuæ principia dici solent. Præterea unde res primo cognosci potest, id etiam rei principium dicitur, ut demõstrationum suppositiones. Tot autem modis & causæ dicuntur, omnes enim causæ principia sunt. Vniuersis igitur principiis est cõe, ut id sit primũ unde est, aut fit quippiã aut cognoscitur. Horũ autẽ alia insunt, alia sunt externa.

PRincipiũ dr̃)librũ hũc q quartus libroꝝ primę philosophiæ inscribit̃, in quo partitionẽ pſegitur quorũdã, quæ plurifariã dicũtur, Aristotelis opus esse, nõ solũ ex dictione ipsa, & charactere dicẽdi intelligere licet, sed ex iis etiã quæ in ipo disputantur. Sed neq; dubiũ esse põt, qn idẽ doctrinæ huius sit, de qua nobis est sermo suscept⁹. Si cui libeat supra cõmemorata cõsiderare, siquidẽ primi philosophi munus esse demõstratũ est, de ente in universum disputare, deq; iis, quæ enti communiter adsunt. Sunt autem entis cõia ea, quibus doctrinæ omnes utuntur. de his enim disserere partes sunt primi philosophi, nec horꝝ consideratio ad cæterarum disciplinarum quampiam priuatim pertinet: propterea qd̃ nulli cuidam enti, quatenus certum quiddam est, ipsorum quidpiam adest, sed enti, qua ens. De quo primi philosophi interest disputare, quorum disputatio q̃ sit necessaria, docet ipsorum usus. Omnes enim disciplinæ his usurpandis proposita sua demonstrant. qui communis ipsorum usus satis habet argumẽti, nullius particularis doctrinæ peculiarem esse huiusmodi rerum contemplationem. Præterea positum est, de quibus dialecticus probabiliter colligit edisseritq; de his primum philosophum scienter concludere. Dialecticus enim de iis, quæ omnibus aut certe plurimis communia sunt edisserit, deq; iis quæ plurifariam dicuntur, uerba facit. Itaq; dialectica similis est primæ philosophiæ, propterea quod de eisdem rebus edisserit, probabiliter tamen, non scienter. Recte autem suoq; loco eundem librum collocari, non est dubitabile. propterea quod partitionem tractat, eorum quæ multifariam dicuntur: quibusq; utuntur disciplinæ, & quæ ens communiter adsectantur. de quibus disputare, & quot modis ipsorũ

ipsorum quodq; dicat per partitionem explicare ad philosophum pertinere in libro secundo docuerat, ordo autem postulat, ut demonstrato quibus in rebus primi philophi contemplatio uersetur, quod est in tertio libro explicatũ, de iis protinus disseratur, quorum usus ad eorum quæ demõstrari debent considerationem, ac demõstrationem est necessarius, quam obrem ante omnia de sententia illa disseruit, quæ dẽ omni re affirmationem, aut negationem ueram esse ait: quam quidem ad demonstrationes magno usui esse constat. post quæ partitionem hoc in libro explicat eorum, quæ sic multifariam dicuntur. Qui uero librum hunc imperfectum esse putant, ea coniectura, quod non omnia partiatur, quæ multifariam dicuntur, horum sententia probari non debet, quoniã ne ꝓpositum quidem est simpliciter ipsi hoc in ipso præstare. Sed de iis tantum agere, quibus doctrinæ omnes, ut communibus utentes proposita sua demonstrant. Haud enim nobis propositum est, ut de æquiuocis differamus neq; de omnibus, quæ ab uno & ad unum dicuntur. Sed de iis, quæ plurifariam dicuntur. Nam ens quatenus est ens multipliciter dicitur: ita non mathematicum assumit aut aliquid huiusmodi ex iis, quæ multifariam dicuntur: quoniam hæc non sic usui sunt disciplinis ad ea demonstranda, de quibus edisserunt, ut principium, ut causa, natura elementum & cætera quæ communia sint hoc in libro diuiduntur, utpote quæ propria sint huius doctrinæ: quo clarius apparet librum hunc recte hoc ordine collocari. Nam si qua his finitima prætermittuntur, diuidi tamen illa possunt, iuxta eorum partitionem, quibus finitima sunt. Cum ergo ea hoc in libro partiatur, quæ cum enti communiter adsint, ipsumq; consequatur, plurifariam dici uidentur, primum omnium de principio uerba facit. constat autem principium non unam entis naturam assectari. omnes enim disciplinæ principiis quibusdam utuntur. Principium igitur septem modis dici tradit: uno modo inquit, id rei cuius principium dicitur, unde quispiam primo fuerit motus. Principium enim lõgitudinis & uiæ, ideſt, unde ipsam ingredi sumus exorsi: quo quidem modo oppositæ eiusdem rei principium dici possunt: hinc uel inde incipientibus. quamobrem huiusmodi principium, aliquando efficitur finis. Altero modo principium dicitur, id unde siquis exordiatur, susceptum negotium, optime ceditur in disciplinis. In his enim plerunq; non a primis auspicantur, sed ab iis quæ facilius addiscentibus percipiantur: ut in prædicamentis optime fecit Aristoteles in mentione qualitatis. quo in loco qualitatem esse dixit, per quam quales esse dicimur de qualitate docens per quale, quod quidem posterius est, qualitate, notius tamen. Idem physicum auditum a sensibilibus, quia nobis sunt notiora, non a primis principiis exordiri. Et artifices inde operum suorum initium facinnt, unde cum opus incipitur facillime fit. tertio modo principiũ appellatur id a quo insito rei efficiendæ quidq̃ efficitur. Sic cor principium est animalis, qm̃ ab eo incipit animalis constitutio, & fundamentum dormus, carinaq; nauis. uerba autem illa: (hoc pacto ut insit) faciunt, ut huiusmodi principium differat ab efficiente principio, de quo iam uerba faciet. Nam a superiore hoc discrepat, quod hoc est principium simpliciter efficiendi, illud uero facilius efficiendi: quo fit, ut hoc definiatur, illud aliud alii sit, & interdum eidem diuersum: & hoc modo materia principium dici potest. Quarto modo uocatur principium id, a quo primo, non in exsistente rei quidq̃ efficitur, ideſt, unde principium motus emanat. Cuiusmodi est principium efficiens, ut ipse uerbis illis exponit: (Et unde primum motus mutatioq; incipere solet.) nisi forte duo principia non unum his dictionibus significauit, alterum ex quo non in suo primum quidq̃ efficitur, alterum unde primum motus mutatioq; proficiscitur, ut prioribus uerbis principium appellet finis atq; propositi cognitionem. Nam in rebus agendis, hoc est primum principium, ut res efficiatur. de quo ut de principio paulo post mentionem faciet. posterioribus autem principium

efficiẽs dicat. Et ad hunc modũ principium in octo modos diuideretur: quinto modo principium id nũcupatur, ad cuius præſcriptũ res mutantur, & efficiũtur. quales ſunt principes, quorum conſilio, & imperio ciuitates gubernantur. Sexto principium uocatur ars architectonica potiſsimum & quaſi princeps, ad quam ſubiectæ ipſi artes ipſarumq; opera referuntur. Sed hoc non perinde principium eſt, ut efficiens. Nam hoc principium eſt quaſi præſcribens, & formam cognoſcens, illud autem unde res ipſa ſumit initium, quod quidem a motu quodam principium dicitur. (Præterea unde res primo cognoſci poteſt, id etiam rei principium dicitur, ut demonſtrationum ſuppoſitiones) qui ſcilicet eſt ſeptimus modus. appellat autem ſuppoſitiones cuiuſq; diſciplinæ & artis principia: quæ quoniam non per demonſtrationem, ſed ut confeſſa & cunctis manifeſta ſumuntur, poſitiones appellantur: quæ quidem principia eſſe poſſunt propoſitionum, quæ in ſingulis diſciplinis medio uacant: Nam & ſi hæ propoſitiones: Bonum prodeſt, malum nocet, bonum eſt petendum, malum fugiẽdum, medio careãt in doctrina morali, tamen cognitio finis, & fœlicitatis harum principium exiſtit: & propoſitiones, quæ medio carent, ad hunc modum principia ſunt. Poſtq̃ uero principium quot modis dicatur expoſuit, totidem cauſam dici ait, & rationem apponit, dicens: (Omnes enim cauſæ principia ſunt.) quibus adiecit hoc eſſe cõmune uniuerſis principiis, ut priora ſint iis, quorum principia ſunt. Sicut id ex quo eſt aliqd, uel id ex quo efficitur, uel id ex quo cognoſcitur. Ex quo eſt, ut fundamentũ prius eſt domo. Carina nauigio, materia uno quoque corpore. Ex quo efficitur, ut unde principium motus emanat. ex quo cognoſcitur, ut poſitiones demonſtrationibus. Præfatus autem omnibus principiis eſſe commune, ut antecedant ea quorum principia ſunt, intereſſe tamen ait: quod quædam iis inſita ſunt, quorum habentur principia: alia ſunt externa. Materia igitur & elementũ principia ſunt, ut rebus inſita. Ex his enim primis & inſitis res efficiuntur: appellat autẽ elementũ materiã proximã cuiuſq; rei, quæ iam actu quoddã corpus eſt, & quæ ſint iſta ſubiũgit.

Omnes quidem Cauſæ principia ſunt, Verũ nõ e contra. nam principium longiſſimè non eſt Cauſa ſaltem hoc modo.

Iccirco natura ac elemẽtum principium eſt, & mens, & electio, & ſubſtantia, & id etiã cauſa cuius cætera ſunt, aut fiunt. Complurium enim & cognitionis, & motus principiũ eſt ipſm bonum, atq; etiã malum.

(Idcirco natura ac elementum principium eſt, & mens, & electio.) quia dixerat quædam principia rebus ineſſe, quarum principia ſunt, alia eſſe externa, idcirco ait quædam ſic ſe habere, quædam non ſic. Natura igitur principium eſt, & item elementum, hæc enim principia ſunt ut inſita, quoniã res ex his in ipſis contentis efficiuntur. quo in loco materiam naturam appellat, elemẽtum autem proximam materiam, quæ iam actu corpus quoddam eſt, quæ uero ſequuntur, mens, & electio, & ſimilia, exempla ſunt eorum, quæ quaſi fines & efficientes principia ſunt, quæ in rebus efficiẽdis non continentur: de quorum numero principes quoq; & magiſtratus habentur. Addit autem: (ſubſtantiam & id etiam cauſa cuius cætera ſunt aut fiunt.) appellans ſubſtantiam principium formale. hoc enim eſt cuiuſq; ſubſtantia, cuius cauſa uero finem dicit: quæ idcirco coniunxit, quoniam in rebus efficiendis, forma, perfectio, & finis eſſe uidetur. Atq; hæc annumerari his poſſunt, quæ antecedunt quidem, nõ tamen inſunt. Sed ut exponeret, cui prædictorum hæc ſubiiciantur, ait: (complurium enim & cognitionis & motus, principium eſt ipſum bonum, atq; honeſtum.) Cognitionis quidem ipſa forma. Principium enim & cauſa cognitionis rei, eſt cognitio ipſius formæ. Motus autem principium finem eſſe ait, quod eſt bonum & honeſtum, id enim cuiuſq; proprius eſt finis, quod illi bonum eſt, & pulchrum, quod tamen non adeſt, cum eſt cauſa rei efficiendæ, ſed eidem perfectæ contingit. Pari ratione forma, cum eſt quaſi antecedens, & præcognitum principium, non adeſt. Huiuſmodi autem principia comprehenduntur per dictionem illam: (Partim ex quo primum quidpiam fit, eo pacto, ut non inſint.) uel certe his uerbis ſignificatur principium, quod finem dicimus, formale autem, cum dicit: (Artes etiam & harum maxime architectonicæ.) hæ nanque formæ quodam modo ſunt rei efficiendæ, ſed omni principio commune hoc eſſe ait, ut prius eo ſit, cuius eſt principium. Eſt autem prius re, ut exiſtente principium uiæ, ut autem efficienda, id quod ita eſt principium, quemadmodum fundamentum domus, & cor animalis: hæc enim priora his ſunt, ut efficiendis: ut uero cognoſcendarum rerum ſententiæ principia ſunt demonſtrationum, quoniam demonſtrationes a ſententiis ſui cognitionem mutuantur. Eſt enim principium quoddam rerum iam exiſtentium, aliud rerum, quæ efficiuntur, multa etiam principia obtinent, ex quibus cognoſcãtur. Vt igitur antecedãt, commune eſt omnibus principiis, ſed principiorum quædam iis inſunt, quorum principia ſunt, ut natura iis, quæ naturata fiunt, & materia, quin etiam fundamentum ad hunc modum eſt principium domus, & cor animalis, & id rei unde aliquis principium facit. Mens autem & conſilium, artesque principia ſunt rerum ab ipſis efficiendarum, non tamen ut inſita rei efficiendæ. Finis etiam ut dictum eſt, in id genus principii cadere uidetur, a quo primum non inſito res efficitur, cui cauſa quoq; efficiens ſubiecta eſt. Nam in rebus agendis finis eſt principium, in quibus ut bonum eſt actionis principium, ſic plerunque malum, quibuſdam enim muneribus fungimur, ut malum effugiamus. Quare in quibuſdam exemplaribus ad hunc modum ſcriptum eſt: (Complurium enim & cognitionis & motus principium, eſt ipſum bonum atq; etiã malum.) Sed poſtquam principium & cauſas totidem modis dici docuit, protinus per cauſarum partionem quatuor omnino cauſæ ſignificata reddit, quæ in auditu quoque phyſico ipſis dictionibus expoſuit, ut intelligatur, cauſam in uniuerſum totidem modis dici atque principium, proprius tamen ad hunc modum efficitur diuiſio: hæc igitur ſignificata in principio quoq; reperiuntur, non tamen hac diuiſione. Materia enim in eo ſignificato continetur, ex quo primo quidpiam fit, eo pacto ut inſit. Finis autem in illo, unde fit quidpiam primo eo pacto, ut non inſit. Cauſa uero efficiens in hoc, unde primum motus incipi eſt aptus, forma in artium ratione. Ars enim forma eſt rei efficiendæ: ad ſummam quibus modis principium dicitur, cauſa dici poteſt, atq; diuidi. quę quanq̃ ſeparatim eſt diuiſa, tamen in huius ſignificata principiũ liceat diuidere, & ipſam in ſignificata principii. Hæc tamen omnia ſignificata quæ hoc in loco commemorantur, eadem ſunt dictionibus ipſis, atque ea quæ in ſecundo de phyſico auditu traduntur, quãobrem horũ explicatio ex eo loco petẽda eſt.

Cauſa autem uno quidem modo id ex quo quippiam fit eo pacto ut inſit, ut æs ſtatuæ, argentumq; patere, & horũ genera. Alio uero modo forma atq; exemplar, hæc autem eſt ratio quiditatis, & huius genera, uelut eius cõcentus, qui ſonos omnes complectitur, ipſa duorum ad unum ratio, atq; omnino numerus, partes itẽ quæ in rõne ſumuntur.

(Cauſa autem uno quidem dicitur modo id ex quo quidpiam fit, eo pacto, ut inſit.) Materiam his uerbis deſignat. Sed illud: (eo pacto ut inſit) adiecit, ut priuationem contrariumq; a materia diſcernat. Nam res efficienda ex priuatione fit, & contrario, ut in primo phyſici auditus docuit, quæ quidem non inſunt rei quæ efficitur, qua ratione ab efficiente quoque cauſa ſecernitur materia, quoniam inſita rei eſt. Dixerat enim paulo ante, de huiuſmodi principio id ex quo primo res fit eo pacto, ut non

inſint. Neq; uero ſolum proximam cuiusq; materiam cauſam materialem uocat. Sed etiam ipſius ſpecies & genera: & hoc æs, huius ſtatuæ, & æs ſtatuæ corpusque ſigni. hæc enim ſunt cauſæ materiales ſtatuæ: (alio uero modo forma atque exemplar, hæc autem eſt ratio quiditatis, & partes quæ in ratione ſumuntur.) his uerbis cauſam deſignat formalem. Sed in dictione quæ ait: (hæc autem eſt ratio quiditatis) deſideratur ſignificatiua. Ratio enim ſignificans quiditatem eſt definitio. Exemplar autem pro ſpecie ſeu forma dixit: non ut ſolent idearum aſſertores. Neque enim efficiens aliquid natura ad aliquod externum exemplar ſpectans munere ſuo fungitur: ut artifices ſolent in ſuis operibus efficiendis, niſi ſiquis intellectionem exemplar eſſe dicat eorum, quæ ſecundum ipſam efficiuntur, non igitur, ut illi exemplar dicit, ſed formam ipſam exemplar uocat, quæ in materia efficitur, quoniam hæc a natura ipſa in efficiendis expetitur: quidquid enim alicuius gratia facit, id quæ facit, illius appetitione facit. Quãobrem id ubi contigerit ab opere deſiſtit, ceu iam id cuius gratia munere fungebatur effecerit. & quæcunq; natura fiunt, cuiuſpiam determinatæ formæ ac perfectionis gratia efficiuntur, qua obtenta, ab efficiendo uacatur, hoc igitur eſt ipſis exemplar (huiuſq; genera.) Quemadmodum in cauſa materiali ſumens proximam materiam, genera quoque ipſius ſub eandem cauſam cadere dixit, ſic item in forma. Nam cuiuſque rei forma, & ratio ſignificans quiditatem, & huius formæ genera pari ratione cauſæ ſunt, ut ipſe ait concentus, qui uocatur diapaſon, proximam formam eſſe duo ad unum. Nam diapaſon eſt in proportione dupla: forma uero generica eſt numerus: quoniam iu numero ſunt duo & unum. (Partes item quæ in ratione ſumuntur.) totũ uero eſt duo ad unũ. Eſt autẽ ſenſus: partes quoq; rationis ſignificãtis quiditatem cauſæ ſunt, cum ex his totum cõficiatur. Eſt autem huius formæ & huius definitionis, quę cauſa formalis eſt, forma quidẽ ſeu ſpecies definitio, genus autẽ ratio, partes uero ea, ex quibus definitio quaſi ex partibus cõſtituitur.

Præterea id unde primum principium eſt mutationis aut quietis, qualis eſt cauſa ille, qui conſulit, & pater filii atq; omnino quod efficit eius quod efficitur, & quod mutat eius quod mutatur. Inſuper, ut finis, hic autem eſt id gratia cuius cætera fiunt, ueluti deambulandi ſanitas, cur enim ambulat interrogati, quo ualeat reſpondemus, atq; ſi hoc pacto dixerimus, reddidiſſe cauſam arbitramur, & cuncta omnino quæ alio mouente, inter ipſum & finem fiunt, gratia finis ipſius fiunt, qualia ſunt ratione ſanitatis, macies, purgatio, uenena, ac inſtrumenta, uniuerſa enim hæc ipſius gratia ſunt: inter ſeſe autẽ differunt, alia nanq; ſunt opera, alia inſtrumenta. Cauſæ igitur tot modis dicuntur, fit autem, ut cum multipliciter cauſæ dicantur, & multæ eiuſdem ſint, non per accidens cauſæ, ceu ſtatuæ & ſtatuaria ars, & æs non per aliud quicq̃, ſed ut ſtatua eſt, at non eodem modo, ſed æs quidem, ut materies, ars autem ut id unde motio proficiſcitur, & inter ſeſe ſint mutuo cauſæ, ut exercitium cauſa eſt bonæ habitudinis, & hæc exercitii, at non eodem modo, ſed hæc, ut finis, illud, ut principium motus. Idem inſuper cõtrariorum interdum eſt cauſa. Quod enim præſens cauſa cuiuſpiam eſt, id & abſens nonnunq̃ cauſam eſſe contrarii dicimus, ut gubernatoris abſentiam ſubuerſionis nauis, cuius præſentia cauſa erat ſalutis, utrunque tamen & præſentia, & abſentia cauſæ ſunt ut mouentes.

iiii (Præterea id unde primũ principiũ eſt mutationis.) de cauſa efficiẽte loquitur. Fiunt autem quædam non mouendo ſolum, ſed etiam quieſcendo. aliqua enim ab aliis ut mouentur, ſic etiam ſiſtuntur: & quia ſiſtens cauſa eſt ſtatum ipſorum efficiens, idcirco adiecit: (aut quietis) (mutationis) Porro dixit non motus, ut ortum quoq; interitumq; complecteretur. Dixit autem: (primum) quoniam hæc potiſsimum eſt efficiens cauſa, quod enim rei, quæ efficitur adeſt, & ſic efficit, quæ ſequuntur, cauſam ab effectore ſui mutuatur, ſed neq; inſtrumẽta, ut moueant habent a ſe ipſis. Sed primũ mouens, his cauſa eſt, ut extra rem efficiendã exiſtit. Nam cum ait: (Atq; oĩno quod efficit, eius quod efficitur, & qđ mutat eius quod mutatur.) efficiẽtes cauſas genericas ſignificat. Nam pater & filius ad efficiens & quod efficitur, referuntur: & hæc rurſus ad mutans & quod mutatur. (Inſuper ut finis, hic autẽ eſt id gratia cuius cætera fiũt.) Quartam eſſe dicit cauſam finalem, q uæ quidem eſt gratia cuius cætera fiunt, ut ualetudo eſt finalis cauſa deambulandi. Rogati enim cur deambulamus, ut recte ualeamus reſpondemus. (Et cuncta omnia quæ alio mouente inter ipſum & finem fiunt.) Poſtq̃ pro cauſæ finalis exemplo ualetudinem poſuit, nam ualetudo cauſa, ut finis eſt deambulandi, quæ inquit interea finis gratia ab eo efficiuntur qui finem efficit, omnia gratia finis efficiuntur. quamobrem horum omnium cauſa finalis eſt ipſe finis. Neque enim deambulatio ſolum fit gratia ualetudinis, ſed etiam macies. Si hæc ex deambulatione contigerit, & purgatio, quin & medicamenta purgantia, & inſtrumenta medendi, gratia ipſius finis habentur, quippe quæ ad finem obtinendum a mediis adhibeantur. quanq̃ horum inter ipſa diſcrimen quoddam exiſtit, quædam enim ſunt opera, ut macies, deambulatio, purgatio, quædam inſtrumenta, quibus opera fiunt: ut pharmaca, & omne genus medicamenti. (Cauſæ igitur tot fere modis dicuntur.) fere dixit: quoniam aliquæ ſunt non proprie, ſed ex accidenti, ut ipſe commorabit: quod autem multa ſint eiuſdem rei cauſæ non ex accidenti, ſed per ſe, non tamen ſecundum eandem rationem, ſed diuerſas, aperte docuit, dicens: (Fit autem, ut cum multipliciter cauſæ dicantur, ut multæ eiuſdem ſint, non per accidens cauſæ, ut ſtatuæ & ſtatuaria ars, & æs, idque non per aliud, ſed ut ſtatua eſt: at non eodem modo, ſed æs quidem, ut materies, ars uero, ut id unde motio proficiſcitur.) Dixit autem non per aliud pro eo quod eſt, non ex accidenti. Quin & aliqua inter ſe uiciſsim cauſæ ſunt, non tamen eodem modo. Sed hoc eſt illius cauſa efficiens, illud huius, ut finis. Sic labor efficiens eſt bonæ habitudinis, bona habitudo uiciſsim finis eſt laborandi. Præterea idem quodã modo contrariorũ cauſam eſſe uideri ait, non tamen eodẽ ſeſe habens modo. Sed præſentia eſt cauſa huius, illius uero abſentia, quã priuationem appellat, ſed ambo hæc cauſas eſſe ait, ut efficiẽtes.

Vniuerſæ autem nunc dictæ cauſæ quotuor in genera manifeſtiſsima cadunt. Elementa nanque ſyllabarum, materiam conficiendorum operum arte, ignem, & terram, & talia omnia corporum, partes totius ſuppoſitionis denique concluſionis, ut id ex quo res fiunt cauſas eſſe conſtat, atq; horum quædam ſunt, ut ſubiectum, ueluti partes quædam, ut quiditas totũ inq̃, compoſitio, atq; forma, at ſemen medicus quique conſuluit, & oĩno efficiens omnia ſunt cauſæ, unde eſt principium mutationis aut quietis.

(Vniuersæ autem nunc dictę causę quatuor in genera manifestissima eadunt.) hanc dictionem consequitur ea, quę ait: (Atque horum quędam sunt, ut subiectum.) Sed interponitur dictio de subiectis, quæ causarū materialium partitionem continet. cuius initium est: (Elementa nanq; syllabarum.) qua interiecta dictione uel connumerat primum docetq; nos subiectorum discrimina, aliter enim materia subiicitur iis, quę constant ex ipsa, aliter elementa syllabę & conclusioni ꝓpositiones. Materia enim per alterationem excipit formam. Artificialia uero dixit, quę non fiunt per compositionem, quę per formę mutationem efficitur. At elementa per compositionem syllabarum fiunt, corpora uero simpliciter per compositionem & alterationem. propositiones item per compositionem causę fiunt totius syllogismi. nam conclusionis non ut materia, sed ut efficiens causa sunt ꝓpositiones, in uniuersum uero in syllogismo propositiones, ut materia sese habent, conclusio uero, ut forma, uel primum igitur per distinctionem docuit nos causarum numerum exponere, uel sic exorsus est, quasi cuique causę suum esset exemplum redditurus, sed congestis pluribus causę materialis exemplis, quippe in quibus multiplex est differentia, resumendo subiungit: (Atque horum) & sic rursus ab initio exorsus breuiter cuique suum reddit exemplum: at inter exempla materię deformis quoque meminit, quibus materia subiicitur: quę formæ causę quoque sunt. nam cum dixit: (Elementa nanque syllabarum.) utraq; commemorauit. (Atque horum inquit, quędam sunt ut subiectum.) quo in loco partitionem persequitur eorum, quę dicta sunt. Et enim prędictorum quędam sunt causę, ut materia, quędam ut forma, alia ut quiditas totum & compositio atq; forma. Totum autem dicit non cum partibus, sic enim forma totum dicitur, sed quod in partibus efficitur: uniuersalitatem uidelicet, & perfectionem. Similis est ratio compositionis: hęc enim cum diuersa sit ab iis quę simul ponuntur, est tamen in ipsis coniunctis. Sed cum dixisset: (quędam ut quiditas.) quid in dictorum quoque quiditas est, exposuit. totum scilicet quod in partibusquę ut materia se habent, forma est & compositio, quę in elementis habetur, syllaba enim huiusmodi est: Sed forma, quanq̄ omnibus congruit, proprie tamen in iis intelligitur, quibus materia proprie dicta subiicitur: (At semen medicus, & qui consulit.) per hęc causam efficientē demōstrat, qui enim de re aliqua consiliū dedit, ut fieret, ad efectū illius, nō nihil effecit.

Quædam autem sunt ut finis bonumq; cæterorum, id enim gratia cuius cætera fiunt. Optimum esse finisq; illorum solet. Interfit autem nihil, bonum ipsum, an apparens bonum dicatur, tales igitur atque tot causæ speciei esse uidentur, at qui modi causaꝝ numero quidem sunt multi, si in capita autem & ipsi redigantur pauciores euadunt. Dicuntur enim causæ multipliciter, & ipsarum quæ sunt eiusdem speciei alia prior, alia & posterior, ut sanitatis medicus, atque artifex, & concentus eius, qui omnes sonos complectitur. duplum ac numerus, & semper ea quæ continent q̄uis singularium, præterea ut accidens & genus huius, ut statuę aliter Polycletus est causa, & aliter statuarius. Accidit enim statuario, ut sit Polycletus, & ea quæ continent accidens, uelut homo est causa statuæ, aut omnino animal, quia est Polycletus homo, & homo est animal. Sunt autem & accidentium alia remotiora aliis, atq; ꝓpinquiora: ceu si albus ac musicus causa statuæ diceretur, sed non solū Polycletus uel homo. Præter autem

V

omnes quæ accomodate dicuntur, & quæ per accidens, aliæ ut potētes, aliæ ut operantes dicuntur, ueluti extruēdæ domus causa est ædificator, aut ædificans ædificator.

VI (Quædā aūt sunt ut finis bonumq; cęteroꝝ.) Horum uerboꝝ hic debuit esse ordo, quædam autē ut finis cæteroꝝ & bonum. Cæteroꝝ autē scilicet quorum sunt finis, sed cū fini adiecisset bonū, quamobrē finis, & cuius gratia sit hmōi docuit, dicens: (id enim cuius gratia cætera fiunt, optimum esse finisq; illorum solet.) Neq; uerointerest bonum ipm dicamus, an speciem præferens boni: qm̄ omnis finis aut re bonum est, aut specie. Nam studium operaq; in uere bonum cōfertur, aut certe quasi bonum sit. Omnis enim ars omnisq; disciplina similiter actio & electio bonum quoddam appetere uidētur, ut initio Ethicorum dixit: (Causarū autē modi complures numero sunt) modos causarū appellat discrimina in ipsis reddendis, ut ipse docet adiiciens: (Dicuntur enim causæ multipliciter.) numero igitur plures modos esse ait, fieri tamen pauciores, sed ad cōia & uniuersalia referātur, prorsus ut omnes modi ad sex causarū genera referātur: quorum quodq; dicitur dupliciter, uel actu, uel potentia, ut demonstrabit. Sed prius qui sint causarum modi explicat & complures esse docet, redditione nanq; causarum interest continuo ne reddatur & prius, an non cōtinuo, sed posterius. Nam proximis causis posteriores sunt species, & genera quæ illoꝝ sunt causæ. quod enim continens proximumue cōplectitur & latius patet q̄ ipsum, id posterius est ipso. quæ eadem intelligitur ratio in singulis generibus causarum, in materiali, in formali, & in cæteris. quin in eodem genere causarum alia q̄ alia prius uel posterius causa dici potest. Nam causæ materiales priores posterioresq; in eodem genere sunt. item formales inter se, atq; in cæteris aliis similis est modus etiam in causis ex accidenti. Nam quæ propriis causę accidunt, uel quibus causæ proprie dictæ accidūt, hæc ex accidēti causæ nuncupātur: atq; item horꝝ ipsorū genera. Nā statuæ ꝓprie statuarius est causa. Sed qm̄ statuario accidit, ut sit Polycletus, Polycletus aūt est homo, idcirco Polycletus ex accidēti causa est statuæ. atq; itē hō & animal: ita in causis ex accidēti aliæ aliis sunt ꝓximiores. Polycletus enim ꝓpior est statuę q̄ hō: quod discrimē accessus & recessus in causis p accidens aptius exposuit subiectis exemplis. Nam licet Polycletus ex accidenti sit statuæ causa, nō eque tñ atq; accidētia Polycleti, ut album uel musicum. Hęc enim dicētur illa quidem statuę causæ per accidēs, e remotiore tñ, q̄ Polycletus. Exponit autem modorum uniuersalem differētiam in causis, secundū potentiam & actum. Aliter enim causa est, qui potest, aliter qui iam fungitur officio. Et semper rem quanq; complectentia uocat ꝓximam cōtinētemue causam, hæc enim nō est tam communis, q̄ quę ipsam complectuntur.

Similiter & in hisce dicetur, quoꝝ causæ sunt ipsæ causæ, ut huius statuę, aut statuę, aut omnino imaginis, & æris huiusce, aut æris, aut omnino materiæ, & in accidentibus simili modo, præterea & hæ & illæ complexæ dicentur, ueluti non Polycletus aut statuarius, sed statuarius Polycletus. Attamen hæc omnia multitudine quidem sunt sex, dupliciter autem dicentur, nā, aut ut singulare, aut ut genus, aut ut accidēs, aut ut accidentis genus, aut ut cōiuncta hæc, aut ut seiūcta dicūtur, & insup ut potētia aut actu. Interest aūt tantū causæ enim actu & singulares, & ea quorum sunt causæ simul sunt, & nō sunt, ut hic q medetur, cū hoc q sanatur, & hic qui ædificat, cū hoc qui ædificatur, sed quæ sunt potētia, nō semp, nō enim simul domus ædificatorq; corrumpūtur.

(Similiter & in hiſce dicet, quoꝝ cauſæ ipſæ ſunt cauſæ.) ut inquit de cauſis dictū eſt, ſic de iis dicetur quibus cauſæ ſunt cauſæ, ideſt, de effectibus, his enim cauſæ ſunt cauſæ. Similiter autē, quia in effectibus quoq; quidam continuo dicuntur, quidā cōius & remotius, hęc enim ſtatua propinquior effectus eſt. Huius enim aliud cauſa eſt, ut materia aliquid, ut efficiens, aliud, ut finis, hæc igitur ſtatua propior effectus eſt. q̄ ſimpliciter & communiter ſtatua, at rurſus ſtatua q̄ imago: quoniam imago latius patet q̄ ſtatua. Quod uero ait: (& æris huiuſce, aut æris, aut omnino materiæ.) de cauſa quoque dici poteſt. Nam hoc æs, ut materia cauſa propinqua eſt ſtatuæ: æs autem & materia remotius. Itaque cauſa & effectus ſimiliter propinquum & remotum habent. Poteſt & hoc in loco æs non ut cauſa, ſed ut effectus accipi: & ſic ars metallica cauſa fuerit æris efficiens, quod æri ſubiicitur cauſa materialis, effectus uero ipſum æs: quod alterius eſt materia & cauſa, alterius effectus: proxime ergo effectus artis metallicæ eſt hoc æs, remotius autem æs: materia uero in uniuerſum remotius etiam num. (Et in accidentibus inquit, ſimili modo.) in accidentibus ſcilicet effectuum. Accidētia enim effectuum, effectus quoque ſunt ex accidenti: & horum alia propinquius, alia remotius. Propinquius, quæ propioribus effectibus accidunt, ut huic ſtatuæ uel huic æri. Remotius horum ſpecies & genera, hoc enim rubrum propior effectus eſt, ſi fuerit ſtatua rubens, ſimpliciter uero rubrum remotior, & color remotior etiam num. (Præterea & hæc & illa complexe dicentur.) huius complexionis modum expoſuit complectens cauſam per accidens, cum cauſa per ſe, ideſt Polycletum cum ſtatuario. Licet & proximas cauſas per ſe cum proximis ex accidenti complicare, & communiores cum communioribus, & ordine mutato remotiores cum pripioribus. (Attamen hæc omnia multitudine quidem ſunt ſex.) communes & uniuerſales differentias cauſarum in medis ſex eſſe ait, quarum quæque dicitur dupliciter: harum porro differentiarum duæ ſumūtur in cauſis proprie dictis. Nanq; in ipſarum ſingulis ſumitur, uel ut ſingulare & proximum uel quaſi genus ipſius, duæ rurſus in accidentibus. Nam & in his uel ſingularia, uel horū genera ſumuntur: & aliæ duæ, uel enim complexæ inter ipſas cauſæ per ſe cum cauſis ex accidenti accipiuntur, uel ſimpliciter & ſeparatim ſingulæ. Sed ex his ſex una quæque cauſa dupliciter dicetur. Sumitur enim uel quaſi iam fungens munere, uel quaſi fungi queat: quorum diſcrimen ipſe appoſuit, dicens: (Intereſt autē tantū, cauſæ enim actu & ſingulares, & ea quoꝝ ſunt cauſæ ſimul ſunt, & non ſunt.) Cauſa inquit, in actu a cauſa in potentia, hoc intereſt, quod cauſa quæ in opera eſt, ſimul eſt cum effectu, circa quem operatur, & ſimul eſſe deſiſtit. Quæ uero in potentia eſſe dicūtur, ea ut ſimul ſint, nihil eſt neceſſe. Sed cum dixiſſet cauſæ in actu, addidit, & ſingularia quæ ſignificantur per efficientia, & ea quæ efficiuntur. Singularia enim ſunt quæ efficiunt, quæq; efficiūtur. hic enim ędificator domuū, domum ędificat, & hęc domus ędificatur: & ſi huiuſmodi faber ędificat, ut domus ſit, quæ ædificatur eſt neceſſe. At ſi eſt qui domum poteſt ędificare, nō protinus eſt neceſſe, ut domus aliqua ſit. quę ędificetur: neq; ſi hmōi faber intereat, qui potētia cauſa domus eſt, neceſſe ſit ut domus ab ipſo conſtructa deleat. Ita quæ ad hunc modū cauſæ ſunt, nihil oportet, ut ſimul uel cōſiſtant, uel intereāmtur.

Elementum dicitur id, ex quo quippiam componitur primo, ita ut ſiſt, indiuiſibileq; ſit ſpecie in aliam formam, ut uocis elemēta ſunt ea, ex quibus componitur uox, & in quæ diuiditur ultima, quæ quidē non ulterius in alias uoces diuerſas a ſe ſpecie diuiduntur, ſed ſi etiam diuidantur partes eiuſdem ſunt rationis, ut aquæ pars aqua eſt, ſed non ſyllabæ ſyliabæ

Simili modo, & ea corporum elementa ueteres dicunt, in quę ultima ipſa corpora diuiduntur, & quæ non in alia corpora differentia ſpecie diuiduntur, & ſiue unum ſiue plura ſint talia, hæc elementa appellant. Similiter & deſignationum & demonſtrationum elementa dicuntur. Primæ nanq; demonſtrationes, quæ in pluribus demonſtrationibus inſunt, elementa demōſtrationum uocantur. Sunt autem tales ratiocinationes hæ, quæ primæ ſunt ex tribus per medium unum. Hinc etiam per tranſlationem elementum id omne appellant, quod unum eſt, & paruum, & ad multa cōducit. Quamobrem & id quod eſt paruum & ſimplex indiuiſibileq;, elementum uocatur, unde emerſit ea quæ maxime uniuerſalia ſunt elementa eſſe, quia unum quodq; ipſorum unum eſt & ſimplex, & in multis, aut in omnibus, aut q̄plurimis ineſt, ipſum etiam unum per eadem punctumue principium quibuſdam eſſe uidetur, cum igitur ea quæ genera uocantur uniuerſalia ſint indiuiſibiliaq; (una eſt enim ratio ipſorum) genera ipſa quidam elementa inquiunt eſſe, & magis q̄ differentiam, propter quod genus uniuerſale magis eſſe uidetur, cui nanque differentia comperit, ei continuo genus etiā ineſt, at cui competit genus, ei nō omni differentia ineſt, omnibus autem eſt commune elemētum eſſe cuiuſq; id, quod uniq; primum ineſt.

iiiv (Elementum dicitur id ex quo quidpiam componitur primo.) Elementum dici multifariam, docet Ariſtoteles, reddens proprie dicti elementi rationem hanc. Ex quo primo inſito, & indiuiduo ſpecie, quidpiam conficitur. Haud enim quātitate indiuiduum eſt elementum, ſed ſpecie. quanq̄ in quibuſdam exemplaribus ſcribitur: (indiuiduo ſpecie in aliam ſpeciem, ſed indiuiduo ſpecie in eandem ſpeciem.) ſi ergo priorem ſcripturam retineamus ſenſus in promptu eſt. Nam elementum diuidi nequit in alias & diuerſas ſpecies. Neque enim ignis corpusue aliud ſimplex in diuerſa ſpecie diuiditur. Syllabæ autem idcirco non ſunt elementa orationis, quoniam in literas diuidun tur, quæ ſpecie diſcrepant. quia uero ſunt indiuidua, idcirco nequeunt in diuerſa ſecundum ſpēciem diuidi. Ita licet non addatur: (in aliam ſpeciem) idem ſignificatur, cum dicitur: (ſpecie in diuiduo.) Nam quod eſt ſpecie indiuiduum, id in aliam ſpeciem diuidi uon poteſt: quod ſi legatur in eandem ſpeciem, intelligendum eſt in elementa, nam ſi diuiſum fuerit, iam non erit elementum. quod enim ait: (Sed ſi etiam diuidantur, partes ſunt eiuſdem rationis.) Superuacuum uideri poteſt, hoc enim ſatis intelligebatur. cum elementum ſpecie indiuiduū eſſe diceret, qm̄ quod eſt ad hunc modum indiuiduum, id ſi diuidatur haud dubie in partes eiuſdem rationis diuidetur. Illud autem: (Similiter & ea corporum elementa ueteres dicunt.) De iis dictum eſſe uidetur, qui atomos, ideſt, corpuſcula indiuidua compoſitorum corporum elementa faciebant, ac de Empedocle, qui ex quatuor alia generabat: deque iis, quibus corpus aliquod ex quatuor, uel medium elementum eſſe placebat. Nam per hos omnes elementa indiuidua ſunt ſpecie. per eos uero qui atomos aſſerebant, non ſpecie tantum, ſed etiam magnitudine indiuidua eſſent. Vocis autem elementa, non ſyllabarum partes dicere uidetur, hæ nanq; nominum atque orationis partes ſunt, ſed ſonos & ſtrepitus, qui proprie uocis ſunt partes, & elementa: quique ſimplices ſunt, nec amplius

in diuersa diuiduntur. (Similiter inquit , & desiginationum & demonstrationum ele-
menta dicuntur.) quia enim prima & simplicia sunt , & consequentibus insunt,id cir
co in geometria uocantur elementa , quæ neque ex aliis simul positis constant , neq;
in demonstrationibus in diuersa specie diuiduntur . Nam primæ demonstrationes
& quasi principia non amplius in demonstrationes diuiduntur . Adiicit autem sum-
pta ab huiusmodi elemento translatione, per similitudinem id quoque uocari elemen
tum, quod unum est & paruum ad multaq; conducit , tale nanq; non est proprie ele-
mentum . Est enim elementum id ex quo primo insito res constituitur , qualia quæ
nunc dicuntur, non sunt . (quamobrem & id quod est paruum & simplex indiuisi-
bileq; elementum uocatur .) sed quæ sunt elementa , quæ per translationem uocan-
tur statim docet, cum ait : (Vnde emersit ea, quæ maxime uniuersalia sunt, elemen-
ta esse.) innuit autem suprema genera,quoniam horum quodq; cum sit unum & sim
plex in pluribus inest . Licet enim motus sit indiuiduum specie, ut elementum, quod
proprie intelligitur,est tamen in omnibus sibi subiectis, simplexq; : quoniam primo-
rum generum ne definitio quidem habetur , non tamen est ut indiuiduum. Dixit au-
tem: (In omnibus aut q̃ plurimis inest) qm̃ fuerunt, qui ens ipsum genus esse puta
rent , quod si uerum sit in omnibus inesset . Pari ratione unum & punctum quibus-
dam principia & elementa esse placuit , quoniam hæc minima sint, & omnino indi-
uidua. Nam unum dicit, ut unitatem. Ex his igitur nihil omnino componimus , sed
punctus magnitudinum elementum idcirco uocatur , quia in omni magnitudine in-
est , ex unitatibus uero coniunctis licet numerus constituatur,alio tamen modo.Ne-
que enim ex ipsis aliquid cõtinens efficitur . Potest & unum commune ipsum dice-
re,quod de omnibus rebus prædicatur , quo circa ipsum perinde genus esse ait atque
ens, quoniam ens & unum subiecto idem sunt , ut in superiore libro demonstratum
est. Quomodo autem genera simplicia sint,& indiuidua ipse exposuit,dicens:(Ne-
que enim ipsorum est ratio.) Idcirco autem genera inquit , q̃ differentias magis esse
cuiusq; elementa quidam existimant , quia cõmuniora sunt , & in pluribus haben-
tur simpliciora; sunt , & priora definitione. Cunctis autem elementis id ait esse com
mune , ut primum cuique insint , quanq̃ non similiter unoq; modo elementa omnia
primum insint : aliud enim inest , ut subiectum quoddam , quod pars rei efficitur,
quod quidem explicatur per definitionem,quæ ait: Elementũ esse ex quo primo insi-
to specie indiuiduo res conficitur . quæ ab ipso reddita est , quasi definitio elementi
proprie dicti , aliud uero,ut prædicatum, quodq; definitionis pars efficitur, non sub-
iecti,ut subiectum est, huiusmodi autem sunt genera. Cæterum quomodo elemen-
tum ex eorum est numero,quæ multifariam dicũtur,si omnibus est commune,ut pri-
mum insint ? an quia quoddam dicitur proprie , aliud per similitudinem ad proprie
dictum . Sed cum dixisset sic in demonstrationibus sese habere demonstrationes pri-
mas, ut in aliis rebus elementa,hoc quale sit exponit,dicens: (Sunt autem tales ratio-
cinationes hæ quæ primæ sunt ex tribus per medium unum .) appellans primas ratio
cinationes seu syllogismos ex tribus eos , qui habentur in prima trium figurarum,
quales sunt primi primæ . Syllogismi enim aliarum figurarum in hoc esse habent,
quod ad syllogismos figuræ huius reducuntur. At (Per medium unum.) dixit , ut si-
gnificaret primæ figuræ simplices syllogismos. Nam & in prima figura quidam com-
positi syllogismi effici possunt , hi tamen non habentur per medium unum . Sunt
autem plures syllogismi potentia , non tamen primi , sed compositi . Aut certe
illud : (quæ primæ sunt ex tribus per medium unum .) Perinde est ac si dixisset:
Syllogismi primi ex iis, qui ex tribus terminis cõficiuntur,quorum unus est medius.

Prima enim demonstratio,quæ ex medio uacantibus propositionibus constituitur,ex
tribus terminis constat:quorum unus sumitur pro medio,qui qm̃ primi sunt,in poste
rioribus demonstrationibus insunt.Cõclusiones enim primorum syllogismorum ad
demonstrationem sumuntur eorum,quæ posterioribus demõstrantur.In quibusdam
exemplaribus scriptum est: (Primum trium mediorum) cuius hic esset intellectus:
Elementum demonstrationum & syllogismorum esse tres primos trium figurarum,
qui fiunt per tres medios terminos,qm̃ in unaquaq; figura alius est medius:primi au
tem in quaque figura sunt , qui simplices in unaquaq; habentur, hi uero sunt,qui per
unum medium conficiuntur.

Natura dicitur uno modo,eorum quæ nascuntur ac pullulant generatio,
alio uero modo id ex quo nascitur primo id quod nascitur , ita ut insint.
Præterea id unde primus motus in uno quoq; est eorum quæ natura con
stanti,ut ipsum est:nãsci autem ea dicuntur,quæ per aliud incremẽtum su
scipiunt,ex eo quia tangunt,adiunctaq; sunt,aut copulata,ut fœtus. In-
terest autem inter copulationem & tactum,in quibusdam enim præter ta
ctum nil aliud esse necesse est. In his autem quæ copulata sunt,est aliquid
unum,in utrisq; idem,quod copulationem pro tactu facit, & esse cõtinua
tione quantitateue , & non qualitate unum . Præterea natura dicitur id
ex quo primo est, aut fit aliquid eorum, quæ natura constant, quod qui-
dem est informe, ex suaq; potentia immutabile, ut statuæ quidem æneo-
rumq; uasorum æs natura dicitur , ligneorum aut lignum, & in cæteris si
mili modo.Ex his enim unum quodq; cõstat,prima materia permanente
salua,etenim hoc & elementa modo naturam eorum esse,quæ natura con
stant ueteres dicunt,quidam ignem,quidam terram,quidam aerem,qui-
dam aquam,quidam aliud tale,quidam horum aliqua, quidam hæc uni-
uersa dicentes.Alio præterea modo natura dicitur eorum substãtia, quæ
natura constant, ut ii censent qui dicunt naturam primam esse composi-
tionem ,aut ut Empedocles ait , qui quidem naturam nullius eorum esse
quæ sunt,sed mixtionem duntaxat mutationemue mixtorum esse,ab om
nibus uero naturam uocari dicit,quamobrem & ea quæ natura sunt , aut
fiunt , & si id iam est ex quo ipsa sunt apta fieri aut esse , nondum tamen
naturam habere dicimus , si speciem non habeant atq; formam . Natura
igitur constat id,quod ex his utrisq; componitur , ut animalia partesque
ipsorum.Natura autem est materia prima, quæ duplex est , est enim aut
ea quæ ad ipsum est prima,aut ea quæ omnino est prima,ueluti uasorum
materies æneorum, ad ipsa quidem prima est æs , simpliciter autem for-
sitan aqua,si omnia ea sint aqua, quæ liquescere possunt , & insuper for-
ma atq; substantia, quæ quidem est generationis ipsius finis. Per transla-
tionem autem iam & omnis omnino substantia natura propter hanc dici
tur,quia & ipsa natura substantia quædam est. Ex his igitur quæ naturæ
sunt dictæ , substantia eorum quæ principium in seipsis habent , ut ipsa,

sint prima, est profecto natura, proprieq; natura dicitur. Materia nanque ex eo natura dicitur, quia est huiusce susceptrix, generatio etiam pulla-
tione natura propterea dicitur, & ab ista est motio, principium quoque
motus eorum quæ natura constant, ipsa eadem est quæ, quidem inest ali-
quo modo, aut potentia, aut actu.

(Natura dicitur uno modo eorum, quæ nascuntur ac pullulant generatio.) Quinq; xi
modis naturam intelligi ait, uno enim modo natura est quasi fœtura & germinatio.
quod enim fit, id nasci & quasi germinari dicimus: & quod in generatione ducitur in
naturam duci. huiusmodi natura in opere de physico auditu definita est, licet enim
germinatio in plantis usitatius dicatur, interdum tamen dicitur in animalibus: omnis
enim progressio in speciem perfectam est generatio. (ut si quis porrigens dicat, y) Y
dicit quod in uerbo physis, idest, natura habetur, in hoc significato. Altero modo na-
tura subiectum significat & materiam. Materia enim ex qua prima insita rei efficien-
dæ generatio fit, natura est: neq; enim perinde res fiunt ex materia, ut ex priuatione, ac
oppositis fieri dicuntur, cum hæc non insint rei efficiendæ: porro, quia nõ solum dixit
inexistens, sed addidit primũ, nõ proximam cuiusq; materiã, sed primam significauit,
quam materiam antiphon naturam esse statuebat, ut in primo de physico auditu testa
tus est. Si enim aiebat lectus terra obrutus uim recipiat germinandi lignũ ex se, quod
est subiectum nõ lectum, qui forma esse intelligitur procreabit. Nascitur aut dixit p
efficitur seu generatur. Tertio modo natura dicitur forma naturalis, hoc enim signifi
ficat, cum ait: (Præterea id unde primus motus in uno quoq; est eorum, qui natura
constant, ut ipsum est.) nam principium motus naturalis eorum, quæ natura cõsistũt,
per formam cuiq; suppetit, & hæc est causa naturalis motus singulis corporibus natu-
ralibus. Per formã enim, terra est terra, & ignis ignis, homoq; homo: quæ ratio eadem
est in cæterorum animalium quoq;. Atq; horum forma est anima, illorum uero pro-
pensio, qua enim aqua est, qua terra, qua ignis, principium habẽt in se motus natura-
lis. Illud autem: (ut ipsum est) idcirco adiecit, qm̃ potest quispiam moueri per artem,
quæ quidẽ nõ est natura, idemq; in se principiũ motus obtinere, ut qui sibi ipsi medea-
tur: nõ tamen quatenus ægrotat in se principium obtinet motus, sed per accidẽs. Sed
neq; qua homo est, recipit sanitatem. Nam motus, quibus qua est homo cietur, per for
mam & insitã ipsi naturã, illi contingũt, quæ quidẽ est talis anima, estq; hoc quod hic
dicitur: (ut ipm est) par illi, quod dictũ est in phytico auditu, idest per se, & nõ per ac
cidẽs. Vbi cũ dixit naturã esse principiũ motus eius in quo primũ inest, adiecit: per se
& nõ ex accidẽti: qua adiectione idẽ significauit, quod hoc in loco, cũ ait: (ut ipm est)
qđ uero dicit: (primus motus) uel significat motũ loci: latio enim ut demõstratũ est,
prima inter motus habetur, & omne corpus naturale latione moueri aptum est, non
itẽ accretione aut alteratione: uel primũ dicit, qui corporibus tanq̃ naturalibus inest,
terræ, ut terræ, animali, ut animali. Nã & per artẽ eadẽ moueri possunt, sed eiusmodi
motus posterior esset. & sic illo: (ut ipsum est) exponeret uerbum primus. Deinceps
naturæ primũ intellectũ explicat & quæ nã res nasci dicãtur, exponit: Ea scilicet, quæ
per aliud & ab alio alũtur & augẽtur, ipsum contingentia uel ei adnata siue cognata,
quo in loco attingere cognataq; esse, & adnata esse uel pro eodem accipit, uel ut ali-
quo modo discrepantia, ut cognata esse dicantur, quẽadmodũ terræ stirpes, qm̃ ab ipsa
seiuncta uiuere nequeunt, adnata uero, ut fœtus, qui separati etiã uiuunt, discrimen
uero inter cognationẽ, & contactum ipse declarauit, cognata enim sunt, quæ sunt cõ-
tinentia rei, cui cognascũtur, terminũ utriusq; cõmunẽ habentia: cõtingẽtia uero præ-
ter tactum nihil habent commune. Sed quærat aliquis, quo tandẽ modo stirpes terræ
unitæ

unitę sunt? aut si non sunt unitę, quo pacto per ipsam crescunt aluntur q;? An idcirco
dixit: (Nasci autem ea dicuntur, quę per aliud incrementum suscipiunt, ex eo quia
tangunt adiunctaq; sunt aut copulata.) quoniam aliqua sunt, quę contingunt & au-
gentur per se? hęc autem effatus discrimen explicat, quo inter se contingentia distant
& cognata ad naraq;, sed fortasse de attingentibus dixit adnata esse. Nam quæ ita con-
tingunt, ut rei contactæ adnata sint, hæc per illud augescunt: præterea copulata seu
cognata quo modo unum sint declarat: quantitate enim unum esse ait, non qualitate:
haud enim uiscerum quodq;, hoc est qualitate, quod cæterum corpus cui cõiunctum
est, nec ficus fructus. hoc quod arbor, aut uua quod lignum uitis: quin & arbores ple-
runq; specie diuersæ, sed quæ inter se finitimæ sint, coalescunt & salua propria specie
uniuntur. Quarto modo naturam intelligi ait proximam cuiusq; materiam, quę cum
sit corpus actu, ac ppriam & formã & naturam retineat, formam tamen recipit eius,
cui subiicitur: Sic lignum est lecti materia, nam & lectus factum, lignum est etiã nũc:
sic item æs materia efficitur statuæ. Deniq; artificiosorũ materia ad hunc modum se se
habet. At quia dixerat: (quæ natura cõstant) exponit cur id adiecerit, dicẽs: (Etenim
hoc & elementa modo naturam eorum esse, quæ natura constant ueteres dixerunt.)
Sic Empedocles quatuor elementa materiam esse statuit eorum, quæ natura fiunt, pro
pterea quod ipsa immutabilia considerabat. Ad hunc quoq; modum quidam unum
ex quatuor elementis materiam rerum esse tradebant: alii duo, alii tria. Sic item De-
mocritus individua corpuscula. At materia prima lõge aliter se se habet, nam licet na
turam sui retineat,, per se tamen nihil est actu, ut hoc aliquid. Quintum naturę intel-
lectum perfectionem esse ait atq; substantiam utriusq; eorum, quæ natura fiunt, quæ
quidem efficitur per unionem materiæ & formæ: horum nanq; coitus in unum natu-
ra existit. Ad hunc modum quidam entia coitu quarundam rerum gignũt, ii quod ex com
positione unitur naturam uocant. Nam quibus compositorum unionem non fieri pla
cet, ii cõflatæ rei naturam ullam esse negãt. Empedocles ergo dum sibi compositorum
nullam fieri unionem persuadet, negat cuiuspiam esse naturam, idest unionem, sic ut
ex compositione unum quiddam fiat, & in specie constituatur. Sed mistionem cõuen
tum quendam mistorum esse ait: uulgo tamen naturam ab hominibus nuncupari mi-
scendo illa uniri putantibus. Sed cum huiusmodi substantiam & perfectionem natu-
ram nuncupari docuisset, idcirco inquit eorum, quæ natura uel fiunt, uel fiunt, nõ dũ
naturam haberi dicimus, nisi propriam formam & perfectionem acceperint, & si ple-
runq; ea iam pręsto sint ex quibus hęc perficiuntur & fiunt. Porro cum totum concre-
tum naturam esse dixisset, qm̃ hoc potius natura consistere dici potest, adiicit: (Natu-
ra autem est materia prima) cuius exemplum est aqua: si aqua sit materia ęris: atque
item materia proxima, cuius exemplũ est ęs. Pręterea forma & substantia, per quam
esse cuiq; suppetit. De quibus supra meminit & sic natura tribus modis appellabitur,
ut nunc adiecit. formam uero idcirco generationis finem esse dixit, quoniam in iis, quę
natura fiunt, forma substantiam finis obtinet. Cęterum omnẽ substantiam per transla
tionem a forma naturam ait nuncupari: quia enim forma, quę substantia est eorum,
quę natura consistunt, & per quam ipsis esse suppetit, natura est, idcirco in cunctis re-
bus naturam uocant substantiam cuiusq;, perquam ei esse suppetit. quamobrem for-
ma, quę per artem efficitur, quia substantia est operę artificiotorum ad hunc modum
appellatur. Horum enim quodq; propriam quandã substãtiam, & existentiam habet:
quę cum sit ipsorum forma natura nuncupatur, ideoq; propriam substantiam habere
dicitur. His de natura dictis ait: (Ex his igitur quę naturę sunt dictę, substãtia eorum,
quę motus principium in se ipsis habent per se, prima est profecto natura proprieq;

natura dicitur.) quibus docet,id quod in phyſico auditu dixerat,naturam proprie materialem formam intelligi: a qua motus principium compoſito ex materia & forma ſuggeritur.Materiam uero & cætera, quæ naturæ nuncupatur,ab hac una huiuſmodi uocabulum mutuari Materiam quoniam recipit ipſam formam, generationes autem & naturas: quoniam ſunt motus, qui manant ab eadem forma. etenim quæ naſcuntur, propter formam & inſitam ſibi uim naſcuntur. Deinde hanc principium motus eſſe ait eorum,quæ natura conſiſtunt,cum inſit aliquo modo. potentia ut anima in ſemine concepto, actu cum animal iam eſt. Generatio autem eſt principiū motus cunctis rebus naturalibus ad materialem formam. Merito igitur hæc proprie natura nuncupatur: ſiquidem principium motus eſt natura. Illud autem intelligere oportet, ſingula quæ ut plurifariam dicta partitur, non accipi ut æquiuoca, ſed ut quæ ab uno & ad unum referuntur.

Neceſſarium id dicitur, ſine quo fieri nō poteſt,ut uiuatur,ut cauſam comitante,ueluti reſpirare, ac alimētum neceſſarium eſt animali, eſſe enim ipſum ſine iſtis nō poteſt. Et id etiam ſine quo fieri nequit, ut bonum aut ſit aut fiat, aut malum quippiam abiciatur ac extrudatur, ueluti bibat medicinam neceſſe eſt, ut non ægrotet, & ad æginam nauiget, ut argentum recipiat. Præterea uiolentum ac uiolentia, hoc autem eſt id quod præter appetitionem uoluntatemque impedit atque prohibet. Violentum enim neceſſarium dicitur, quapropter & dolore afficit,ut & Euenus poeta dicit.

Omne neceſſarium res eſt profecto moleſta.
Et uis neceſsitas quædam eſt,ut & Sophocles inquit.
Sed uis ſeua præmit,fieriq; improba cogit.

Videtur etiam ipſa neceſsitas eſſe quid,quod diſſuaderi non poteſt: recte quidem uoluntatis enim ac rationis motui aduerſatur.Præterea id quod aliter ſeſe habere non poteſt,neceſſario ſic ſeſe habere dicimus, & per hoc neceſſarium & cætera omnia neceſſaria quodammodo dici ſolent. Violentum enim ex eo neceſſarium dicitur, quia non fit,ut id cui uis infertur aut agat aut patiatur tūc per appetitionem, propter id quod uim affert, ut ea neceſsitas ſit, ob quam res aliter ſeſe habere non poteſt. Similiter & ea quæ cauſam uiuendi boniq; comitantur. Cum enim fieri non poteſt, ut ſine quibuſdam,aut uiuatur,aut bonum acquiratur, aut conſeruetur tunc illa neceſſaria ſunt,& hæc cauſa neceſsitas quædam eſt:Inſuper demonſtratio neceſſarium eſt, propterea q; res aliter ſeſe habere nō poteſt, ſi modo ſit ſimpliciter demonſtrata. huius autem cauſæ ſunt ipſa priora,ſi fieri nō poteſt ut aliter ſeſe habeant, ex quibus ratiocinatio conſtat. Quorundam igitur alia cauſa eſt, ut neceſſaria ſint, quorundam nulla, ſed ob hæc ipſa alia neceſſario ſunt. Quare primum & proprie neceſſarium,id eſt, quod eſt ſimplex, hoc enim fieri non poteſt,ut pluribus ſeſe habeat modis. Quo fit,ut neque aliter atq; aliter, unq̄ ſeſe habere poſsit, alioquin pluribus modis ſeſe haberet. Quod ſi ſint aliqua perpetua ac immobilia,nihil illis eſt uiolētum,nihil omnino præter naturam.

(Neceſſarium id dicitur,ſine quo fieri non poteſt, ut uiuatur,ut cauſam comitante.) Neceſſarium quoq; in quinq; partitur intellectus, in quorum primo id neceſſarium eſſe ait,ſine quo ut uiuatur, fieri non poteſt, utpote quod in cauſa ſit, ut res conſiſtat. Sic cibus neceſſarius eſt animantibus, ſic item ſpiratio. Cauſa enim uiuendi anima eſt,hæc autem cauſam ipſam adiuuantia. Secundo modo id neceſſarium intelligi ait, abſq; quo bonum & opportunum effici nequit,uel malum ſecludi abiiciqi: quemadmodum potio Pharmaci neceſſaria eſſe dicitur, non quidem ſimpliciter, ſed ad morbum depellendum. Sic diſcas neceſſarium eſt, ut doctrinam conſequaris: honeſtis moribus aſſuefcas,ut bonus fias. Aeginam nauiges,ut mummos recipias, ſi hæc aliter obtineri nequeunt. Tertio, quod ui aliquis & inuitus facit. Nam uiolentum, & quod præter conſilium efficitur, id neceſſarium conſueuit nuncupari: quomodo is neceſſario quopiam uenisſe dicitur, qui eo coniectis uinculis adactus eſt, aut uentorum impulſu deiectus.Nam quæ ui nobis allata facimus,hæc ex neceſsitate facimus: quo fit,ut ad hūc modū neceſſaria mœrorem inducant.Nā ut Euenus poeta dicit:

Omne neceſſarium res eſt profecto moleſta.
Et uis neceſsitas quædam eſt,ut etiam Sophocles inquit.
Sed uis ſæua præmit,fieriq; improba cogit.

Quo uiolentum quoq; neceſſarium nuncupari Eueni & Sophoclis, teſtimonio confirmat.Neceſsitatem porro & uim a conſilio & perſuaſione alienam eſſe,dubium eſſe non poteſt, conſiderantibus eius principium non eſſe in noſtra poteſtate. Quamobrem dixit: (Volantis enim ac rationis motui aduerſatur.) quoniam hæc in noſtra poteſtate ſita ſunt, neceſsitas autem huiuſmodi libertatem tollit, cum extrinſecus afferatur,& in aliorum ſita ſit poteſtate. præterea ſempiternum & immutabile, quodq; aliter habere non poteſt neceſſarium eſſe dicitur, & ex hoc cætera neceſſaria dici ait. Nam quod aliter habere non poteſt, id proprie neceſſarium eſt. Sempiterna igitur ſimpliciter neceſſaria eſſe ait, cætera uero, neceſſaria dici. quoniam in eis quidq̄ huiuſmodi haberi uideatur. Nam quod ui allata ſit,tunc eſt neceſſarium, cum efficiens nequeat impetu & uoluntate ſua moueri propter uiolentiam, quæ diſſuaderi nequit, perſuaſio enim diſſuaderi poteſt, cui autem uis affertur, is aliter efficere non poteſt. Item adiuuans cauſa, ut ſit aliquid, uel bonum,ſit, neceſſarium idcirco dicitur, quoniam ſine illa eſſe,uel certe bonum eſſe,non licet:qui quidem ſunt tres rei neceſſariæ intellectus primum explicati.Sed quattuor prædictis quintū adiungit: qui pertinet ad demonſtrationes. Demonſtrationes enim idcirco neceſſariæ ſunt, quoniam quod demonſtratur,ſi proprie ac ſimpliciter demōſtretur, aliter habere non poteſt:quod quidem ut neceſſarium ſit priora,ideſt,antecedentes propoſitiones cauſam eſſe ait, ſi fieri non poteſt, ut aliter ea ſeſe habeant, per quæ ſyllogiſmus & demonſtratio procedit. Sed cum omnia neceſſaria in eum intellectum referri docuit,quo neceſſarium id eſſe intelligitur, quod aliter habere non poteſt, eorundem partitionem exequitur, & neceſſaria partim cauſam a ſe diuerſam habere dicit,cur neceſſaria ſint, ut quæ per ūm fiunt, & demōſtrationes.partim omni huiuſmodi cauſa uacare.ac eſſe potius ea teris cauſam neceſsitatis:ut primæ ac medio uacātes ppoſitiones.Ad hæc ſempiterna & quæ ad hunc modū ſunt neceſſaria,nec ullam habent externā cauſam, & aliis ipa ſunt cauſa neceſsitatis. Quæcunq; enim natura conſiſtunt a diis,qui ſempiterni ſunt, cauſam habēt exiſtēdi. Prēterea quod ſine aliquo nequit,uel eſſe uel bene habere,huic ab illo cauſa, cur uel ſit,uel recte habeat neceſſario ſuppēditatur. Aliorum igitur inquit ne-

ceſſatiorum diuerſa eſt cauſa neceſsitatis. Nam eorum, quę ſine aliquo eſſe nequeunt, cauſa diuerſa eſt: ut cibus diuerſus ab eo eſt, quod alitur, & ſic eorum quæ ſine aliquo bene uel habere uel effici nequeunt, cauſa eſt diuerſa. Similiter eorum, quæ per uim efficiuntur, item & concluſionis neceſsitatis cauſam diuerſam eſſe conſtat. Sola ſempiterna, quæ quidem ſunt diuina, cauſam cur ſemper ſint, nullam habent externam: & propter ipſa quæ natura conſtituunt, ex neceſsitate & ſunt & fiunt. Sed ubi neceſſarium eiuſmodi eſſe definiuit, ut aliter habere nequeat. (Primum ait & ꝓprie neceſſarium, ideſt, quod eſt ſimplex.) cuius eam cauſam reddidit: (hoc enim fieri non poteſt, ut pluribus ſeſe habeat modis.) Nam quod ſimplex non eſt, multifariam ſeſe habet, quod autem multifariam ſe habet, id aliter ſeſe habere poteſt. hoc igitur accepto infert. Si ſint in rebus aliqua ſimplicia, ſempiterna, & immobilia, iis uim omnẽ & quidquid eſt præter naturam abeſſe. Nam ni ita eſſet, poſſent aliter ſeſe habere. Sed illa proprie ex neceſsitate eſſe, cuiuſmodi per ſe ſint primæ cauſæ. quod idcirco adiecit: ne quis quod ea neceſſaria nuncupemus, ſic accipiat quaſi uiolenta, & præter naturam dicamus.

Vnum partim per accidens dicitur, partim per ſe, per accidens quidem, ut coriſcus & muſicum, & coriſcus muſicus, idẽ enim eſt dicere coriſcus & muſicus, & muſicum & iuſtum, & muſicus & iuſtus coriſcus, uniuerſa enim hæc unum dicuntur per accidens, iuſtum quidem & muſicum, quia utrunque uni ſubſtantiæ accidit, ſimiliter modo quodam & muſicus, coriſcus unum eſt quod coriſcus, propterea quod altera partium quæ in oratione ſunt alteri accidit, uel uti muſicum coriſco. Muſicus uero coriſcus, ac iuſtus coriſcus propterea unum eſt, q̃ utriuſq; partis unum eidẽ accidit uni, nihil enim differunt niſi hoc, coriſco iuſtum, coriſco muſicum accidiſſe. Idem eſt modus, & ſi de genere, & ſi de uniuerſalium aliquo nomine accidens ipſum dicatur, ut homo idem eſt, atq; muſicus homo. At enim ex eo eſt idem quia homini qui quidem una eſt ſubſtantia muſicum accidit. aut ex eo quia utrunq; quidam ſigularium accidit, ceu coriſco, & ſi nõ eodem modo ineſt utrunq;, ſed unum ut genus forſitan & in ſubſtantia, alterum ut habitus ſubſtantiæ uel effectus. Quæ igitur per accidens unum dicuntur, hoc modo ſane dicuntur. Eorum autem quæ unum per ſe dicuntur, alia ex eo dicuntur quia continua ſunt, ut faſcis uinculo, & ſigna glutine. linea quoq; continua ſi flexa etiam ſit, una dicitur, quem admodum & partium quæq;, ut brachium atque crus, horum autem ipſorum magis ea ſunt unum quæ continua ſunt natura, q̃ ea quæ ſunt continua arte, id uero cõtinuũm dicitur, cuius motus eſt unus per ſe, & aliter ſeſe habere non poteſt. Vnus autem is eſt motus, qui indiuiſibilis eſt atq; indiuiſibilis tempore, ea uero per ſe continua ſunt, quæ non tactu ſunt unum, nam ſi hoc pacto ligna poſueris ut ſeſe tangant, non unum, aut lignum, aut corpus, aut aliquid quicq̃ continuum ea dixeris eſſe, omnino igitur ea quæ continua ſunt, ũum dicuntur, & ſi flexuram habẽt, & etiam magis ea quæ flexuram non habent, ut tibia, aut fœmur magis eſt unum,

q̃ crus, propterea quod fieri poteſt, ut non unus ſit motus ipſius cruris, & recta linea magis eſt unum, q̃ flexa, eam uero quæ flexa eſt ac angulum habet, & unã ex eo & non unã dicimus eſſe, quia fieri põt, ut motus ipſius nõ ſimul ſit & ſimul. Rectę autẽ motus ſemper eſt ſimul, & non fit, ut pars ipſius magnitudinẽ habẽs, alia ꝙeſcat, alia moueatur, ut fit in linea flexa. Præterea alio modo ex eo aliqua unum dicuntur, quia ſubiectum eſt indifferens forma, indifferens autem eorum hoc pacto ſubiectum eſt, quorum forma eſt indiuiſibilis ſenſu, ſubiectum autem, aut primum, aut extremum ad finem, etenim uinum unum dicitur atq; aqua, ſi ſit indiuiſibilis forma, & liquores omnes unum dicuntur, ut oleum, uinum, & ea quæ liqueſcere poſſunt, quia omnium ultimum ſubiectum eſt idem, hæc enim omnia aut aqua ſunt aut aer. Dicuntur etiam unum & ea quorum genus eſt unũ differens oppoſitis differẽtiis, atq; hæc uniuerſa unum propterea dici ſolent, q̃ genus eſt unum, quod differentiis ipſis ſubiicitur, ut equus, homo, canis, unum quippiã ſunt ex eo, quia ſunt animalia cuncta, & quodammodo perinde ſunt unum, ut ea quorum eſt materies una. Iſta autẽ interdum hoc pacto unum, interdum ſuperiore genere idem dicuntur, ut ſi non propinquæ, ſed ultimæ ſint generis ſpecies, ut triangulus duorũ æqualium laterum, ac triangulus æqualium omnium, eadem unaq; figura ſunt, quia uterq; triangulus eſt, at non ſunt idem trianguli. Præterea unum ea dicuntur, quorum ratio quæ quiditatem explicat indiuiſibilis eſt ad aliã, quæ quiditatem rei declarat, ipa enim per ſeipſam oĩs rõ diuiſibilis. Sic enim & id quod accreuit, atq; decreſcit eſt unũ, quia rõ eſt una, pinde atq; in planis ratio formæ eſt una.

xl (Vnum partim per accidens dicitur.) unum partim̃ per accidens dici ait, partim per ſe, tum unum per accidens trifariam: accidens enim & id cui accidit unum dicitur, ut Coriſcus & muſicum, ſi Coriſco accidat eſſe muſico. Idem eſt enim dicere, Coriſcus & muſicum eſt unum, atq; Coriſco accidit muſicum, & Coriſcus eſt muſicus, & muſicum & iuſtum unum eſſe ait. Item ex accidenti, unum eſt muſicus Coriſcus, & iuſtus Coriſcus, quibus dictis cauſam ſubiungit, quare horum quodq; unum ſit ex accidenti. (Iuſtum quidem & muſicum, quia utrunq; uni ſubſtantiæ accidit.) Nam muſicum & iuſtum idcirco ſunt unum per accidens, quoniam utrunq; uni cuidam accidit. Muſicum autem & Coriſcus, quia una pars totius alteri accidit: Coriſco enim accidit muſicum. Similiter inquit quodã modo illud Coriſcus Coriſcus muſicus eſt, eſt unum unaq; propoſitio per accidens, quoniam in hac oratione altera pars totius orationis alteri accidit. Coriſco enim accidit, ut ſit Coriſcus muſicus. Quanq̃ ipſe nõ dixit, ut Coriſco accidit, ut ſit Coriſcus muſicus, cum orationis unam partem alteri accidere diſſet, ſed (uti muſicum Coriſco) prætermittens in prædicato uerbum Coriſcus, quia enim muſicum accidit Coriſco, idcirco Coriſcus, Coriſcus muſicus eſt. Dicit autem: (Similiter modo quodam) propterea q̃ diſcrimen quoddam eſt in dictione & prolatione. Illic enim dixit quod unum eſt Coriſcus muſicus, hic autem mu

ſicus Coriſcus & Coriſcus. Porro muſicum Coriſcum, & iuſtum Coriſcum idcirco unum eſſe ait, quoniam utriuſque una pars eidem accidit, quod in utroq; eſt idem. Nam muſicum quod eſt unius propoſitionis pars, & iuſtum quod alterius, cum accidit Coriſco, quod habetur in utraq; idem eſt in ambabus propoſitionibus. Præterea. & ſi accidens non de Coriſco alioue indiuiduo, ſed de ſpecie quapiam aut genere breuiter de aliquo uniuerſali prædicetur ſimiliter unũ per accidens fieri ait, ut ſi uerbi cauſa homo & muſicus homo idem eſſe dicatur. Nam & hæc unum ſunt, uel quia homini quæ ſubſtantia eſt muſicum accidit, ual quia muſicum & homo accidit uni cuidam indiuiduæ ſubſtantiæ: exempli gratia Coriſco: quemadmodum muſicum & iuſtum unum dicebatur, niſi quod non ſimiliter utrunq;, ideſt, homo & muſicum adeſt Coriſco. Sed homo ut eius ſpecies & in ipſius exiſtens ſubſtantia, muſicum uero, ut habitus quidam, uel affectio uel omnino ut accidens. quemadmodum album, uel ſimum & his ſimilia. quamobrem hoc ſimilius effet Coriſco, cum de ipſo Coriſcus muſicus prædicatur. Atq; ea quidem, quæ unum per accidens eſſe dicuntur, tot modis dici ait: (Eorum autem quæ unum per ſe dicuntur alia ex eo dicuntur, quia continua ſunt.) Continua uocat latius ſumpto uocabulo, ea etiam, quæ utcunq; ab aliquo cõtinentur, ut faſcem, quod a uinculo conſtringatur: pari ratione, quæ glutino cohærent, ut libri appellat continentia. Alia continua nuncupantur, quod terminum habeant communem: qualia ſunt, quæ proprie continua intelliguntur: ut linea quæ continua eſt etiam ſi non recta, ſed ex parte inflexa ſit: ſic item corporis partes continentes eſſe dicuntur: ut crus & brachium. Sed continentium ea magis unum eſſe ait, quæ natura continentia ſunt, q̃ quæ arte: uerbi cauſa, brachium hominis q̃ brachium ſtatuæ: talia enim magis unita cognataq; ſunt: eademq; communem habent ſenſum, quibus explicatis rationem quandam reddit continentis, quam ad explicationem unius accommodat. Nam continens id eſſe definit: (cuius motus eſt unus & per ſe, & aliter ſeſe habere non poteſt.) qui porro motus unus ſit exponit, dicens: (qui indiuiſibilis eſt, atq; indiuiſibilis tempore.) quibus uerbis ea proprie primumq; continua eſſe dicit, quorum motus quo per ſe mouetur, unus eſt & neceſſario unus, ideſt, quo mouentur omnia, nec fieri poteſt, ut alterum moueatur, altero quieſcente, qualia ſunt continenta, quæ flexura uacant. horum nanq; motus tempore indiuiduum eſt. Sed ubi cõtinua uocari ea dixit, quorum motus eſt unus, protinus quæ ſint, quorum motus eſt unus exponit, & in quo huiuſmodi continentis eſſe conſiſtat. In uniuerſum igitur per ſe, ac proprie continua eſſe dicit, quæ non contactu unum habent, ut quæ uinculo, aut glutino continentur, ſed quæ uno termino copulantur. Ligna enim quæ inter ſe contingunt non dicũtur proprie, neq; unum lignum, neq; unum corpus: ad ſummam non dicuntur unum quiddam. Omnino igitur continuum & ſi non rectum, ſed inflexum ſit, unum tamen proprie intelligi ait, ſed ea magis etiamnum, quæ recta ſunt & flexura uacant. Tibia enim per ſe, aut femur magis eſt unum, q̃ crus totum, ſcilicet, quoniam crus flexuram habet. & proinde poteſt eius non unus eſſe motus, quod de fœmore aut tibia uerum non eſt. Talium enim fieri non poteſt, ut parte quieſcente, pars altera moueatur: tunc enim flecteretur, qua ratione lineam rectam, q̃ inflexam magis unam eſſe ait. Nam ſic inflexam, ut angulum habeat, & unam, & non unam eſſe. circuli enim linea una eſt, cui fieri nequeat, ut hæc ſalua eadem figura ex parte moueatur. Idcirco autẽ angulo ſam lineã nõ ſimpliciter unam eſſe dixit, qm̃ ea poteſt ex parte, ac non tota ſimul moueri. cum uicißim rectæ pars nequeat ſine tota moueri. nam alioquin flecteretur. Itaq; nulla pars rectæ magnitudinem habens poteſt per ſe

abſque tota, uel moueri, uel quieſcere. Idcirco uero: (magnitudinem habens) adiecit, quia terminum lineæ rectæ poſſet fortaſſe quiſpiam appellare: qui terminus in motu lineę totius conſiſtere ualet. At poſt mentionem eius, quod quia continuum eſt unum eſſe dicitur, alio modo ea docet unum appellari, quorum ſubiectum non diſcrepat ſpecie: quod his uerbis exponit: (quorum indiuiſibilis ſpecies ſecundum ſenſum.) quo in loco indiuiſibile uocat, quod in diuerſa ſenſibilia non ſecatur. Neque enim magnitudine indiuiduum ſit horum ſubiectum oportet: ſunt autem diuerſa ſenſibilia dulce exempli cauſa, & acerbum, & album atque fuſcum. Ad hũc autem modum ea ſenſibilia unum eſſe intelligi poſſunt, quorum ſpecies eſt eadem. Neque uero ea tantum unum eſſe ait, quorum primum ſubiectum eſt indiuiduum, ſed etiam quorum ultimum: primum appellans id quod continetur atque proxime ſubiectum eſt, ut uerbi cauſa uinum: Nam ſubiectum appellat ſubſtantiam ſenſibilem, ſi ergo uinum ſit quorumpiam proximum ſubiectum, ſecundũ hoc ea unum ſint, erunt enim ſpecie unum, ſimiliter ſi aqua. quorum autem extremum ſubiectum idem eſt, ea quoque unum ſunt: non quin diuerſa inter ſe ſenſibilia ſint, ſed quia effecta ex uno aliquo extremo corpore ſenſibili, ſpecieq; indiuiduo. hæc enim unum ſunt, non quod ſimilis ſint ſpeciei, ſed quia ipſorum extremum ſubiectum idem eſt ſpecie. quomodo ſapores omnes unum eſſe dicuntur, quoniam ab uno aliquo corpore eodemq; extremo ſubiecto ipſorum eſſe proficiſcitur: ab aqua uidelicet, uel ab aere. Sed illi: (aut extremum,) adiecit ad finem, quod intelligi poteſt, uel extremum a fine, ideſt, ab ipſo maxime ſeiũctum, uel extremum ad finem, ideſt, ultimum & finis quod alii non ſubiicitur. Eſt autem extremum ſubiectum unum & oleum, primum uero, ſubiectum ſenſibile, ex quo ipſa generantur. Ad hunc modum unum ſunt, quæ ex eadem materia eodemq; ſubiecto ſenſibili fiunt. Præterea unum ea dici ait, quorum unum idemq; genus habetur. Nam quæ diuerſa ſunt, & per generis eiuſdem partitionem oppoſitis differentiis accepta, unum ſunt ſecundũ genus quod ipſorum unum exiſtit, & ſic unum ſunt, quæ unum genere dicuntur. Sed hæc ſimiliter quodammodo unum dici ait, atque ea de quibus modo mentionem fecimus, quorum extremum ſubiectum & materia, quæ corpus ſenſibile ſit, eadem habeatur. Nam & illa cum ſint inter ipſa diuerſa, unum tamen ſunt, qm̃ ad ſubiectum unum ac indiuiduum referuntur: ſed quanq̃ ea, quæ ex eadem materia exiſtant ſimiliter unum eſſe ſimpliciter dici poſſint, atq; ea quæ ſunt unum genere, tamen quodam modo ſimiliter dixit, quia non omnino, ſed quatenus hæc, ſicut illa ad unum quiddam referuntur: altera nanq; idem ſubiectum habent, altera idem prædicatum. quanq̃ ſubiectum illud ſpecie indiuiduum eſt, quantitate non item. genus ediuerſo quantitate, non item ſpecie. Sed modo eadem inter ſe genere dici ait, quæ eidem proximo generi ſubiiciuntur, licet id oppoſitis differentiis diuidatur, modo quæ ſupremo generi, ſubiecta ſunt, & quæ unum ad hunc modum poſteriorem dicantur exponit. Cum ſcilicet genus alterum alteri ſubiicitur, & ſpecies ſubiecti generis accipiuntur, quæ non ſunt ſpecies primo generi, ſed huic ſubiacenti, proxime, quæ ultime ſunt & extremæ: hæ nanque unum inter ſe non ipſis proximo, ſed ſuperiore genere dicuntur. Nam idem ſignificat: (ſuperiore.) atq; (ſuperiore his.) Exempli cauſa, animal genus eſt, item auis quod animali ſubiicitur, auis ſpecies ſunt, aquila & accipiter. hæc igitur non quatenus auis ſunt eadem inter ſe atque unum ſunt, hac enim ratione differunt, ſed quatenus animalia, & quia in ſuperiore genere continentur. Sic triangulus qui ſcalenus dicitur, & equilaterus qua ſunt figuræ, unum ſunt, qua triãguli non item. Quanq̃ illud

(ſuperiore his .) ſignificare poteſt, ſecundum genus ſuperius proximis generibus, & hoc modo quæ ſecundum ſuperius, non ſecundum proximum genus eadem genere ſunt, perinde unum eſſe dicentur, ut quæ ab uno ſubiecto unaque materia extrema, non proxima unum eſſe dicuntur, quoniam ut hæc unitatem non per proximam, ſed per extremam materiam habent, ſic illa genere non quòd proxime prædicatur, ſed ſuperiore eadem nuncupantur. Cur autem hæc per ſupremum genus eadem eſſe dicantur, non item per proximum cauſam reddit. Nam cuius generis differentiis aliqua illi ſubdita interſe non diſcrepant, ſecundum illud hæc eadem ſunt inter ſe, ſecundum id autem diuerſa, cuius diſtant differetiis. De quibus uero prius meminit, ea non ad hunc modum eadem inter ſe ſunt. Trianguli ergo æquilaterus, ut & ita dicam æquicrurius, & ſcalaris, qui a Græcis ἰσόπλευρον ac ἰσοσκελὲς & σκαληνόν appellantur, figuræ diſcriminibus non diſcrepant. Nam cum in rectilineorum differentiam omnes trianguli cadant, eædem figuræ ſunt inter ſe. Sed quia trianguli diſcriminibus diſſentiunt, non ſunt idem trianguli. Eadem eſt aquilæ, coruiq; ratio. Nam cum animalis differentiis non differunt, omnes enim aues ſub uolatile, quod eſt animalis una differentia cadunt, eadem ſunt animalia: non item eædem aues: quia diſcriminibus auis diſſentiunt. Nam uir & mulier idcirco pariter homo ſunt, quia non diſtant inter ſe hominis differentiis. Sed ubi, quæ unum genere dicantur edocuit, quandam unius notionem addit: quæ a definitione ſumitur, & ratione, quæ rei explicat quiditatem. Quorum enim ratio definitioque eadem eſt, ea licet inter ſe diſcrepent, ſeiunctaque ſint, unum tamen eſſe dicuntur. Et poſtquam dixit: (quorum ratio quæ quiditatem explicat, indiuiſibilis eſt ad aliam,) adiicit: (ipſa enim per ſe ipſam omnis ratio diuiſibilis.) propterea, quod omnis definitio ex pluribus quibuſdam conſtituitur, in quæ diuiditur. Cum igitur aliqua inter ſe diſiuncta ſunt, & quibuſdam accidentibus diſcrepantia, quorum ſubſtantiam rationes explicantes eædem ſunt, ea quoque unum eſſe intelliguntur, quo in loco explicare uidetur, quæ ſpecie, eadem ac unum eſſe dicantur, quod uero ait: (Perinde atque in planis ratio formæ eſt una.) Significat, horum inter ſe diſtinctorum, & quibuſdam accidentibus diſcrepantium ad hunc modum rationem eſſe unam. Huiuſmodi enim ſunt, quæ inter ſe magnitudine ſolum diſtant. de quorum numero eſſe ait augeſcens & decreſcens: niſi intelligere malluimus ad hunc modum: quemadmodum in planis eadem cuiuſque ratio ſecundum ſpeciem manet, ſiue maius ſit, ſiue minus. Nam ſimilis triangulus atq; unus ſunt, maior & minor, modo ſint eiuſdem ſpeciei. deinde adiicit aitq;.

Omnino autem unum ea dicuntur maxime, quorum intellectio indiuiſibilis eſt, quæ quiditatem ipſam intelligit, & neq; tempore, neq; loco ſeparari poteſt, neq; etiam ratione, & horum ea quæ ſubſtantiæ ſunt. Vniuerſaliter autem ea quæ diuiſionem non habent, ea ratione qua non habent, unum dicuntur; ueluti ſi ut homo diuiſionem non habet, unus eſt homo, ſi ut animal, unum eſt animal, ſi ut magnitudo, una eſt magnitudo. Plurima igitur unum, ex eo dicũtur, quia aliud quippiam unum, aut effiunt, aut habent, aut patiuntur, aut aliquid unum ſunt, ea uero primo dicũtur

unum, quorum eſt ſubſtantia una. Vna autem, aut continuatione, aut forma, aut ratione. Etenim ea quæ non continua ſunt, aut ea quorum forma non una eſt, aut ea quorum non una eſt ratio, ut plura numerare ſolemus. Præterea partim quoduis unum dicimus eſſe, ſi quantum atq; continuum ſit, partim non dicimus, ſi non ſit quid totũ, ideſt, ſi non aliquam unam habeat formam. Nõ enim ſimiliter unum dixerimus, ſi calcei partes quouis compoſitas modo uiderimus, niſi ob continuationem, ſed ſi hoc pacto ut ſint calceus, & unam iam aliquam habeant formam. Quapropter & circuli linea maxime omnium linearũ eſt una, propterea quod tota eſt atq; perfecta. Eſſe autem unius in hoc cõſiſtit, ut numeri ſit principium quoddam. Prima enim menſura uniuſcuiuſq; generis principium eſt. Quo enim primo cognoſcimus, id prima menſura generis eſt cuiuſq;. Ipſum igitur unum circa unũquodq; genus cognoſcibilis rei principium eſt, non eſt autem ipſum unum in uniuerſis generibus idem, hic enim eſt primus ſenſibilis ſonus, ibi littera uocalis, uel muta, ponderis autem aliud, & motus etiam aliud. Vbiq; uero ipſum unum, aut quantitate eſt indiuiſibile, aut forma, eorum autem quæ quantitate, & ut quantitas eſt indiuiſibilia ſunt, id quidem quod penitus eſt tale poſitioneq; caret, unitas appellatur, id autem quod penitus eſt tale poſitionemq; habet, dicitur punctũ, & id quod unice eſt diuiſibile, linea nuncupatur, & id quod duabus ex partibus, ſuperficies appellatur, quod uero omni ex parte eſt diuiſibile, & trinam habet dimenſionem, id dicitur corpus, & conuerſione igitur facta, quod duabus ex partibus eſt diuiſibile, id ſuperficies, quod una ex parte, id linea, quod nulla ex parte, id punctum, aut unitas nuncupatur. Vnitas ſi poſitione careat, punctum ſi habeat ipſam. Inſuper alia numero, alia ſpecie, alia genere, alia ſimilitudine rationis ſunt unũ. Numero quidem ea, quorum eſt materies una, ſpecie autem ea, quorum eſt ratio una, genere uero ea, quorum eadem eſt prædicamenti figura, ſed ſimilitudine rationis ea, quæ ſic ſe habẽt, ut aliud ſe ad aliud habet. Semper igitur poſteriora anteriora ſequuntur. Quæ enim numero ſunt unũ, ea ſunt & ſpecie unum, at quæ ſpecie ſunt unum, ea non omnia numero ſunt unum, ſed omnia genere ſunt unum, quæ ſunt ſpecie unum. Quæ uero genere ſunt unum, ea non omnia ſunt ſpecie unum, cuncta tamen ſunt unum ſimilitudine rationis, at quæ ſimilitudine rationis ſunt unum, ea non omnia ſunt genere unum. Patet autem & ipſa multa oppoſito dici modo. Quædam enim ex eo dicuntur multa, quia non continua ſunt, quædam ex eo quia diuiſam materiam, aut primam, aut ulitmam habent per formam, quædam ex eo quia plures eas rationes habent, quæ explicant quiditatem.

(Omnino autem unum ea dicũtur maxime, quorum intellectio indiuiſibilis eſt, quæ quiditatem ipſam intelligit & ſubſtantiam.) Nam quę auelli omnino nequeunt, neq; tempore, locoue, aut ratione ſeiũctionem ullam admittunt, ea potiſsimum unũ ſunt, & tanto magis quæ in his ſubſtantiæ ſunt. appellat autem unum proprie, unum numero & hoc aliquid atq; ſubiectum. Etenim quæ ſunt eiuſdẽ uel generis uel ſpeciei, eorum aliqua & loco & tempore diſtinguntur inter ſe. Item quæ diuerſis nomnibus appellantur in ἐπῳνύμα, licet neq; loco, neq; tempore diuidantur, ratione tamen diuiduntur. Aſcenſus enim & deſcenſus licet ſubiectum unum ſit ac indiuiduum, ratio tamen eſt diuerſa: quod uero eſt unum numero, id prorſus eſt indiuiduum. præſertim quod eſt in ſubſtantia. Cætera enim quæ unitatem habent, beneficio id ſubſtantiæ obtinent. uel ſenſus eſt: quæ uni generi ſubiiciuntur, ea ſic genere unum ſunt, ut tamen ſpecie diſcrepent, & generis oppoſitis differentiis: quæ uero uni ſpeciei ſubdita diſtincta inter ſe ſunt, ac ſeparata, licet non ſm ſubſtantiã tamen quibus accidẽtibus hęc ſpecie eadem ac unum ſunt. At genus ipſum uniuerſaliter acceptum, ut animal, quod unum eſt & idẽ ſibi nõ alii, ſibi ipſum idem atq; unũ numero eſt: hoc eſt nõ diuiditur hominis differentiis, id autem per hæc dicit, quod paulo ante dixerat. Deinde hactenus quodq; unum dici ait, quatenus ſectionem non admittit, nec diſcrimẽ ullũ ad aliquid. Nam quæcunq; non differunt inter ſe, quatenus nõ differunt, eadem ſunt inter ſe. Homo enim qui quatenus homo, eſt indiuiduus unus eſt, ideſt, qui non diuiditur in homines. Similiter unum animal, quod quatenus eſt dũ animal nõ diuiditur, quæ eadem eſt in cæteris ratio. Sed his interiectis, eo reuertitur, ut oſtendat, quod ſecundũ ſubſtantiam eſt unum, id proprie unum eſſe. cum cætera ſingula per aliquod accidens unum eſſe dicantur: ſcilicet, qm̃ aliud quidpiam efficiũt, quẽadmodũ quæ ſimiliter diſpoſita ſunt, unum eſſe dicuntur, ut mel melli idẽ atq; unum eſſe dicitur, aut certe dulce, & calidũ calido: uel quia quidpiam idem habẽt, ut muſicus muſico, album albo: quæ idcirco eadem ſunt, qm̃ aliquid idem obtinent, ut alia quoniã idem patiuntur, ut quæ caleſcũt, uel refrigerãtur. Breuiter quæ affectione aliqua eadẽ afficiuntur. alia quod ſint ad aliq̃d: ut oẽs qui ad orientẽ habitãt, dextrã mũdi partem obtinere dicimus. ac proinde cuiuſdã unius comunione cõiungi: & uiciſsim læuam, qui ad occaſum. eadẽ eſt ratio, ſi quos dextrã alicuius unius tenere dicamus, uel duplos eſſe, uel unius filios. hęc igitur unũ ſm aliquod accidens habẽt, ſcilicet, qm̃ accidẽtis cuiuſpiã ſocietatẽ obtinẽt. At ꝓprie unũ ea ſunt, quoꝝ ſubſtãtia eſt una. Eſt autẽ una quorũpiã ſubſtãtia, uel quia cõtinctia: cõtinens enĩ qua eſt huiuſmodi, unũ eſt, ut linea una eſt, unũ planum, unum corpus, uel ſpecie, ut triangulus unus eſſe dicitur & unus homo. Nam quorum ſpecies eſt una, ea unum ſubſtantia ſunt, ut homines, ſunt enim eiuſdem ſpeciei, & quæcunq; talia ſunt unum ſubſtantia eſſe dicuntur: (uel ratione) inquit, ratione unum ea dici poſſunt, quæ multis nominibus nuncupãtur, hæc enim ſecũdũ ſubſtãtiam unum ſunt, quippe quorum ratio ſubſtantiam ſignificans una eſt, uel pro eodem dixit: (Specie aut ratione.) cuius indicium eſt, quod cum exponeret, quæ plura eſſe intelligantur, tum de iis, quæ contrientibus opponuntur, tum de iis, quæ opponuntur ſimilibus ſpecie meminit, Nam plura eſſe dixit, uel quæ nõ ſunt continua, uel quorum ſpecies non eſt una. hæc autem ſingula unum eſſe docet, eo argumẽto quoniam quæ non ſunt inter ſe continua, ea ut plura ſolemus numerare, nam multos homines dicimus, quoniam licet unam habeant ſpeciem, inter ſe tamen diuiſi ſunt. Item multa dicuntur, quæ non ſunt ſpecie ſimilia: ut equus, canis, & homo: nec adiecit, quorum rationes ſunt plures, ea quoque plura eſſe. Prędictis autem modis proprie unius alium adiungit, quo totum unum eſſe dicitur. xii

Nam ſepe uſu uenit, ut aliquid continuum ſit, nec tamen unum idem dicatur, niſi totum ſit, & formam acceperit. Haud enim utcunq; cõgeſtum, unum eſt, etiamſi omnes in ſe partes contineat, niſi ſic habeat, ut propriam formam obtineat: ut exemplo calcei aperte demonſtrauit, lineam uero circuli maxime unam eſſe ait: quia non ſolum eſt continua, ſed etiam tota & perfecta, quippe cui nulla ex parte fieri poteſt acceſsio. Cæterum in dictione hac aliquid deſiderari uidetur: nam cum dixiſſet: (Prętereа quia partim quoduis unum dicimus eſſe, ſi quãtum, aut continuũ ſit, partim non dicimus) nihil prætereа adiecit, cum illud deſideretur. (Hic quoq; modus quidam unius fuerit.) uel quidq̃ ſimile. Nam licet quod de circulo ait, ut ſic dictum accipi poſsit, idcirco lineã circuli maxime omnium literaꝝ unam eſſe, ipſe tamen non ita loquutus eſt. Dictio igitur & illuſtris eſſet & appoſita, ſi pro illo: (Sed quoniam partim quoduis.) ſcriptum eſſet: (Prætereа partim quoduis.) Deinde unius eſſe in eo poſitum eſſe ait, quod numeri principium ſit. Nam unum eſt cuiq; prima menſura, quod quidẽ unum principium eſt in ſingulis: unũ igitur principium eſt in quocunq;, huiuſmodi autem eſt unitas in numero, & aliud in alio, quodcũq; eſt in ipſo prima menſura: neq; enim unum in cunctis idem eſt. Quid porro ſit prima in ſingulis menſura, expoſuit dicens: (quo enim primo cognoſcimus, id prima menſura generis eſt cuiusq;.) quibus uerbis docet unum principiũ eſſe, ut cognoſcibilis. per quod enim cognoſcitur quidq̃, id illius cognoſcendi principium eſt, ita unum principium eſt cognoſcendi. Nam per unum hominem homines primum cognoſcuntur, equi per unum equum, & ſingula genera per quidpiam ſibi proprium: cuius modi eſt dieſis in concentu. In concentibus enim omnia interualia, hoc minimo ſenſibili interuallo menſurari uidentur. Littera uocalis uel muta in uoce. littera enim minima menſura eſt, qua uox omnis ſcripta menſuratur. rurſus in pondere quidpiam aliud eſt primum & unum, cuius multitudine aut compoſitione pondus cognoſcitur. Similiter in motu aliquid eſt primum cognitum & intellectum, quo motus omnis cognoſcitur. Nã licet nullus ſit primus motus natura, nos tamen unius ſtadii motum cognoſcimus, aut quempiam alium, quo totum motum menſuramus. Sed in cunctis ait & ubiq; ipſum unum aut quãtitate eſt indiuiſibile, aut forma: quod igitur eſt quantitate indiuiduum, id ſi omnino eſt indiuiduum, & prætereа poſitione caret unitas eſt. Sin poſitionem habeat, ſitq; omnino indiuiduum punctus. At ſi uno modo diuiduum linea: diuidi enim per longitudinem poteſt, ſi duobus, planum ſuperficieſue, ſi tripliciter & omnino diſtat, nam quod tripliciter, hoc omnino uel omnibus modis diſtat, corpus eſt, forma uero indiuiduum eſt, ut unus homo, unus equus: per ſingulas ſpecies. unum autem numero, ut manifeſtũ prætermiſit. Deinde aliam unius diuiſionem ſubſcribit, quæ uſurpari ſolet: ſed quæ in prædictis cõtinetur. (Alia enim inquit numero ſunt unũ, alia ſpecie, alia genere, alia ſimilitudine rationis.) appellat autẽ unum numero, quorum materia eſt una. Subiectũ communiore uocabulo materiam uocans. Nam quæ ſubiecto unum ſunt, ea unum numero eſſe intelliguntur. Vnitas enim licet materia careat, una tamen eſt numero, atq; item linea. Sed ſubiectum in ipſis communius materia poteſt nuncupari. Specie uero unum ea eſſe ait, quorum una eſt ratio: eſt autem una ratio omnium quæ eidem ſpeciei ſubiiciũtur. Nã generis diuerſarũ ſpecierũ nõ eſt eadẽ ratio, eoꝝ eſt eadẽ ratio, quę ſub aliqua indiuidua ſpecie cõtinentur. At genere hęc unũ eſſe ait, quoꝝ eadẽ eſt figura prædicationis, ideſt, de quibus unũ ſupremũ genus unumq; prædicamentum prædicatur. Nam hæc omnia unũ genere ſunt, Analogia uero, ideſt proportione unũ id eſſe definit, quod ſe ut aliud ad aliud habet. Nam cum aliquid ſic ſe ad quidpiam habet, ut aliud ad aliud, ea ob huiuſmodi ſimilitudinem proportione ſunt unum. Addit

autem,id quod indubitatum est,quæ secũdum posterius unum habent,ea secundum priora quoq; habere,at non ediuerso:qm̃ quæ numero unum sunt, specie quoq; & genere uniuntur. Sed quærat aliquis quomodo quæ sunt unum numero, proportione quoq; unum sunt,& nõ ediuerso? an sic dicitur quatenus unum numero idem sibi est specie. Nam qm̃ genere unum sunt,proportionis quoq; unitatem habent: qui in eodem genere contenta proportionem habent inter se,ut homo ad hominem; equus ad equum:ut homo animal, & equus animal. Item quæ in eadẽ specie continẽtur proportionem habent. At non e conuerso quæ sunt unũ proportione,ea genere unum sunt. Nam proportione unũ sunt,ut fons ad amnem,sic cor ad animal, at nõ sunt eiusdem generis, fons & cor, uel amnis & animal. Sed post unius mentionem palam esse ait multa opposito modo dici atq; unũ. Etenim quæ continentia non sunt,sed diuisa, ea multa esse intelligũtur. Item quæ materiam non indiuiduam, sed diuisam & specie discrepantem sortiuntur:uel primam,uel ultimam. Primam, ut si subiecto illud uinũ sit, hoc oleum,siquidem hæc diuersæ sunt species:ultimam uero,si ultimum cuiusq; subiectum ex quo factũ fuit,diuersum est specie: ut si hoc ex aqua fiat; ut ex ultimo subiecto,ut liquabilia illud ex terra,uel quopiam alio,ut euaporationes. Multa item sunt, quorum sunt multæ rationes,ut quæ discrepant specie,quę iis opponuntur, quorum ratio una est ac definitio. Pari ratione in cæteris unius expositionibus licet multa apposita sumere. Nam multa genere sunt, quibus non est genus commune. Multa item sunt,quorum non est indiuiduum intelligentia, & quæ inter se diuiduntur,quatenus diuiduntur,multa sunt.

Eius quod est,aliud per accidens dicitur,aliud per se,per accidens quidé, ut iustum musicum esse dicimus,& hominem esse musicum; & musicum hominem esse perinde dicentes,atq; musicum ædificare dicimus, propterea quod ædificatori,ut sit musicus,aut musico, ut sit ædificator accidit, hoc eni esse hoc,huic hoc accidisse significat. Sic & in hisce quæ diximus, cum hominem musicum esse dicimus, & musicum esse hominem, aut album musicum esse,aut hunc album, hoc ex eo dicimus, quia eidem acciderunt ambo, illud ex eo, quia accidit ei quod est, musicum uerum ex eo dicimus hominem esse,quia huic musicum accidit,sic autem & album dicitur esse, quia illud est cui id accidit. Ea igitur quæ per accidens esse dicuntur,hoc pacto dicuntur,aut quia ambo enti insunt eidem,aut quia illud enti inest, aut quia ipsum est cui inest id de quo ipsum prædicatur. Per se autem ea dicuntur esse,quæ prædicamenti figuræ significant, tot enim ipsum esse significat,quot modis ipsę dicuntur. Cum igitur eorum quæ prædicantur, alia quid est, alia quantum, alia ad aliquid, alia agere, aut pati, alia ubi, alia quãdo significat ipsum esse, idẽ quod unumquodq; istorum significat. Nihil enim hæc differunt, homo ualens est, & homo ualet, homo etiam ambulans est, aut secans, & homo ambulat, aut secat, similiter dicendum est & in cæteris. Præterea ipsum esse uerum significat, & non esse non uerum sed falsum tam in affirmatione q̃ in negatione,uelut Socrates musicus est,hoc est ꝓpterea quod uerum est, aut Socrates albus non est,hoc est etiam propterea quod uerum est, at diametrum nõ esse

esse inconmensurabilem lateri, non est propterea quod uerum nõ est, sed falsum. Insuper ipsum esse & ens, partim id quod potentia, partim id quod est actu significat. Nam & id quod potentia,& id quod actu uidet, uidens dicimus esse, & scire similiter, & id quod uti scientia potest, & id quod utitur,& item quiescere,& id cui iam quies inest, & id quod quiescere potest. Similiter & in substãtiis dicere cõsueuimus, etenim mercurium in lapide dicimus esse,& dimidiũ lineę,& frumẽtum id esse,quod nõdum maturę euasit. Quãdo autẽ quippiam dicẽdum est,& quãdo nondũ dicendum est potẽtia esse,in aliis determinare oportet.

xiii (Ens aliud per accidens dicitur,aliud per se.) ut unum, sic item ens primum in ens per accidens partitur,& ens per se ac primum,& modos explicat, quibus aliquid per accidens esse dicitur:in exemplis pro ente est usurpãs, quoniam est ab ente formatur. Per accidens igitur inquit ens & esse prædicamus,iam cum sic dicimus,iustus est musicus: quemadmodum unum per accidens esse dicebatur,iam cum sic:homo est musicus,tum cum sic,musicum est homo,quibus modis unum per accidens dici supra demonstratum est. horum autem inter ipsa discrimen, & cur in cunctis huiusmodi ens & esse per accidens dicatur, deinceps declarat:ut enim cum aliqua accidentia de quopiam prædicamus, illam prædicationem ex accidenti unam esse dicimus, propterea quod sic accidentium subiectum unum est,sic ens per accidens dicuntur,quæ substantiæ cuipiam ad hunc modum adsunt. Nam, ut unum per accidens est, quoniam uni accidit,sic ens per accidens, quia enti substantiæ accidit & ipsius est. Quorum autem proprie subiectum est,ea siue unum siue plura sint,ipsius erunt accidentia, si hoc sint. Nam qui nõ proprie aliquid est, id per accidens est illud:nulla enim substantia quidq̃ eorum est,quæ nõ sunt in ipsius esse, sed ipsi accidunt. quamobrem ipsa his subiecta substantia per aceidens ea est,quę ad hunc modum de ipsa prædicãtur,suaq; accidentia:& ipsa per accidens sunt, utpote quæ nec proprie sint, neq; per se, sed esse ab eo cui accidunt mutuentur. Perinde dicentes inquit,ut si musicus ædificare dicatur, non ædificator esse,ut cum accidens absq; eo esse sumpserit,& id quomodo dicatur expositurit, perinde esse doceat dicere ædificatorem esse musicum,ac ædificatorem musicum, uel econuerso, musicum ædificatorem, neque enim refert hoc an illo modo dicatur: utcunq; enim dicatur significat,cui accidit esse ædificatori, huic item esse musico contingere. Nam cum aliquid hæc esse uere dicitur, huic prædicatum adesse & accidere uerum est. Vt in cæteris igitur,sic in modo dictis usu uenit, siue enim hominem musicum esse,uel musicum hominem dicamus,siue musicum album esse,uel album musicum, hac oratione ambo eidẽ accidere dicimus,& hominem ntrunq;,ideſt,& album, & musicum per accidens esse, illa uero homini musicum accidere. quod idcirco est ens,quia enti accidit:futurã & ipsum proprie ens,si ex entis esset substantia. Dicimus autem hominem musicum,nõ quod homo accidat musico,sed quia homini musicum accidit. Hæc enim prædicatio musicus est homo præter naturam pronunciatur. Expositis igitur tribus modis quibus res per accidens esse dicuntur,ipsorum inter ipsos explicat differentiam, uel enim sic esse dicuntur, quod ambo enti substantiæq; adsint, uel quod prædicatum adest accidit q̃ subiecto,quod est substantia: uel quia ipsum est cui adest id de quo ipsum prædicatur, ut in propositionibus præternaturalibus. Præ dictis autem adiungit illud: (non album est) uelut hic ipsum esse ex accidenti dicatur, perinde atq; in supradicta & similia: non album enim per accidens esse dicitur, quoniam illud est non album, cui accidit esse non albo: sed postquam de ente per ac

cidens differuit, de ente per se,disputationem aggreditur : & tot modis ens per se di ci ait,quot sunt figuræ & genera prædicationis , prædicationis autem figuras appellat decem prædicamenta.Decem igitur modis ens per se dici tradit, huiusq causam exponit,quoniam esse cum quocunq ente cõstruatur, idem significat,quod id cum quo constituitur,quia ens æquiuocum propriam cuiusq existentiam significat.si ergo decẽ sunt differentiæ secundum suprema genera , utiq ens & esse decem quoq modis dicetur.Nam esse cum substantia constructum existentiam significat substãtialem,cum quanto, existentiam ut quanti , cum quali ut qualis , & in cæteris generibus similiter. Quamobrem cum aliquid horum de quopiam in substãtia prædicatur ut genus, uel differentia,aut definitio cuiuspiam ipsorum,uerbum est, quod cum huiusmodi prædicatis construitur,per se prædicari intelligi debet.Verbum autem est cum quocunq construatur,naturam illam significare, indicium esse ait , quod homo est ualens nihil aliud significat,q̃ homo valet:cum uerbum est, quod cum ualetudine construitur,nihil aliud significet , q̃ ualetudinis existẽtiam,ut ambulationis quod cum ambulans,& sectionis,quod eum secans:quæ ratio eadem in cunctis reperitur. Nam ut in libro de enũciatione testatus est, ipsum nihil est, adsignificat tamen compositionem quãdam, quæ sine compositis esse nequit . Præterea est inquit, & esse atq ens uerum significat, non esse autem & non ens falsum.Nam uerum esse & ens dicimus:falsum uero non esse & non ens. (Similiter in affirmatione & negatione.) ideſt, siue affirmando siue negando de quopiam prædicetur . qui enim Socrates est musicus dicit , quod dicitur uerẽ esse dicit,est ꝓ uero usurpans Similiter qui dicit, Socrates est nõ albus nõ albus negatiue prædicans,rursus uere dicit Socratem non albũ esse. Et ad hunc modum uerum est in affirmatione.falsum autem in negatione,ut siquis dimetientem non esse incommensurabilem lateri dicat,construens diametrum incommẽsurabilem lateri cum non esse , falsum dicit hoc esse . Nam qui affirmationem dicit , is uerũ esse dicit ipm esse:qui uero negationem, is esse tollit ceu falsum sit . Præterea esse & ens significare ait,tum quod est potentia,tum quod in actu.quod si pro: (quod est potentia) scriptũ sit (dicendum) tantundem fuerit,quoniam quod est potentia dictu quidem uerũ est, at non protinus est. (illud uero actu horum dictorum) ideſt dicendorum , & eorum quæ potentia sunt.Neq enim solum qui uidet,uidens appellatur, sed etiam qui uidere potest, ut dormiens : nam esse de utroq prædicatur . (Et scire similiter & id quod uti scientia potest.) scire inquit, ideſt , scientem esse. Eadem est in quiescendo ratio. Quin etiam in substantiis perinde abesse significari ait,tum quod potentia, tum actu substantiam : dicens ad differentiam rerum prædictarum res ipsas quæ subiecta esse dicunt in actionibus , habitibus , atq quietibus quæ substantiarum accidentia sunt. qui enim mercurium esse dicit in rudi marmore , is mercurium ex marmore exprimi posse ait . Item lineæ dimidium potentia inquit est in linea nondum dissecta . lineam quoque inter substantias commemorans, quoniam sic quibusdam uisum est:frumentum similiter potentia est,anteq̃ maturuerit.(sed quando inquit quidpiam dicendum est , & quando nondum dicendum est potentia esse , in aliis determinare oportet.) Neq enim possibile de re qualibet prædicari debet , sed de ea quæ iam est , & potest in id proxime mutari,quod esse dicitur , uel accipere ipsum. Nam qui iam lapis est, merito hunc mercurium potentia esse dicas:non item terram, uel aquam, ex quibus lapis gignitur , mercurium potentia quisq̃ appellabit . Vt puerum potentia doctum appellamus,non sic infantem menstruum. & catulus recens natus potentia uidẽs est, non is etiam qui in utero gestatur . Sed de ente per accidens, & de quasi uero in libro proximo disputabit , in sexto & septimo de ente per se . in octauo de ente , tum potentia, tum actu .

Substantiæ dicuntur & simplicia corpora,ut ignis, terra, & aqua, & quæ sunt similis generis, & corpora omnino , & ea quæ ex hisce constant,animalia inquam & demonia,partesq; istorum,atq; hæc omnia propterea dicuntur substantiæ,q̃ non de subiecto dicuntur , sed de his cætera dici solent. Alio modo id substantia dicitur, quod causa est essendi,ineſtq; in talibus quæ de subiecto non dicuntur , qualis est anima animalium . Præterea partes quæ sunt in talibus definientes, atque hoc aliquid significantes , quæ si tollantur , tollitur totum , ut si tollatur planum , corpus, ut quidam inquiunt tollitur , & si linea , planum , atque omnino numerus quibusdam talis esse uidetur,si tollatur enim nihil inquiunt esse,& ipsum insuper definire omnia indicunt.

xiiii (Substantiæ dicuntur & simplicia corpora .) Postquam ens proprie dictum partitus est per prædicamenta , quot modis prædicamentorum quodq; dicatur exponit. Primumq; de substantia differit ipsiusq; partitionem persequitur : unoq; modo substantiam corpus ait intelligi. Corpora enim substantiæ sunt , & omnino quæcunque uel constant ex corpore, uel corpus habent, ut animalia:quomodo demonia quoque substantias esse dicit, uel demones significans ex eorum sententia , quibus demones esse placet,quos ad hunc modum substantias esse dicit, siquidem illi ex ãnima & corpore constant , uel certe demonia uocans corpora diuina : cuiusmodi sunt astra , & astrorum partes,& sic partes,non ut anima & corpus accipi debent,sed ut partes corporeæ,exempli gratia, manus , & pes. De substantia enim secundum formam loquitur.Causam porro cur omnia talia substantiæ sint,illam tradit:(quia non de subiecto dicuntur.) ideſt,quia non talia sunt,ut ipsorum esse in aliquo subiecto consistat.Sed e conuerso ipa cæteris subiiciuntur,in his enim esse habet accidentiũ natura,tales aũt sunt individuæ substantiæ , in his enim sunt accidentia , itaq; ipsę neque in subiecto sunt, neq; de subiecto dicuntur : sed alia in his ac de his . (Alio modo inquit substantia dicitur , quod causa est essendi ineſtq; in talibus, quæ de subiecto non dicuntur.) quibus uerbis ea significat , quæ in prędictis substantiis insunt . hę nanq; sunt , quæ de subiecto non dicuntur,ut accidentia:quę igitur substantiis insunt eisq; causę sunt, ut sint,quę sunt,ea quoq; substãtias uocari dicit,innuit autem formas eorum quę natura constant : hoc est naturales materialesq; formas : cuiusmodi est in animantibus anima . quando quidem ob animam animalia sunt: & in corporibus naturalibus formam cuiusq; causam esse ait existendi,ideſt substantię. (Præterea partes quę sunt in talibus definientes,atq; hoc aliquid significantes,quibus destructis destruitur totum.) terminos corporum substantias uocari dicit , quos partes communiore uocabulo & & particulas appellat,cum sint partes interuallorum corporis . Neq; enim superficies sic corporis est pars,ut corpus in ipsam diuidatur : sed rationis corporis est particula, & hac corpus definitur , quemadmodum linea quoque se habet ad superficiem:quę cum terminus sit superficiei,ipsam definit: nisi enim termino finiretur indeterminata esset,non hoc aliquid. Terminus enim quo magnitudo quęq; uel corpus ab aliis diducitur,causa est,ut ipsum sit hoc quod est secundũ propriã circumscriptionẽ. (Ineſtq; in talibus.) ideſt in corporibus,quę & per se esse,& terminos habere possunt. Linea enim remotius quidem q̃ superficiei , sed tamen corporis est terminus , quoniam superficies absq; corpore non existit , uel (in talibus ,) ideſt,in iis quę terminos ha-

bere apta ſunt, & ab ipſis terminari: uel certe (talibus) ideſt ſubſtantiis. Sunt enim quibus mathematica quoque ſubſtantias eſſe placet. Terminos porro hoc aliquid ſignificare, idcirco ait, quia ſecundum hos corporum formę ſunt, a quibus hæc alia qua eſſe dicuntur: ut taxilli, uel globi, uel ſecundum eos non hęc dicuntur, ſed talia. Cæterum & lineam & ſuperficiem hoc aliquid ſignificare dicit, quia non ſolum terminus eſt, ſed propriam quandam naturam & ſubſtantiam ſignificare uidetur, uel hoc aliquid, id eſt aliquid determinatum, hoc autem ipſis ſuppetit a terminis. Illud porro: (quæ ſi tollantur, tollitur totum.) in quo ſcilicet eorum eſt quodque adiecit, quoniam ſublatis prioribus, poſteriora quoque ſublata erunt, niſi enim planum ſit, corpus eſſe haud quaq; poteſt. nec planum, niſi linea fuerit. Nam omne corpus & omne planum definitum eſt, & hæc ipſorum ſunt fines. Semper enim finis, qui habetur in magnitudinibus, prior eſt eo, cuius eſt finis, ab eoq; uno interuallo uincit: (ut quidam inquiunt.) hoc dicit uel quia ſecundum eos, quibus corpus & ſuperficiem terminata eſſe placet, ſublatis terminis ipſa quoq; tolluntur, non item ſecundum eos, qui corpus aliquod infinitum eſſe ſtatuunt: aut certe ſecundum eos per quos hæc ſubſtantiæ ſunt, atque principia & elementa, ſublata linea & ſuperficie planum & corpus tolluntur. Per quos enim corpora ex quadam planorum compoſitione gignuntur, ut eſt apud Platonem in Timæo: per hos planis ſublatis, corpus quoque ſublatum erit, & pari ratione ſuperficies, ſi lineæ tollãtur, & linea ſi puncta: hæc enim in eadem proportione ſunt inter ſe. At qui terminos non putant in eorum eſſe ſubſtantia, quorum termini ſunt, per hos terminata cum terminis tolluntur: neque enim terminatum eſt in corporis aut ſuperficiei ratione. (Atque omnino numerus quibuſdam talis eſſe uidetur, ſi tollatur enim nihil inquiunt eſſe, & ipſum inſuper definire omnia.) Pythagoricos deſignat, qui numeros elementa rerum eſſe ſtatuebant, de quorum ſententia in primo maiore deſeruimus. quanq; per Platonẽ quoq; numeri omniũ entium cauſæ ſunt, ſi nõ ut elemẽta & rebus inſita, at ut authores cęteræ ſingula in ſpecie cõſtituendi: qm̃ ideæ quæ numeri ſunt, cæteris rebus cauſæ ſunt exiſtendi.

Præterea quiditas ratio cuius eſt diffinitio, & hæc cuiuſq; ſubſtantia dicitur, fit igitur ut ſubſtãtia modis duobus dicatur, ipm̃ inquã ſubiectum ultimum, quod nõ ulterius de alio dicitur, & id quod hoc aliquid ac ſeparabile eſt, tale aũt eſt uniuſcuiuſq; ſpecies, atq; forma.

(Præterea quiditas, ratio cuius eſt definitio & hæc cuiuſque ſubſtantia dicitur.) xv
Nam quid eſt quiditas rogati, definitio reſpondere ſolemus. definitionem ergo paulo communius rationem appellat: ita definitionem ſubſtantiam eius eſſe dicit, cuius eſt definitio, & ſic non ſimpliciter qualis erit ſubſtantia, neque quanti cæterorumq; ſimiliter, hoc autem differt a materiali forma, quam paulo ante cauſam eſſe dixit, ut ſubſtantia quæque hoc ſit, quod eſt, quod illa cum in rebus natura conſtantibus habeatur, ſitque forma naturalis, proprie ſubſtantia eſſe intelligitur, hæc autem quæ nunc forma dicitur, per quam quiditas cuique ſuppetit, etiam in non ſubſtantiis uerſatur. Haud enim in ſolis ſubſtantiis quiditas locum habet, quo fit, ut non ſimpliciter huiuſmodi formæ ſubſtantiæ ſint. Sed eorum ſubſtantiæ, quorum quiditatem ſignificant: quo circa cuiusque rei aliqua ſubſtantia eſſe dicitur. Poteſt etiam ſic accipi forma, quaſi multipliciter dicatur, ſitque una ut cauſa exiſtendi ei cui ineſt, ut anima, de qua primum dixit, alia ſit ipſum eſſe, cuius cauſa eſt ſenſualis anima, quod quidem non eſt idem quod anima, licet illa ſit cauſa huius, & de hac mentionem hoc

in loco facere uidetur, non de externa forma figuraq;: quæ terminus quodam modo eſt cuiusq; ipſumq; definit, de qua tunc meminit, cum ſubſtantias eſſe diceret, quæ ſingulis iis quæ ſubſtantiæ ſunt inſunt, ipſaq; definiunt. Sed expoſitis ſubſtantiæ pluribus intellectibus, huiuſmodi ſubſtantias in duos tantũ redigi ait, in ſubiectum uidelicet ultimum, quod non amplius dicitur de alio. Dixerat enim in primo ſubſtantiæ ſignificato. (quod de ſubiecto non dicitur.) quod ſi ſubſtantia eſt tale, quiddam nimirum quod hoc maxime habet, id potiſsimum erit ſubſtãtia. Huiuſmodi autem eſt ſubiectum extremum, ad quam ſubſtantiæ notionem refertur omnis indiuidua ſubſtantia: cuiuſmodi eſt tum prima forma, tum etiam materia. Materia enim de nullo prædicatur, & quidquid hoc aliquid & ſeparatum eſt. In cuius expoſitionem adiecit: (Tale uero uniuſcuiuſq; forma & ſpecies.) cui rurſus intellectui ſubiicitur ſubſtantia, ut anima, ut diximus formas naturales, & quæ per inſita & terminantia ſumitur, qualis eſt, quæ per corporum terminos intelligitur: per hoc enim formæ corporum accipiuntur, quæ per figuras, & quæ per quiditatem intelligitur. Illud autem: (ſeparabile.) ſi adiectum ſit accipi debet pro eo quod eſt, cogitatione ſeparabile. Forma enim diuerſa & ſeparata eſt a materia, ſi non ſubſiſtentia, at certe ratione. uel ſeparabile dixit, quia forma non eſt ſempiterna, nec ſemper eadem manet in materia. ſed ſecernitur ac interit. huiuſmodi enim eſt omnis forma materialis, quam innuit per ſecundum ſubſtantiæ intellectum, uel ſeparabile, quia diuerſum eſt a ſubiecto, nec ex ipſius ſubſtantia: Sic enim forma ſe habet cũ materia. Quo in loco quærat forſitã aliqs de formis, quę in corporibus diuinis habẽtur, hæ nanq; hæc in materia ſunt, nec interitui obnoxiæ & cogitatione a corpore ipſis ſubiecto ſeparabiles. Nam licet formæ ipſorum mobiles primo ſubſtantiæ intellectui ſubiiciantur, ut quæ indiuiduæ ſubſtantiæ ſint, & extremę & nulli ſubiecto inhęrentes, tamen ſubſtantiæ ſecundę alio in loco ab ipſo dictę non uidentur in his ſubſtantię intellectibus connumerari. Sed illud: (Et id quod hoc aliquid ac ſeparabile eſt) accipi poteſt, ut dictum de formis, quæ habentur in ſubſtantia: ut ſeparabile dictum ſit pro illo: (in ſeparabili) Sola enim ſubſtantia inter entia ſeparabilis eſt, & per ſe, prorſus ut hic non de omni ſubſtantię notionibus agatur, ſed de intellectibus ſubſtantię proprie intellectæ: quæ eſt uel ultimum ſubiectum, hoc eſt ea materia, uel forma quæ habetur in ipſa. huiuſmodi enim eſt, quod ait: (id quod hoc aliquid ac ſeparabile eſt.) Nam quod ſeparabili cauſa eſt, ut ſit hoc aliquid, ideſt ſubſtantia eſt, quæ per formam intelligitur.

Eadem alia per accidens dicuntur, alia per ſe. Per accidens, ut album & muſicum, propterea quod utrunque eidem accidit, & homo & muſicum, ex eo ſane quia alterum alteri accidit. Muſicum item & homo, quia muſicum homini accidit, hoc autem idem quod utrunq;, & horum utrunque idem quod illud dicitur, nam & muſicum idem quod homo muſicus, & hoc idem quod illa dicitur. Quapropter hæc omnia uniuerſaliter non dicuntur, non enim uere dicere licet, omnem hominem & muſicum idem eſſe. Vniuerſalia nanq; per ſe rebus inſunt, accidentia non per ſe, ſed in ſingularibus ſimpliciter dici ſolent. Socrates enim, ac Socrates muſicus idem eſſe uidetur, Socrates enim non de pluribus dicitur, idcirco non ut

omnis homo dicitur, sic & Socrates dicitur omnis. Per se uerō eadem dicuntur, perinde atq; ipsum etiam unum, nam ea quorū materies una est, aut numero eadem dici solent, & ea similiter quorum est substantia una. Quare patet ipsam identidem unitatem essendi quandam esse aut pluriū, aut cum quispiam uno uti pluribus utitur, uelut i cum quippiam idem quod ipsum esse dicit, nam tunc uti duobus utitur ipso. Diuersa dicuntur ea, quorum aut species sunt plures, aut materies, aut substantiæ ratio, atque omnino diuersum ipsum oppositio modo eidem dicitur. Differentia uero dicuntur ea, quæ diuersa sunt, & si aliquo modo eadem sunt, modo non sint eadem numero, sed aut genere, aut specie, aut similitudine rationis. Insuper ea quorum genus diuersum est, & ipsa contraria, atque ea quæ diuersitatem in substantia habent.

(Eadem alia per accidens dicuntur, alia per se.) Eadem quoque diuidit in eadem per accidens, & eadem per se. Docetq; aliud alii idem per accidens esse tripliciter, tot scilicet modis, quot unum & ens per accidens partitus est: uel enim eiusdem accidentia eadem inter se sunt, uel accidens idem quod subiectum, aut uicissim subiectum idem quod accidens: ut in præternaturalibus, prædicationibus. Nam cum musicum hominem esse dicimus, musicum, quod licet sit accidens, subiectum facimus in propositione, idem esse dicimus atq; hominem, quem de ipso prædicamus: cum subiectum eius sit, & pro accidenti habeat, id de quo prædicatur. Postq; uero dixit prædicationem præternaturalem per accidens adiūgit: (hoc autem idē quod utrunq; & horum utrūq; idē quod illud.) quod ipse protinus exposuit: hoc enim ait, idest, totum musicus homo, idem est, atque utrunq; idest atq; homo, & musicum seperatim sumpta. Similiter ediuerso utrunq; eorum quæ in hoc toto continctur seperatim acceptum, idē est per accidens, atq; ipsum totum musicus homo, quarum orationum discrimen in eo est, quod iam principium compositionis ab altero eorum, quæ in toto continentur iam ab ipso toto capitur. Per accidens enim eadem inter se dicuntur: quapropter inquit hæc, idest quæ eadē per accidens sunt, non omnia in uniuersum eadem esse dicuntur, hoc enim significat cum ait: (quapropter hæc omnia uniuersaliter non dicuntur.) quasi dicat: quare quæ per accidēs eadem esse dicuntur, non omnia in uniuersum eadē dicuntur. Etenim nullum accidens idem est in uniuersum quod quidpiam eorum, quæ de ipso prædicantur. Neque enim omne musicum idem est, quod omne album, etiam si musicum hoc quod album sit, cum ambo per accidens eidem adsunt, sed cuidam idem esse dicitur. Nam quæ eidem adsunt, eadem sunt: neq; musicum, hoc est, quod omnis homo: & si musicum hoc sit quod homo, cum homo musicus est: neq; homo & omne musicum, licet homo idem esse dicatur, atque musicum aliquod, cuius rationem per ratiorinationem ostendit: (uniuersalia enim ait per se rebus insunt, accidentia non per se.) Per se igitur non dicuntur de uniuersalibus, sed de particularibus. itaq; determinatione opus est. Sed in singularibus inquit simpliciter eadem dici solent accidens & id cui accidit, idest sine determinantione. Singularia enim nullam omnino determinationem capiunt. Nam idem dicitur Socrates & Socrates musicus, absq; determina-

tione, propterea quod singularia de pluribus non prædicantur. neque enim dicitur omnis Socrates, uel aliquis Socrates, ut omnis homo & aliquis homo, quoniam homo est uniuersale, & uniuersalia determinationis sunt capacia. Quæ porro per se eadem inter ipsa esse dicuntur, tot modis dici ait, quot unum per se. Sed cum multos unius per se intellectus explicuerit, hoc tamen in loco non omnes commemorat, uel quia his unius per se intellectibus, de quibus hic mentionem facit, idem per se similiter dici ait, uel quasi cæteræ unius per se notiones in hos modos redigi possint. Ea igitur per se eadem dici tradit, quorum materia una est specie, uel numero, idest, quorum subiectum est unum numero: si quod accipitur quidpiam unum est numero. Sic enim unus aliquis sibi ipse est idem. Eorum quoque quæ diuersis nominibus appellantur, eteronyma græce uocata una esse materia dici potest: ascensus enim & descensus subiectum unum est numero, & hac ratione eadem sunt. quamquam ipse de uno secundum numerum materiam unam secundum numerum dixit. Nam quorum materia una est numero hæc eadem sibi sunt: ipsum enim sibi est idem. In quam sententiam se fuisse loquutum declarat, dicens: (cum quispiam uno uti pluribus utitur.) Specie uero unum aut subiectum uel materia eorum, quibus subiectum eiusdem est speciei, & li non numero, ut si æs aut lapis multis statuis subiiciatur, statuæ illæ subiectum habeant idem specie. Item quæcunque specie discrepātia subiectum extremum unum habent: ut omnia liquabilia eadem sunt inter se & unum. quoniam corpus ex quo primo subiecto omnia efficiuntur est unum specie. (Et ea similiter quorum est una substantia.) substantiam appellat speciem, seu formam, in quæ referuntur, quæ eiusdem speciei sunt, & quæ eiusdem generis, tum etiam quæ inter se proportionem habent, est enim Societas quædam formæ & rationis. Hæc autē definit dicens, identitatem esse complurium unitatem. Demonstratum est autem, eadem partim secundū esse ac substantiam eadem esse, partim secundum accidens. Nam secundum substantiam eadem sunt, quorum materia est una, & quorum una est substantia & forma. Sed quoniam aliquid ipsum sibi est idem adiecit: (Aut cum quispiam uno uti pluribus utitur.) qui enim aliquid sibi idem esse ait, is uno utitur, quasi duo sint. Diuersa oppositio modo atque eadem dici ait. Nam quorum plures sunt species, ea diuersa sunt, ut equus & homo. Ea quoque diuersa dici possunt, quæ licet sint ex eadem materia, non tamen easdem formas habent: ut si qua lignea sint, quæ non similes habeant formas. Item quorum materia diuersa est, quæ si numero sit diuersa, ipsa quoque numero diuersa sunt, si specie, specie. quin & ea inter se diuersa dici possunt, quę cum simili forma sint, ex uaria tamen materia constant, ut poculum aureum, & poculum argenteum, uel statua marmorea, & ænea statua. Præterea diuersa sunt, quorum ratio substantiam explicans est diuersa, ut heteronyma, & omnino diuersa sunt, quę significatis eiusdem opponuntur. Cęterum si quorum materia una numero est, hęc eadem nuncupantur, profecto heteronyma eadē fuerint, ut pote quę materiam unam numero habeant. An cum dixit: (diuersa dicuntur ea, quorum aut species sunt plures aut materies.) utrunque de materia dixit? Nam cum eadem sint, quorum materia est una uel specie uel numero, diuersa erunt, quorum materię uel specie uel numero plures sunt. Specie, ut si huius materia sit aurea, illius argentea, numero autem, si materia utriusque sit eiusdem speciei, sed abiuncta, uel species dicit species materiæ, quæ si ad hunc modum distinguantur, tunc ratio substantiæ de forma dicetur. Nam quorum formæ plures sunt & discrepantes, ea diuersa sunt. (Atque omnino inquit diuersum ipsum oppositio modo eidem dicitur.) nam cuiusque identitatis mo

do,ſuum diuerſitatis modum per oppoſitionem reddi conuenit,ut ipſe fecit. Differentia uero uno modo dici ait, quæ non ſolum inter ſe ſunt diuerſa, ſed quæ cum per quidpiam unum eadem ſint, habent tamen inter ſe diuerſitatem. Sed poſt: (idem aliquid entia) adiecit (& non ſolum numero) quod perinde eſt,ac ſi diceret, modo non ſint eadem numero. Nam quæ ad hunc modum ſunt eadem, differre minime queunt: quoniam quæ inter ſe differunt idem habeant oportet, non numero, nam quæ ſic eadem ſunt, non differunt inter ſe, ſed ſpecie uel genere, uel proportione. quandoquidem quæ eadem ſpecie ſunt, numero ſunt differentia, & quæ genere ſunt eadem inter ſe differre poſſunt. Nam ſi hæc genere ſolum eadem ſint, numero, & ſpecie poſſunt diſcrepare. Similiter quæ proportione ſunt eadem numero, ſpecie ac genere inter ſe poſſunt diſsidere. Aſpaſius tamen uerba illa: (differentia uero dicuntur quæcunque diuerſa ſunt idem aliquid entia & non ſolum numero, ſed ſpecie,aut genere, aut proportione.) In hunc ſenſum exponit,oportere differentia,non ſolum eſſe diuerſa numero, ſed etiam eadem inter ſe ſecundum quidpiam, ut ſint non ſolum diuerſa, ſed etiam differentia. Etenim quæ numero diuerſa ſunt, non prorſus ſunt differentia, niſi eadem ſecundum prædictorum aliquid ſint. Secundo modo ea differentia eſſe intelligi ait, quorum genera ſunt diuerſa, hæc autem ſunt, quę omnino ſunt inter ſe diuerſa, ut animal & calor. Tertio modo, quæ ſunt contraria. hæc porro ſunt, quę uni eidem generi ſubiecta plurimum diſtant inter ſe. Neq; uero ſecundum hunc intellectum prima ſimpliciter differentia dicerentur. Illic enim dicebatur, quę in eodem genere ſunt non eiuſdem ſpecici. Ac quę differunt ut contraria plurimum diſtare adiecit. Præterea differentia eſſe dicit, quæ in ſubſtantia diuerſitatem habent, uel hoc quoque ad contraria referens, uel diuerſitatem appellans contrarietatem. Nam differentia quoque ſunt, quæ licet inter ſe non ſint contraria, in ſua tamen ſubſtantia mutuam quandam contrarietatem habent. Ad hunc modum terra differt ab aqua:in ſubſtãtia enim terrę ſiccum eſt,in aquę humidum. Poteſt & ea differentia dicere,quę cum ſubiecto ſint eadẽ,tamen ẽm ſubſtãtiam ac definitionem diuerſitatẽ habẽt,qualia ſunt heteronyma.Poteſt etiã diuerſitatẽ in ſubſtãtia & oppoſitionẽ habere numus adulterinus & numus uerus,& uiciſsim humanũ cadauer & hõ, ut docuit in libro de enunciatione.

Similia dicũtur ea quæ ſunt eodẽ affecta, & ea quæ ſunt pluribus eiſdem q̃ diuerſis affecta, & quorum qualitas una eſt, & id inſuper quod ex hiſce contrariis habet plura,aut præcipua,quibus alterari poteſt,hoc pacto ſimile dicitur, his oppoſito modo ſimilia dici ſolent. Oppoſita dicuntur contradictoria,cõtraria, relatiua,& priuatio atq; habitus,& ea ex quibus & in quæ ultima generationes corruptioneſq; proficiſcũtur, & quæ ſimul adeſſe ſuſceptiuo utrorũq; non poteſt,ea opponi dicũtur,aut ipſa, aut ea ex quibus ſunt ipſa,fuſcum enim & album ſimul eidem nõ ſunt. Quapropter & ea ex quibus ſunt ipſa media,bis opponũtur.

(Similia dicuntur ea, quæ ſunt eodem affecta.) ideſt, quæ omnino inter ſe ſimilia ſunt ſecundum ſpeciem, & formam. Has enim appellat affectiones, ut Dioſcuri appellati Zethus & Amphion, & maxima ex parte gemini, & hæc potiſsimum ſimilia ſunt. Secundo modo ſimilia dicuntur, quæ pluribus eiſdem, q̃ diuerſis ſunt affecta. nam ob exceſſum ſimilia dicuntur. Talia enim maxima ex parte plures affectiones xvii

Secundum speciem & formam. Similia.

2.

Quæ pluribus eiſdem q̃ diuerſis affecta ſunt, dicũntur ob potiſsimum ſimilia.

eaſdem habent, q̃ eæ ſunt, quibus inter ſe differunt: quo modo germanus germano ſimilis eſt, & indus modo:ad hunc quoq; modum ſimiles ſunt,qui genitores ſuos imitantur. Tertius ſimilium intellectus eſt eorũ, quorũ eſt una qualitas,ut calida:ſecundũ calorem ſimilia ſic eſſe intelligũtur, & ſi cætera diſsimilia ſint:uel quæ pariter quapiam qualitate participãt,uel certe in eadẽ qualitate ſunt, & ſi eã non pariter obtineant.Sed aliud magis,aliud minus,ut nõ æque calida. Quartus ſimilium intellectus eſt, cum aliqua plurimas eaſdẽ qualitates habent ex iis quibus alterari & mutari ſunt apta. ut uinum coloris ac ſaporis, odoriſq; diſcriminibus alterari aptum eſt. cum igitur aliqua uina maiori ex parte obtinent eaſdem qualitates quibus mutari & alterari poſſunt,uel ipſarum præcipuas ſimilia uina nuncupantur. ſunt autem qualitates quibus uinum comendatur,ſapor,& oloris ſuauitas magis q̃ color,neq; hoc tamen intellectu ſimilia ſunt, quæ ſecundo modo ſimilia eſſe dicebamus. quoniam hic additur: (quibus alterari poteſt.) nam horum plures,non ſunt ſimpliciter plures.Sed:(his inquit,oppoſito modo diſsimilia dici ſolẽt.) diſsimilia enim ſunt,quæ forma differunt. & quæ huiuſmodi affectiones minore ex parte habent: & quæ diuerſis qualitatibus affectæ ſunt,& quæ plures uel principales qualitates differentes habent ex earum numero,per quas alteratio contigit. Deinde oppoſita quot modis opponantur exponit, & ad communem oppoſitorum quadripartitam diuiſionem quæ quidem eſt, contraria,priuatio & habitus,correlatiua, affirmatio & negatio adiicit ea ex quibus ortus & interitus exiſtunt:quæ quidẽ eſſe uidentur ens & non ens. eſt enim ortus ex non ente in ens mutatio. Interitus uero ex ente in non ens. Neq; uero ens eſt affirmatio,& non ens negatio, cum nomine alterum definitum ſit, alterum indefinitum: neq; ens & nõ ens contraria ſunt,nec relatiua,neq; alterum habitus,alterum priuatio. uel potius materiam & formã dicit ac potentiã & actum,ex quibus ortus fiunt & interitus. Eſt enim generatio cũ ex eo quod eſt potẽtia & ex materia efficitur quod actu eſt & forma,interitus uero cũ ex eo,quod actu eſt ipſaq; forma in id quod eſt potentia, & in materiam tranſitur.neq; enim materia priuatio eſt,nec contraria formæ,quanq̃ priuatio materiæ accidat. ſed & ipſam generationẽ & interitum oppoſita uocare poteſt:uel hæc,ut contraria opponuntur. (Et quæ ſimul inquit adeſſe ſuſceptiuo utrorumq; non poſſunt, ea opponi dicuntur,aut ipſa aut ea,ex quibus ſunt ipſa.)quoniam contrariorum media non poſſunt eidem adeſſe, nec dicuntur contraria, idcirco dixit: (uel ipſa) ſi ut contraria ſint:(aut ea ex quibus ſunt)media enim idcircó eidẽ ſimul adeſſe nequeunt cui alterum immiſtorum adeſt,quoniam ea ex quibus conſtant oppoſitã ſunt. Poteſt & illud: (aut ipſa,aut ea ex quibus ſunt ipſa.)dictum eſſe pro hoc,& ipſa & ea ex quibus ipſa conſtant. Sed & uerba illa in hũc ſenſum accipi poſſunt, uel ipſa quæ eidem utriuſq; capaci ſimul adeſſe nequeunt, inter ſeſe opponuntur, uel iis,ex quibus conſtant, ſiquidem album & nigrum ipſa inter ſe opponuntur. quia contraria ſunt, & quod ex ambobus cõſtat opponitur utriq;, quoniam neq; ipſa illorum cuipiam ſimul adeſſe queunt. uel ſatius eſt ea uerba in primam expoſitionem accipere. Nam dictio illud ſignificat, nec id dicit,quaſi hoc non conueniat omnibus oppoſitis, ſed quoniam aliis quoq; ab eis, quæ propie dicuntur opponi. Nam ſecundum hunc intellectum media quoque iis opponuntur, ex quibus conſtant. Et ſic illud: (& quæ ſimul adeſſe nequeunt.) æquiualebit huic & in uniuerſum quæ ſimul adeſſe nequeunt. Nam quod non plene dictum eſt: (unde ex quibus ſunt opponuntur.) perinde eſt ac ſi dixiſſet, nam media iis opponũtur ex quibus conſtant. Deinceps diſputat de contrariis aitq;.

3. Eorum Una qualitas.

†.

Oppoſita quot modis dicant.

Contraria dicuntur ea,quę differentia genere ſimul eidem ineſſe non poſ ſunt, & ea quæ inter ſeſe plurimum eorum omnium differunt, quæ ſub eodem genere collocantur, & item ea quæ inter ſeſe plurimum eorum om nium differunt,quæ in eodem ſuſceptiuo ſuſcipi poſſunt,& ea etiam quę inter ſeſe plurimum eorum omnium differunt, quæ ſub eandem potentiã cadunt,& ea inſuper quæ maxime,aut ſimpliciter, aut genere,aut ſpe cie differunt.Cætera uero dicuntur contraria, tum quia talia habẽt, tum quia ſunt talium ſuſceptiua,tum quia aut talibus afficere,aut affici poſ ſunt,aut afficiunt,aut afficiuntur, aut ſubiectiones ſunt talium, aut acce ptiones,aut habitus,aut priuationes. Cum autẽ ipſum unum, & id quod eſt multis modis dicantur, & cætera quæ per ipſa dicuntur ſequantur ne ceſſe eſt .Quare & idẽ, & diuerſum,atq; contrariũ,ita ſeſe habent,ut aliud ſit atq; aliud in uno quoq; prædicamẽto.Diuerſa uero ſpecie dicuntur,& quæ ſub eodem genere collocata, non ita ſeſe habent ut alterũ ſub altero collocetur,& quæ ſub eodem genere collocata differentiã habent, & quæ contrarietatem in ſubſtantia habent.

xviii

(Contraria dicuntur ea quæ differentia genere ſimul eidem ineſſe non poſſunt.) ideſt, quæ genere diſcrepantia inter ſe eidem adeſſe nequeunt, cuiuſmodi ſunt ge nera diuerſa nec alterum alteri ſuppoſita, ut pedeſtre animal, & animal uolatile, uel agere & pati. Item uirtus & uicium ad hunc modum opponuntur: Nam ipſa gene ra ſunt, licet communi generi ſubiiciantur, & omnino genera contraria, ut bonum & malum. Nam bonum & malum contraria genera ſunt, ut ipſe teſtatur in prædica mentis, & in quarto Topicorum: & Theophraſtus in primo Topicorum, quæ ne queunt ſimul cuipiam eorum adeſſe, quæ ipſis ſubiiciuntur. cuiuſmodi etiam ſunt, quæ motui ſubiacent & ſtatui. Item contraria ſunt: (Ea quæ inter ſe plurimum eo rum differunt, quæ ſub eodem genere collocantur) & ad hunc modum contraria ſo lent definiri. Sic album & nigrum contraria ſunt, dulce item & amarum. Alio mo do contraria dici ait: (quæ inter ſe plurimum eorum differunt,quæ in eodem ſuſce ptiuo ſuſcipi poſſunt.) & ſic rurſus, album & nigrum ſunt contraria. Nam eorum, quæ in corpore fieri apta ſunt hæc plurimum diſtant. Cæterum, uel hic intellectus diuerſus eſt ab eorum notione, quæ in eodem genere plurimum diſtant, propterea quod non omnia contraria in eodem ſubiecto effici apta ſunt, neque enim rationa bile & irrationabile in eodem ſubiecto uerſantur,uel expoſitio diuerſa docet eiuſdem diuerſas rationes, quæ reddi poſſunt dicere. Aliter contraria dici ait: (Ea quæ inter ſeſe plũrimum eorum differunt, quæ ſub eãdem potentiam cadunt.) quo in loco po tentiam appellat diſciplinam, quæ ſimiliter in oppoſita diſcurrit. qualis eſt oratoria uel dialectica facultas. Rhetorica enim in oppoſitis uerſatur, in laude & uitupera tione: accuſatione & defenſione: ſuaſione, & diſſuaſione. Dialectica uero in falſo atque uero, utrunque enim concludere ſolet: aut potentiam uocat habitum natura lem, cui contraria ſubiiciuntur, ut auditrici facultati, facultas & difficultas audien di, acuta atque obtuſa uiſio potentiæ uidendi. Aut potentiam naturalem dicit, quæ motus eſt principium, qua plurimum diſtabunt, quæ natura deſcendunt ab iis, quæ natura efferuntur. uel potentiam appellat omnem ſcientiam & artem: quoniam

ſcientiæ potentiæ ſunt & habitus. contrariorum autem ſcientiæ eædem ſunt, ut bo na ualetudo, & morbus contraria ſunt, quoniam cum ſub medicinam cadant, pluri mum diſtant inter ſe, ſic bona malaq; habitudo, quæ ſub gymnaſticam cadunt. Alio modo contraria dici ait:(quæ maxime aut ſimpliciter,aut genere,aut ſpecie differũt) Sed hic modus omnes cõtrariorum modos,de quibus mentio facta eſt,complectitur. Præterea oppoſita per contradictionem, & per habitum & priuationem, hæc enim cuncta maximum inter ſe diſcrimen habent, ſecundum hunc contrariorum intelle ctum ſæpe affirmatio negationi contraria eſſe dicitur, & priuationi habitus. Sed illo rum uerborum:(quæ maxime aut ſimpliciter aut genere, aut ſpecie differunt.) Sen ſus eſt,quorũ differentia ſimpliciter maxima eſt,contraria ſunt, ut ſi ens & non ens di cas, uel plenum, & inane,uel ſecundum genus quodpiam,aut ſpeciem determinatã. ut quæ plurimum in animalibus diſtant, ex gratia rationis particeps & eius expers, pedatum & depes,aut in colorum genere,album & nigrum. atq; hæc quidem exem pla ſunt eorum, quæ genere plurimum differunt, ſpecie uero,ut quæ in hominibus maxime diſtant: exempli cauſa, ſcire & neſcire, cognoſcere & ignorare, uel uirtu te præditum & uicioſum eſſe, quod ſi habitus ſpecies opinionis eſſet, in eadem ſpe cie uirtus & uicium contraria eſſent: cum utrunq; habitus ſit. hæc enim plurimum hoc in genere differunt, uel in hac ſpecie contraria quoq; dicuntur, quæ ſimpliciter plurimum differunt,ſed ubi contraria quæ ſint,& quot modis dicãtur explicuit, cete ra quæ contrariis participant, ſecundum hæc ipſa contraria dici ait, uel enim contra ria dicuntur, quod aliqua prædictorum habeant,ut ignis,& nix contraria eſſe dicun tur, quoniam hæc frigus habet, ille calorem,non quod in eodem genere plurimum inter ſe diſtent,uel quia ſunt contrariorum excipientia, ut ſi quis rationis particeps & rationis expers,propterea contraria eſſe dicat,quod alterum ſcientiam,alterum huius oppoſitũ excipiat, quomodo contraria dici poſſunt,potentia quæ uirtutem & ea quæ uicium excipit, uel potentia per quam materia grauitatem capit, & per quam eadem leuitatem admittit, ut ipſe in quarto libro de cœlo meminit. Alia contraria dicuntur quia contrariorum ſunt efficientia, ut quod calefaciendi ei quod refrigerandi uim ha bet contrarium eſt: alia uiciſsim quod contraria perpeti poſsint, ut quod frigeſcere poteſt ei quod refrigerari.quædam,qm̃ alterum efficiendi uim habet,alterum patien di,ut quod calefacere poteſt ei quod calefieri,,uel calefactentia refrigerantibus,aut ca leſcentia frigeſcentibus. (aut abiectiones inquit, ſunt talium, aut acceptiones.) ut quod efficitur calidum ei quod frigidum,quod calorem abiicit,ei quod frigus: (Ha bitus aut priuationes.) ut quod calorem habet,& quod tunc habere poteſt,nõ tamen habet:aut uiſus & cæcitas. Ex dictis his haud dubie patet ea dici ſecundum genus,& ſecundum ſpeciem contraria, quorum differentia maxima eſt,uel ſecundũ genus uel ſecundũ ſpeciem:iuxta exempla ſecundo loco a nobis poſita.Contraria quoq; dicun tur ſecundũ cõtrariorum abiectiones:exempli cauſa quod ſanitatem expellit, ei quod morbum.Quin & ſecũdũ eiuſdem abiectionem & admiſsionem contraria dicuntur, quod ualetudinem recipit contrarium eſt ei, quod eandem abiicit. Item ſecundum habitus contrariorum nonnulla dicuntur contraria:ut recte ualens,morbo laboranti: ſecundum priuationes pari ratione.Nam quod ualetudine priuatum eſt contrariũ eſt ei quod morbo uacat,& uiciſsim habens ſanitatem,ſanitate carenti. (Cum autem in quit ipſum unum,& id quod multis modis dicantur.) Decem ſcilicet modis,totidem dicentur: (quæ per ipſa dicuntur) ideſt quæ dicuntur ſecundum eorum quodq;, & ſunt in ſingulis.Ea uero ſunt idem,diuerſum,cõtrarium.ſimile,& cætera omnia entis generum communia.In ſubſtantia enim idem habetur, & diuerſum ſimileq; atq; con

trarium. Item in qualitate & quantitate cæterisq; singulis generibus. Itaq; decem modis horum quodq; dicetur: quoniam in substantia quoq; contrarietas est, propterea q̄ quæ contraria obtinent, patiuntur, efficiunt, abiiciunt, uel expellunt inter se contraria dicūtur. Itaq; per singula prædicamenta erit partitio eiusdem, & alterius, similis & contrarii. huius enim gratia cæterorum meminit, quo rursus intelligitur horum disputationem ad primū philosphū pertinere. Deinceps quot modis specie diuersa dicātur exponit: Nam supra cum mentionem contrariorum faceret ex eorum numero esse dixit quæ specie sunt differentia: quot igitur hæc modis dicantur declarat, aitq;: (Diuersa uero specie dicuntur, & quæ sub eodem genere collocata non ita sese habent, ut alterum sub altero collocetur.) ideſt, quæ ex eodem genere in diuersum diuisa sunt. Secundus intellectus specie differentium est eorum, quæ cum eodem genere sint, quandam inter se differentiam habent: quo modo diuersæ inter se dicuntur species subalternæ: nam & hæ discrimen habent inter se. Item diuersa esse ait, quæ in sua substātia & definitione cōtrarietatem habēt: quomodo aqua ab igne diuersa esse dici potest: ut pote in quoꝝ substantia cōtrarietas insit, cum hic substantiā habeat calentē & siccam, illa frigentem & humidā, quoꝝ genus est naturale, corpus, uel elementū. Quia enim specie diuersa unicuipiā generi subiiciātur, idcirco ait.

Et ipsa contraria diuersa sunt specie, aut omnia, aut ea quæ primo dicuntur, diuersa specie sunt & ea, quorū in generis ultima specie diuersæ sunt rationes, ut homo & equus, quæ genere quidem sunt indiuidua, at rationes habent diuersas, & quæ in eadem substantia sunt, & differentiam habent, eadem uero sunt eadem specie, quæ his oppositio modo dicuntur.

Priora posterioraue quædam ex eo dicuntur, quia quippiam primum in uno quoq; genere atq; principium est. Id enim est prius, quod est propinquius cuidam primo, aut simpliciter naturaue, aut ad aliquid, aut loco, aut ab aliquibus iam definito. Alia nanq; loco priora posterioraq; dicuntur, priora quidem, quia ppinquiora sunt cuipiam, loco, aut natura, aut ipsi medio uel extremo, aut ad quoduis definitio. Posteriora uero, quia longius distant, alia tempore, parcim enim ex eo priora dicuntur, quia remotiora sunt a temporis puncto presente, ut in hisce quæ fuerunt exacta, Troianum enim bellū Persico bello prius ex eo dicitur esse, quia a præsenti puncto longius distat, partim enim ex eo quia sunt instanti pūcto propinquiora, ut in futuris, priores enim propterea ludi Iouis, ludis Apollinis esse dicūtur, quod puncto sunt propinquiores instanti, ubi utimur ipso temporis præsente pūcto, perinde ut principio atq; primo, alia motu, quod enim propinquius est ei, quod primo mouit, id prius est quo pacto puer prior est uiro, atq; & hoc principium quoddam est absolute, alia potentia, quod enim potētia antecellit, quodq; protinus est, id prius dicitur esse, tale autē est id electioni cuius alterum ipsumq; posterius obtemperet, sequaturq; necesse est, atq; adeo ut illo mouente moueatur, & non mouente non moueatur, electionē autem uoluntatemq; principium esse cō

esse constat, alia ordine, hæc autem ea sunt plane quæ ad unū definitum quippiam ratione aliqua distant, ut in saltatione secūdus tertio prior est, & in fidibus penultima ultimam antecedit, ibi enim iste qui caput chori obtinet, hic media principium est.

xix (Et ipsa contraria diuersa sunt specie, aut omnia, aut ea quæ primo dicuntur.) Sunt autem primo contraria, uel quæ in eodem genere plurimum inter ipsa distant: ut contraria definiri solent. Aut prima dicit, quæ proprie contraria sunt, nō quod contrariis participent, aut contraria excipiant, sed q̄ contraria efficiant uel patiantur, aut quæ alio modo contraria dicuntur ex iis, quos paulo ante commemorauimus, nam & ipsa contraria nuncupantur. Neq; enim oportet, ut specie diuersa sint, quæ contraria quæpiam excipiunt, qm̄ ꝑm idem sunt contrariorum excipientia. Item diuersa specie esse ait species indiuiduas, quæ cum eodem genere contineantur, rationes definitionesq; diuersas habēt: ut equus & bos. Nam species indiuiduæ ultimæ sunt. Præterea specie diuersa esse ait: (quæ in eadem substantia sunt) ideſt in eadem definitione atq; rōne. (& differentiam quandam inter se habent) ut indiuidua quæ in eadem specie contineantur: ut Simon & Socrates, quoniam cuiq; sua forma diuersa est. Quanq̄ cum ait quæ in eadem substantia differētiam habent, corpora dicere potest, quæ in substantia non habent mutuam oppositionem: quemadmodum habent ignis & aqua. quādam tamen differētiam habēt, & ad hunc modum, terra & aqua diuersa fuerint, haud enim terra perinde ab aqua differt, atq; ab aere. quoniā ab aere differt per contrarietatem, neq; aqua perinde ab aere atq; ab igne: ac de his quidem supra disputauit. Eadem uero specie diuerso his modo dici ait, quibus specie diuersorum intellectibus sigillatim sumptis in promptu est specie eadem accipere. Et ad hūc modum aliqua erunt secundum aliquid specie diuersa, secundū aliquid eadem, ut genera, quorum alterum alteri subiicitur sunt eadem, & non eadem specie, eadem scilicet, qm̄ diuersa specie sunt quæ ex eodem genere non subiiciūtur alterum alteri. Itaq; erunt ob hoc eadem, quia subiiciuntur inter se. Rursus erunt diuersa, qm̄ etiam secundū hunc intellectum quædam erant specie diuersa. Nam diuersa esse dicebamus, quę cum sint in eodem genere, discrimen quoddam habent. qualia sunt subalterna. Quædam igitur erunt eadem specie, qm̄ subalterna sunt, alia, quia cum sint in eodem genere, differentiam non habent: ut homo & homo. Et quæ in substantia contrarietatem non habent, ut ignis & aer. Siquidem horum formæ non sunt omnino contrarię. Si enim ab aqua ignis propterea diuersus est, quoniam oppositionem habet, sequitur ut idem sit, atque aer, cum quo non perinde pugnat, aut si hoc non placeat, ignisq; cum aere oppositionem habere dicatur, at certe secundū hunc intellectum ignis idem erit atq; ignis: ad quem nullam habet oppositionem in substantia, atq; non contraria in eadem specie fuerint, ut equus & canis, nigrum & fuscum. Item quorum rationes in ultima generis specie non sunt diuersæ. ut homo & homo, equus & equus eadem specie sunt, & quę in eadem substantia nullum discrimen obtinēt: quemadmodum idem numero ipsum sibi est idem: & quę multis nominibus nuncupantur, ipsa inter se, nec aliud quęrere oportet per singulas expositiones: hæc enim per additiones diuersas plurifariam eadem sunt inter se. Deinceps priores & posteriores notiones exponit, cuius partitionem in prędicamētis quoq; persequutus est. Cęterum illic prius accipiebat tempore, natura, ordine, potentia, & eorum quę inter se conuertuntur, quod alteri est existendi causa, hic autem quędam priora esse dicit, quia propiora sunt alicui determinato principio, uel simpliciter & natura determinato, quasi plurium principium sit, uel principio ad aliquid, aut quod a quibusdam putatur. Sed cum dixisset: (qm̄ quidpiam primum in

uno quoq; genere atq; principium est) protinus genera persequitur, in quibus prius habetur, & principium sic appellatum. Secundum quinq; igitur aliqua priora dicuntur. Secundum locum, tempus, motum, potẽtiam, & ordinem. ac primum de iis agit, quę loco priora sunt. Loco enim priora sunt, quę cuipiam principio sunt propiora. posteriora uero, quę ab eodem magis recedunt. cuipiam autẽ uel natura determinato quale medium est uniuersi, uel extremũ & ambitus, aut certe cuiuis principio nec natura definito. Siquis a loco ubi cõsistit prius & posterius sm locum imputet, priusq; appellet quod ad locum quẽ ipse occupat propius accedit, posterius quod longius est semotum. Quod uero supra dixit: (cuipiam principio aut simpliciter naturaq;, aut ad aliquid, aut ad ubi, aut ab aliquibus iam definito) de loco potest ad hunc modum explicari. Natura ut ipse dixit, si medium uniuersi, aut extremũ accipiatur. Ad aliquid autem, si quis locus cum non sit natura priorq; cæteri, uti prior tamen illis sumatur, ut locorum, qui ad eleusin pertinent primus est, urbi proximus, quoniam ipse prior est cæteris, qui deinde sequuntur. Vbi uero seu loco, ut si quis a loco, ubi est computet prius. (ab aliquibus) ut si quisq; eorum qui prius accipiunt, locum statuat ad quem dicatur prius. (Alia tempore) Dixerat de priore secundum locum, nunc de priore secundum tempus agit: quod non perinde omnino dicitur, atq; prius secundum locum. Illic enim prius est, quod propius ad cõstitutum locum accedit. at non sic in tempore, Sed in præteritis quod remotius est, in futuris quod propius. Ex iis enim quæ transierunt priora sunt, quæ longius ab hoc tempore distant, posteriora, quæ propius. In futuris ediuerso priora sunt, quæ ad punctum præsentis temporis propius accedunt, posteriora quæ longius: utentes enim præsenti temporis momento pro temporis principio, quæ ppius huic futura sunt, ea prius fore dicimus. Præteritorum autẽ ea prius fuisse, quę longius ab hinc fuere. ea nanq; priora sunt tempore, quorum existentia est in priore momento: prius autem momentum in præterito est, quod est a præsenti momento remotius: in futuro autẽ quod ppius adest. Itaq; nunc seu temporis momentum natura principium est motus. Seu qm̃ aliud aliudq; sumitur, non semper in tempore principium uidetur natura determinari. Rursus ea secundum motum priora esse dicũtur, quæ propius ad motorem accedunt: quomodo puer prior dicitur, q̃ uir: quod genitoris sit propinquior. Nam hoc inquit principium quoddã est simpliciter, ideſt secundum naturam, prior uidelicet motor in motu naturali. Ad hunc modum motus inerrantium siderum primus est, tum motus Saturni prior q̃ cæterorum: quia propius accedit ad illum. Quia uero adiicit: (& hoc principium quoddam est simpliciter) significare uidetur. principium quod in tempore sumitur, simpliciter esse principium: quod quidem est ipsum nunc: (Alia potentia.) quod enim princeps est, & potẽtius prius esse dicitur: est autem princeps & potentius id cuius uoluntatem, ut posterius sequatur, ad eamq; moueatur est necesse, aut nõ mouetur, prout illi placitum fuerit. illius enim uoluntas principium motus est sibi subiectorum. Nam in uniuersum uoluntas in homine principium quoddam est. Itaque prius potentia est id quod præscribit, posterius uero quod ad illius præscriptum mouetur. Principium autem mouentis uoluntas. Ad quam propius accedit, quod ipsam habet, q̃ quod ab hoc ipso cietur. Alia porro ordine priora esse dicuntur, quæ qualia sint, exponit: (quæ inquit ad unum definitum quidpiam ratione aliqua distant.) ea prius ordine ac posterius habent: ut in choro qui primum ordinem tenet prior est eo, qui tertium prout enim a choriphæo, ideſt, a duce chori absunt prior & posterior dicuntur. Ductor nanque principium est, & in fidibus paranete prior est, q̃ nete pro interuallo quo distant a mese dia, quę in harmonia locum obtinet principii.

Hoc igitur modo priora dicũtur. Alio uero modo id dicitur prius, quod antecedit cognitione, ut & simpliciter prius, priorum autem hoc pacto alia sunt ratione quidem uniuersalia, sensu autem singularia sunt priora, ratione etiam antecedens prius est toto, ut musicum hominem musico, non erit enim tota ratio sine parte, quanq̃ non fit ut musicum sit, si non quippiam musicum sit. Præterea priorum affectus priores dicuntur, ut rectitudo leuitate, nam illa lineæ, hæc superficiei per se est affectus. Quædam igitur hoc pacto priora posterioraq; dicuntur, quædam uero natura substantiaue, quæcunq; esse sine aliis possunt, & sine quibus alia neque unt esse, qua diuisione usus est Plato. Cum autẽ ipsum esse pluribus modis dicatur, primo quidem subiectum est prius, quapropter & ipsa substãtia antecedit, Deinde alio modo ea quæ sunt potẽtia, & quæ sunt actu, alia nanque potentia sunt priora, alia actu, ueluti potentia quidem prius est dimidia linea tota, & pars toto, & materies substantia ipsa, posterius autẽ actu, toto nanq; dissoluto erunt, ut constat actu, modo autem quodam omnia quæ priora posterioraq; dicũtur, ut hæc ipsa dicuntur. Quædam enim per generationem sine aliis esse possunt, quo pacto totum est partibus prius. Quædã per corruptionem, ut totũ ipsum pars antecedit. Similiter & cætera sese habere uidentur.

(Hoc igitur modo priora dicuntur.) quinq; prædictos modos quibus prius quidq̃ dici solẽt, ad unum quidpiam commune refert: scilicet, quia prius sumitur pro distantia, aut propinquitate ad quoddam primũ atq; principium quod in uno quoq; genere habetur. Nam & si locus, tempus, motus, potentia, ordo quæ accipiuntur differant inter se, modus tamen acceptionis est idem, sed alio præterea modo quædam cognitione priora dici ait. Nam quorum cognitio prior est, ea simpliciter & natura priora esse uidentur, quorum posterior, posteriora. At quod prius est cognitione, nõ simpliciter prius esse natura deinceps per discrimina intelligibilium ostendit. Alia enim esse ait quæ ratione priora sunt, alia quę sensu: uniuersalia enim ratione priora sunt eademq; simpliciter & natura: per hæc enim cognitio in disciplinis comparatur. Sensu uero singularia, quoad nos priora esse uidentur, non simpliciter. Ita per hunc intellectum prioris tum uniuersalia, tum sensibilia, priora fuerint. Accidens autem prius esse ratione ait, q̃ totum quod ex subiecto constat & accidenti. Cæterum id prius erit non cognitione quæ per rationem contingit, sed quoniam rationis est pars. Nam quo simplicius quodque est, eo prius, pars autem simplicior est toto, estq; totum musicus homo, pars uero musicum. Ita licet fieri nequeat, ut musicum sit absq; subiecto, tamen quod substãtia posterius, id ratione prius est, quoniã pars est rationis huius homo musicus. In affectionibus quoque priores dici ait, quæ priorum sunt affectiones, q̃ quæ posteriorum sic: rectitudo prior est leuitate. Propterea quod rectitudo lineæ affectio per se est, leuitas superficiei, linea autem prior est superficie. Sed quoniam intellectum tactuerat, quo linea superficie prior esse dicitur, ideirco appositio modo quem secundum naturam & substantiam dicit, docet quod linea sit prior superficie. Natura enim & substãtia priora esse ait, quæ destruũt, nec destruũtur, ideſt, quęcunq; esse sine aliis possunt, & sine quibus alia esse nequeunt: quem intellectum a Platone prius usurpatum esse ait, & ad hunc modum linea prior est superficie, cum autem

ipſum eſſe pluribus modis dicatur, decem ſcilicet modis prius ſm exiſtentiã eſſe ait, quod cæteris omnibus ſubiicitur. cuiuſmodi ſubſtãtiã eſſe tradit, quæ quatenus ſimul tollit, non tñ ſimul tollitur prior cæteris eſt. Item qua ſubiicitur, quæq; cætera idcirco ſunt, quia ipſi ſubiectæ inſunt, maxime ac primũ ens eſt. Alia entis atq; eſſe notione prius eſſe ait, tũ quod potentia, tũ qđ actu prius eſt. Sic totũ & prius & poſterius ſuis partibus eſſe demõſtratur. Pars enim potẽtia prior eſt ẽ totũ: actu uero totũ ẽ pars, ut oſtẽditur. Docet aũt exemplis qũo potentia & actu quidq; prius eſſe dicatur. Nam potentia inquit prior eſt dimidia linea, ẽ tota, & pars ẽ totum: & materia, ẽ forma totũq; compoſitũ. Nam horæ quodq; in toto exiſtens facultate prius eſt ẽ totũ actu exiſtens. qm̃ pars ipſius eſt: qm̃ totũ ex horũ cõpoſitione cõſtat, & nulla pars dũ pars eſt per ſe eſt actu. Cũ uero partes non amplius potentia ſunt, ut cũ in toto continẽtur. Sed actu ſumũtur, & ſeparatim, nec ut totius partes, tũc demũ toto poſteriores ſunt. Ita cũ potentia ſunt, habentur priora, cũ actu poſteriora. qm̃ in totius diſſolutione pars quæq; efficitur, actu a toto diuulſa: in quo prius erat potẽtia. quare ſi pprie ens eſt ens actu, totũ autem eſt ens actu, totũ utiq; prius fuerit proprie ẽ pars. Neq; enim pars actu prior eſt ẽ totũ. ſiquidem pars ens actu efficitur ex totius ſolutione. Cuiuſmodi eſt, cũ fuerit a toto diſiũcta, eadem accepta ut ens potentia, cũ eſt pars, prior eſt toto, qm̃ toti ineſt. Itaq; actu totũ prius eſt, potentia uero pars & id quod ineſt. (Modo autem quodam inquit omnia quæ priora poſterioraq; dicuntur, ut hæc ipſa dicuntur.) quam obrem adiecit: (quædam enim per generationẽ ſine aliis eſſe poſſunt, quo pacto totũ eſt partibus prius, quædam per corruptionem, ut totum ipſum pars antecedit, & ſmiliter alia.) quorũ uerborum hic eſt ſenſus: quæ priora & poſteriora dicũtur, ea omnia quodammodo ſecundum hũc modum potentia & actus dicuntur. Nam ſubſtantiarũ quæ proprie generari intelliguntur, generationes quædam ſunt priores potentia, quædam actu. partes enim quæ potentia ſunt, totis ſunt priores, tota uero actu priora partibus. quæ proximis uerbis declarat. Illud autem: (Quædam enim per generationẽ ſine aliis eſſe poſſunt.) huiuſmodi eſt. Nam quædam priora eſſe intelligũtur, quoniã per generationem & actu ſunt: huc enim uia per generationem patet. huiuſmodi aũt ſunt tota. quod uero priora ſint probat eo argumẽto, quia ſine aliis eſſe poſſunt. Nam quæ ſunt illis quibus ſecundũ prius comparantur, nondum exiſtẽtibus, hæc haud dubie priora ſunt, at cum totum eſt actu partes eius actu eſſe non poſſunt: quare cum totum ſit in generatione, totum prius eſt partibus. totum enim eſt, pars non eſt. In totius uero interitu contra totum non eſt, pars eſt, quod quidem totum eſt in generatione, pars autem in interitu ſi ſecundũ eſſe actu comparentur. Illud autẽ: (Similiter & cætera) adiecit ad hunc ſenſum, ſimiliter alia, quorum non eſt proprie generatio: neq; enim cuncta entia per generationem eſſe ſortiuntur. Nam deletarum ſolum ſubſtãiarum generatio proprie intelligitur. Eadem igitur erit ratio corũ, quæ licet ipſorũ non ſit generatio, tñ tota quodãmodo ſunt, & partes habent. Perinde nanq; in his partes toto priores ſunt potentia, eædẽ actu poſteriores. Similiter ſeſe res habet in linea & ſuperficie & omnibus ſubſtantiæ accidentibus quanto, quali & cæteris. Sẽpiternorũq; aũt diuinorũq; corporũ partes ne potẽtia qdẽ ſunt exiſtẽtes ĩ corpore, ſ quidẽ eę partes potẽtia ſunt, quæ poſſunt aliqñ actu fieri a toto ſeparatæ. Illorũ autẽ partes nequeunt a toto ſeparari, cũ ipſũ ſemp actu ſit, ſed accidentiũ ſubſtantiæ, quanq̃ generatio ꝓprie non dicatur, eſt tñ aliqua generatio, quæ nõ ſimpliciter, ſed per additamẽtum dicitur, in his igitur ſingulis eſt generatio, eſtq; prius quod eſt actu, poſterius quod potentia. Nam actu id prius eſt, in quod mutatio in quoq; genere fit, potentia uero id in cuius mutatione ex ipſo efficitur id in quod fit mutatio, quod quidem ſecundum priorem mutationem erat prius potentia. Secundum quam mutationem partes ẽ totum potentia priores efficiuntur, & uiciſsim totum ẽ partes. Quia enim totum in partes diſſolui poteſt, idcirco cum actu eſt totum, potentia partes ſunt. Cum igitur ad hunc modum partes ſm potentiam comparãtur, potentia partes, ẽ totũ priores habentur, actu uero totum partibus prius, ut demõſtratum eſt. Nam quod actu quibuſpiam eſt prius, hoc eiſdem ſimpliciter prius eſt, quod uero potentia quibuſpiam prius eſt, id prius eſt illis potentia non ſimpliciter.

Potentia dicitur alia quidem principium motus, mutationiſue, quod eſt in alio, aut ut quippiam aliud eſt, qualis eſt ædificãdi facultas, quæ quidẽ potentia eſt, atq; non eſt in eo quod ædificatur atq; extruitur. At medẽdi facultas potẽtia quidẽ & ipſa eſt, eſſe tamen in eo poteſt, qui medicamina ſuſcipit atq; ſanatur, ſed non ut medicamina ſuſcipit atq; ſanatur. Alia igitur uti diximus, principium omnino mutationis, aut potentia dicitur motus, quę eſt in alio, aut ut aliud quippiam eſt. Alia uero dicitur ea, qua ab alio, aut ut eſt aliud pati quippiã dicitur. Qua enim potentia patiens ipſum quippiã patitur, ea ipſum dicimus pati poſſe, interdũ ſi quoduis pati poſsit, interdum non ſi omni quauis paſsione, ſed ſi ad melius pati poſsit. Præterea facultas benefaciendi, aut per uolũtatem electionemue potentia dicitur, interdum enim eos qui ambulauerint, aut dixerint ſolũ, ſed non bene, aut non ut uoluerint, non poſſe dicere, aut ambulare putamus ac dicimus, idem euenire uſu uidetur, & in ipſa potentia patiendi. Insuper omnes habitus per quos ea quæ ipſos habent expertia ſunt paſsionis omnino, aut non mutabilia, aut nõ facile ad deterius ſunt mutabilia, potentiæ nimirum dicuntur, etenim franguntur quędam, & conteruntur aut flectuntur, omninoq; corrumpuntur, non ideo quia poſſunt, ſed quia non poſſunt, in aliquoue deficiũt, expertia uero nõnulla talis ſunt paſsionis, aut uix talia parumq; patiũtur, ob potẽtiam ſane & quia poſſunt, modoq; aliqua ſunt diſpoſita.

xi

(Potentia dicitur) Deinceps potentiæ intellectus exponit, potentiamq; uno modo principium motus eſſe ait, quod eſt in alio, aut ut quidpiam aliud eſt: quo in loco principium cauſam appellat, hæc autẽ eſt efficiẽs. Per quod enim efficiẽs munere fungit, id potentia nunpatur. Dixit autẽ: (uel mutationis) quia potẽtia nõ ſolum motus, ſed quietis etiam eſt efficiens. de qua quiete mutationis nomen recte prædicatur, nõ aũt motus, ut ipſe in proceſſu teſtabitur. Ad hunc modum artes poſſunt potentiæ nuncupari: per quas munera obeũt artifices, cuiuſmodi eſt ars effectiua quæ quidẽ nõ eſt in eo quod mouetur, aut fit, ſed in alio, nihil enim ſe ipſm efficit. potẽtia enim domus ędificãdæ in fabro eſt, nõ in domo. cũ igitur efficiẽs ab eo diſiuncti ũ ſit, quod efficitur, potentiaq; in efficiẽte habeatur, utiq; neceſſe eſt, ut ipſa in alio ẽ in efficiẽda re inſit. Sed qm̃ fieri poteſt, ut ſibi quiſpiã cauſa ſit mutationis ſecundũ quid, qui principium in ſe habeat, per quod & a quo mutatio fiat, ut cũ medicus ſibi ipſe medetur, idcirco nõ ſolum dixit: (quod eſt in alio.) Sed illud adiecit: (aut ut quidpiam aliud eſt, neq; enim quatenus ægrotat, potẽtia, qua ſibi medeatur, prædituſ eſt. nec medicum eſſe, hoc eſt quod ægrotantẽ curari. Atq; uno quidẽ modo potẽtia ſic dici ait: Sed (omnino) adiecit

p eo,qđ eſt in uniuerſum,ut ſit ſenſus:alia igitur eſt principiũ uniuerſale mutationis. uel (omnino) ideſt ppric exponi debet . Nam ipſi potẽtiam efficientem principem potentiam eſſe placet, ut poſtea tũ in hoc libro, tũ in octauo huius operis declarabit, in quo præcipue diſputat de potentia Deinde aliã potentia notionẽ explicat qua potentiã quædã habere dicunt̃ , ut patiãtur,& moueãtur ab aliqbus,utraq; igit̃ predicta potẽtia in habẽtibus ineſt.Sed efficiẽdi potẽtia aliud qdpiã extrinſecus efficit, uis autẽ patiẽdi,cũ ab aliquo externo patiatur, in eo tñ eſt quod patiatur mutaturq; . Illud enĩ: (ab alio)paſsiuã potẽtiã ſignificat.Illud aũt:(ut eſt aliud)addidit ppter medici ſe curãtis exẽplũ,qui &ſi cũ patiẽdi,ideſt, ut alteretur curetur;q; potẽtia quatenus ægrotat obtineat:uim habet huius mutationis efficientẽ,hæc tñ ei nõ ſuppetit,ut ægrotãti.Sed ut quiddã aliud eſt,qua enĩ medicus eſt,diuerſus eſt ab ægrotãte.Nec enĩ ægrotãti ęgro tantũ eſſe in eo poſitũ eſt,qđ ſit medicus. Nã ut efficiẽdi,ſic patiẽdi potẽtia eſt,utq; patiẽdi talis cauſa naturalis adſit . Sed mõ quę utcũq; pati poſſunt potẽtiã habere dici ait, modo nõ in qualibet ppeſsione potẽtię patiẽdi nomẽ uſurpari,ſed in iis tantũ,quæ ad melius oppoſitũ ſpectat,ut quatenus aliqua in melius mutari poſſunt·Dicimus enĩ potentiã excipli gratia,ad ſecundã ualetudinẽ,nõ ad morbum. hãc enĩ impotẽtiã potius, q̃ potentiam nuncupare cõſueuimus: quod ipſum diſcrimẽ in efficiendi potẽtia reperiri declarat,ut quæ nõ ſolum uis aliqd ſimpliciter efficiẽdi eſſe intelligatur,ſed aliqñ quæ recte hoc efficere poteſt,uel ex ſua uolutate,ut ſi quis recte dicat,hũc dicẽdi facultate prædituũ eſſe dicimus:nõ itẽ,ſi dicat ſimpliciter. Aut ſi quis intto conſilio puenerit quopiã hũc ex ppria potentia feciſſe aimus,non ſi ut aliqua fuerit eodem ab aliis delatus:quam potentiæ differentiam in patiendo quoq; paulo ante explicatam nũc paucis uerbis repetit,dicens:(idẽ euenire uſu uidetur, & in ipſa potẽtia patiẽdi.)uidere enim põt,tũ q utcunq; ,tum qui acute ſeruit,& ſentire modo is poſſe dr̃ , qui exqſite ſentit , nõ qui utcũq;.Sed quærat aliqs, ſi potẽtia efficiẽdi eſt principiũ motus mutationisue, quod eſt in alio,qũo qui per poten iam ſibi inſitam ꝓcedunt,aut qui ex uoluntate quæ in ipſis adeſt dicut,ad hãc potẽtiam referũtur. hi enim p motus ptincipiũ,quod in ipſis habetur moueri uidẽtur.Cum ars & uoluntas,quæ principia ſunt,in ipſis inſint,qui p ea mouentur.An huius potentiæ mẽtionem facit, quaſi diuerſa ſit a potentia efficiẽdi? ut hæc potentia ſit per quam opera , quæ ab habitibus proficiſcuntur ab iis fiunt , qui habitus habent.quod uero ait:(Idem euenire uſu uidetur,& in ipſa potentia patiẽdi) pro eo dictum eſt .perinde ut in potẽtia patiẽdi uſu uenire ſolet . hoc enim de patientibus ſupra dixerat.Ad hæc aliam potentiæ notionem exponit, quæ ſumitur ex habitibus quibus munimur,ne facile peiora patiamur.Facilis enim peiorum perpeſsio ab imbecillitate manare uidẽt,ac uiciſsim a potẽtia, ut quidq̃ hæc difficulter uel nequaq̃ patiatur. Simpliciter ergo nõ paſsiua ſunt diuinæ ſubſtantię , quorundam autem non paſsiua ſunt , non nulla ex iis, quæ oriuntur & occidunt:qualis ad comburendum ſalamandra,ad frangendum adamas eſſe uidetur. Atq; hi quidẽ ſunt intellectus, in quibus potentia ſolet uſurpari . Sed quærat aliquis cum natura potentia quædam ſit, ad quem expoſitorum modorum naturam referri conuenit. Num ſi natura principium eſt motus , eius in quo habetur , ad potentiam patiendi referri debet ? ut enim docuit in libris de phiſyco auditu , quæ naturam obtinent ea , ut ab alio moueãtur potentiã habent. Anima uero ad potentiam efficiendi referri poteſt. eſt enim uel in alio, uel certe ut aliud eſt . Nam quod per animam mouetur , ſimile medico eſt , qui ſibi ipſe medetur. Siquidem anima per quam mouetur deambulans , diuerſa eſt a corpore quod mouetur.aut certe anima,quæ motus eſt principiũ proportionem habet cum natura : qui uero per artes inuitas animæ mouentur , ii ſunt , qui per habitus ſibi inſitos operantur.

Cum autẽ potẽtia tot modis dicatur,poſsibile quoq; ac potẽs,uno quidẽ modo dicetur,id quod motus,aut mutationis principium habet, etenim id a quo ſtatus quieſue proficiſci poteſt , poſsibile quippiã eſt in alio , aut ut aliud quippiam eſt . Alio uero modo , ſi quippiam aliud ipſius talem potentiam habeat. Alio rurſus modo,ſi potentiam habeat,ut ad quoduis ſiue ad deterius ſiue ad melius moueatur atq; mutetur, nam id quod corrumpitur,& corrumpi poſsibile eſſe uidetur, uel nõ corruptionẽ ſubibit, ſi impoſsibile erat corrumpi. Nunc uero diſpoſitionem aliq̃ talis paſsionis , & cauſam atq; principium habet : tale igitur eſſe uidetur interdum, propterea quod aliquid habet, interdum ex eo quia aliquo caret . Quod ſi priuatio aliquo modo ſit habitus,uniuerſa poſsibilia, propterea quod habent,nimirum aliquid erunt,ſin uero non ſit æquiuoce poſsibilia erũt. Quare poſsibile qppiã eſt, partim ex eo quia habitũ aliquẽ atq; principiũ habet,partim ex eo quia priuationẽ habet huiuſce,ſi fit ut priuatio habeatur. Alio præterea dr̃ modo, quia nõ habet potentiã uel principiũ in alio, ut eſt aliud quo corrũpi poteſt . Inſup hæc oĩa poſsiblia dicũtur,aut quia ſolũ poſſunt , aut quia bene poſſunt , hiſce potentiæ quos explicauimus modos,nam & in hiſce quæ carent anima potentia talis ineſt,uelut in inſtrumentis . Lyram enim aliã inquiunt ſonũ emittere poſſe aliã nõ poſſe, ſi ſolum non ſit ſonora .

xxii (Cum autẽ potẽtia tot modis dicatur) quatuor ſcilicet,eſt enim efficiẽdi, patiendiq; poteſtas. item recte &c. & qua ualet nõ paſsiua , quoniam poſsibile ſiue potens a potentia quam habet, nomen mutuatum eſt, idcirco cum de potentiarum intellectibus egiſſet.protinus de poſsibili aggreditur diſputare. Ac primo quidem modo poſsibile ſiue potens hoc dici ait:(quod motus aut mutationis habet principium.)ſtatim;q; cur (uel mutationis)addiderit exponit : quia non ſolum quod mouendi, ſed etiam quod ſiſtendi quidpiam uim habet,poſsibile eſſe intelligitur, motus autem in ſtatum mutatio nuncupatur Sed illud:(in alio, uel ut aliud quidpiam eſt) adiecit ad complendam huiuſmodi poſsibilis rationem:quod enim motus uel mutationis, quæ in alio fit , uel qua eſt aliud principium habet.id poſsibile eſſe intelligitur.Cuiuſmodi eſt cauſa efficiens. adiicit autem rurſus illud:(aut ut aliud quidpiam eſt) propter eos qui ſibi ipſi nonnunq̃ medentur . In qua poſsibilis notione poſsibile dicitur , cui adeſt efficiendi prima potentia. Secũdo mõ poſsibile id intelligi ait qđ ab alio ꝓpeti poteſt:quod enĩ ab aliquo pati poteſt,& cuius mouendi aliquid habet potentiam hoc poſsibile eſſe dicitur,& ipſum pati ab illo eſt poſſe. eſt enim potentia quædam patiendi, quam quod habet , merito id poſsibile nuncupatur . quanquam perpaucis uerbis hunc poſsibilis modum explicauit , dicens : (Si quidpiam aliud ipſius talem potentiam habeat.) Alio modo poſsibile eſſe ait , quod per ſibi inſitam potentiam in peius aut in melius tranſire ualet : quod poſsibile ab ea potentia deriuatur.per quam,ut dicebat recte aliquid perficitur,quam eſſe dicebamus,quæ in habitibus & doctrinis intelligitur,a quibus ipſarum actiones emanant,quibus pro exemplis potẽtiæ uſus eſt. Videtur autem hinc potentiæ inſuper adiicere quod ſimul cum ipſa illic eſt efficiens . Nam quibus ineſt facultas , ut per ſibi inſitum principium moueantur hæc appellat poſsibilia. po-

tentiam ad peiora quoque dilatans. Præterea hoc in loco non effectibus quibuſpiam, qui ab habitibus efficiantur, pro exemplis utitur ut tunc, ſed iis qui a potentiis patien di procedunt. Dixit enim: (Nam id quod corrumpitur, & corrumpi poſsibile eſſe uidetur.) Præfatus autem in uniuerſum quæ aliquid pati poſſunt, ſiue in peius ſiue in melius, ea poſsibilia ſeu potentia nuncupari, diſcrimen quoddam exponit inter ea quæ in melius, & ea quod in peius poſſunt, quodq; enim augeſcit, quod efficitur, & omnino quæ in melius mutatur, id in hæc idcirco mutatur, quoniam in ſe huiuſmodi quendam habitum obtinent: quod uero minuitur, & decreſcit, quia tali habitu priuatum eſt. Porro hæc quomodo poſsibilia & facultate prædica eſſe dicantur, his uerbis oſtendit: (quod ſi priuatio aliquo modo ſit habitus, uniuerſa poſsibilia, propterea quod habent nimirum aliquid poſsibilia erunt.) Nam priuatio quoque ipſa diſpoſitio quædam eſſe uidetur, nec priuatio nudam meramq; abſentiam ſignificat, alioquin idem polleret atque negatio, ſed abſentiam cum diſponſitione quadam, quo fit, ut non uidere non hoc ſit, quod cæcum eſſe. Licet enim priuatio ſit abſentia eius quod aptum eſt, & cum eſt aptum, efficitur tamen diſpoſitio quædam: eſt autem talis diſpoſitio cuiuſpiam quæ fit in aliquo ſubiecto & habitum habere ideneo. Itaque priuatio habitus quodammodo eſt, non ſimpliciter habitus, cum ſit ipſius habitus priuatio, ſd ut dixi quia diſpoſitio talis eſt ſubiecti: oportet enim ut affectio quçdam ſit in ſubiecto, quæ habitus eſſe uideri poſsit, quãobrem in opere de phyſico auditu priuationem formam quodam modo eſſe dixit. Si ergo priuatio habitus quidam eſt, profecto quæ in prius mutantur, ea quod habitum quendam & potentiam habent mutari, uideri poſſunt: cum ſit priuatio potentia quædã, ſiquidem eſt habitus. Itaque hoc poſsibile dicitur, quoniam principium, & potentiam obtinet, ne quid peius patiatur. Illud autem, quoniam huiuſmodi potentiæ priuationem habet. Hæc eſſe tus fore ait, ut niſi priuatio habitus quidam ſit, æquiuoce poſsibilia dicantur, quæ in melius, & quę in peius mutantur. Altera ſcilicet quod habitum habeant, altera quod eo habitu ſint priuata Sed poſtquam dixit: (quia priuationem habet) adiungit: (ſi ſit, ut priuatio habeatur.) Si enim priuatio habitus quidam ſit, quod priuatum eſt priuationem habere dici poterit. Sin autem abſentia tantum, non proprie haberi priuatio dicetur. Alio modo poſsibile hoc eſſe ait quod nõ paſsiuũ, & cuius interimendi nihil neque externum potentiam habet, neque intimum, hoc enim ſignificat, quod ait: (ut eſt aliud) Nam & ſi fieri poteſt, ut quidpiam in ſe aliquid habeat, quod ibi interitum inferat, tamẽ id habebit quaſi aliud quoddam in ſe habeat. Nihil enim ſuiipſius interimendi uim habet. (Inſuper hęc omnia) ideſt quę poſsibilia dicuntur ab efficiendo, & quę a patiendo, tum quę per habitus quęq; ob perpetuionis immunitatem poſsibilia eſſe intelliguntur. hęc igitur omnia poſsibilia dici tradit, uel quia ſimpliciter fieri poſſunt, uel quia recte. In ſingulis enim poſsibilibus, de quibus mentionem fecimus id locum habet, ut bene & male res effici dicatur. Docuit autem duplex hoc in rebus inanimatis eſſe. Negant enĩ lyrã ſonũ emittere poſſe, quę nõ ſit ſonora, ceu id fieri poſſe ex more dicatur, quod fieri recte poteſt.

Impotentia autem eſt potentiæ priuatio ſublatioue quædam principii talis, quale iam diximus, aut omnino, aut ab eo quod aptitudiné habet, ut habeat, aut & quando iam eſt aptum habere. non enim ſimiliter impoſsibile dixerint eſſe puerum generare & uirum & eunuchum. Præterea in utraq; potentia eſt impotentia nimirum oppoſita, tam ei potentiæ quæ motiua dũtaxat eſt, q̃ ei quæ bene eſt motiua. Impoſsibilia etiam partim hac in potentia, partim alio modo dicuntur, ueluti poſsibile ac impoſsibile, impoſsibile quidem contrarium cuius neceſſario uerum eſt, uelut impoſsibile eſt diametrum commenſurabilem eſſe, propterea quod falſum eſt iſtiuſmodi, ut contrarium eius non ſolum ſit uerum, ſed etiam neceſſario uerum, diametrum inquam commenſurabilem eſſe. Commenſurabile ergo non ſolum eſt falſum, ſed etiam neceſſario falſum, poſsibile autem eſt quod eſt contrarium huic, cum non neceſſarium eſt cõtrarium falſum eſſe, ueluti poſsibile eſt hominem ſedere, non enim neceſſario falſum eſt hominem ſedere. Poſsibile igitur uno quidem modo ſicuti dixiſmus id ſignificat, quod non eſt neceſſario falſum, alio uero modo quod uerum eſt dicere eſſe, alio rurſus modo quod uerum iam eſſe poteſt. Potentia autem ea quæ in geometria dicitur, per translationem potentia dicitur, hæc igitur poſsibilia non per potentiam dicuntur, ea uero quæ per potentiam dici ſolent, omnia ad potentiam unam primam dicuntur, hęc autem eſt mutationis principium in alio, aut in aliud quippiam eſt. Cætera enim poſsibilia dicuntur, partim quia aliquid aliud talem ipſorum potentiam habet, partim quia nihil potentiam habet ipſorum, partim quia ſic habet. Similiter & impoſsibilia ipſa. Quare propria diffinitio potentiæ primæ hæc erit, principium inquam mutandi in alio. aut ut aliud quippiam eſt.

xviii (Impotentia autem) poſtq̃ de potentia diſſeruit, & poſsibile hoc eſſe docuit, cui adeſt huiuſmodi potentia, quod ſequitur, de impotentia, quæ potentiæ uidelicet opponitur agit. Potẽtiæ igitur in ſingulis modis impotentia quædam opponitur. Sed qm̃ potẽtia alia eſt efficiendi. alia patiendi, ut dicebamus: & utraq; rurſus duplex, eſt enim potẽtia ſimpliciter efficiendi, alia bene ac recte efficiendi, & pari ratione potentia patiendi, alia eſt ſimpliciter, alia recte patiendi. ad hæc alia eſt potentia, quæ ſumitur ex habitibus. alia quæ ex immunitate patiendi: quæ item utraq; dupliciter intelligitur, idcirco impotentia quoq; multis modis nũcupatur, quam communiter potẽtiæ ac huiuſmodi principii priuationem eſſe ait. Cum igitur potentia quattuor modis dicatur, cuiq; potentiæ priuatio aliqua & impotentia reſpondebit. Sed impotentiam, quæ potentiæ primi, aut ſecundi modi opponitur tribus modis dici ait. Nam quæ opponitur potentiæ efficiendi, quæ principium eſſe dicitur motus & mutationis, quod eſt in alio, uel ut quidpiam aliud eſt, trifariã dicitur: uel enim hæc impotentia de eo dicitur, quod hm̃õi principio caret omnino: ut ſi quis lapidem non poſſe ædificare dicat: aut non poſſe generare, aut de eo ſimpliciter quod talem potentiam habere aptum eſt, ſed cum non habet, ut ſi puer ante maturitatem generandi non poſſe generare dicatur. atque hæ quidem impotentiæ communiter, non proprie priuationes appellantur. Illa proprie cum eunuchus, uerbi gratia, in natura & perfecta ætate non poſſe generare dicitur. Eunuchus enim idcirco generare non poteſt, quia ſimpliciter huiuſmodi potentia priuatus eſt: puer autem quia non dum potentiam habet, lapis uero, quoniam prorſus eius nõ eſt capax. Ipſe tñ pueri uiri & eunuchi exẽplis uſus eſt. Eunuchi in eo quod omnino

priuatum eſt cum quo lapidis exemplum congruere poteſt, pueri in eo quod habet quidem potentiam, ſed nondum per ætatem maturuit: uiri in eo quod aptum eſt, & cum eſt aptum potentia caret. Porro ut efficiendi, ſic patiendi impotentiam tribus modis dici poteſt. Aliud enim dicitur impotens, quia omnino pati non poteſt, & priuatum eſt huiuſmodi paſſiua qualitate, quo in loco priuationis uocabulo communius utimur: ut ſi parietē literas addiſcere poſſe negemus, aut omnino ſentire aut nutriri. aliud, quoniam licet aptum ſit, non dum tamen illam potentiam obtinet, ut infans, qui nondum geometria aut omnino doctrina quapiam imbui poteſt. Catulus quoq; recens natus, qui non dum uidet in hac impotentia & priuatione uerſatur. quod uero cum uidere eſt aptum, non uidet, id impotens eſſe intelligitur, quoniam huiuſmodi potentia proprie priuatus eſt. Cæterum cuiq; potentiæ, tum ſimpliciter mouendi, tum recte mouendi quampiam impotentiam oppoſitam eſſe tradit, ſed quæ potentiæ ſimpliciter mouendi opponitur trifariam dici demonſtrauimus. Recte uero mouendi potentiæ impotentia contraria ea eſſe intelligitur, qua quisq̄ idoneus & capax recte generandi uel efficiendi facultatis ea priuatus eſt, ut qui prauis habitibus excluduntur, ne uirtutem quampiam ac officium obire poſſint, cui ſimilis erit impotentia, quæ illi potentiæ quam patiendi dicebamus opponetur, quandoquidem tertiam oppoſitionem inquirere per ſingulas efficiēdi ac patiendi facultates ſuperuacaneū eſſet, & hominis eadem ſæpe ne quidq̄ repetere uolentis. Sed cur, id enim ambigere ſuccurrit, hoc in loco de earum potentiarum, quæ ex habitibus & impatientia ſumuntur, oppoſitis imbecillitatibus tacet? aut quia communiter dixit: (priuatio potentiæ,) de his quoque communiter dixiſſe uideri poteſt? his enim oppoſitæ imbecillitates erunt, priuationes tum habituum, tum facultatum impatientiæ: qua priuatione quædam facile & perpetiuntur, & intereunt. Corpus enim priuatum habitu non patiendi infirmum eſſe, & impotentiam habere dicitur. Habituum nanque potentia ſimilis eſt efficiendi facultati, niſi quod non alterius eſt motrix, ſed eius a quo habetur. potentia uero non patiendi patiēdi potētiæ. Sed intereſt quod hæc potētia eſt, ut ab alio perpetiaris, illa contra ut non perpetiaris. Sed poſtquam de impotentia diſſeruit, impoſſibilia, quibus ab impotentia nomen inditum eſſe uidetur, partim dici ait propter commemoratas impotentias cum hæ ipſis adſunt, partim alio modo a ſupra dictis diuerſo. Aliquid enim poſſibile uel contra impoſſibile dicitur, non a potentiæ uel præſentia, uel abſentia, ſed aliunde. de quibus rebus hoc in loco diſputat, aitque: (Impoſſibile eſt, cuius contrarium neceſſario uerum eſt, ut diametrum commenſurabilem eſſe eſt impoſſibile.) at cuius oppoſitum neceſſario uerum eſt, id falſum eſt ex neceſſitate: aduerbium nanque neceſſario ſemper ſignificat: quod autem ſemper eſt falſum, & cuius oppoſitum eſt ſemper uerum, id impoſſibile nuncupatur. Huic autem, ideſt huiuſmodi impoſſibili contrarium poſſibile eſſe tradit, cuius contrarium non neceſſario falſum eſt: quo in loco contrarium pro oppoſito dicit. Nam hominem ſedere idcirco poſſibile eſt, quia contrarium eius hominem non ſedere non eſt neceſſario falſum. quod autem nec ipſum ex neceſſitate uerum uel falſum eſt, neque eius oppoſitum, id ad hunc modum poſſibile eſſe intelligitur. Siquidem poſſibile medium eſt inter neceſſarium & impoſſibile, quorum alterum ſemper eſt uerum, alterum ſemper falſum. Vno igitur modo poſſibile dicitur, quod non neceſſario eſt falſum. Nam cuius contrarium non eſt neceſſario falſum, id non poteſt neceſſario uerum aut falſum eſſe. (Aho uero uerum eſſe.) ideſt, quod cum iam ſit eſſe, uerum eſt dictu, quod medium eſt eius, quod neq; eſſe, neq; non eſſe neceſſarium eſt: quod erit id quod præcipue ac proprie exiſtens dicitur: (alio rurſus modo quod uerum eſſe poteſt.) quod erit id quod fieri poteſt. quod quidem contingens proprie nuncupatur: quibus uerbis poſſibile & impoſſibile, quod propoſitionibus tribuitur docuit & partitus eſt. Sed qm̄ de geometria diſſerētibus potentia quædam ſolet uſurpari, quadrata enim potentiæ a geometris nuncupantur, quia quod latus poteſt, id potētia dicitur, latus autem quodq; quadratum, quod ex ipſo efficitur poteſt, idcirco potentiam in geometria per tranſlationem, non proprie nuncupari ait. Atq; hi quidem ſunt poſſibilium, quæ propoſitionibus tribuuntur intellectus. Primo enim modo poſſibile eſt, cuius cōtrarium nō eſt neceſſario falſum. Secundo quod uerum eſſe dicitur, quia eſt. Tertio quod uerum eſſe poteſt, quæ quidem non idcirco poſſibilia dici ait, quod potentiam cuiuſpiam obtineant. At quæ ita nūcupantur quod potentiam habeant, uel efficiendi, uel patiendi, aut recte ſiue efficiendi, ſiue patiendi, aut quod pati non poſſint, ea cuncta ad primam potentiam, de qua primo loco meminit, referri ait, quæ quidem ut propriiſsime dicta ante omnes eſt explicata. Ea uero eſt potentia efficiendi, quæ mutationis in alio qua aliud. principium eſſe definitur. cætera enim poſſibilia, quæ per potentiam dicuntur, ab hac dicta eſſe ait: (partim inquit, qm̄ aliquid aliud talem ipſorum potētiam habet) ideſt, qm̄ aliud potētiam habet ipſa tranſmutandi mouendi & efficiendi. qualia ſunt, quæ potentiam paſſiuam habent, ſcilicet, quia potentia quædam eſt ipſorum effectrix. Alia uero, quia nihil aliud ipſorum mutandorum potentiam habet. Poſſibilia uidelicet, quę ut non paſſiua ab alio non mutantur. nihil enim potentiam obtinet horum efficiendorum, & ob id poſſibilia dicuntur ſimiliter, quæ patiendo ſunt opportuna. (Partim quia ſic habent.) ideſt, quia potentiam habent recte, & in melius mutandi, aut uiciſsim recte patiendi. Cæterum hoc in loco potentiam præterire uidetur, quæ in habitibus intelligitur, de qua meminiſſe uidetur, cum de potentiis uerba faceret, his quidem uerbis: (Præterea facultas bene faciendi, aut per uoluntatem, electionemue potentia dicitur: interdum enim eos qui ambulauerint aut dixerint ſolum, ſed non bene, aut non ut uoluerint, non poſſe dicere aut ambulare putamus ac dicimus.) An cum hic dicit: (partim quia ſic habent.) non aliam, q̄ huiuſmodi potentiam innuit? Sed impoſſibilia quæ poſſibili a præſenti potentia dicto opponuntur, non quæ propoſitionibus attribuuntur, perinde ab illa potentia nuncupari ait, atque huiuſmodi poſſibilia. Itaq; impoſſibilia dicuntur, uel quia ipſa efficiendi potentia carent, uel quoniam alia non habent ipſorum commutandorum potentiam, uel quod ob imbecillitatem expoſita ſunt patiendo, aut quia recte efficere patiue nequeunt. Quamobrem propria inquit ratio potentiæ, eſt definitio potentiæ primæ, illa ſcilicet, principium permutationis in alio in quantum aliud.

Quātum id dicitur quod diuiſibile eſt in ea quæ inſunt, quorum utrunq; uel unumquodq; unum quid, & hoc aliquid aptum eſt eſſe. Multitudo igitur quantum eſt quoddam, ſi numerabilis ſit. Magnitudo etiam quātum eſt quoddam, ſi menſurabilis ſit, dicitur autē multitudo quidem id, quod in non continua, magnitudo uero id quod in continua diuidi poteſt. At qui magnitudinis ea quidē quæ una ex parte continua eſt, longitudo eſt, ea uero quæ duabus ex partibus latitudo, at ea quæ tribus ex partibus continua eſt, altitudo nimirum eſt. Horum igitur multitudo quidem finita numerus eſt, longitudo uero linea, latitudo autem ſuperficies, & altitudo eſt corpus. Præterea quædam per ſe, quædam per accidens quanta di

cuntur, linea nanq; quantum est quodam per se, musicum uero per acci-
dens, eorum insuper quæ per se quanta sunt, alia per substantiam sunt,
quo pacto linea quantũ quid est, in ratione enim quæ dicit quid est quan
tum quid inest. Alia affectus atq; habitus talis substãtiæ sunt, ut multum
ac paucum, & productum ac breue, & latum atq; angustum, & altum &
humile, & graue ac leue, & istiusmodi cætera. Sunt autem & magnum &
paruum, & maius & minus, etiam si per se & inter sese dicantur, & ipsius
quanti per se affectus, hęc tamen nomina & ad alia transferũtur. Eorum
autem quæ per accidens quanta dicuntur, alia sic dicuntur, ut diximus,
nam quia quantum est quiddam id cui musicum inest ac album, ideo ipa
quanta dicuntur. Alia ut motus ac tempus, & enim hæc quanta quædam
continuaq; dicuntur, quia illa diuisibilia sunt, quorum ista sunt affectus,
atq; non dico id quod mouetur, sed id super quod efficitur motus. Quia
enim quantum est illud, ideo motus etiam quantus est, tempus etiã ideo
quantum est, quia motus est quantus.

xxiiii

(Quantum id dicitur quod diuisibile est in ea quæ insunt.) quoniam de substantia supra disseruerat, hoc in loco quanti partitionem exequitur, & quãtum esse ait: (quod diuisibile est in ea, quæ insunt: quorum utrunq;, uel unumquodq; unum quid & hoc aliquid aptum est esse.) quod idcirco adiecit, quoniam subiectorum in accidentia diuisio effici uidetur, ne quis hæc quanti partes esse putet, nullum nanq; accidens sic est unum quidpiam, ut sit hoc aliquid ac eiusdem atq; subiectum naturæ. At numeri pars quæq; unum quidpiam, & hoc aliquid est, quemadmodum numerus ipse qui diuidi-
tur, anteq̃ diuideretur: item pars quæq; uel lineæ uel superficiei. At nõ albedo perinde atq; subiectum ipsius unum aliquid, aut hoc quidquam est. Sed uerbis illis: (quorum utrunq; uel unum quodq; unum quid, & hoc aliquid aptum est esse) distinguere uidetur a quantis, ea quæ constituuntur ex partibus situ carentibus. cuiusmodi est tempus & oratio, adde etiam motum: talia enim non proprie dicuntur quanta. Cæterum numerus, qui ex partibus situ carentibus constare in prædicamentis dicebatur, hoc tamen in loco pertes habere permanentes dici uidetur: genus uero non sic in species diuiditur, ut in ea quæ insunt. haud enim specierum rationes, in quas genus diuiditur, in ipso genere insunt. Illarum enim partitio per additamentum existit. Itaq; genus nihilo minus persistit, licet ab eo aliqua species auferatur: quantũ uero, si qua ei pars abscissa fuerit, non iam idem permanebit. Sed qm̃ quantum aliud est continuum, aliud discretum, idcirco quantum discretum numerabile esse ait, continuum uero, idest magnitudo mensurabile. quibus uerbis infinitum non esse quantum significare uidetur, quippe quod nec mensurari, nec numerari potest, aut si mensurabile est, non quod totum commensuratur, Sed hoc in uniuersum, cuius partes acceptæ mensurabiles sunt, infinitum quoq; sub quantum cadere ualebit. Nam quantum etiam dicitur, quod pertransiri non potest. Deinde multitudinem & magnitudinem definit: (Est igitur multitudo id quod est diuisibile potestate in non continua.) ideſt, quod diuidi potest in non continua: unitates enim multitudinis partes sunt. Magnitudo autem, quod in continua diuidi dotest. Magnitudinis enim pars quęq; continens est, exponit autem magnitudinis discrimina. Nam (quæ inquit, una ex parte continua est, longitudo uocatur: ea uero quæ duabus ex partibus latitudo: at ea quę tribus altitudo) ideſt corpus.

porro

Porro numerum magnitudinem finitã esse ait. Numerus enim numerabilis est, numerabile autem finitum esse constat: ut intelligatur numerũ id non esse, si qua multitudo infinita esse dicatur. Proprie igitur numerus ipse in nõ cõtinua diuiduus est, deinde & numerabilia, & si horũ quodq; continens sit. Cæterum cum diuidũtur ut numerabilia, non diuiduntur ut in continentia. Multitudinem ergo id esse dicebat, quod diuiduum est in non continua: & magnitudinum quæ in unum est continua, esse longitudinem, quæ in duo latitudinem, altitudinem quæ in tria. Cum igitur multitudo quid sit exposuisset, protinus quid sit longitudo, quid latitudo, quid altitudo declarauit. Lineam scilicet superficiem & corpus. Deinde rursus ex quãtis: (quædam inquit per se, quædam per accidens quanta dicuntur.) Linea enim & latitudo, hoc est superficies, & corpus, atq; item numerus per se, ac proprie quanta sunt: quæ uero idcirco quanta uocãtur, quia quanto cuipiam accidunt, cum suapte natura talia non sint, ea quanta ex accidẽti nuncupantur: ut si quis album tribus ulnis patere dicat, propterea quod superficies, in qua inest tãta est: & pari ratione musicũ, ut ipse ait. Deinceps rursus horum utrunq; partitur, & quod per se quantum dicitur, & quod per accidens, sed prius quod per se. Nam quæ per se ac proprie quanta dicuntur, ea partim quanta sunt per propriam substantiam: hæc autem sunt, quorum in definitione quantum inest, ut linea quæ magnitudo in unum diuidua esse definitur. Item superficies & corpus, quorũ altera est quantum ex duabus partibus patẽs, alterum ex tribus. Numerum quoq; quãtum discretum esse definimus, uel quanta substantia sunt, ut subiecta quædam, in quæ cætera referuntur, quæ uocãtur quanta. Partim per se quanta sunt qm̃ huiusmodi naturæ affectiones sunt atq; habitus, ideſt quia sunt affectiones quanti in eo quod quantum: quæ quidem ea sunt, quæ per se de quanto prædicãtur, qualia sunt: (multum & paucum) quæ numeri sunt affectiones (procerum & breue) quæ longitudinis (latum atq; angustum) quæ superficiei: (Altum & humile) quæ uicissim corporis affectiones sunt. Licet eni horum in rationibus quantum contineri dicas, non tamen primum, neq; per se, sed quia illis inest, quibus hæc adsunt. Itaq; multum dicitur quantum quod numero excedit: quasi omnino quantum sit propter numerum: similiter paucum quantum esse dicitur, quod numero exceduur. In singulis quoq; magnitudinibus quantum significatur, quia subiecta ipsa quanta dicuntur. Breue nanq; quantum esse dicitur quod longitudine superatur. Simili cæteroq; ratione: graue quoq; & leue quantis per se, hoc in loco annumerat, quæ paulo post inter qualia numerabit: quæ fortasse quanta sunt in eo q̃d excessum aut defectum inclinationis significant: qualia uero, quatenus causæ sunt, ut deorsum sursumue ferãtur ea in quibus habentur. Hæc autem affectus & habitus esse talis substantiæ dixit paulo communius substantiæ nomine usus. hęc enim substantia quodammodo nuncupari dixit, in substantiæ partione: quanq̃ affectus & habitus in eundem intellectum dixit habitus qm̃ habentur, affectus q̃ accidunt & insunt. Sed cũ dixisset: (Et huiusmodi cętera) quęnam sint adiecit, dicens: (Sunt autem & magnum & paruum, & maius & minus etiamsi per se & inter sese dicantur & ipsius quanti per se affectus.) Maius & minus ex iis esse, quę ad aliquid dicuntur manifestum est. Magnum aũt & paruum, item ad aliquid dici, in prædicamẽtis edocuit: at hoc in loco ipsa per se dici ait: qm̃ simpliciter etiam nonnulla magna esse dicũtur. Cętcrum magnum maiusq̃ & his opposita, a quantis ad alia quę quanta non sunt transferri nonnunq̃ ait, Affectus enim magnus esse dicitur, excmpli gratia, mestitia & item maior: ægrotatio magna: magnus oculoꝝ morbus: albũ quoq; paruũ, quarum rerum nulla quanta est. Post hæc partitionem eorum aggreditur, quæ per accidens quãta dicuntur, eorumq; discrimen ostendit. Aliter enim musicum, album q̃ quantum dicitur & quãti accidentia cætera, scilicet, propterea solum, quod ipsorum subiectum quantum est, aliter uo

tus & tempus Nam & hæc dicuntur quidem quanta,qm̃ ad per ſe quanta referuntur, ac proinde quanta per accidens dicuntur,non tamen ſimpliciter, ut ſupra dicta:omni no enim quia nos ipſorum intellectionem habemus ex magnitudinibus, ipſa quoq; quanta & continentia ex accidenti dicuntur, quia ſcilicet continua diuiduaq; ſunt, ea quorum hæc ſunt affectiones:Illa tamẽ quæ ſubiectis adſunt,quia cum ipſis diuidun tur,quia diuidua & quanta ſunt,idcirco proprius ſunt quanta,nec perinde ex accidẽti. Præfatus autem:(hæc quanta quædam continuaq; dicuntur, quia illa diuiſibilia ſunt, quorum ſunt iſta affectus) ut doceret quorum ſunt affectus,adiecit:(dico autem non quod motum,ſed quo motum eſt) itaq; motum quantum & continuum eſſe dicit,nõ quia quod mouetur,corpus & quantum ſit:ſic enim perfecte quantus ex accidenti di ceretur, perinde atq; album & muſicum,ſed quia id in quo mouetur & quod mouen do pertranſit,quantum eſt:cum fieri nequeat,ut motus in non cõtinuo fiat.Motus igi tur idcirco quantus eſt,qm̃ id in quo fit diuiduum eſt & quantum:cui motus coexten ditur,quaſi quantum ipſius metiatur, & cum ipſo diuidatur:quapropter proprie quan tum eſſe uidetur:ſed qm̃ intellectus a ſubiecta magnitudine pendet, idcirco per acci dens quantus eſſe dicitur.Neq; enim eſt magnitudo,ſed in magnitudine:licet non ſi militer ut cætera accidentia.Item quod ſubiectum eſt & diuiditur per ſe exiſtit,motus uero non permanet.Rurſus inquit tempus quãtum eſt,quoniam motus eſt talis,ideſt diuiduus, cuius motus numerus tempus eſt. Notandum eſt tamen, cum tempus in prædicamentis quantum per ſe dixerit, hoc in loco quantum per accidens eſſe dicere & ante hoc motum:cum propter motũ tempus huiuſmodi eſſe dicat:quin & illud eſt inquiſitione dignum, cur motum & tẽpus non annumerauit per ſe quantis,quæ quan torum affectiones uel habitus eſſe dixit,ſed iis quę per accidens ſunt quanta: cũ enim motus cuiuſpiam continentis affectio ſit, neq; enim aliter, aut in alio motus fieri po teſt:par eſſe uidetur,ut iis quantis annumeretur, quibus quantorum affectiones. An quæ per ſe quanta prius eſſe dixerat, nunc per accidens eſſe ait, ſed non ſimiliter, ut quæ non ut quantorum,& quatenus quanta affectiones ſunt? An illa quidem quanta per ſe ſunt,quia perinde perſiſtũt; atq; ea,quorũ ſunt affectiones,horum aũt neutrum manet, & illa in ſubiectorũ natura ſunt, ipſaq; modo ſint,omnino cõſequẽtur, motus autẽ nihil eſt magnitudinis,ſed fit in magnitudine?

Quale nanq; uno dicitur modo ipſa ſubſtantiæ differentia,quale nanque animal eſt homo, & quale equus,& qualis item figura eſt circulus ſi inter rogabimur, bipes accomodare,quadrupes,carẽs angulis reſpõdebimus, quo patet ſubſtantiæ differentiam qualitatem eſſe quandam ut diximus. Alio modo ut immobilia ipſa & mathematica, quo pacto numeri quales quidam eſſe uidentur, ueluti ipſi compoſiti, & non ii qui ſunt ſolum ad unum, ſed ii quorum eſt mutatio planum ipſum ac ſolidum, atq; hi ſunt illi qui totiens quanti, aut totiens quãti totiens ſunt, & omnino id quod præter quantum ſubſtantiæ numeri ineſt. Subſtantia nanque cuiuſq; eſt ipſum ſemel,ueluti ſubſtantia ipſorum ſex eſt,non ſi bis tria, aut ter duo, ſed ſi ſemel dicantur,ſex enim ſemel ſunt ſex. Præterea omnes ſubſtantia rum earum quæ mouentur affectus,ut caliditas, frigiditas, albedo,nigre do,grauitas,leuitas,& quæ ſunt ſimilis generis, quibus alterari dicuntur corpora quæ mutantur. Inſuper uirtus ac uitium & omnino bonum ac

malum.Quale igitur modis fere dici duobus poteſt, & horum uno præ cæ puo maxime,nam prima quidem qualitas ſubſtantiæ eſt differentia. Hu ius autem pars eſt quædam, & ea quæ eſt in numeris qualitas, eſt enim ſubſtantiarum differentia quædam. Verum eorum quæ aut non mouen tur, aut non ut mouentur, alia uero ſunt affectus eorum quæ mouentur ea ratione qua motum ſubeunt, & ipſorum motuum differentiæ. Vir tus autem & uitium quædam eſt affectuum pars: differentias enim mo tus operationisue ſignificant, quibus operantur aut patiuntur, bene uel praue ea quæ ſunt in motu. Id enim quod hoc pacto moueri uel operari poteſt,eſt bonũ,id autẽ quod hoc pacto atq; cõtrario modo,prauũ. Ma xime uero bonũ ac malum qualitatẽ in animãtibus ipſis ſignificãt,& hoc maxime in hiſce quæ habẽt electionem.

xxv (Quale uno modo dicitur) Deinde ad qualis partitionem tranſit,ut pote quod mul tifariam dicatur: & quale uno modo ſubſtantiæ differentiam dici ait. Rogati enim quale animal homo ſit,aliquod diſcrimen ex iis quæ ipſi adſunt reſpõdemus.Ceu diſ ferentia non in quid, ſed in quale prædicetur, licet non ſimiliter atq; qualitas. Nam differentia ſubſtantiæ qualitas ſubſtantialis eſſe uidetur. Sed quærat aliquis, qualis tas ut differentia, quo diſcrepat a qualitate,ut genus uel ſpecies. Nam & hæc in prę dicamentis, quale ſubſtantiæ circumſcribere dixit. At ſi hæc qualitates ſunt perinde atq; differentia, cur ipſorum hoc in loco non meminit? Præterea ſi quale ſubſtantiæ circumſcribunt,quomodo prædicantur in quid,quod in ipſorum definitione contine tur? Num differentia non inquid ſed in quale prædicatur? circuli autem meminit ut ſubſtantiæ, ſeu pro globo circulum accipiens,ſeu quia figuræ quoq; ſubſtantiæ quia buſdam eſſe uidebantur: uel ſubſtantiam non proprie acceptam, hic dixit, ſed cu iusq; rei exiſtentiam. Nam cuiuſque rei propria exiſtentia eiuſdem ſubſtantia eſſe di citur: ut docuit in partitione ſubſtantiæ: uno enim modo ſubſtantia natura cuiuſq; e rei eſſe dicebatur. Differentias igitur fortaſſe dicit non eas ſolas,quæ habentur in pro prie dicta ſubſtantia, ſed qualitates proprias per ſingula genera. quomodo (angu lorum expers) circuli eſt differentia. Circulus enim eſt figura angulorum expers. Primo igitur modo qualitatem ſubſtantiæ, ut diximus, differentiam dici ait: Secun do quæ in immobilibus habentur. Immobilia uero quæ ſunt declarat:mathematica uidelicet. In numeris enim compoſitis numerus qualis eſſe dicitur, non ſimpliciter numerus, & qui ad unum eſt, alius enim eſt quidam ſimpliciter numerus,alius uero quadratus,aut altera parte longus, aut cubus ſiue quadrantalis:quis autem numerus non ſit ad unum exponit,dicens: (quorum eſt imitatio planum ipſum atq; ſolidum) ut igitur planum non eſt ad unum ſiue ex una parte ſolum cõtinuum, ſed in duorum continentium compoſitione conſiſtit ſolidum in trium, ſic numeri quidam non ſim plices ſunt, ſed compoſiti. hi uero qui ſint declarat,cum ait: (qui roties quanti) cu iuſmodi ſunt plani & altera parte longi, uel qui quadrati nuncupantur: ut bis duo, uel bis tria, uel ter tria. Atq; huiuſmodi quidem ſunt, quoties,quanti. Alii uero,quo ties,quanti,quoties. quales ſunt numeri,cubi ſeu quadrantales,ut bis duo, quattuor, bis quattuor,octo,numerus enim octo talis eſt.Nam bis duo ſunt quattuor,bis quat tuor octo. Et rurſus ter tria nouem,ter nouem uigintiſeptem. Numerus enim.xxvii. ſolidos eſt & cubus,quoniam ter tria ſunt nouem, ter. ix. autem. xxvii. qui rurſus proportionem habet cum ſolido.Porro magnitudines æmulas eſſe ait numerorum,

ceu numeri priores sint, & omnino quidquid in numero ineſt, præter quantum & ſubſtantiam naturamq; numeri, numerus qualitas eſt: ſubſtantia enim & quãtitas cuiuſq; numeri in eo conſiſtit, quod ſemel ſimpliciterq; ſumatur: ſiquidem in ſubſtantia & quantum numeri octo ſimpliciter poſitum eſt in eo quod ſemel accipiatur. Si uero bis tria dicatur; iam non ſimpliciter ipſius quantum & ſubſtantia ſumetur, ſed cum affectione & qualitate quadam dicetur: ut enim cætera, ſic numeri ſi cum additamento dicantur, cum qualitate quadam dicentur: differentias autem in numero dicere uidetur qualitates in ſubſtãtia. Si enim ſex ſimpliciter accipiamus, hoc numerus eſt: ſin aũt ſex accipias, ut bis tria, tunc cum qualitate dicetur. At ſi immobilium differentiæ ſunt alius qualitatis intellectus, quomodo in primo intellectu mentionem de circulo fecit? Nam circulus in immobilibus & mathematicis habetur. Num igitur hoc in loco immobilia uocat non mathematica omnia, ſed numeros? an ſi de cunctis mathematicis loquitur, illic extrinſecus circuli mẽtionem fecit, ut in exemplo differentiæ, quod ſi ita eſt, & illic ſubſtantiæ quæ proprie intelligitur differimina dicit, longitudo in unum diſtantia erit numerorum, ſcilicet ſi ſemel accipiatur: planum, quoties, quantis, ſolidũ quoties quantis quoties: quoꝝ alteros quadratos uocãt, alteros circulos. Tertium qualitatis intellectum affectiones eſſe ait, ſubſtantiarũ naturaliũ quæq; in motu uerſantur: ſubſtantiæ nanq; naturales materiales q; ſunt, quæ motu agitantur: quas a mathematicis diſtinxit, propterea q; mathematicæ immobiles ſunt: quas porro affectiones uocet mobilium ſubſtantiarum per exempla declarat: ac in uniuerſum eas corporum naturalium affectiones & qualitates eſſe ait, quæ differentiæ ſunt, quibus corpora dicũtur alterari. Illud autem eſt aduertendum, grauitatem & leuitatem, qualibus rurſus ab Ariſtotele annumerari, quas tamẽ paulo ante inter ea quãta computauerat, quæ quia quanti in eo quod quantum affectiones ſunt, quanta eſſe intelliguntur: Sed cum diuiſſet ſubſtantiarum mobilium affectiones qualitates eſſe, his uirtutes adiũxit uitiaq; & omnino bonum & malum: quæ neq; corporum affectiones, neq; huiuſmodi qualitates ſunt, ut per eas fiat alteratio, ſed prædictos qualitatis intellectus exponens, ait: (quale igitur modis fere dici duobus poteſt, & horũ uno præcipuo maxime) in quo ſcilicet ſubſtantiæ ſunt differentiæ: hanc enim primam qualitatem eſſe ait. Nam cum cæteris generibus ſubſtantia prior ſit, efficitur, ut quæ ſubſtantiæ per ſe adſunt, priora reliquis habeantur: huiuſmodi autem ſunt differentiæ, quas item qualitates eſſe ait. Qualitatem porro, quæ in numeris habetur, partim eſſe ait eius, quæ per differentias accipitur. Nam & illa differentia quædam eſt ſubſtantiarum, licet non earum, quæ mouentur, uel non qua mouentur, ſcilicet ſi numerus ſit quarumpiam naturalium ac mobilium ſubſtantiarum, quæ in numerabilibus habentur, quæ licet numerabiles ſint, non tamen qua ſubſtantiæ mobiles ſunt, hac ipſis differẽtiæ tales adſunt, ſed quatenus ſunt numerus: ut ſi quis numerabilia partim in numero plano, partim in ſolido eſſe diceret. Itaq; unus qualitatis modus eſſe poteſt, quo differentiæ ſubſtantiarum, tum mobilium, tum immobilium qualitates eſſe intelliguntur. Mathematica enim ſubſtantias nuncupare conſueuit. Quanq̃ in primo intellectu differentias ſignificare poteſt communiter omnium quæ mouentur, non ſolum ſubſtantiarum, partesq; illarum dicere mathematicorum ac immobilium differentias, quatenus horum inter ipſa differentia in his eſt. In ſecundo modo qualitatis ſunt affectiones ſubſtantiarum mobilium, quibus affectionibus ipſæ ſubſtantiæ moueri, ac naturales eſſe dicuntur. Sed his affectionibus, per quas alterationes fiunt, motuum differentias adiungit. Differentias autem motuum appellat alterationem, accretionem, imminutionem atq; lationem: aut certe potentias, per quas motus loci diſcrimina corporibus natura

libus contingunt, quæ quidem ſunt, grauitas & leuitas: uel omnis motus diſcrimina: & ſic habitus appellaret qualitates: quoniam ab habituum differentiis motuum diſcrimina manant: q; autem in hunc ſenſum dixerit docet, uirtutum mentione, cum ait: (Virtus autem & uicium quædam eſt affectuum pars, differentias enim motus operationisue ſignificant.) quibus uerbis habitus ſubeſſe docet qualitatibus, quaſi affectionibus dictis: uirtutem autem & uicium motuum & actionum diſcrimina ſignificare, idcirco ait: quoniam quæ mouentur pro ſuis uirtutibus & uiciis efficiunt, & patiuntur: recte ſcilicet, aut perperam. Etenim bonum eſt quod recte moueri poteſt, malum uiciſim quod perperam. Nam motus ſecundum recte & perperam iis, qui huiuſmodi habitus habent, habitus autem cauſæ. Sed in rebus potiſsimũ animatis bonum & malum qualitatem ſignificare ait. Neq; enim omne bonum qualitas eſt, cum ipſum in decem generibus habeatur. (& horum maxime) ideſt animatorum (in iis, quæ habent electionem) ideſt in hominibus. Eſt autem bonum & malum animatorum & electionem habentium uirtus atq; uicium, quæ bonorum maxime in qualitate ſunt. Cæterum omnes qualitatis ſpecies, quas poſuit in prædicamentis, affectionibus ſeu paſsionibus ſecundum hunc qualitatis intellectum ſubiicere uidetur: excepta ſpecie, quæ ſecundum aptitudinem ac potentiam dicitur. de hac enim mentionem nullam fecit, niſi hanc motuum differentiis annumerare uelis: hoc eſt iis, a quibus motuum differentiæ proficiſcuntur. Nam quemadmodum pro habitibus diuerſi motus eduntur, ſic pro potẽtiis & aptitudinibus ipſarumq; differentiis, prorſus ut habitus & potentiæ, præterea qualites paſsiuæ figuræq; qualitatis ſubiiciantur: quæ in affectionibus mobilium ſubſtantiarum intelligitur. aut certe figuræ ad ſuperiorem qualitatis intellectum referuntur. Neq; enim triangulus æquilaterus motum quaſi actionem quãdam aut opus huiuſmodi trianguli ſignificat, ſed diſcrimen inter ſe & Scalenum atq; Iſoſceclem, ut ipſe hominis exemplo docuit: Rogati enim quale animal homo ſit, reſpondere poſſumus, pedeſtre. Sic de æquilatero qualis triangulus ſit interrogati, æquilaterus reſpondemus.

Ad aliquid alia dicũtur, ut duplum ad dimidium, & triplum ad tertiam partẽ, & omnino multiplex ad ſubmultiplex & excedens, ad id quod excedituꝛ. Alia ut combuſtiuum ad combuſtibile, & diuiſiuum ad diuiſibile, atque omnino actiuum ad ipſum paſsiuum. Alia ut menſurabile ad menſuram, & ſcibile ad ſcientiam, & ſenſibile ad ſenſum. Atque prima quidem per numerum dicuntur, aut ſimpliciter, aut definite ad ipſos, aut ad unum, ueluti duplum quidẽ ad unum numerus eſt definitus. Multiplex autem per numerum quidem ad unum eſt, nõ definitum tamen, ut hunc aut hunc. Sexquialterum autem ad ſubſexquialterum per numerum eſt ad numerum definitum. At id quod partes complectitur ad id quod ſub ipſo eſt pars, per indefinitum perinde atq; ad unum eſt ipſum uti diximus multiplex. Excedẽs autem ad id quod exceditur, indefinitum omnino eſt numero, numerus enim commẽſurabilis eſt, hæc autem per non commenſurabilem numerum dicuntur. Excedens enim ad id quod excedituꝛ, tantum quid eſt & ultra, at hoc eſt indefinitum ut conſtat, eſt enim utrũuis uel æquale uel nõ æquale, hæc igitur oĩa ad aliquid uti diximus p numeꝝ dicũtur, numeriq; affectus.

(Ad aliquid alia dicuntur, ut duplum ad dimidium.) Hic partitionem persequitur eorum, quæ ad aliquid dicuntur: quorum quædam sic dici ait, ut duplum ad dimidium: & omnino multiplex ad submultiplex. Atque hic quidem intellectus ad aliquid per excessum & defectum accipitur: quem intellectum secundum numerum appellat. (Alia ut combustiuum ad combustibile, & diuisiuum ad diuisibile.) quæ notio effectiuum & passiuum spectat. Tertio modo ad aliquid esse intelliguntur, quæ sic se habent: (ut mensurabile ad mensuram, scibile ad scientiam, sensibile ad sensum) qui ad aliquid intellectus iudicanti & iudicato subiicitur: mensura enim mensuratum iudicat. Sensus sensibilia, & scientia scibilia. quibus partitis unum quenq; intellectum retractat, & quomodo dicatur ostendit. & ipsorum mutua discrimina declarat. Prima igitur, hæc autem sunt, quæ per excessum atq; defectum dicuntur, per numerum dicit ait: (aut simpliciter) ideſt indeterminate, quod ipse expositum, adiungens: (aut indefinite) quoniam aut indeterminate dicuntur inter se, quæ per numerum ad aliquid dicũtur: hoc est, ut neq; excedens determinatũ excessum significet, neq; qđ exceditur determinatum defectum, uel ita ut ambo inter ipsa determinata sint: uel determinata inter se per unum aliquem numerum dicantur. Exemplis autem quid horum quodq; significet, declarat. Nam duplum quod dicitur ad dimidium & oppositionem habet per numerum, duplum ad unum quiddam determinatum dicitur: quoniam omne duplum dicitur ad dimidium: ac proinde ad unum quiddam idemq; determinatum dicitur duplum, eiusq; determinatur excessus, cum ad dimidium semper dicatur. Eadem est dimidii ratio, ut quod ad determinatum unumq; dicatur, hoc est ad duplum: quod certũ ac unũ excessum significat. Atq; hmõi quidẽ est hoc, quod primũ est eorũ quæ fm numerũ per excessum ad aliquid dicuntur, quod scilicet ad unum determinatum secundum unum dicitur. Multiplex uero dicitur illud quidem secundum numerum per determinatum excessum, dicitur enim ad unum submultiplex, non tamen ad unum aliquid determinatum, ut duplum & dimidium. Sed cum talia inter se determinatam oppositionem habeant, multiplex enim unius & ad unum dicitur, atque item submultiplex, hoc tamen unum non est determinatum. Nam cum sit aliquid tertium, quartum, quintum, & quouis alio numero submultiplex multiplicis esse potest. Pari ratione multiplex potest esse, siue triplum sit, siue quadruplũ, & omnino quotiescunq; in se id continet, ad quod refertur, & secũdum quencunq; numerum, hæc ergo determinationem non secundum unum habent, sed inter se. sexquialterum uero ad subsexquialterum perinde atq; duplum ad dimidium utrunq; numerum determinatum habet secundum excessum ac defectum numerorum. Nam sexquialter numerus determinatus est, quoniam qui numerus alterum in se eiusq; dimidium continet, is sexquialter dicitur: pari ratione subsexquialter. hic enim est, qui totus cum sui dimidio in alio continetur: & sic ambo muneri qui per huiusmodi excessum accipiuntur, determinati sunt: cum ad unum ac determinatum referantur. Primum igitur exemplum duplum & sexquialterum quemadmodum quæ nunc dicta sunt utrosq; numeros definitos habent, & omnino quibus in numeris relatio fit ad unum aliquid determinatum, in iis ut ambo determinentur necesse est. Nam ut omne dimidiũ est unum, sic duplum in eo quod duplum unum est: quomodo sexquialterum quoq;, & subsexquialterum se habet: ne quis putet huius exemplum aliam oppositionem significare q̃ exemplum dupli: sed multiplex præfatus ad unum quidem, non tamen determinatum dici, ut discrimen inter hanc & priorem oppositionem explicet, rursus eiusdem modi oppositionis exemplum apponit sexquialterum & subsexquialterum: quæ per numerum ad numerum determinatum opponi ait, ideſt ad unum numerum determinatum: qm̃ horũ utrunq; ad unum determinatum dicitur: cui æquipollet illud:

xxvi (per numerũ ad numerum definitum.) At multiplex nõ perinde ad submultiplex dicitur. Nam horũ quoq; utrunq; ad unũ dicitur, nõ tamen ad unũ determinatum. Ad hũc quoq; modũ superparticularem numerũ ad supparticularem dici ait. Vterq; enim ad unum dicitur, sed non per determinatum excessum: cum unum significet & cuiusdam unius, non tamen excessus rationem explicat: ut duplum sexquialterum: ut de multiplice dicebamus: quod ad submultiplex dicitur, ut ad unum quidem, sed non determinatum. Sed cum dixisset: (superparticulare aũt ad supparticulare per numerum indefinitum) appositione multiplicis declarat superparticulare ad unum dici, sed nõ ad unũ determinatũ. Multiplex enim cuiusdam atq; unius multiplex est. Sed hoc unũ quota pars multiplicis sit non definitur. Itaq; multiplex æque ac superparticularis, ad unũ dicitur: ac uicissim duplum, & sexquialterum similiter inter se. At excedens ad excessum non perinde sese habet: cũ multiplex & superparticulare ad quiddam determinatum referãtur, huiusmodi uero comparatio in oppositione indeterminata uagetur. Multiplex enim hoc habet determinatũ, quod sæpe cõtinet numerum illum ad quem refertur, superparticulare uero quod illũ continet & partem præterea quampiam eius. At excedens quia nullum excessus terminum significat, idcirco per indeterminatum excessum dicitur. Præfatus aũt quod excessum nõ definit, id per numerum indefinitũ excessum habere, illud apponit: (Numerus enim commẽsurabilis est) quasi dicat, oĩs definiti numeri commẽsurabiles sunt. (hæc aũt inquit per non cõmẽsurabilẽ numerũ dicũtur.) quibus uerbis exponitur, qũo per numerũ indeterminatũ dicantur. Nã cum omnis determinatus numerus cõmensurabilis sit, cõmensurabiles enim sunt, qui eadẽ mensura mensurãtur, estq; unitas omniũ numerorũ mensura cõis, qui per huiusmodi excessum excedere dicũtur, ii qm̃ excessum non determinant, per numerũ incommensurabilem inter se dici ferũtur. Non quod inter se non sint commensurabiles, cum sic inter se habere accipiũtur, si accipiantur, sed quia nisi in mutua oppositione determinent excessum, incommẽsurabiles esse dicũtur. Ipe uero exponẽs uerba hæc: (Hæc aũt per nõ commẽsurabilẽ numerũ dicũtur) ut explicaret quomodo secundũ incõmensurabilem addit: (Excedens enim ad id quod exceditur tantum quid est & ultra, at hoc est indefinitum.) qm̃ siue crescat siue decrescat, eãdem habitudinem seruat, hoc est enim quod significat, cum ait: (Est enim utrumuis uel æquale uel non æquale.) uel enim æquale prius accepto potest quod rursus accipitur excedi, æquale aũt secũdum ꝓportionẽ, ut sit utrobiq; subtriplũ quod exceditur, uel nõ æquale, hoc aũt est indeterminatũ. Sed illud: (indefinitũ oĩno est numero) dixisse põt, ut ꝓ ipm̃ significaret, nullũ excedẽs quatenus secũdũ numerũ oĩno est aliqd determinatũ esse, qđ demõstrãt illis uerbis: (ꝓ nõ cõmẽsurabilẽ aũt numerũ dicũtur) de hmõi enĩ excessum indeterminatũ dr̃: ꝓpterea qđ ex numeris qui sic habẽt inter se, nullus est cõmẽsurabilis. uel illud: (Numerus enĩ cõmẽsurabilis est) significat numerũ q definito aliquo excedit, cõmensurabili numero excedere, quẽadmodũ supparticularis supparticularẽ parte uidelicet. At in excedẽte nõ determinat excessus. Excedẽs enĩ tãtũ est, quantũ id quod excedit, & amplius: ipm̃ aũt amplius indefinitũ est. Nã excessus ille quo excedẽs excedit par esse põt ei qđ excedit, ut excessus dupli. Siqdẽ duplũ tm̃ est quãtũ dimidiũ & ãplius: qđ amplius par est ei qđ exceditur, potest etiã esse minor, prorsus ut quo excessu superet, definire nõ liceat, utrũ pari, an minore, ut in supparticulari, qui minore, hoc est parte excedit. Caterũ cũ docuisset, qũo ꝓ numerũ dicãtur, quæ ꝓ excessum ac defectũ dicũtur: (Sed hçe ingt oĩa ut diximus ꝓ numerũ dicunt̃ numeriq; affectus.) Nã duplũ & dimidiũ, multiplex & submultiplex, & cętera id genus numerorũ affectiones sũt, & hac rõne quãta, ut paulo añ dixit in partitione quãti.

Et insuper æquale simile atq; idem alio modo. Ratione enim ipsius unius uniuersa dicuntur. Eadem enim sunt ea, quorum est substantia una. Similia sunt ea, quorum est qualitas una, æqualia item sunt ea, quorum est quantitas una. At ipsum unum principium esse numeri mensuramq; constat, quare hæc uniuersa ad aliquid per numerum quidem dicuntur, non tamen modo eodem. Actiua uero atq; passiua per potentiam actiuam atq; passiuam, operationesq; potentiarum dicũtur, ut combustiuum ad combustibile, quia possunt, & rursus comburens dicitur ad id quod comburitur, & diuidens ad id quod diuiditur, ut operãtur, eorum autem quæ per numerum dicuntur operationes non sunt, nisi eo modo qui in aliis dictus est, sed operationes, per motum illis non competunt. Ea præterea quæ dicuntur ad aliquid per potentiam, tempore etiam iam dicuntur, ut id quod fecit quod est factum, & id quod est facturum ad id quod est faciẽdum, sic enim pater filii dicitur pater, illud enim fecit, hoc quippiam passum est. Præterea sunt quæ per potentiæ priuationem dicuntur, ut impossibile, & quæ simili modo dicuntur, ut inuisibile. Ea igitur quæ ad aliquid per numerum dicuntur atq; potentiam, omnia hoc ipso sunt ad aliquid, quod unum quodq; ipsum quod est, cuiuspiam dicitur esse, sed non hoc ipso quod ad illud aliud dicitur, at mensurabile, & scibile, & intelligibile ad aliqd ex eo dicũtur, quia ad quodq; ipsoꝝ aliud dicit̃. Intelligibile nanq; intellectũ ipsius esse significat.

xxvii

(Et insuper æquale) Sed quædam inquit per numerum ad aliquid dicuntur alio modo, non per excessum & defectum, sed per similitudinem & æqualitatem: quod autem quæ sic inter se dicuntur, per numerum dicantur hinc intelligitur, quod ea per unũ dicuntur, ut ipse ait: Aequale enim simile, atq; idem per unum dicũtur. Nã quia unũ sunt inter se, ratione enim ipsius unius uniuersa dicuntur, dixit huiusmodi oppositionem & habitudinem inde sumit, quod ambo sic opposita, unum sunt inter se. Quomodo autem ambo sint unum exponit: (eadem nanq; ait sunt quarum est substãtia una. hæc enim sunt similia secundum substantiam. Nam cum ipsum sibi idem esse dicitur, unum quasi duo sumitur. Itaque identitas unitas quædam est secundum substantiam. (Similia uero sunt inquit, quorum est qualitas una.) Similia enim in sola qualitate dicuntur, quemadmodum docuit in prædicamentis: ut similitudo unitas esse intelligatur in qualitate. (Aequalia item sunt ea, quorum est quantitas una.) Sed omnia sic opposita, idcirco opponi dicuntur, quia unum quiddam sunt: quo assumpto, huiusmodi habitudinem, & oppositionem per numerum fieri ait: cum prius sumpsisset ipsum unum principium esse numeri, atque mensuram. Ita, quæ per unum opponuntur, ea per numeri principium sunt appositа. ac proinde per numeꝝ. Sed nõ similiter per numeꝝ, atq; ea quæ prius dicta sunt: illa enim per excessum in numero dicuntur, hæc autẽ per æqualitatem & unitatem. Sed posteaq; de iis disseruit, quæ per numerũ ad aliquid opponũtur, protinus sermonẽ ad ea transfert, quæ ut effectiua sunt & passiua, ac ut efficiunt patiunturq; inter sese opponuntur. Effectiua igitur & passiua p potẽtiã dicũt, efficiẽtia uero & patiẽtia pactiones quæ a potẽtiis pficiscũtur.

At ubi exemplis quæ nam per potentiam ad aliquid dicantur exposuit, & quæ per actum, oppositionem per numeros adiicit non habere partitionem. Secundum hoc, quoniam ne sunt quidem numerorum actiones ullæ, cum sint immobilia mathematica cuncta. Illud uero: (Nisi quemadmodum in aliis dictum est.) idcirco fortasse dixit: quoniam qua intelliguntur numeri, ipsorum actiones quædam existere uidentur, quæ tamen non sunt actiones per motum. Neq; enim intelligens qua intelligit mouetur, neq; quod intelligitur, estq; actio quædam eius, quod intelligitur, non tamen per motum: qualis actio quædam in iis, quæ uersantur in motu perpetientis ac non efficientis solius: uel quia licet ipsorum numerorum nullæ sint actiones: numerus enim qua est numerus nec efficitur, nec patitur: ut Pythagorici rebantur, efficientia tamen & patientia per excessum secundum numerum & quem habent inter se uel per æqualitatem proportione quadam efficiunt, perpetiũturq;. Neq; enim effectiuum utcunq; habeat, uel quantuncunque sit, munere suo fungitur, sed conuenientiam ac proportionem quandam cum patiente habeat oportet, quæ per numerum quendam efficitur. Nam medicamenta talem tantumq; excessum requirũt ut efficiant, morbisq; opportune medeantur. Neq; enim quantacunq; sint, modo qualitate sint prædita proderunt efficientq;. sed quantitatem certam præterea desiderant: quæ ratio eadem est in cæteris efficientibus patientibusq; corporibus. Sed quæ inter se per actiuam & passiuam potentiam dicuntur, id est, quia efficere & pati possunt, eorum inquit aliqua per tempus ad aliquid dicuntur, quod enim fecit, ad id quod factum est refertur, ut calefactum ad id quod calefecit, ædificatumq; pari ratione, & facturum & faciendum. Nam pater inquit, dicitur filii secundum tempus: quoniam alter genuit, alter genitus fuit: genuisse autem est effecisse, genitum fuisse, passum esse. Sed quæ facta sunt per potentiam dici ait, quia hæc non amplius sumuntur quasi in opera sint: uel per potentiam communiter opponi ait quæ in eo quod efficiant, aut patiantur dicuntur opponi, per quodcunq; tempus eorum oppositio sumatur. Præterea inquit, ut quædam per potentiam, sic alia per potentiæ priuationem ad aliquid dicuntur: calefactiuum enim ad calefactibile per potentiam dicitur, inuisibile autem & inuisiduum per potentiæ priuationem. Nam quod uideri non potest ad id quod uidere nequit refertur, & quod diuidi non potest, ad id quod diuidere non ualet: est enim inuisibile cuius nulla est uisio, & uisio non est rei inuisibilis, quam obrem omnia huiusmodi relatiua per potentiæ priuationem dicuntur, quandoquidem impossibile impotentia est impossibile, & impotentia impossibilis est impotentia. Hac effatus, qua per numerum dicuntur ad aliquid, qualia sunt de quibus supra dixit, & quæ opponuntur per potentiam, ideſt, quæ ut efficientia & patientia inter se opponuntur, ea omnia idcirco ad aliquid dicit, quia eorum quodq; quod est alterius esse dicitur: non quod aliud dicatur ad ipsum: quo in loco exponere nobis nolitur discrimen quoddam inter ea, quæ duobus prædictis modis ad aliquid dicuntur, & eorũ rationem, quæ ut iudicans & iudicatum inter se referuntur, de qua mentionem fecimus qualis scientia esse diceꝫbatur, & sensus, mensura etiam ac intellectus sententiaq; & opinio. discrimen autem est hunc in modi, quod in illis utrunq; oppositorum quidquid est, illius esse dicitur ad quod oppositionem habet. quanquam cum (illius) dicit non per casum genitiuum significat. Simile nanq; per numerum dicitur, æquale quoq; atq; idem: non tamen similis simile dicitur, neq; æqualis æquale, aut eiusdem idem, sed simili, æquali, eidem. Sed est sensus sic oppositorum utrunq; id quod est alterius dici, uel alteri uel aliter ad aliud. At iudicata & iudicantia non dicuntur ad hunc modum: Iudicantia enim hoc quod sunt aliorum, ideſt iudicatorum esse dicuntur: ut sensus sensibilium, scientia scibilium, mens

ſura menſurabilium : intellectus intelligibilium . Iudicata non item id quod dicuntur eſſe iudicantium : neque hac ratione ſunt ad aliquid , quod ipſa ſint aliorum , ſed quoniam aliud ipſorum eſt : ideo enim ſenſibilia ſunt , quia ipſorum eſt ſenſus , & ſcibilia , quoniam ipſorum eſt aliud, ideſt, ſcientia. Nam licet ſimile ſimili dicatur ſimile , quemadmodum ſcibile ſcientiæ , & ſenſibile ſenſibili , utraq; ſcilicet per datiuum caſum , non tamen eodem modo dicuntur : quoniam ſimile alteri quidpiam eſſe dicitur, propterea q̃ ipſum illi eſt ſimile : non quod illud huic ſimile ſit : quãquam illud ad hoc uel maxime eodem modo referatur : ſimilis eſt æqualis , ac eiuſdem ratio. At ſenſibile ſenſui ſenſibile dicitur, nõ qđ ipm id quod eſt ſenſus ait : ſed quia huius ipſius eſt illud ad quod dicitur. Idcirco enim ſenſibile ſenſui dicitur ſenſibile, quia ſenſus ipſius eſt : Viſibile enim ſignificat ipſius haberi uiſionem . Similis eſt harmoniæ ratio ad cõſonãtia. harmonia enim conſonantiũ eſſe dicitur, conſonantia uero harmoniæ, qm̃ harmonia ipſorũ eſt, quẽadmodũ ſciẽtia dicitur ad ſcibilia.

At intellectus non eſt ad id cuius eſt intellectus , id enim bis dictum erit. Similiter & uiſus cuiuſpiam eſt uiſus, non cuius eſt uiſus, quanq̃ uere hoc dici poteſt, ſed ad colorem aut aliud quippiam tale : Illo uero modo bis idẽ dicetur, eſſe inquam uiſum eius, cuius eſt uiſus. Ea igitur quæ per ſe ad aliquid dicuntur, partim hoc modo dicũtur, partim ſi genera ipſoꝝ talia ſint. Medicina enim eſt ad aliquid, propterea quod ſcientia quæ quidem ipſius eſt genus, ad aliquid eſſe uidetur , & inſuper ea quibus ad aliquid dicuntur ea, quæ ipſa habent, ut æqualitas ad aliquid eſt, quia ęqua le aliquid eſt, & ſimilitudo etiam, quia ſimile aliquid eſt. At enim ſunt quę per accidens dicuntur ad aliquid, ut homo ad aliquid dicitur , propterea quod accidit ipſi eſſe duplũ, hoc autẽ eſt ad aliquid, & albũ ſimili modo, ſi eidẽ accidat duplum, ac album eſſe .

(At intellectus non eſt ad id, cuius eſt intellectus .) Præfatus in iis quæ ita dicuntur xxviii
inter ſe , ut iudicans & iudicatum, iudicatum ad iudicans ſic dici, quoniam illud huius eſt , ideſt iudicans iudicati : cum ſic poſsit ad iudicans dici , ut iudicans ad iudicatum, nunc hæc ſcientiam uidelicet, ſenſum & menſuram & talia, ſic ad aliquid dici demonſtrat , ut ad ea quorum ſunt : ſcientia ad ſcibilia , ad ſenſibilia ſenſus , opinio ad opinabilia , non ad ea in quibus habentur : uerbi cauſa ſcientia ad eum , qui ſcientia prædituſ eſt , ſenſus ad eum, qui ſenſu & pari ratione cætera : quibus demonſtrandis fidem eius facit , quod ſupra dictum eſt , eſſe aliqua relatiua, quæ ad aliquid idcirco dicuntur , quoniam ea ad quæ dicuntur horum ſunt, quæ dicuntur ad illa : huiuſmodi enim ſunt iudicata , & ſic ad iudicantia dicuntur . Nam quod ſcientia ad ſcibilia , non ad ſcientem referatur , docet demonſtrans fore , ut idem dicatur bis. Qui fiat autem, ut idem bis dicatur , ipſe paulo poſt in proceſſu demonſtrat , dicees : (Similiter & uiſus cuiuſpiã eſt uiſus, nõ cuius eſt uiſus quãq̃ hoc uere dici poteſt, ſed ad colorem, aut aliud quidpiã tale : illo uero modo bis idem dicetur, eſſe inquam uiſus eius cuius eſt uiſus.) horum enim uerborum, hic eſt ſenſus: ſi uiſum & ſcientiam atq; his ſimilia aliorum eſſe dicimus, uerbi cauſa ſcientiã ſcibilium, uiſum uiſibilium, nullũ ſequetur incommodũ. Rogãri enim quid eſt id, cuius eſt ſcientia? apte reſpondetur, eſt ſcibile. Si quis tamen ſcientiam affirmet nõ ad ſcibile referri, ſed ad eũ cuius uel in quo eſt, ideſt ad eum, qui ſcientiã habet , interroganti, quid eſt id cuius eſt ſcientia, id reſpondebit cuius eſt ſcientia , hoc eſt ſciens . Poſitum eſt enim dici ad id cuius eſt, & ſic reſponſum erit ineptum & idem dicetur bis. Sed hoc in loco occurri nobis in hũc modum poteſt: ſi talia idcirco ed ea in quibus inſunt, non dicuntur, qm̃ fit, ut idem bis dicatur, utiq; par erat, ut eorum quæ habẽtur in aliquo, nullum ad illud diceretur in quo ineſt. At multa relatiua ad ea dici uidentur , in quibus inſunt . harmonia enim conſonantium eſſe dicitur, quę tamen in nullis aliis eſt, q̃ in conſonãtibus, & ad illa dicitur: quin & habitus eius eſſe dicitur , quod ipſum habet, & in quo ipſe ineſt. In quibus ſi quis perinde percõctari uelit, idẽ dicetur bis: roganti enim quid eſt id cuius eſt harmonia, appoſite reſpõdebitur, id cuius eſt ipſa : ſiquidem harmonia ad illud dicitur, cuius eſt harmonia , hoc eſt ad conſonantia , quorum harmonia eſt. Ad ea uero dici in quibus habentur, declarant Theophraſti uerba, qui ſic in ſecundo Topicorum air. Quorum eſſe quæque dicuntur , in his inſunt , ut moderatio ſiue commẽſuratio , habitus & compoſitio: memoria uero & ſomnus, atq; opinio in nullo habetur inanimatorum, nec alterius motus in alio . quamobrem ſigillatim eſt definiendum. Ipſe quoq; Ariſtoteles de his ipſis in hunc modum in quarto libro Topicorum ediſſerit: qm̃ eorum quę ad aliquid dicuntur, quædam in iis aut circa ea neceſſario ſunt ad quæ dicuntur, ut diſpoſitio, habitus & moderatio, in nihilo enim alio, q̃ in iis ad quæ dicuntur hæc ineſſe poſſunt, alia uero non neceſſario, ineſſe tamen poſſunt in iis, ad quæ dicuntur: ut ſi anima ſcibile ſit, cum nihil impediat, quo minus anima ſui ipſius ſcientiam habeat , non tamen id neceſſarium eſt , fieri enim poteſt, ut hæc ſcientia habeatur in alio, quædam aũt ſimpliciter illis in eſſe nequeũt, ad quę dicũtur, ut contrariũ in contrario haberi nequit, neq; in ſcibili ſcientia, niſi anima uel hõ ſcibile ſit. his nanq; neceſſariũ eſſe ait, ut nonnulla relatiua ad ea dicãtur, in quibus habẽtur: de quoꝝ numero diſpoſitionẽ eſſe dixit: diſpoſitio enim diſpoſiti eſt atq; eius in quo habetur: item habitum. Nã habentis habitum, habitus eſt habitus, quæ ratio eadem in mediocritate reperitur. At ſi ad ea dicuntur in quibus ſunt, bis hoc in ipſorum ſingulis dicetur, quid eſt id cuius eſt diſpoſitio? id cuius eſt diſpoſitio: quid eſt id cuius eſt habitus? id cuius habitus eſt . Si ergo bis idem in his dicitur, eſt autẽ neceſſe, ut ipſa dicãtur ad ea in quibus ſunt , idem bis dici non obſtat, quo minus quidq̃ ad id in quo ineſt dicatur. Etenim ſi bis idem ita diceretur, ut idem ad ſe dicitur, incommodũ ſequeretũr: tũc enim quidpiam ſibi contrarium eſſet, cũ relatiua dicantur ad contraria. At ſi quis rogatus quid eſt id cuius eſt ſcientia? reſpondet ſcientiam eius eſſe , cuius eſt ſcientia, non tamen ad hoc dici . Neq; enim rogatus ad quid dicitur ſcientia? reſpondet, cuius eſt ſcientia, ſed ad eum, qui ſcientiam habet, ac uiciſsim ſcientiam habens ad quid dicitur? rogatus, ad ſcientiam reſpondet , utiq; non idem ad idem dicetur, cum ſcientia longe aliud ſit, q̃ quod obtinet ſcientiam. Cęterum ipſe non ea diciſſe uidetur, ut quidq̃ ad id in quo eſt, dici negaret, ſed potius ut confirmaret, quæ cum in quibuſpiam ſint, poſſunt ad alia præterq̃ ad ea, in quibus habentur dici, eorum ad illa fieri relationem . Quanq̃ illud quoq; poteſt in quæſtionem uenire, utrum quæ inter ſe, per potientiam dicuntur, horũ alterum, ideſt, patiens quod efficienti, aut effectiuo contrarium eſt, idcirco ad ipſum dicatur, qm̃ illud huius ſit, non quia hoc illius? Nam combuſtibile propterea eſt combuſtibile, qm̃ aliquid eſt eius combuſtiuum: ac uiciſsim aliquid calefactibile, qm̃ eius quidpiam eſt calefactiuum, & horũ quodq; quidquid eſt, alterius eſſe dicitur . Combuſtibile enim combuſtiuo eſt combuſtibile, & ſenſibile idcirco eſt tale, qm̃ eſt aliquid a quo ſentiatur . Au huc pertinent uerba hæc , ut quæ ſic dicuntur, ad quid dicantur oſtendatur? Quandoquidem quæ per potentiam dicuntur , ea proculdubio dicuntur ad hæc, nec quęritur ad quid fiat horum relatio . At in iis, quæ ut iudicantia dicuntur ad aliquid,

quæstio est ad quid ea dicãtur: exempli causa, utrum sentire ad sensum referatur, an ad sensibile. Talia igitur omnia non ad ea referri a quibus habentur, sed ad ea quorũ sunt, abũde demonstrauit, cum doceret, horum contraria sic ad ipsa dici oportere, qm̃ horũ illa sunt. In his enim dictu uerum est, ea quidquid sunt aliorũ, uel certe ad aliud utcũq; dici. Nam & si hoc commune sit omniũ relatiuorũ, tamen quæ ad indicantia referũtur, ea idcirco referãtur oportet, qm̃ illa ipsorum sunt, quod uerum non esset, si scientia & talia singula ad se habentia dicerentur. Eorum igitur quæ per se dicuntur ad aliquid, quædam sic dici ait, scilicet, uel quia ipsa quidquid sunt aliorum esse dicuntur, uel quia ipsorũ alia sunt. (Partim inquit si genera ipsorum talia sunt. Medicina enim est ad aliquid, propterea q̃ scientia, quæ quidem est ipsius genus ad aliquid esse uidetur.) Sed hoc in prædicamẽtis quoq; ab ipso dictum fuit. Nam cuius genus ad aliquid est, id non per accidens dicatur ad aliquid sed per se: licet nõ perinde atq; genus: quia enim genus in specie inest, fit, ut species ad aliquid habeat in substantia: genus enim substantiæ ipsius est pars. Præterea ut quæ habent inquit alia sunt ad aliquid, sic & ob id quæ ab ipsis habentur. Æqualitas enim idcirco ad aliquid est, qm̃ æquale qd̃ æqualitatem habet ad aliquid dicitur: & similitudo qm̃ simile. Idcirco enim ad aliquid illa dicũtur, qm̃ ab his habentur. Quædam uero per accidens ad aliquid dicuntur, ea scilicet quibus cum ipsa non sint ad aliquid quidpiam accidit quod ad aliquid dicatur. Homo enim dicitur ad aliquid cum ei accidit esse duplo, quod est ad aliquid. Rursus album ad aliquid ex accidenti perinde dicetur, si cui duplo esse accidit, huic quoque albo esse contingat. Sed interest inter hos relatiuorum modos, quod in priore subiectum dicitur ad aliquid propter ipsius accidens, in posteriore uero accidens ob alterum accidens.

Perfectum dicitur id cuius nulla pars extrà accipi potest, ut tempus id cuiuscunq; perfectum dicitur esse, extra quod nullũ accipi tempus potest, quod sit huiusce temporis pars, & id quod est affectum uirtute atq; bene se habet, nõ habens ad genus exuperationem, ut medicus perfectus quispiam dicitur, modulatorq; perfectus, cum nihil ipsis in specie suæ uirtutis deest. Hoc pacto etiam per translationem & in malis dicere consuecuimus calumniatorem perfectum, furemq; perfectum, quando quidem & bonos etiam ipsos dicimus, ut furem bonum calumniatoremq; bonum, atq; ipsa uirtus perfectio quædam est. Vnumquodq; enim tunc est perfectum, substãtiaq; omnis tunc est perfecta, cum in specie proprie uirtutis nulla pars eius magnitudinis, quæ secundum naturam competit, deest. Præterea in quibus studiosis inest finis, ea perfecta dicuntur, ex eo nanq; quia finem habent, perfecta sunt & dicuntur. Quare cum finis extremum sit quiddam, & ad praua etiam transferentes, perfecte periisse quippiam dicimus, perfecteque corruptum esse, cum nihil prorsus corruptionis deficit atq; mali, sed in ipso extremo est constitutum. Quapropter & obitus finis dicitur per translationem, quia utraq; sunt extrema, finis uero & id gratia cuius cætera fiunt extremum est. Ea igitur quæ per se perfecta dicuntur, tot modis dicuntur, alia propterea quod in bene esse habendo nil ipsis deficit. Neq; exuperationẽ habent neq; quicq̃ est extra. Alia omnino ex eo quia in uno quoq; genere exuperationem non habent, neq; quicq̃ est extra. Cætera uero iam per hæc ipsa perfecta dicuntur, quia aut tale quid faciunt, aut habent, aut talibus accomodãtur, aut aliquo alio modo dicuntur ad ea quæ perfecta primo dicũtur.

xxix (Perfectum dicitur id cuius nulla pars extra.) Deinceps de perfecto uerba facit: ac partitionem eius psequitur: primoque modo perfectum esse id ait intelligi, a quo pars nulla ipsius abest. Tunc enim aliquid perfectum id, quod esse dicitur est, quando nulla pars illi abest ex iis, quæ faciunt ad perfectionem: ut tempus id cuiusque perfectum esse dicitur, cuius tẽporis, quod scilicet huius esse dicitur, nulla pars abest, nec extra ipsum est aliqua. Nam licet extra omne tempus sit aliquod tempus, tamen si certæ cuiuspiam rei tempus definitum accipiatur, tunc demum huius tempus erit perfectum, cum eius temporis pars nulla defuerit, ut si cuius uerbi causa hominis tempus sit centum anni, quod sit totus eius uitæ terminus, tempus hominis perfectum fuerit, si ex annis centũ nihil abfuerit. hoc quoq; modo perfectus est homo, perfectus equus, cui nulla pars abest. Sic perfecta statua, & cætera singula, quibus nulla pars abest. Similiter perfecta ea dicuntur, supra quæ nihil est, secundum propriam uirtutem & huius bonum quodq; habetur in hoc genere. quo in loco paulo communius uirtutis nomen usurpat. Res enim quæq; tunc esse perfecta dicitur, cum propriam uirtutem obtinet: ut homo perfectus, cui nihil ad uirtutes humanas desideratur, & supra quem nihil est bonis humanis præditum. Sic perfectum medicum appellamus, qui medicinæ cognitione a nemine superarur. Illud autem (ad genus) ipse expositit, cum diceret: (Cum nihil ipsis in specie suæ uirtutis deest.) Nam cum uirtutes complures ac diuersæ sint, is perfectus esse dicitur per uirtutem quam habet, qui nihil in ea deficit. Nam genus pro specie dixit: Et tibicen perfectus dicitur, qui sua in arte talis est, ac in uniuersum quicunq; quapiam in arte, scientia uel uirtute non deficit, perfectus in ea est. A quo perfectorum modo, quo ea perfecta dicuntur, quæ in sua bonitate non excelluntur, ad mala quoq; perfectum transferimus. Calumniatorem enim perfectum dicimus & furem perfectum: quia nemine his in rebus superatur. quod idcirco facimus, quoniam eosdem bonos etiam nuncupamus: ut fures bonos & perfectos, quasi uirtutem ac perfectionem in his habeant. Nam propria cuiusque uirtus perfectio est (quia inquit unum quodque tunc est perfectum, substantiaque omnis tunc est perfecta, cum secundum speciem propriæ uirtutis nulla pars eius magnitudinis, quæ secundum naturam competit deest.) dicens: (secundum speciem propriæ uirtutis) pro illo. (quando huius proprie uirtutis speciei, in qua specie est, nulla pars desideratur naturalis magnitudinis.) ut homo perfectus est, cui nulla pars humanæ uirtutis abest. homo enim perfectus est, non cuius partes apte congruunt, sed in quo nulla pars uirtutis humanæ. eiusq; naturalis magnitudinis desideratur, & pari ratione equus, canis, & alia quæq; res. ut sic perfectum id esse definiatur, cuius in suo genere nulla propriæ uirtutis huiusque magnitudinis pars desideratur. quandoquidem ad magnitudinem naturalem nulla perfecti pars desideretur oportet. Sed ex prædictis priora perfecta dicuntur secundum quantum, posteriora uero secundum bonum & quale. (Præterea inquit in quibus studiosus inest finis, ea perfecta dicuntur.) Nam quod finem habet, perfectum est: finis autem proprie dictus, bonum quoddam est: sic homo bonus est perfectus, quoniam proprium finem habet, qui bonum est. Erit q̃ differimen inter hæc & prædicta perfecta, quod illa perfecta dicuntur, quoniam in perfecto sunt, eiusmodi est uirtus, hæc autem quia sunt in fine. uel hæc adiecit, non quasi significans perfectorum aliam speciem, sed repetens ea, quæ de his sunt dicta, hoc retu

lit, non quasi a superiore diuersum. At quoniam perfectum est quod finem habet, finis autem est extremum, idcirco quę sunt in extremo, hæc in fine dicimus esse, quo fit, ut in malis etiam hunc perfecti intellectum usurpemus, ut aliqua perfecte abolita esse dicimus, aut perfecte interisse, cum ad extremum mali peruenere, nec interitus quidq̃ supersit. Sic exitus finis esse dicitur, quoniam finis est extremum, hoc autem est bonum, & cuius gratia, extremum nobis finem appellantibus. Quamobrem dicimus etiam aliquid exitum habere, cuius gratia efficiebatur, sed esse errorem in sequente. Nam finis proprie hoc esse intelligitur, quod sic est extremum, ut id cuius gratia. (Finis uero inquit, & id cuius gratia cætera fiunt, extremum est) ideſt finis autem proprie dictus est extremum, ut cuius gratia: uel cum ambo extrema esse dixisset, exitus enim siue obitus extremum est adiecit, finem quoq; & ipsum cuius gratia extremum esse, sed omnia prædicta & quæ per se perfecta esse dicuntur, in duos intellectus redigi ait, uel in eum quo perfecta esse intelliguntur, quæ in bonitate non deficiunt, nec ab aliis ita separantur, ut extra ipsa quidq̃ liceat accipere. quod si adesset, ipsorum bonitatem augeret. In quibus enim studiosus finis habetur, ea in hũc intellectum referuntur, quo perfectum aliquid propter uirtutem & plenam boni præsentiam uocatur. uel in alium quo perfecta dicuntur, quæ simpliciter in proprio genere a nullo excelluntur, & quibus nihil abest. qui quidem intellectus primum fuit explicatus. & ad cuius expositionem exemplum perfecti temporis apposuit. quomodo perfectus homo est, cui nulla pars abest, & pari ratione equus, domus, fundamentum, sedes, ut supra dixit. Atq; hi quidem sunt intellectus eorum, quæ per se perfecta dicuntur. Alia enim quæ perfecta dicuntur, ab his tale nomen mutuari aiunt (quia aut tale quid faciunt.) doctrina enim perfecta dicitur, quoniam effectrix est perfecti cuiuspiam. facit enim ut quispiam uirtutem habeat. Item ars gymnastica, quoniam habitudinem bonam, quæ perfectio quædam est affert. Alia perfecta dicuntur, quoniam quidpiam huiusmodi habent. ut librum perfectum nuncupamus, cui nihil scribendum abest. & actionem perfectam, in qua nihil desideratur. Alia quoniam perfectis accomodantur. Sic uestis perfecta dicitur, sic calciamentum, sic armatura: ut Achillis hasta perfecta, quoniam ipse solus, qui perfectus erat, uti ea poterat. Similiter quæ perfectis secundum bonitatem accommodantur, ipsosue decent, ea perfecta dicuntur. ut actio perfecta, quæ decet studiosum. qualis est actio Philosophi: (aut aliquo alio modo dicũtur ad ea quæ pfecta primo modo dicuntur) sic ludicrũ certamen perfectũ appellatur, quo certat pfectus Athleta.

Extremum id dicitur quod est uniuscuiusq; ultimum, & ultra quod primum nihil accipi potest, & citra quod primum omnia collocantur, & id quod est magnitudinis, aut magnitudinẽ habẽtis forma, & uniuscuiusq; finis, tale autem est id, ad quod per motum itur & actionem, & non id ex quo fit profectio, interdum autem ambo, & id ex quo, & id ad quod profectio fieri solet, & id gratia cuius cætera fiunt, & cuiusque substantia & quidditas item cuiusque, cognitionis enim hæc extremum. quod si est cognitionis, est etiam & ipsius rei extremum. Quare patet tot modis ipm extremum dici, quot modis ipsum principium dicitur, & insuper pluribus. Principium enim extremum est quoddam, at non omne principium extremum est ut patet.

xxx (Terminus id dicitur quod est uniuscuiusq;.) Porro terminum uno modo id esse ait, quod est cuiusq; ultimum: quo modo mors terminus esse dici potest. quod enim ultimum cuique aduenit, id terminus ipsius esse dicitur: quo quidem modo motus etiam atque actionis terminus aliquis esse dicitur, huiusmodi enim est extra quod primum nihil licet accipere. Nam si accepto aliquo tanquam extremo, aliquid extra hoc fuerit, id quod accipiebatur non erat terminus. Adiecit autem: (primum) ut terminum proprie dictum significaret, qui non est terminus ut pars, sed ut proprie extremum, qualis in corporibus est superficies. Potest enim pars aliqua sumi, extra quam nihil sit, sed non prima, quoniam ante hanc partem est ipse terminus. Sed quanquam per rationem hanc idem terminus significari uideatur, qui per priorem, quem uniuscuiusq; ultimum appellat, ut eiusdem significati rationes diuersæ sint, hoc tamen haud uerum est. Primo enim modo non solum terminus id dicitur quod cum sit aliquid rei ultimum eius est, sed etiam quod cuique ultimum aduenit. altero uero aliquid rei est qui terminus appellatur. Præterea terminus qui ultimum esse definitur de parte quoque dici potest, qui autem sic terminus dicitur, ut secundo loco exposuit, non potest, cum parte congruere, sed cum eo qui proprie terminus esse intelligitur, ut supra commemoraui. Item ultimum tribuitur etiam non magnitudinibus. Nam & orationis ultimum dicimus, & actionis atq; sententiæ: hoc enim modo, ut diximus, mors quoque terminus appellatur: ut pote quæ uitæ animantium ultimum sit. Id autem ultra quod primum nihil accipi potest, solis magnitudinibus congruere uidetur. Magnitudinis enim aliquid accipere licet, extra quod primum nihil est, cuiusmodi est in corpore superficies, in superficie linea, in linea punctus. Illud autem: (extra quod nihil accipi potest) aliter intelligitur cum dicitur de perfecto, aliter cũ de fine. In perfecto enim significat, cui nulla deest pars: totum enim acceptũ perfectũ est. In termino autem quo nihil exterius est, terminans id cuius est terminus & perfectum est, quod sit quasi totum nihil habens extra. Vel illud: (primum) additum termino, discrimen significat, propterea quod etiam non est perfectum habet terminum. Terminum quoq; dici ait: (citra quod primum omnia collocantur.) alio diuersoq; modo idem significans, quod uerbis superioribus. Tunc enim dixit: (ultra quod primum nihil accipi potest.) Nunc uero: (citra quod primum omnia collocantur.) rursus primum adiecit, ut hoc discrimine a parte seiungat terminum, qui proprie sic appellatur. Citra enim partes eas, quæ in extrema uergunt cæteræ partes iacent, sed illæ non primæ sunt. Nam pars quoque ipsa quæ in corpore pro extremo sumitur intra superficiem continetur: superficies non item ab alio complectitur. Cæterum ut dixi illud (ultra quod primum nihil accipi potest.) tantundem est atque hoc. (citra quod primum omnia collocantur.) Præterea terminus inquit est: (Et id quod est magnitudinis, aut magnitudinem habentis species.) quo in loco speciem uocat figuram atque formam. ab his enim corpora speciem mutuantur. Nam magnitudinem pro corpore dixit: quia figura omnis in corpore est. Adiecit autem: (uel magnitudinem habentis.) propter animalia, quæ non simpliciter cum sint corpora & magnitudines, corpus tamen ac magnitudinem habent. Animalium igitur species ac terminus est sua cuiusque forma. corporum uero suæ figuræ, primoq; modo superficiem uocat terminum, hoc autem figuram. Item terminus est inquit, unius cuiusque finis, & cuius gratia. Tale enim est id, quo motus atque actio pertinet. Cuius enim gratia motus cietur, actioq; obitur, & quo contingente cessatur, hoc terminus appellatur.

tur, neque ad hunc modum mors debet terminus appellari. Nam licet extrema ſit, tamen quæ fiunt, non eius gratia efficiuntur. Sed poſtquam dixit: (Id ad quod per motum itur.) adiecit: (Sed non id ex quo fit profectio.) Ex quo enim repetitur motus, id principium nuncupatur. (Sed interdum, inquit ambo, & id ex quo & id ad quod) quoniam huiuſmodi principium quandoque terminus ſeu finis appellatur, ut in rerum agendarū conſultatione: in eo qua exorta a fine in extremo cōſiſtimus, quod principium actionis efficitur. Ita quod eſt actionis principium, hoc terminus eſt conſultationis, ut per hæc uerba oſtendiſſe intelligatur, tum finem, tum etiam efficiens eſſe principium atq; terminum, terminum conſultationis, actionis uero principium. Præfatus autem principium terminum appellari, quod iamuit dicens: (& id ex quo) cum adiunxiſſet: (& id ad quod) quod quidem poſitum erat, idq; expoſuiſſet adiiciēs: (& id gratia cuius,) hoc enim eſt id ad quod, deinceps quot modis principium, tot etiam terminum intelligi ait. Nam ſpeciem quoque per quam res eſt non ſecundum figuram & formam terminum eſſe ait, quod quale ſit, exponit. Neque enim hominem eſſe animal rationis particeps atque mortale, hominis ſimpliciter eſt terminus, ſed cognitionis hominis, & pari ratione hoc terminus eſt cuiuſque rei cognitionis. Nam cum nouimus hoc, tunc res quid ſit inquirere deſiſtimus, quod ſi cognitionis eſt terminus, ipſius quoque rei terminus erit. Nam quemadmodum ſeſe res habet, ſic ipſius efficitur cognitio. (quare patet inquit, tot modis ipſum terminum dici, quot modis ipſum principium dicitur.) quod effatus addit. (Et inſuper pluribus.) Ac id quidem quod tanquam finis principium dicitur, atque ſpeciem, & id unde motus principium, terminum appellari docuit: principium uero quod materia nuncupatur, ideirco terminus eſt, quoniam ſubiectum ultimum eſt: ultimum autem terminus appellatur. At terminum non ſolum quattuor modis intelligi, ſed alios etiam intellectus habere, qui principio congruere nequeunt, ex iis ſatis apparet, quæ de termino tulerunt, cuiuſmodi eſt cuiusque rei extremum, ut mors: & ultra quod primum nihil accipi poteſt, ut corporis ſuperficies, item figura: quorum nullum, hoc eſt quod cauſarum aliqua ex iis, quæ termini dicuntur: ut merito dixerit: (principium enim extremum eſt quoddam, at non omne extremum principium eſt) cauſam uidelicet ſignificans.

Ipſum quo pluribus dicitur modis, atque uno modo dicitur forma ſubſtantiaque cuiuſque, ueluti quo bonus eſt bonus, idipſum eſt bonum. Alio modo id in quo primo aptum eſt quippiam fieri, ut color in ſuperficie. Id igitur quod primo dicitur quo forma eſt ipſa, ſecundo uero id quod eſt ut materia cuiuſque ſubiectumque cuiuſque primum, omnino autem ipſum quo atq; cauſa paribus modis dicuntur. Id enim quo quiſpiam acceſſit, id eſſe dicitur gratia cuius uenit, & item id quo uitioſam quiſpiam rationem aut ratiocinationem extruxit, id eſt, quod ratiocinationis eſt, aut uitioſæ cauſæ rationis. Præterea ipſum quo poſitionem ſignificat, ueluti quo ſtetit, aut quo pergit, hæc enim omnia poſitionem locumue ſignificant.

xxxi (Ipſum quo pluribus dicitur modis.) Deinde intellectus explicat huius dictionis quo, atq; uno modo dici ait ſubſtantiam & formam. Nam res quæque ſpecie ſiue forma dicitur id quod eſt, quam formam ſubſtantiam quoque nuncupauit. Nam ſtatua per formam ſtatua eſſe dicitur. Et homo pari ratione homo, & equus, equus per formam eſſe intelliguntur, & cuius in ſubſtantia bonū eſt, eius forma proprie bonū eſt: bonū autē eſt id per quod bonus eſt bonus. Dicit aūt: (ipſm bonū) pro eo quod eſt, per quod bonus eſt bonus, ipſum eſt bonum: bonus enim per nihil aliud eſt bonus, q̄ per bonū, boniq; ſubſtantiam. Alio modo inquit dicitur quo id in quo primo aptum eſt quidpiam fieri: per illud enim eſſe dicitur, ut corpus per ſuperficiem colorari dicitur: qm̄ ſuperficies prima colorem excipit. Sed poſtq̄ dixit quo uno modo formam & ſubſtantiam intelligi, alio uero primū excipiens, ipſum tamen quo proprie ac primū in forma uſurpari ait, ut pote per quam eſſe rei cuiq; ſuppetat, proxime per materiam, primumq; ſubiectum, quod primū excipiens appellat. Color nanq; in ſuperficie tanq̄ in materia prima ineſt, & rec̄tū naturaliū tum etiam artificioſaq; quarq; non modo p formam ut eſt ſic eſſe dicitur, ſed etiam per materiam primumq; ſubiectū: Vt homo non per formam ſolum, ſed etiam per ſubiectā formæ materiam homo eſſe dicitur. Item ſtatua per æs etiam ſtatua eſſe dicitur, non per formam tantum, cui ſimilis ratio eſt in omni compoſita ſubſtantia. Sed primū excipiens ad materiam referri uidetur. Materiam nanq; in uniuerſum appellat id cui primū quaſi ſubiecto aliquid adeſt. Ita cum in ſuperficie primū color excipiatur, ſuperficies æmula erit materiæ, color uero formæ. Sed poſtq̄ dixit ipſm quo tum formam, tum materiam nūcupari: (Sed omniino inquit ipſum quo, atq; cauſa paribus modis dicuntur.) In ſingulis enī rebus cauſa eſt id, quo ſeu propter quod aliquid adeſt. primumq; docet perinde dici atq; finalem cauſam. Dicimus enim ꝓpter quid uenit? pro eo quod eſt, cuius gratia uenit? Si quis enī rogatus ꝓpter quid uenerit, reſpōderit cuius gratia uenerit, exempli cauſa ꝓpter pecunias exigendas, apte reſpondebit: qui uero dixit, propter quid ueniſti? ipſum propter quod inquirebat. Item qui bellum Troianum propter quid conſtiterit perconctatur, is Troiani belli principium unde manauerit inquirit: quæ rurſus cauſa eſt, unde principium motus proficiſcitur: ad quod ſi propter Helenæ raptum reſponderis, ipſum ꝓpter quod explicueris: quod autem idem cum formali materialiq; cauſa congruat ipſe teſtatus eſt: quin & exemplo, quod ipſe appoſuit, cauſa efficiens ſignificatur. Qui
* enim perconctatur propter quid pērperam, aut uiciſim recte collectum fuerit, is cauſam ſcire cupit efficientem fallaciæ aut rectæ concluſionis: hoc eſt ſcire uult quid paralogiſmum, aut quid ſyllogiſmum effecerit. Sed præter commemoratos intellectus ipſum quo poſitionem quādam & locum ſignificare ait, ideſt, ſignificare ubi. Nam qui hæc ſtatua, exempli gratia Ariſtotelis, quo Athenis conſiſtit perconctatur, is ubi ea ſtatua ſit & in qua urbis regione intelligere cupit: pari ratione qui quærit quo ſiue per quid deambulas? is in qua parte urbis & in quo loco deambulas ſcire laborat, utrum in Lycio, an Ceramico.

Quare neceſſe eſt & ipſum, ꝓ ſe multipliciter dici. Vnū eſt enim per ſe quiditas uniuſcuiuſq;, ut Callias & qualitas ipſius Calliæ. Aliud id oē quod ineſt in ratione, ueluti Callias per ſe animal eſt, in ratione enim ipſius animal ineſt, Callias enim animal quoddam eſt. Præterea ſi in ſeipſo primo aut in aliqua ſui parte ſuſceperit, quo pacto ſuperficies eſt per ſe alba, & homo uiuens per ſe. Anima nanq; pars quædam eſt nominis, in qua eſt ipſum uiuere prima. Præterea id cuius non eſt alia cauſa ulla, hominis

enim sunt cáusæ multæ animal bípes, attamen ipse homo per se homo est. Insuper ea quæ soli insunt, & ut est solum, quocirca per se est id quod est separatum.

xxxii (Quare necesse est & ipsum per se.) Posteaquam multifariam dici docuit: (quare inquit necesse est & ipsum per se multipliciter dicatur) per quod enim quodq; adest, per se adest: & cui primo aliquid adest, huic adest per se. Nam ipsum per quod prædicatur secundū aliquid eorum, quæ per se adsunt. Vno igitur modo per se quiditas & forma esse intelligitur. Propria enim forma & ratio quæ substātiā explicat per se cuiq; adest, Callias enim per se est Callias, & quæcunq; definitione continentur per se conuenit ei, cuius habetur definitio: genus uidelicet & differentiæ, & horum cum formæ sint partes, unum quodq; per se adest Callię. Alio modo quod in se primo aliquid excipit, ut in aliquo sui. Nam superficies per se coloratur, quā ipsa prima colorem excipit, ut dixit, cum de quo siue per quod disputaret, & hmōi quo per materiam esse uidetur. Corpus autem licet ipsum per superficiem coloratum sit, quæ per se colorata est, tū quia superficies quæ prima & per se colorem excipit, aliquid ipsius est, idcirco corpus per se coloratum esse dicitur. Neq; enim id solum quod in se primo aliquid excipit per se tale esse dicebamus. sed etiam id cuius aliquid est primum excipiens. At superficies corporis terminus est. Item animal idcirco per se uiuit, quā anima quæ ipsius aliquid est, prima obtinet ipsum uiuere. Itaq; homo per se uiuit, quia uita est in parte eius prima: in anima scilicet, quæ hominis est pars: qui quidem intellectus materiæ quoq; cōuenire posse uidetur. Pars enim quæ in aliquo est rationem habet materiæ, & in materia unitatem habet. Quanq; alio in loco, quod primum aliquid excipit, id per se tale esse dicit, quod per partem ex accidenti. Præterea inquit per se id esse dicitur: (cuius non est alia causa ulla.) quod quale sit hominis exemplo declarauit. Nam licet hominis complures sint causæ, est enim forma, & materia, & quæcunq; definitione continentur, atq; ipsum efficiēs, tamen ut homo sit, homo nulla causa exterior habetur. Si quis enim te cur homo sit homo perconetetur, nihil aliud respondere queas, q̄ quia est homo. Ad hæc inquit per se adsunt: (ea quæ soli insunt, & ut est solum.) quibus uerbis propria quorundam significat, quæ illis per se siue solum insunt, propriorum autem rationem exposuit, cum diceret: (Soli insunt & ut est solum.) Illud enim (ut est solū) significat omne quod adest cuipiam, non quod ex iis, quæ in ipso habentur, huic adsit illi secus, quod igitur soli & omni adest, hoc pprium est ipsius, quanq; quiditas ipsius non est, per quod enim aliquid determinatur, ac determinate adest, nū huic adest, illi uero secus. neque modo adest, modo secus, neque præterea alteri cuipiam, per id quod sic adest, per se adest: & sic solitudo per se adesse significat. Nam quod soli adest, hoc per se illi adesse uidetur.) quo circa inquit per se quod est separatum.) idest propterea enim talia sunt per se, qm̄ determinate illis solis adsunt. In quibusdam exemplaribus legitur. (quamobrem coloratum per se) & subaudiendum erit superficiei, qm̄ coloratum per se superficiei adest.

Dispositio ordo dicitur eius esse, quod partes habet, aut loco, aut potentia, aut forma. Positionem enim quandam esse oportet, ut & nomē etiam ipsum, dispositio inquam declarat.

xxxiii (Dispositio ordo dicitur eius esse.) Dispositionem quoq; plurifariam dici ait: dispositio enim eius quod partibus constat, ordinem quendam partium significat: uel secundum locum & situm, qui ordo in iis considerari potest, quæ coacta & in loco sita sunt, ut cum exercitum recte dispositum esse dicimus. propterea quod equitatus hunc locum teneat, illum peditatus, & dispositionem domus uocamus situm partium eius per locum ordinatum: uel secūdū potentiam ut in partibus animæ, quarum alia est prima, ut uegetalis, alia secunda, ut sensualis: aut secundū speciem & formam, ut cum statuæ aut imaginis dispositionem dicimus. Quod uero ait: (positionem enim quandam esse oportet, ut & nomen etiam ipsum, dispositio inquam, significat) de partium ordine secundum locum, & secundum formam proprie dictum esse uidetur: non de ordine secundum potentias. quanq; positio in potentiis quoq; communiter intelligi potest, uel ex accidenti, scilicet, quoniam ea quorum potentiæ sunt, positionem habent: quamobrem dispositio secundum formam situm habet ex accidenti: situs autem siue positio, ut in prædicamentis explicuimus, in iis esse intelligitur, quorum pars altera alteram expectat. Sic autem sese res habet in dispositione, tum secundum potentias, tum secundum formas.

Habitus autem uno quidem dicitur modo, quasi operatio quædam habentis, eiusq; quod habetur, perinde atq; actio quædam uel motus. Cum enim alterum efficit, alterum efficitur tunc est effectio media, sic & inter habentem tunicam, & tunicam quæ habetur habitus est. Atq; patet fieri non posse, quo hic habitus habeatur, erit enim infinita profectio, si fiet ut eius quod habetur habitus habeatur. Alio modo dicitur habitus dispositio, quia id quod afficitur bene uel male disponitur, aut per se, aut ad aliquid qualis est sanitas, habitus quidam. Est enim dispositio talis insuper habitus, dicitur, si dispositionis talis sit pars, qua propter & uirtus partium habitus quidam est.

xxx iiii (Habitus autem uno quidem modo.) Habitus inquit uno modo dicitur quasi operatio quædam habentis eiusq; quod habetur. Nam cum habens actu habet, quod habet, non potentia, & quod habetur similiter actu habetur, actio id quadam est utriusque qui habitus appellatur. Sic lenæ, sic tunicæ habitus ab habēdo nomen mutuatur, tanq; sit habitio quædam. Nam ut efficientis & eius quod efficitur actio media uocatur effectus, sic actio media inter habens, & id quod habetur habitus dicitur, cuius esse in utriusq; actione consistit. Sed uestis quæ habetur, & ipsam habentis medium esse habitum præfatus, negat fieri posse, ut quemadmodum indumenti habitus est, sic ipsius habitus, habitus alter existat. Adiecit aūt: (hic siue talis) qm̄ talis & sic appellati habitus non est alius habitus: nec fieri potest, ut hic habitus perinde atq; uestis habeatur. Nam si huiusmodi habitus, rursus habitus haberetur, absq; fine procederetur, habitus enim per alium intellectum nihil obstat, quo minus habitus habeatur: ut uirtutis scientiæq; atq; doctrinæ. Illud autem: (Si fiet, ut eius, quod habetur habitus habeatur.) pro eo dixit quod est, si habitus eius qui rei habitæ nuncupatur, rursus sit habitus: ne liceat rursus illum habitum habere. Nam ut primi habitus, sic etiam secundi, & tertii habitus erit: & ita in infinitum procedetur. Nam ipse habitus de alio quodam dicitur, atq; eius est, quod habetur nō aūt ipsius habitus. Alio modo inquit habitus intelligitur, qui de dispositionibus prædicatur. Dispositio enim habitus est, ut firmum habitū dicimus, uel contra ualetudinarium. Dispositio igitur & habitus tum firmus, tū etiam ualetudinarius ad ipsum referūtur a quo habentur, qui uero per uirtutes ac uitia intelligūtur, etiam ad alios. Iusticia enim habitus est, quo qui affectus est, is recte & ad se & alios est affectus. Sic artes omnes, tum honestæ, tum etiam prauę habitus appellari possunt: ut sit hmōi habitus ratio, qualitas permanens per quam actiones particulares

recte aut perperam habeãtur. Ex horum habituum numero partem huiusmodi dispositionis esse ait: ut si quis corpore recte ualeat, aut uicissim male. Nam & partes sic affectæ habitus habere dicũtur: quædam etiam uirtutes rerum naturalium separatim particulatimq; fiunt, quæ habitus nũcupantur: quin & partem ipsam artis habitus nomen sibi uendicare certum est.

Passio dicitur uno modo qualitas, qua fit ut quippiam alteretur, ut albũ & nigrum, & dulce & amarũ, grauitas atq; leuitas, & quæ sunt ilsiusmodi. Alio modo operationes horũ, & iã alterationes. Præterea magis esse alterationes, motionesue, quæ detrimẽtũ afferũt, & maxime lesionũ cæ quę dolore afficiunt. Insuper magnitudines calamitatum rerumq; afferentium dolorem passiones dicuntur.

xxiv (Passio dicitur uno modo.) Perpessio inquit, siue affectio dicit uno modo qualitas, qua corpora alterantur: hæ autem sunt quæ in prædicamentis qualitates passiuas atq; passiones nuncupauit, etiam fm grauitatem & leuitatem: quas qualitates rursus uocat alterationes, si tunc fiant, cum corpora in sua forma persistentia intensionem aut remissionem secũdũ eorum aliquid accipiunt. Aliter enim mutationes, quæ per hæc existũt ortus & interitus efficiũtur. Alio modo affectiones intelligi ait, motus & alterationes quæ iam fiunt per prædictas affectiones, affectiones enim primo modo eæ nuncupantur, quibus corpora alterari possunt, hoc autem ipsæ alterationes, ut albescere, nigrescereue, calefieri aut refrigerari. Estq; affectio ad hũc modũ nuncupata, temporaneus quidam corporis uel animæ motus. Sed magis etiamnum prædictis affectiones appellari ait nocuas, siue corporis siue animæ altetationes. præsertim quæ præter nocumentum mœrorem etiam inquiunt: quales sunt morbosæ conflictationes, & ægritudines animæ ex scelerum conscięntia manantes. Præterea calamitatum magnitudines affectiones ait nuncupari, quasi affectio sit in magnitudine affligentis mali: in qua filiis orbatus, aut patria pulsus esse dr, aut si quis insigni calamitate fuerit affectus.

Priuatio dicitur uno modo, si quippiam non habeat eorum aliquid, quæ ut habeantur sunt apta, & si ipsum non est aptum ad illud habẽdum, quo pacto planta dicitur oculis esse priuata. Alio modo, si aptũ sit ad habendum, aut ipsum aut genus, & non habeat. nam alio modo cæcus homo priuatus est uisu, ac talpa, hæc cui genere, ille per se uisu caret. Præterea si aptum sit ad habendum, atq; non habeat quando est aptum ut habeat. Cæcitas enim priuatio quædam est, at cæcus nõ est omni ætate, sed ea in qua est aptus ad uisum habendum, atq; non habet. Similiter & si in eo in quo, & quo, & ad quod, & quemadmodum aptum sit ad habendum & nõ habeat. Præterea ui cuius oblatio priuatio dicitur, atq; quot modis eæ negationes dicũtur, quæ ab hac parte inemergunt, tot modis & priuationes ipsæ dicuntur. Inequale enim quippiam ideo dicitur, quia ad habendum æqualitatem est aptum, atq; non habet, & inuisibile quia colorem non habet, & quia praue, & immemor, & quia nihil penitus memoriæ habet, & quia parum, hoc est, quia praue quodammodo eam habet, & indomitum non solum quia non domatur, sed etiam quia non facile, aut non bene domatur. Præterea priuatum aliquo quippiam ideo dicitur, quia penitus illo caret. Cæcus enim dicitur, nõ qui est luscus, sed qui neutro in oculo uisum habet, idcirco non omnis hõ bonus est aut malus, neq; iustus aut iniustus, sed & id quod inter hæc medium collocatur.

xxvi (Priuatio dicitur uno modo.) Priuationem quoq; plurifariam dici commemorat. Eanq; in priuatione dicũtur esse, quæ aliquo carent eorũ quæ haberi sunt apta, quanq; ipsa ut habeant ea sint inepta: quomodo paries & plantæ uisu priuata esse dicũtur, quę quidem priuatio par esse uidetur negationi, cum iis quæ omnino quibuspiam adesse apta sunt, ea priuata esse dicuntur, quibus adesse illa sunt inepta. Aliter priuatum esse dicitur, quod eo caret quod habere aptum est, uel ipsum, uel genus ipsius: ut homo uisu priuatus esse dicitur, propterea quod uisu, quem ipsemet habere idoneus est caret: talpa uero non quod ipse uisum habere sit aptus, sed quia genus in quo habetur animal uidelicet pedestre quadrupes. Catuli quoq;, ad hunc modum uisu priuati esse dicuntur, qm̃ quem habere apti sunt, non dum habent. Alio modo priuatum id esse dicitur, quod aliquo caret tũc, cum id habere idoneum est. Neq; enim cæcũ omni ætate dicimus, sed in ea solũ quæ habẽdo uisui est oportuna, quod si cæciras est priuatio, nimirũ cũ cecus est, tunc est priuatus & cæcum esse priuatum esse. (in eo in quo & quo, & ad quod, & quemadmodum aptum sit ad habendum & non habeat) quæ uerba adiuncta in hunc sensum dicta sunt. (quo) idest, si quod habere est aptus, eo careat, qua parte habere debet. (quo) enim partem significat. Nam si qua parte aptus est habere, hac non habeat, priuatus esse dicitur. Neq; enim uisu priuatus is est, si quis auribus nõ uideat, sed si oculis. (Ad quod) idest si quod uisus uidere aptus est id nõ uideat, haud enim cæcus est, qui uocem non uidet. Illud autem: (& quemadmodum) significat cæcum & priuatum esse, qui ut uidere est aptus non uidet. Nemo enim cæcum appellabit hominem, qui ea quæ sunt ei a tergo non cernat, aut quæ longissimo interuallo absunt. ꝙ si (in quo) adiectum fuerit, significabit per quod. Neq; enim cæcus is dicitur, qui noctu non cernit, sed qui in luce. Præterea uiolentam cuiuspiam ablationem priuationem nuncupari ait. Exempli causa, palio quis priuatus dicitur, quo est ab aliquo per uim expoliatus, & bonis suis priuatus, qui ui allata ei est a tyranno deiectus. (Atq; quot modis inquit eæ negationes dicuntur, quæ ab hac parte in emergunt, tot modis & priuationes ipsæ dicuntur.) Negationes ab in emergentes uocat destructiones priuatiuas, negatio enim pprie per non enunciatur. quot igitur modis destructiones ac negationes per in de quibuspiam dicuntur, toridem priuationes dici ait. Negatio enim per in priuationem significat, quarum differentiam per subdita exẽmpla declarat. quod enim ait æqualitate habere est aptum, nec habet, id inequale nuncupatur. quamobrem priuatio hoc quoq; significat, & inuisibile dicitur, tum quod uideri est idoneum, tum quod non uidetur, quod significauit post ea quæ de inæquali dixerat, adiicens: (& omnino colorem nõ habere) Nam inuisibile id quoq; dicitur, quod omnino uideri non est aptum, neq; colorem habet: ut cum uocem inuisibilem esse dicimus: quo in loco priuatio id quod impossibile uidetur significare. Item depẽs dicitur tum quod pedes habere prorsus est ineptum, ut serpẽs, tum cui pedes inepte cõstant. Itaq; priuatio de hoc quoq; dicitur, quod inepte aliquid habet. Aliquid præterea priuatiue dicitur per in, qm̃ aliquid exiguum habet, ut apyrinon, quod est, ut ita loquar, innucleosum, quia nucleum exiguum habet. Sic ἀγάγκαλοι idest incolles, si liceat sic interpretari, nuncupãtur, qui brẽui sunt collo. qua ratione in eo quoq; priuationem per ἀ usurpari tradit, quod non recte pati quidq̃ potest, ut insectile, neque enim solum

quod non ſecatur inſectibile uocatur, ſed etiam quod non facile ſecatur: aut non bene neq; ex ſecantis ſententia. Priuationes igitur per in uel de iis dicuntur, quæ aliquid habere ſunt apta, nec habent: aut de iis qm̃ habere nequeunt, non habent: uel de iis quæ praue obtinent, ut quæ parum quid habent, uel quæ nō facile aut non recte poſſunt: quibus priuationū per in diſcriminibus explicatis, aliū priuationis intellectū adiūgit: cum ſcilicet aliquid non partim habet, partim ſecus, ſed prorſus non habet, ut cæcus dicitur qui utroq; orbatus eſt oculo, nō qui altero, & ſurdus qui utraq; aure ſurdus eſt non qui altera. Quamobrem qui prorſus aliquid non habent, hos illud non habere dicit, & qui penitus habent habere. (Quare inquit, non omnis homo bonus eſt aut malus, iuſtus aut iniuſtus.) Malus enī is eſſe uidetur, qui prorſus uirtute priuatus eſt, iniuſtus qui omnino iuſticia. Bonus autem & iuſtus qui hæc ex omni parte habent, ut igitur inter eum qui ſimpliciter uidet, & cæcum ſimpliciter, medius eſt luſcus, ſic inter bonum & malum, iuſtum & iniuſtum ii medium tenebunt, qui nondum omnino probis moribus præditi, nec optimos quoſq; uirtutū habitus nacti ſunt: habent tamen ſimulachra uirtutis. & rectas mentes præ ſe ferūt: quibuſdamq; officiis, quaſi boni uiri fungūtur, & plerunq; uiros probos conſiliis ineūdis imitātur.

Habere multipliciter dicitur, atq; uno dicitur modo ducere ſuapte natura, aut ſuopte motu ac appetitu, iccirco febris hominem, tyranni ciuitates, induti ueſtimentum habere dicūtur. Alio modo id in quo quippiam eſt tanq̃ in ſuſceptiuo, ut æs ſtatuæ formam, & corpus ægritudinē habet. Alio modo, ut id quod cōtinet ea quæ cōtinētur, id enim quod in quopiā continetur, haberi ab illo dicitur, hoc pacto uas aquam, urbem homines, nauem nautas habere dicere conſueuimus, totū etiam habere patres hoc dicitur modo. Id præterea quod prohibet quippiam ſuopte nutu moueri ac agere, habere hoc ipſum dicitur. Sic & columnæ dicuntur ea habere pondera, quæ ſuper ipſa ſunt poſita. Sic & a poetis Atlas cœlum habere dicitur, quod ni eſſet rueret, ut inquiunt, atq; in terram caderet cœlum, ut & quidam aſſerunt naturales, hoc quidem modo continens habere dicitur ea quæ continet, quia in id eſſe ſuopte nutu quæq; ſeparata diſſipataque eſſent. In aliquo etiam eſſe ſimilibus dicitur modis, ipſumq; comitatur habere.

(Habere multipliciter dicitur.) Habere quoq; multipliciter dici ait uno modo ducere ſua natura, uel ſuo appetitu, exempli gratia ſua natura febris, quos habet ducit, quippe quos ſic afficit, ut naturam ſuam recipiant atq; febricitent. Suo uero appetitu tyranni ſubiectos, quos habent, & ciuitates tractant, ipſos enim quocunq; libuerit, ducunt, trahuntúe & pro ſua libidine ſibi ſeruire cogunt. Tunicam quoque ad hunc modum habere dicimur, qua cum uolumus utimur. Alio modo habere in diuerſum intelligitur atq; ducere ſeu trahere ad nutum ſuum. quod enim ſic ab aliquo ducitur, ut ipſius impetum ſequatur, hoc illud habere dicitur: ut ciuitas tyrannum habere dicitur, cum trahitur ab ipſo. quanq̃ hunc intellectum nō appoſuit: fortaſſe qm̃ per huic diuerſum ſignificatur. Excipiens quoq; cum exceperit quidq̃ ipſum habere dicitur, quo quidem modo ſtatuæ formam æs dicitur habere: quā cum excipiendi uim haberet, excepit, & corpus morbum. Ad ſummā materia formam ad hunc modum habere dicitur. Præterea continentia quæ continentur habere dicuntur. Nam contenta ab eo quod ſe con-

xxvii

tinet, dicūtur haberi: Sic uaſa humores incluſos in ipſis habere dicūtur, & locus, quæ in loco ſunt: & urbs ciues, nauis uectores, & totū ſuas partes (Id præterea, quod prohibet quidpiam ſuopte nutu uel natura moueri, atq; agere, habere hoc ipſum dicitur. Sic & columnæ dicuntur ea habere pondera, quæ ſuper ipſa ſunt poſita.) quia ſuſtinēt ipſa, & ipſorū deſcenſui naturali obſtant. (Sic & a poetis Atlas cœlū habere dicitur.) Ne ruat ingentem Atlas ſuſtentat Olympum. Quaſi cœlum niſi ab Atlāte teneatur ſuſciaturq;, in terram ſit ſuapte natura ruiturum. Sic phyſicorum, qui mūdum per uertiginem conſiſtere, & ne cadat prohiberi tradūt, mūdum a uertigine haberi dicerent. In hūc quoq; habendi intellectum cadere ait, quæ aliqua cohibent, & quo minus diſſipentur impediūt. ut uinculum lignorum faſcem habere dicitur, & glutinum quæ ipſo cohæreſcunt. Neq; uero tyrannus ciuitatem ad hunc modum habere intelligitur. Tyrannus enim ciuitatem habet, quia ſuo nutui parere cogit, hæc autem qm̃ obſtant, quo minus a ſe contenta ſua natura utantur atq; moueātur. Porro in aliquo eſſe ſimiliter dici ait, atq; habere. Nam in ſingulis habendi notionibus aliquid habitum erit in ipſo habente. Quod enim ad alterius naturam nutumq; dicitur, id ab illo haberi dicitur, ut ciuitas habetur a tyranno: ac proinde in ipſo eſt, & quod eſt in aliquo, ut in ſui receptaculo, id ab illo habetur & in illo eſt, forma enim habetur a materia, aut materia formam habet. Contenta etiam a continentibus habentur. nam quæ ſunt in uaſe hæc habentur, & quod ſua natura ſuoq; nutu moueri prohibetur, id habetur a prohibente. Sic & quæ ab aliquo cōtinentur, habentur ab illo, & ipſa in habēte ſunt.

Ex aliquo eſſe pluribus dicitur modis, atq; uno modo ex eo, ex quo ut ex materia eſt. Idq; dupliciter, aut ipſo genere primo, aut ultima forma. Oīa nanq; liquida ſunt ex aqua, ſtatua uero ex ære. Alio modo ex principio quod primum mouit, ueluti ex quo orta eſt pugna, ex contumelia, propterea q; hæc principium fuit pugnæ. Alio modo ex compoſito ex materia atq; forma, ſicut ex toto ſunt partes, & ex Iliade carmen, atq; ex domo lateres atq; ſaxa. Nam forma quidem eſt finis, perfectum autem eſt id, quod finem habet. Alio modo ut ex parte eſt ipſa forma, uelut homo ex bipede, ſyllabaq; ex elemēto. Alio enim modo hæc ſunt ex illis, & alio modo ex ære eſt ſtatua. Compoſita nanq; ſubſtantia ex ſenſibili materia eſt, ſed ipſa etiam forma ex ipſius formæ materia conſtat. Quædā igitur hoc modo dicūtur, quædam autem ſi horum modorum quiſpiam ſit per partem, ut eſt ex patre ac matre proles, & plantæ ex terra, propterea q; ſunt ex aliqua parte ipſorum. Alio modo id, poſt quod tempore fit, ut ex die nox eſt, & ex tranquillitate tempeſtas, propterea quod poſt illud fit hoc. Horum autem alia ſic idēo dicuntur, quia mutationem inter ſeſe mutuam habent, ut ea quæ modo ſunt dicta. Alia propterea quod tempore ſunt ſolum deinceps, ut ex æquinoctio nauigatio, & ex ſaturnalibus bachanalia fuere, propterea q; poſt æquinoctium illa, hæc poſt ſaturnalia facta ſunt.

xxx viii

(Ex aliquo eſſe) Ex aliquo eſſe uno modo dicitur, ut ex materia: & ex hac dupliciter uel ex proxima, quam ultimam formam appellauit, uel ex prima, quam primum genus. Prima enim materia genus quodā modo eſt ipſi ſubiectorum. Nam ſtatuæ pro-

xima forma est æs, ultima uero aqua. Si eris & omniũ q̃ liq̃scere possunt aqua materia est, uel ulterius materia prima, quę rursus genus fuerit materiæ, ut aquę & materiæ, ut æris. Alio modo ex aliquo dicitur, ut ex primo motore. Nam certamen ex contumelia dicitur, quoniam inde certaminis initium proficiscitur, & inde certamen est factum. Sed quærat aliquis num (ex aliquo) omni efficienti causæ conueniat? an ei solum quæ sic est causa ut contumelia certaminis? Neq; enim statua ex statuario dici uidet. An in his rõ eadẽ est? ex hoc enĩ est statua, ex quo principiũ habet existẽdi. quãobrem pincipiũ effectiuũ exaliquo nuncupari põt. Alio mõ ex aliquo intelligi ait, ut pars ex cõposito ex materia & forma cõstituto, & partes ex gñe quod totũ quoddã est. Manus enim ex cõposito est, ex corpore scilicet, qm̃ ipsius est pars. ad hũc quoq; modũ carmẽ ex Iliade dici ait, qm̃ Ilias ex carminibus constat. quoꝝ quodq; est ex Iliade, ut pars ex toto. Ilias enim totum quoddam est. Præfatus autem: (ut ex toto partes) dicti exemplum apposuit, similiter inquit lapides, ex domo dicuntur. Nam domus quoq; totũ quoddam est atq; perfectum, idemq; ex forma & materia compositũ. neq; enim solũ naturalia & continentia, sed domũ etiã & talia tota esse atq; perfecta, subiectis uerbis declarat, dicens: (Nam forma quidẽ est finis, perfectũ autem & id, quod finem habet) quorũ uerborũ hic est sensus: Perfectum est quod habet finem forma autem est finis, ergo quod formam habet, perfectum est. hoc autem est totũ. huiusmodi uero est, qd̃ ex materia & forma constitit. hoc igitur totũ est, atq; perfectum. Cũ igitur domus formam obtineat, ac proinde totũ sit atq; perfectum; profecto lapides ex domo, ut ex toto aliquo dicentur. (Alio inquit modo, ut ex parte est ipsa forma.) quo in loco formam appellat totũ & perfectum. Formam dicens quiditatem non totũ compositum. Nam illud ex materia esse dicitur, ut testatus est. Definitio enim hominis quæ formam exponit, ex bipede esse dicitur: qm̃ bipes in ea quasi pars cõtinetur. Syllaba quoq; ex elemento dicitur, quia constat ex elementis: & syllabæ ratio elementoꝝ compositionem complectitur. Ita hic ex aliquo intellectus superiori oppositus esse uidetur. Illic enim pars ex toto dicebatur, ut lapides ex domo, hic autẽ totum ex parte. Sed non similiter inquit forma ex parte dicitur, & totũ ex materia. hoc autem dicit, ostendens hunc modum ex aliquo diuersum esse a primo, quo aliquid esse, ut ex materia dicitur. Nam, (alio enim modo) dixit pro (alio autem modo) hoc ex aliquo dicitur, alio statua ex ære. statua enim ex materia sensibili est, & parte sensibili. Omnis nanq; substantia composita, ex aliqua sensibili materia est, & parte sensibili. At ipsa etiam forma syllabaq; ex propria materia est, materia enim utriusq; partes suæ sunt. hæc tamen nõ est ex materia sensibili. Nam neq; bipes, nec elementa sensibilia sunt. Est autem sensus: Non similiter formã & quiditatem, seu definitionẽ ex partibus dici, ut totũ ex propria suaq; materia, quamuis ambo ex materia dicãtur. Nam totum & substãtia composita, ex sensibili materia est. forma uero non ex materia sensibili, sed ex formæ materia. quæ quidem non est sensibilis, cum partes definitionis, aut omnino formæ sensibilis non sint. Nam formæ, & quiditatis materia sunt partes definitionem cõstituentes, quæ ipsæ perinde atq; forma ratione intelliguntur. Quædam uero inquit ex aliquo dicuntur: (si horum modorum quispiam sit per partem) Exempli gratia materia per partẽ, forma per partem. Nam filius est ex patre & matre, stirpes e terra quasi ex parte aliqua ipsorum. stirpes enĩ ex terra quasi ex materia idcirco esse dicuntur, qm̃ aluntur, nascuntur q; ex terra. non sic tamen ut ex omni terra, sed ut ex parte ipsius: statuam uero ex aliquo ære esse dicebamus, qm̃ æs oẽ quod sumitur quasi materia statuæ, subiicitur ei. Neq; enim æs idcirco dicitur statuæ materia, qm̃ æris pars statuæ subiicitur, sed quia ipsum totum æs, quod est quasi materia statuæ, subiicitur ei. Rursus filius est ex patre & matre, ex illo ut ex efficiente, ex hac ut ex materia, sed utriusq; ex aliqua ex parte.

Nam

Nã semen pars est pris, & ipm, & id uñ deciditur. Matris uero pars est, tũ feminis receptaculũ, tũ mẽses, q materia sunt fœtui. Alio inqt mõ ex aliquo dr̃. qd̃ post illud ipse fit. qd̃ enĩ post aligd fit ẽm tps, id ex illo fieri dr̃. ut ex die nox, qm̃ post diẽ, ex serenitate tẽpestas, quia post serenitatẽ. quæ qdẽ partim alia ex aliis uicissim fieri dicũt, propterea qd̃ alia in alia uicissim mutãtur, ut q̃ mõ noiaui. Nox enim in diẽ, dies uicissim in noctẽ mutat, trãquilitas in tẽpestatẽ, & ecõuerso. Mutatiões enĩ ex cõtrariis fiũt, hæc aũt contraria sunt. partim idcirco solũ, qm̃ tpe post sunt. ut cum nauigatio ex meridie fieri dicitur, qm̃ post meridiem. neq; enim meridies in nauigatione tradit. sic ex bacchanalibus thargẽlia dicũtur, ex apollinaribus, olympia.

Pars uno mõ dr̃ id, in qd̃ ipm quantũ quoquo mõ diuidi põt, id enim qd̃ a quãto, ut quantũ est auferẽ, pars illius dr̃ semp, ueluti duo pars quodãmõ triũ dicũtur. Alio modo quãti pars id solũ dr̃, quod ipm solũ mẽsurat, quapropter duo tũ pars tũ nõ pars triũ dici nimiq; posiũt. Et præterea in quæ forma sine quãtitate diuidi põt, partes etiã huiusce dicuntur. iccirco species partes generis inquiũt esse. Insup ea in quę totũ, aut forma, aut id qd̃ formã habet diuiditur, aut ex qbus cõponitur, ut ęnęę pilæ, aut æneæ tesseræ, & æs ipm, qd̃ quidẽ est materies, in qua forma suscipitur, & angulus etiã pars esse uidetur. Præterea quæ in rõne sumũtur ea, q̃ unũquodq; dẽclarat, ea quoq; totius sunt partes. iccirco genus pars etiã dicit̃ specici, speciẽ tñ alio modo partẽ generis esse cõstat.

xxix (Pars uno mõ dr̃) Sed pars inqt uno mõ dr̃ id, ĩ qd̃ ipm quãtũ quatenus quãtũ est diuidi põt. qdqd enĩ a quãto, ut quãtũ est, auferẽ, pars eius esse dr̃. a quo demit̃. Siue illud metiaẽ, siue nõ, ut duo triũ partẽ esse dicimus. Illud uero: (quatenus quãtũ est) adiecit: qm̃ qualitas aliqua põt a quãto seiũgi, exẽpli gr̃a, calor, albedo, uel dulcedo. at hæ nõ sunt illius partes, quia nõ diuellitur quantũ ab eo. qd̃ his ablatis nihilo minus quoad quãtitatẽ efficit̃. Alio mõ in quæ totũ diuidi põt, hoc ea tm̃ partes esse dicit, quæ ipm metiunt̃. ut duo partẽ esse dicimus quattuor, & sex, & oĩno pariũ numeroꝝ, quia duo numerus ipsos metit̃. quo intellectu numerus tria, nõ est pars quatuor, nec hic pars sex. quanq̃ primo mõ partes esse intelligant̃, ut duo triũ. Præterea partes dici ait: (in quæ forma sine quãtitate diuidi põt) id est nõ ut quãtũ diuisa. Formã aũt appellat definitionẽ, partes uero quæ ab ipsa forma & rõne cõtinẽtur, quas paulo añ partes & materiã formæ uocabat. Diuisio enĩ formę ẽm rõnẽ absq; quãtitate fit partitio aũt ĩ species indiuidua est quantitate. qd̃ si ad hũc modũ intelligat̃, tũc nõ species gñis pars erit, sed cõtra genus speciei seu formæ. qppe qd̃ definitionis sit pars. ut ipse paulo pẽ est declarabit. Aut p gñe formã siue speciẽ dixit. Et tũc illud: (in q̃ forma diuidi põt) aggrollebit huic, in quę genus diuidi põt. Illud aũt: (sine quãtitate) significat ipsius partitionem, ut gñis fieri. Aial enĩ põt diuidi ut quãtũ, ut cũ in partes secaẽ caput, pectus, &c. Põt etiã nõ ut corpus & quãtũ, sed ut genus diuidi. quæ partitio p differẽtias facta ipm in species secat. & hoc est qd̃ ait: (totũ aũt forma, aut id qd̃ formã habet) Nã partitionẽ ut speciei & ẽm speciem uult efficere, qualis est genęę partitio. Nõ scilicet ut totius, neq; ut multitudinis, sed ut gñis. quo intellectu species gñis partes esse ait. Ad hæc partẽ alius hoc dici ait, in qd̃ res diuidiẽ, aut ex quo cõsistit. qd̃ uero ait: (totũ aut forma, aut id qd̃ formã habet) in hũmõi sensum est accipiẽdũ (totũ) ut corpus totũ, quod in partes diuidiẽ, quæ totũ corpus cõstituũt. (Aut forma) hoc iteꝝ partitionẽ, ut formæ significat. Partes enĩ formæ ut formæ sunt, ut aiæ quæ forma quædã est, partes sunt po-

tentiæ,in quas ipa diuiditur.(id qđ formã habet) ideſt totũ cõpoſitum. cuius ut cõpoſiti partes ſunt tũ corpus ſubiectũ,cuius prius partitionẽ exequutus eſt,hmõi enĩ totũ eſſe dicebamus,tũ forma,de qua poſterius meminit. Sed appoſita exẽpla ad id qđ formã habet referunt,quodq; ut totũ diuidit. De quo ultimo mẽtionẽ fecit. Aes enĩ quadratũ ſi in æs,& angulum fecet,in materiã & formã diuidat. Angulus enĩ formã ſignificat.(Præterea inqt quæ in rõne ſumunt ea,quæ unũ quodq; declarat,ea quoq; totius ſunt partes.)Eas etiã cuiuſq; partes eſſe ait,quæ in rõne cõtinẽtur quiditatẽ explicãte. Nã definitiõis partes,partes eſſe uidẽt,ſed a formæ partibus differẽtes,qñ licet totius finitio p formã efficiat,materiã tñ cõſignificat,ut ex gñe ptinus intelligit. Idcirco inqt genus pars eſt ſpeciei)qñ definitionis eius eſt pars.

Totũ dr id,a quo nulla prorſus pars abeſt earũ,ex qbus natura dr totum, & id quod cõtinet ea quæ cõtinẽtur, ut illa ſint quippiã unum,atq; id duplicíter,aut enim ita ut unũquodq; ſit unũ,aut ita ut ex his ipm unũ emergat,nã ipm uniuerſale,atq; id quod oĩno dicitur, ut qppiã totũ hoc pacto eſt uniuerſale,quia plura continet,hoc ipo quod de uno quoq; prædicat, & illa oĩa unũ ſunt, ut unũquodq; eſt tale, ut hõ, equus, deus, ppterea q omnia ſunt animalia. Cõtinuũ autẽ atq; finitũ eſt totũ, cũ unum quid ex pluribus cõſtat,quæ maxime quidẽ potẽtia inſunt, ſin uero non ita actu, horũ autẽ ipſorũ ea quæ natura cõſtat,magis talia ſunt, q̃ ea quæ cõficiuntur ab arte,quẽadmodũ & in ipo dicimus uno. Totalitas enim eſt unitas quædã. Præterea cũ quãtũ,principiũ,mediũ,atq; ultimũ habeat,quorum quidẽ poſitio differẽtiã nõ facit,in iis uniuerſum dicitur, quorũ autẽ facit in hiſce dicitur totũ. In qbus autẽ utrunq; fieri põt,in iis dr & totũ & uniuerſum. Hæc aũt ea ſũt,quorũ natura quidẽ eadẽ manet in trãſpoſitione, forma autem nõ manet,ut cæra ac ueſtimẽtũ, nã & totũ dr ac etiã uniuerſum,habet enĩ utrunq;. At aqua,& humida quæq;,& numerus,& uniuerſum quidẽ dicũtur,totus aũt numerus,& tota aqua nõ dr,niſi trãſlatione. De qbus autẽ uniuerſum uti de uno dr, de hiſce dicũtur uniuerſa ut de diuiſis,uniuerſus hic numerus uniuerſæ hæ unitates.

(Totũ dr id a quo)Deiñ totius notiones adiũgit,ac totũ dici ait,a quo nulla pars abeſt eaꝝ ex qbus totũ nã cõſtare dicit. qbus enĩ nã conſiſtẽtibus nulla pars abeſt, eapprie ſunt tota. Alium totius intellectũ apponit, quo uniuerſalia cõplectitur, nec ſolũ natura conſiſtentia,ſed etiam artificioſa. Nam totũ eſſe ait: (id quod continet ea,quæ continẽtur,ut ſint quidpiã unũ.) ea ſcilicet,quæ cõtinentur Quæ uero cõtinentur,ea dupliciter unum fieri ait,uel ſic ut eorũ quodq; unũ quiddã ſit,uel ita,ut oĩa unum,ac primum explicat,quõ fieri poſsit, ut eorum quæ ab ipſo cõtinentur quodq; unũ ſit atque idẽ. uniuerſale enĩ appellatũ de omni ſignificat,nã quod de omni dicitur,totũ quoddã eſſe uidetur. Totũ igitur inquit ad hunc modũ dictum,atq; uniuerſale, idcirco dicitur uniuerſale & totum,qñ in ſe multa continet, deq; his ſingulis uniuoce prædicatur,& omnia unũ ſunt ſm prædicatũ. & ipſorũ quodq;, hoc eſt quod prædicatũ: propterea quod oĩa pariter cõis & ſe complectẽtis rationẽ admittũt. Nã illud:(Omnia unũ ſunt, ut unum quodq;) Significat ea unitatem habere nõ cõtinuitate,ſed quia eoꝝ quodq; eandẽ rationem admittit: equus enim, hõ, canis,& bos oẽs unũ ſunt, qñ eorũ quiſq; animal eſt. Animal igitur idcirco totum eſt, qñ quæ ab eo continentur, cum inter ſe

diſiuncta ſint,& ſeparata,ſm ipſum tamen unum ſunt. Atq; hic quidem eſt intellectus totius,ut aliqua complectẽtis. Aliud autẽ quidpiam unum ex iis, quæ cõtinentur eſſe ait,propterea quod cõtinens eſt,& unũ numero. quod enim unũ quiddã cõtinuũ eſt, & finitum ex partibus conſtans,id totũ eſt, nõ quod partes rationem totius recipiant, ſed continuitate. Quid porro ſit proprie cõtinuũ declarat,dicens: (Maxime quidem potentia) ea nanq; proprie cõtinẽtia ſunt, in quibus partes potẽtia inſunt. Interdum etiã ſi partes actu in ipo ſint:ita tñ ut unũ aliqd fiat ſm formã ex quadã ipſaꝝ cõpoſitione. ut artificioſa, quæ cõpoſitione fiũt:quõ domus, atq; itẽ nauis unũ quiddã eſſe dr. Sed ex iis quæ unitatẽ ad hunc modũ habent ppter cõtinuitatẽ, & quia partes in ipſis potentia ſunt,ea magis tota eſſe dicit, quæ natura cõſtant,q̃ quæ arte conficiũtur. hõ enĩ magis eſt totus, q̃ ſtatua. Nã quod natura cõſtat,q̃ quod arte, magis unũ eſt,ut in partitione unius teſtatus eſt,cuius nos hoc in loco admonet. Cuius rationẽ & cauſam reddit,dicens: (totalitas enim eſt unitas quædã.) quare ut unũ,ſic itẽ totũ eſt. Deinde aliũ totius intellectũ apponit:(Nã cũ quãtũ principiũ, mediũ,atq; ultimum habeat) ideſt cũ quãtũ finitũ ſit cuius partes in hoc genere p ſitũ nullã efficiũt differentiã,id oẽ dici ait,qualia ſunt quæ partibus cõſtãt ſimilibus,nec ppria termino ac forma figurãtur,ut aqua & aer,quoꝝ aũt talis partiũ ſitus diſcrimẽ facit. in his nomẽ totius uſurpamus,cũ partes ppriũ ordinẽ habẽt: quo ſcilicet id quod ex ipſis cõflatur,certũ aliquid dr. Cuiuſmodi ſunt quæ partibus diſsimilibus cõſtitũt:ut facies,manus,breuiter cuiuſq; aãlis corpus. Nã ſitus partiũ in his ſubiectoꝝ diſcrimẽ facit:quales itẽ ſunt domus nauisq;. At quæ cũ partibus ſimilibus cõſtent,formã quandã & figurã recipiunt, de iis & oẽ & totũ prædicari ait, omne ppter ſubiectũ:totũ uero ppter formã quæ ipſi uariãtibus partibus pſiſtere cõtigit: cuiuſmodi eſt ſtatua ex materia una figurata cera ueſtimẽtũ. Nã & hoc aliqua forma figuratur,& hoꝝ quodq; oẽ dicitur,atq; totum. De humoribus autẽ & quæ figura uacant, in uniuerſum oẽ & totum prædicari negat,ſed omne dũtaxat: Numerum enim qui omnis dicitur,negat totum appellari, niſi ſi quis ipſum totum per translationem uocet. De quibus autem omne,quaſi unum quiddam ſit prædicatur,de iis omnia quoq; dici ait, ſcilicet ex partibus, quæ omne conſtituunt ſi ſumãtur ut diuiſæ.omnis numerus dr,qñ unitatũ uniuerſitas quaſi unũ ſumitur,oẽs unitates ex qbus omnis numerus cõſtat. Si rurſus ut diuiſæ accipiãtur, ſic tñ ut omne cõficiant. Prorſus,ut oĩa de partibus dicatur quaſi ſeiunctis,oẽ uero quaſi unitis. Sicut oẽs homines dicimus,uel omnis hõ ſi quaſi unũ cõſideretur.

Diminutũ dr nõ quoduis quantum, ſed partibile ipm eſſe,totumq; oportet. Duo enim nõ ſunt diminuta, ſi alteꝝ unũ auferatur, nõ enim unq̃ id cuius ablatione diminutũ quippiã fit,& id quod reſtat æqualia ſunt,neq; omnino quiſq̃ numerus eſt diminutus, nã ſubſtãtia permanet oportet. Si cantharus enĩ eſt diminutus, oportet ipm ad huc cantharꝝ eſſe,at numerus nõ eſt ulterius idẽ parte ſublata,nec inſup ea omnia diminuta dici poſſunt,quæ partes diſsimiles habẽt. Numerus enĩ aliquo modo diſsimiles partes habet, ut dualitatẽ & trinitatẽ,ſed nihil prorſus eoꝝ eſt diminutum,quoꝝ differẽtiã poſitio nullã facit,ut aqua,aut ignis, & quæ ſunt ſimilis generis,ſed ſint talia oportet, ut poſitionem per ſubſtãtiã habeant. Præterea cõtinua ſint oportet, cõcentus enim & ex diſsimilibus cõſtat,& poſitionẽ habet. Diminutus uero nõ fit, Inſup neq; ea quæ tota diminuta ſunt,priuatione cuiuſuis partis fiũt. Nõ enim aut ſi præcipuæ ſubſtãtiæ

partes,aut quæuis cæteræ, & ubiuis ſunt auferãtur,*diminutum* faciũt id qđ reſtat. Ceu ſi pforatus fuerit cãtharus nõ dicitur diminutus, ſed ſi anſa fuerit, aut aliqua pars extrema ablata. Et hõ ſimiliter diminutus trũcatuſq; dr̃,nõ ſi caro aut ſplen, ſed ſi extrema pars nõ quæuis, & ipa ſublata fuerit,ſed quæ tota ſublata rurſus oriri, generariq; non põt, iccirco calui diminuti,neq; ſunt,neq; dicuntur.

(Diminutum dicitur) Diminutũ inquit dicit̃ nõ quoduis quãtum. Nã diminutum ſeu mutilum eſt illud quidẽ in quãto, nõ tamen omne quãtum hãc appellationem ſeu affectionẽ recipit,ſed ut aliquid mutilum dicatur,oportet ut ſi non diuiduum mõ,ſed etiã totum,totum autẽ hoc in loco,uel ſignificat rei continuitatẽ,uel oportere,ut diſſimilibus partibus conſtat.qđ paulo añ dixit in mẽtione totius.atq; id diſcrimen inter oẽ & totum explicauit. Item nõ ſolum inquit,ut partibus ſimilibus conſtet,totumq; ſit oportet, ſed etiam ut ſitum habeat,ideſt,ut ſit de numero quantoꝝ ſitum habentium. Sed duo inquit non fiunt mutila, ſi auferatur unum. docens non dici aliqđ mutilum. ſi medietas ipſi dematur. neq; enim mutilatum ſeu imminutum eſſe, hoc eſt quod minus eſſe uel ſuperari. quo in loco non ſolum demonſtratur non eſſe mutilum eum numeꝝ, cui dimidium fuerit ablatum,ſed ne eum quidem, cui pars alia fuerit adempta. ut protinus ait:(Neq; enim ingt omnino quisq̃ numerus eſt diminutus) cum ſit neceſſe,ut mutilum eãdem ſubſtãtiã eãdemq; formã retineat. Nã quod parte dempta formam aliã recipit,ut in numeris efficitur,id non dicitur mutilum. Addit porro nõ oĩa, quæ partibus conſtant diſſimilibus mutila poſſe nũcupari. quia præfatus fuerat oportere, ut diſſimilium partium eſſent, quæ futura eſſent mutila. cum dixit.(totumq;) non igitur in oĩbus rebus diſſimilium partium mutilum uſurpatur. Sed in iis tãtum, quæ ſitum habent,ut ſupra diximus. nõ enim in numero uſurpatur.quaſi numerus in partes diſſimiles diuidatur. exempli gratia numerus quinq; diuiditur in duo & tria, paria & imparia. quæ ipſius partes ſunt. At non ptinus numerus aliqs mutilus appellabitur. ut enim quidpiã mutilum ſit,partes ipſius hmõi ſint oportet, ut ipſarum ſitus diſcrimen formæ conficiant. qđ in numero non efficitur. ut pote cuius partes oĩno ſitu careant,ut dictum eſt in prædicamẽtis. Idcirco enim quæ ſimilibus partibus ſunt, non dicuntur mutila, qm̃ in ipſis partium tranſpoſitio non efficit diſcrimen. Præterea continua ſint opottet,quæ ablatione partis mutila ſunt futura. Concẽtus enim ex diſſimilibus cõſtat,ex media ſcilicet & paranete,& parypate atq; hypate. quin & ordinem quẽdam cũ ſitu habet eoꝝ quodq;. concentus enim in certo quodã hoꝝ inter ſe ſitu cõſiſtit. quibus cõmutandis,concẽtus uariat. concẽtus tamen non dicitur mutilus. propterea quod neq; continuus eſt neq; totus. Sed ex diſcretis ac ſeiunctis partibus conſtat. cuiuſmodi numerus eſſe intelligitur. Sed poſtq̃ determinationibus ab ipſo memoratis docuit mutilũ in totis quantis uſurpari, deinceps qualis rei aut cuius ablatio, & in quibus totum reddit mutilum oſtendit. Negat enim a continentibus & quãtis quauis ablata parte, quod ſupereſt eſſe mutilum. Neq; enim ſi principales formæ ac ſubſtantiæ partes toti & cõtinuo demantur,reliquũ mutilatum fuerit, ut animal nõ dicitur mutilũ,ſi caput ipſi fuerit ablatum. cũ ne animal quidẽ perſiſtat. Neq; qualis aut quæcunq; pars ablata fuerit ex cõtinuitate uel diuiſa ſtatim erit totũ mutilum. ut cantharus non dicitur mutilus,ſi terebratus fuerit. ſed tunc demum, ſi anſa aut pars alia extrema ei fuerit ablata. eadem eſt hominis & cuiuſuis alterius animalis ratio, a quo ſi carnem abſtuleris,aut ſplenem diuulſeris,non ſupererit mutilatum animal. Sed tũc ſolum,ſi naſum,auriculam,uel digitum abſcideris. extremarum porro partium,eas,ſi

dẽptæ fuerint,mutilos,efficere ait,quæ ſi totæ fuerint ablatæ, renaſci aut refici nequeunt. quapropter caluos mutilos uocari negat. qm̃ capilli ea ſunt natura, ut ſi fuerint a toto ablati tñ regenerari, ac rurſus coaleſcere ualeãt. (Sed quæ tota ingt ſublata rurſus oriri generariq; nõ põt.) ideſt,quæ ſi omnino auferatur, nõ amplius generationẽ habet. Capilli enĩ licet in caluo haud amplius regenerẽtur,tñ in ipſoꝝ natura ineſt,ut ablati renaſcãtur. uel tota dixit,qm̃ ſi qua particula ab extremo quopiã auferatur. uerbi gratia,exigua caruncula, hæc rurſus fieri poteſt ut reſtauretur. Capilli ergo ſi nõ in cunctis,certe in quibuſdã ablati renaſci poſſunt. uel in omnibus a qbus ablati fuerint. Auricula uero & naſus ſemel ablata in nullo unq̃ regenerantur. Illud autem eſt aduertendum non factum fuiſſe mutili partitionem ceu mutilum pluriſariam dicatur, ſed intellectum ipſius fuiſſe explicatum.

Genus dicitur partim,ſi coꝝ quæ ſub eadẽ ſpecie collocantur, generatio cõtinua ſit,quo pacto dicitur quouſq; genus hominũ ſit,ideſt quouſq; ſit ipſoꝝ cõtinua generatio. Partim ſi quippiã a primo aliquo pfluxerit,quo modo alii Græci gñe,alii Pelopidæ nũcupantur,qđ illi a Græco,hi a Pelope qui primus genuit profluxerũt, atq; potius ab eo qui genuit q̃ a materia dici ſolent. Dicuntur enim & a fœmella genere,ut ii qui a Pyrrha ſunt orti. Præterea planũ figuraꝝ planarum, & ſolidũ ſolidarũ dicitur genus, figurarum enim alia eſt plana talis, alia ſolida talis, hoc autẽ eſt id quod differẽtiis ipſis ſubiicitur. Præterea ut id quod in rationibus ineſt primũ, atq; hoc ipſo quid eſt prædicatur,cuius qualitates differentiæ nuncupantur. Genus igitur tot dicitur modis. Aliud enim p eiuſdẽ ſpecici cõtinuã dicitur generationem, aliud per id quod primum mouit ſpeciei eiuſdem, aliud ut materies, cuius enĩ differentia atq; qualitas eſt, id eſt ſubiectum, quod materiam appellamus.

xlii (Genus dr̃ partim ſi eoꝝ) Genus quoq; multifariã dici ait. Nã genus dicit̃ de iis,quę cũ ſimili ſpecie inter ipſa ſint, generationẽ cõtinentẽ habẽt. in quẽ ſenſum illud ſolet uſurpari,quouſq; genus hominũ ſit,ideſt quouſq; hominũ ſit maneatq; ꝑpetua generatio. Adiecit autẽ: (quæ ſub eadẽ ſpecie collocãtur.) qm̃ nõ dicitur genus hominum, ſi equi ꝑmaneãt,ſed ſi homines ex hominibus cõtinenter procreati perſiſtãt. Aliter genus dicitur id,a quo primo & motore aliqui deducũtur. Deniq; a quo ſuæ generationis principiũ reputant: ut genus græcoꝝ dicitur,qm̃ ab Helleno deſcẽdũt,qui primus genus ipſoꝝ condidit. utq; Græci eſſent cauſa fuit. Sic Iones ab Ione, itẽ Heraclidæ dicũtur quoꝝ Hercules primus generiſq; auctor fuit. Pelopidæ quoꝝ Pelops. Quin & a fœmina quorundã genus nũcupari ait. ut quidã fuerũt a Pyrrha nũcupati. quaſi ab hac ut eſt in fabulis ꝑcreati. Sed a genitore potius genus appellari ait. cũ formam is præbeat,matre ſuggerente materiam: & eſſe cuiq; a forma potius ſuppeditetur. Cæterum eoꝝ geneꝝ quæ a loco cognominãtur, quõ Aſianus quiſpiã aut Egyptius genere dicitur,hic mentionẽ nõ facit. propterea quod, ſic appellati,nõ ſortiũtur nomen a primo auctore, Deinde duas eiuſdẽ intellectus expoſitiones explicat. Nam duas expoſitiones reddit generis,quod de pluribus dicitur ac ſpecie differẽtibus &c. prior eſt cũ genus quaſi ſubiectũ differentiaꝝ eſſe dicitur. Nã plana figura ad hunc mõdũ genus eſſe ait: qui planũ dicens figuram planã intelligit, cũ id genus ſit planaꝝ figuraꝝ.

itaq; hoc totum figura plana ſumit pro genere trianguli & quadrati & omnium planarum figurarum. Pari ratione figura ſolida ſolidarum figurarum. Nam figurarū alia eſt figura plana talis, exempli gratia triqueta, uel quadrata. alia figura ſolida talis, ut globus eſt figura ſolida talis, teſſera talis, pyramis talis. hæc effatus ait: (hoc autem eſt id, quod differentiis ipſis ſubiicitur.) quaſi genus a differentiis in ſpeciem redigatur, & hac ratione ſubiiciatur ipſis. Præfatus autē genus ſic dictū ſubiectum eſſe differentiarum, hoc ipſo nomine quod differētiis ſubiiciatur, quod in progreſſu materiam appellat, quin etiam in ſexto huius operis libro genus uocat materiam, explicat poſterior em expoſitionem generis ad hunc modum appellati. qua genus id eſſe dicitur, quod primum in ratione definiente, & quiditatem ſignificante collocatum, in quid eſt de ſubiecto prædicatur. hoc enim eſt quod ait: (& dicitur in eo quod quid eſt.) genus enim hoc nudo id eſſe intelligitur, quod de pluribus ſpecie diſcrepantibus in quid eſt prædicatur. Nam eius, quod primum in definitione redditur, qualitates differentiæ eſſe dicuntur. quibus inter ſe diſcrepant ea quorum in definitione genus eſt idem. prius igitur ipſum explicauit, eo quod quaſi ſubiectum a differentiis in ſpeciem redigatur. nunc aūt eo quod in definitionibus primum aſſumatur, & in id quod eſt prædicetur. Ita cum expoſitiones diuerſæ ſint, idem tamen ſignificant. Differentias autem qualitates nuncupauit, quoniam paulo ante in qualitatis partitionibus eas primo in loco numerauerat. Præfatus autem hos eſſe generis intellectus eoſdem ſummatim repetit, ſimul innuens duos ultimo loco poſitos expoſitiones eſſe diuerſas eiuſdem intellectus. Quædam enim ob ſpeciei cōtinentem generationem genera dicuntur. ut hominum uel equorum genus. alia propter primum motorem, qui poſteriorum ſpecie ſimilium eſt auctor. ut Heraclidarum genus, Græcorumq; atque Ionum. Neque uero temere (Speciei eiuſdem) adiecit, cum genus non ab eo, qui utcunq; primus mouerit dicatur. niſi eiuſdē ſit atq; poſteri ſpeciei. genus enim humanum tūc demū appellabitur, ſi eius initium ab homine proficiſcatur. (aliud inquit ut materies) quaſi materiam appellat genus, quod eſt commune ac de pluribus ſpecie differentibus prædicatur. quomodo autem materia ſit huiuſmodi genus exponit, his uerbis: (cuius enim differentia atq; qualitas eſt, id eſt ſubiectū, q̄d materiā appellamus) Quia enim differentiæ huius uelut ſubiecti ſunt, & per ipſas in ſpecie cōſtituitur, ut materia per formam, genus materia poteſt nominari, ideſt quia differentiæ ſunt qualitates, & genus ſubiicitur ipſis. Nam cuius eſt differentia, id differentiæ ſubiicitur. ut qualitati id, cuius eſt qualitas. quoniā quod qualitatibus ſubiicitur, id materia nūcupatur. genusq; materia efficitur qualitatum ut differentiarum.

Diuerſa uero genere ea dicuntur, quorum ſubiectum primum diuerſum eſt, & neq; alterum in alterum, neq; in idem utrunq; reſoluitur, ut forma & materia diuerſa genere ſunt, & ea quæ per figuram prædicationis eius quod eſt, diuerſam dicuntur, eorū enim quæ ſunt, alia quid eſt ſignificant, alia quale quid, alia aliud, ut antea eſt diuiſum, neq; enim hæc, aut in ſeſe uiciſsim, aut in unum quid reſoluuntur.

(Diuerſa uero genere ea dicuntur) Poſt generis partitionem, quæ nam genere diuerſa nuncupentur exponit. Quorum ergo ſubiectum primum diuerſum eſt, ea genere diuerſa eſſe ait, ſubiectum primum appellans materiam. Nam quibus non eſt eadem materia ſubiecta, neq; materia unius in alterius materiam reſoluitur, neq; amborum

in eadem ſpecie, ea genere diuerſa ſunt. Materiam porro eam dicere uidetur, quæ actu ſubiecta eſt. quam & primam nuncupauit, primam uocans quæ proxima eſt. in diſcrimen ultimæ ſecundum reſolutionem, quæ proprie prima eſt. Exempli cauſa, ſtatuæ ſubiectum eſt æs, poculo cryſtalino aqua. quæ materiæ licet diuerſæ ſint, materia tamen ſtatuæ, in materiam cryſtalini poculi reſoluitur. propterea quod æs liqueſcere poteſt, & quæcunq; liqueſcere poſſunt, ex aqua conſtant. quo fit ut ea quæ modo in exemplum aſſumpſi, non dicantur ad hunc intellectum genere diſcrepare. Rurſus ſi huic aurum, illi argentum ſubiiciatur, hæ quoq; materiæ diuerſæ fuerint, nec altera reſoluetur in alteram, ſed quia ambo in unā eandemq; ſpeciem reſoluūtur, ideſt, in aquā, idcirco illa nō ſunt gñe diuerſa. quoꝝ ergo ſubiectis nihil tale accidit, ea diuerſa genere dicūtur, ut lapis & æs. quippe quoꝝ alteri terra alteri aqua ſubiicit, quarū neq; altera in alterā neq; utraq; in quidpiā aliud ſenſibile ſubiectū idē reſoluit. Præfatus autē taliū ſubiectis nihil huiuſmodi accidere, ipſemet quæ nam huiuſmodi ſint exponit. dum formam & materiam ad hunc modum diuerſa genere eſſe ait. corpus materiam appellans. quæ idcirco genere diuerſa eſſe ait. quoniam corporis ſubiecta, & ſubiecta formæ neque altera in altera, nec utraque in quidpiam commune reſolui dicuntur. quo in loco partes definientis rationis ſubiici quaſi materiam formæ dicere uidetur. hoc enim ſupra dixerat. Cum igitur corporis & formæ ſubiecta non ſint eadem, neque alterum in alterum reſoluatur, neque utrunque in idem, fit, ut hæc genere diuerſa eſſe ad hunc modum intelligantur. Ad hæc forma & materia ſic diuerſa genere haberi poſſunt, quoniam altera in alteram non reſoluitur. Cum neque eadem in ipſis uiciſsim ſint, neque aliud ipſis ſubiiciatur. neque enim unum aliquid ambobus ſubiicitur, nec ſubiectum unius in alterius ſubiectum reſoluitur. cum nihil ipſis ſubiiciatur. Quia neque aqua aliquo ſubiecto & materia conſtat, neque proprie dictæ materiæ alia rurſus materia ſubiicitur. Item diuerſa genere dici ait etiam ea, quorum prædicationes primæ diuerſæ ſunt, & prima genera diuerſa. Nam primorum generum quædam ſignificant quid eſt, id eſt, ſubſtantiam, alia quale, alia quantum, alia aliud ex iis, quæ in prædicamentis connumerantur, quorum diuerſitatis cauſam adiecit. Nam quoniam neque alterum in alterum reſoluitur, neque utrunq; in unum quidpiam, idcirco hæc genere diuerſa ſunt. quo quidē modo animal & auis nō erunt diuerſa genera, ſed neq; materia & forma ad hūc intellectum genere diuerſa eſſe uidentur. cum ambæ ſub ſubſtātiam cadant.

Falſum uno modo dicitur, ut res falſa, atque huius aliud ex eo, quia non componitur, aut fieri non poteſt, ut componatur, quemadmodum dicitur diametrum eſſe commenſurabilem coſtæ, aut te ſedere, horum enim alterum ſemper, alterum interdum eſt falſum, ſic enim hæc non entia ſunt, aliud ex eo, quia eſt quidem, eſt tñ aptum, aut non tale eſſe quale eſt, aut id eſſe quod haud eſt uideri ac apparere, ut pictura ac ſomnia, hæc enim aliquid quidem ſunt, at non ea quoꝝ imaginationem efficiunt. Res igitur hoc pacto falſæ dicuntur, aut quia nō ſunt ipſæ, aut quia imaginatio quæ ab ipſis emergit, entis non eſt. oratio uero falſa eſt ea, quæ eſt eorum quæ non ſunt ea ratione qua falſa eſt.

Hæc enarratio in græco tota ferme ſcatet librariorum erroribus.

(Falsum uno modo dicitur) Deinde falsi partitionem explicat,falsumq; quoddam in rebus, aliud in sermone uersari ait.Sic igitur inquit:(Falsum alio modo dicitur ut res falsa) quo in loco alio modo dixit, uel quia inusitatum est in rebus falsum usurpare, quippe quod in sermone atq; sententiis uersari uideatur, uel alio modo dixit pro uno modo. falsum igitur in rebus bipartito diuidit.Partim nanq; falsa dicitur res quia prorsus non est,partim quia uisum eius falsum efficitur. quod enim nō est,quod in rebus falsum esse intelligitur,id nō similiter falsum dicitur,ut oratio,quæ habetur de re ipsa. oratio enim falsa de ipsa est,quæ ipsam esse ait, ac uicissim uera, quæ ipsam non esse dicit. a se ipsa in compositione quadam,tum uerę,tum falsum assumens.quamobrem de non entibus perinde atq; de entibus oratio & uera & falsa fit. rerum autem falsitas non est in quorumpiā compositione, sed in re ipsa falsum est ipsam non esse, aut non adesse. ut uicissim ueritas,eandem adesse & esse. non similiter, ut si ipsa esse diceretur. Itaq; uerum & falsum orationis de eadem re utrunq; haberi potest, falsum uero in re fieri non potest donec sit,ut uerum efficiatur.Quanq̄ utrunq; falsum in oratione ac propositione esse dicere licebit. Sed alterum ab ipsa re in oratione esse, alterum ab ipso sermone.oratio enim quæ quod non adest,adesse dicit a re non existente falsitatē habet. Quæ uero quod uni adest id alteri adesse ait, ea ex sermone falsitatem sumit. Id enim falsum est,quod uni adest,hoc ad aliud transferre. quod enim falsum ut res, in oratione esse uideatur,ipse innuit his uerbis adiectis(ex eo quia non componitur, aut fieri non potest,ut componatur). quod autem in re quoq; falsum sit, ipse demonstrauit. in quibus enim fieri nō potest, ut uerum dicat qui ipsa componit ac esse dicit, ea falsa sunt ut in re. falsum autem de his, quod in sermone inest, iam est in compositione. Illud enim:(ex eo quia nō componitur, aut fieri non potest, ut componatur.) Significat quod non existit,aut hō potest existere. Nam compositionem uocat rerum identitatem uerumq; conuentum. harum enim huiusmodi existentia compositio est. dimentiens igitur commensurabiles costæ neq; est neq; esse potest. te autem sedere, cum stes,est illud quidem falsum, quia non sic existit, non tamen quod fieri nequeat. Sunt uero in rebus falsæ, uel quæ omnino existere nequeunt, & impossibiles, & semper falsæ, uel quæ nunc non sunt.hæ nanq; falsa sunt, cum non sunt. Alia falsa sunt quorum uisum ab ipsis procedens est falsum,propterea quod hæc uideantur esse uel non qualia sunt,uel quæ non sunt, quæ quidem aliter falsa esse dicuntur atq; superiora. Nam quorum uisum est falsum, ea non sunt falsa quemadmodum prædicta. hæc enim res aliquæ sunt licet non quales esse uidentur. qualia multa in picturis notamus. quæ sunt quidem aliqua,sed non ea quæ uidentur esse.Nam cum non sint animalia,aialia esse uidētur,& quædā alia quorumcunq; pictura fuerit, & pari rōne uisa, quæ in somniis apparēt,aliquæ res sūt.Nā quidā motus efficiūt iis, q uidēt insomnia, nō tñ ea talia sunt,qualia uidentur. Aliquid enim ambulare uidetur aut disputare,qđ tñ non est ita.similia his sunt & perinde falsa quæ uidētur in speculis. Nā & hæc aliqđ sunt,sed nō id qđ esse uidētur. Dixit autē hmōi falsitatē inrebus esse, qm̄ ipsa eorum natura falsa est,nostraq; deceptio in rebus est, nō in cōpositione orationis,quæ de rebus habetur.(Res igitur inquit hoc pacto falsæ dicūtur. aut quia non sunt ipsæ, aut quia imaginatio quæ ab ipsis emergit, quasi nō entis est.) Hmōi enim uisum quod ab ipsis proficiscitur,nō entis est.Itaq; ut a lōginquo quasi a nō ente. Nā uisum deambulare, quod non est id quod esse uidetur uel disputare, aut omnino quidq̄ agere, & hmōi uisa,entia sunt. motus scilicet quidā ab actu sensibilibus,pfecti,fiuntq; in censoriis sensibiliū quædā reliquiæ. uisoræ autē falsitatē rebus ipsis attribuit. quod uero ait: (aut non tale esse quale est,aut id esse quod haud est)partim refertur ad picturā illud, xliii

scilicet:(non tale esse,quale est) reliquū scilicet:(id esse quod haud est)ad insomnia. Oratio uero inquit falsa est ea,quæ est eorę quæ non sunt,at non simpliciter quæ non entium,sed nō entiū quatenus ipsa falsa est.Falsa enim oratio est, quæ res ut nō habēt sic se habere dicit. quanq̄ nō entium aliqua oratio est uera.scilicet,quæ illa non esse dicit,quæ uero nō existētia ut existentia,dicit, uel existentia, ut non existentia,ea demū oratio falsa est. quo modo igitur non entia dicens falsa est?an dicens sua significata sic se habere quemadmodum se non habēt? quanq̄ pro (qua) legi potest(uel)ut sit sensus:oratio falsa est,quæ de nō entibus habetur,siue non entia esse dicens, ut quæ Hippocentaurum esse dicit,aut quæ oīno falsa est. Quin & omnis oratio de iis quæ sunt, falsa esse potest. ut ea quæ circulum figuram esse diceret planā tribus lineis rectis cōtentā. & sic quod addicitur cum hac lectione consentiet. Neq; enim solum ea oratio falsa est,quæ nō entia esse dicit,sed omnis oratio est falsa,cum de alio dicitur,q̄ de eo de quo est uera.Sin aūt legatur nō(uel falsa)Sed (qua falsa) Sensus erit:oīo falsa est, quæ de iis habetur,quæ nō sunt.Illud enim:(qua falsa)significat,quatenus mētitur ea esse,cū nō sint. quod uerbis his adiectis declaratur.

Quapropter oīs oīo cuiusuis uera,falsa est,si pręter illud alii attribuatur. Circuli nanq; oīo falsa nimiq; est, si de triāgulo diceret. Vniuscuiusq; aūt oratio tū una est ea qua qditas explicat, tū plures, qppe cū idē sit aliqua ex parte ip̄m,& ip̄m atq; affectū,ueluti Socrates,&Socrates musicus aut albus, falsa aūt oīo nullius est oratio absolute. Quapropter Antisthenes stulte putabat,nihil dici cēsens,nisi propria oratione unū de uno ex qbus efficiebat,neminē contradicere posse, fere etiā neq; dicere falsum,fit autē ut quodq; dicatur nō solū ppria,sed diuersi quoq; oratione,& penitus falso,& aliqua etiā ex parte uere, quēadmodū octo dupla dualitatis rōne dicūtur.Quædā igitur hoc mō falsa dicūtur,hō aūt falsus dicit, q facilis elationeue ppēsior est ad tales orationes, nō ob aliud quicq̄, sed ob id ip̄m dicēdas,& q taliū orationū in aliis est effector,quēadmodum & res falsas dicere cōsueuimus,quæ falsam imaginationē efficiūt. Quapropter ea rō quę fit in Platonis hippia decipit,cundē hominē falsum esse dicēs ac uerę, cū enī accipit falsum,q mētiri pōt,is aūt est ille,q scit & q est prudēs,præterea meliorē cū esse dicit,q sua spōte res prauas facit, hoc aūt p inductionem accipit falso. Qui nanq; sua spōte claudicat, is stabilior est eo qui id facit inuitus,claudicari dicēs imitari claudicātē,nā si quispiā est claudus sua spōte deterior est eo fortasse, q nō sua spōte claudus est, quēadmodū id ip̄m etiā & ad ipsos mores accomodatur.

xlv (Quapropter oīs oīo cuiusuis uera:falsa est,si pter illud alii attribuat.)Si enī oīo oīs falsa est de alio habita,q̄ de quo est uera.est aūt uera de eo cui cōuenit,falsa igit erit,de eo,cui nō cōuenit.ac pinde de eo qđ nō est. Nā oīo q̄ circuli uera est,triāguli est falsa qm̄ nō est,q̄tenus est huius. Nā licet oīo q̄ dē alicui[9] entis sit,tñ q̄ est falsa,nō entis est. hęc enī sola est significatiua,q̄ triāgulū figurā esse ait tribus rectis lineis cōtētā. Sed uniuscuiusq; oīonē,q̄ subst̄ātiā cuiusq; significat,tū unā esse ait,una est enī oīo q̄ explicat cuiusq; subst̄ātia,tū plures. docet aūt qūo eiusdē plures oīones efficiant. Nā cū res ipsa & res aliquo affecta idē eē uideāt, ut Callias & Callias musicus, sūt enī unū subiecto, aliqua oīo erit simplr ut Calliæ, alia ut Calliæ musici, quædā ut albi, breuiter cuiusq

accidentis, si Calliæ cõiungatur, diuersa erit oratio, quo fit ut eiusdem diuersæ orationes habeantur, si qua de ipso uera sit. orationem autem non eam intelligere oportet, quæ proprie definitio sit Calliæ, uel Socratis, aut cuiusuis alterius. plures igitur orationes eiusdẽ ita demum fuerint, si qua eius uera sit. (Falsa autẽ oro nullius est oratio absolute) id est ꝓprie. Nã ꝓprie cuiusq; oro est oro uera. Falsa enim, qua falsa, cum adduamcto est illius oro cuius est falsa. Alterius nanq;, ut dixit, cuiuspiã oro falsa est, nõ eius cuius est uera. falsa enĩ equi oro est, quæ ipm aĩal rõnis particeps mortaleq; esse dicit. qm̃ nõ est eius, cuius est uera. est enim uera hominis, & nõ simpliciter equi oro illa aĩal particeps rationis mortale. Et quibus falso tribuitur, hoꝛ nullius est simpliciter. falsa enim oratio nullius est simpliciter & ꝓprie. Præfatus autẽ orationẽ falsam eius esse quod nõ est, eandemq; non simpliciter eius esse cuius est falsa, esse tñ alicuius. eã nanq; orationẽ esse falsam, quæ cum alterius sit, de altero dicitur, hęc inquam effatus, taxat Antisthenem qui stulte negabat orationẽ quãpiã de ullo alio dici, q̃ de eo cuius est ꝓprie, eo deceptus qđ oratio falsa nullius simpliciter sit oratio. Neq; enĩ si nõ est simpliciter & ꝓprie, statim nõ est omnino. At Antisthenes rem quanq; ꝓpria tm̃ oratione dici putabat, & unã cuiusq; orationẽ esse, eã scilicet quæ ꝓpria esset. Nam quæ aliquid significat nec est eius eã eius de quo dicitur, esse dici, cum ipsi sit aliena de quo dicitur ab ipso esse alienã. Ex quibus colligere nitebatur, nõ licere contradicere. cõtra enim de altquo dicturos, diuersa dicere debere. nõ posse autẽ diuersas de eodẽ orationes dici. cum ꝓpria cuiusq; una sit: unius enĩ unũ esse, & qui diceret de ipso tm̃ dicere. quãobrẽ: si qui de eadẽ re dicerẽt, fore ut hi eadẽ inter se dicerent, cum de uno oro una sit. qui autẽ eadẽ dicerent, eos inter se nõ contradicere: ꝙ si diuersa dicerent, non esse dicturos de eodem, ꝓpterea ꝙ oratio una sit de re ipa. & cõtradicturi de re eadẽ dicere debeãt: & sic cõtradictionẽ esse nõ posse colligebat. Sed ne mẽtiri quidem fere licere concludebat, cum fieri posse negaret, ut alia q̃ sua ꝓpriaq; oratio de quopiã dicatur. quã doctrinã stultã esse ostẽdit, affirmãs unum quodq; nõ solum sua ꝓpriaq;, sed etiã alterius oratione dici. falso uidelicet, & temere, multipliciterq;, & inconsulte. ut si quis oratione circuli abutatur in triãgulo, aut equi in homine. Nã quæ ait equum esse aĩal pedestre bipes, est illa quidẽ oratio, in nullo tñ est uera. nõ in hoie, qm̃ oino nõ est eius subiectum hõ. nõ itẽ in equo, de quo dr̃. ꝙ si cum de hoc dr̃, nõ est uera, haud dubie in equo falsa est. Sed licet inquit quodã modo alienam orationem uere in quopiã usurpare. cum orationẽ quæ primum ac proxime cuiuspiã est ꝓpria, ad posteriora, & quæ ab illo esse mutuant transferimus. exẽpli causa in numero primum numerus duplus est duo. ipm enim nomẽ duplum a duobus deriuatur, idẽ tñ in cæteris singulis duplis usurpamus. cũ hæc duplũ illoꝛ esse dicimus, ꝓpterea quod ita se habent inter se, ut duo ad unum. Ita cum numerus duo ꝓprie duplus sit, alii tñ numeri pares eo posteriores dupli nuncupantur. ut quatuor, octo & cæteri. in quibus oratione dualitatis ꝓpria, utimur ac uere usurpamus. ꝙ si aliqua tum falso, tum uere aliena oratione dici possunt, profecto non fuerit una oratio, qua res quæq; dicitur, neq; uno tantum modo de ipsorum quoq; loqui licebit. Cuiusq; enim orationem tum ut unã, tum ut plures dici supra fuit explicatum. Falsitas quoq; mentis ad orationis falsitatem redigi potest. Mens enim oratio quædam est. Sed postq̃ res quomodo falsæ sint exposuit, & quo item oro̅nes, alium falsi intellectum adũgit. Hõ enim falsus dicitur nullo prædicto ꝓ modoꝛ, sed quia procliuis est ad mentiẽdum, ac mẽtiẽdo delectatur ipius tantum mendacii gratia, non quod aliud, hoc est lucrum, aut mercedem quampiam sequatur. Nam qui lucrum per mendacia quærit, is non mentiendi, sed lucrãdi cupidus aut simili uocabulo debet nuncupari. Præterea falsus is dicitur, cuius persuasione alii fallũtur, nõ ꝙ efficiat, ut alii mẽdaciis delectẽtur, sed qm̃ eos adducit, ut suis mẽdaciis

tanq̃ ueris fidẽ habeãt, qui falsoꝛ psuasores pinde falsi homines nũcupãtur, ut res quæ falsæ esse dicũtur, quæ falsam sui præbẽt speciẽ. ut quæ fellis colore infecta sunt falsa nũcupãt, qđ auri speciẽ repsentãt, & q infigniter cũ inflati sint speciẽ pbẽt recte ualẽtiũ & res cæteræ falsæ, de quibus supra dixit. quæ ꝓpterea falsæ sunt qđ aliaꝛ reꝛ q̃ sunt speciẽ pferũt, ut picturæ & insomnia. præfatus autẽ falsum hominẽ esse eũ, q̃ mendacio delectat̃, fallacẽ esse ait, captiosamq; rõnẽ, quæ apud Platonẽ in hippia, eundẽ hominẽ falsum & ueꝛ esse colligere tẽtat. qđ eandẽ facultatẽ habeat oppositoꝛ. falsum nanq; hominẽ cũ esse accipit, q̃ facultatẽ habet decipiẽdi. hmõi autẽ hõ est, qui ueꝛ maxime cognoscit, & prudẽs est. At nõ sic falsus hõ nuncupat̃, sed q̃ mẽdaciis gaudet, & prius est ad mẽtiẽdum. & citra fidẽ loquẽdi eaq; uanitate delectatur. quod multũ abhorret a prudẽte, quiq; aliis falsoꝛ fidẽ facit. & in id est peruius, ac pinde malus. Illud quoq; nõ recte in hippia dictũ esse ait. q̃ prauus spõte facit, hunc meliorẽ esse, q̃ q̃ inuitus. quod per falsam inductionẽ colligit, dicens, ut q̃ spõte claudicat melior & ualentioꝛ est, q̃ qui inuitus, quæ rõ eadẽ est in cæteris imitationibus, sic q̃ spõte mala facit, melior est q̃ qui secus. Nã spõte claudicãtẽ dixit ꝓ eo qui claudũ imitatur. q̃ enim sic claudicat melior est eo, q̃ claudicat inuitus. cũ alter claudus sit, alter secus. itaq; cõparatio est inter claudum, & q̃ claudus esse uideẽ. Nã si eũ sumeret, q̃ claudus esset spõte, fortasse hic peior esset, q̃ q̃ inuitus esset claudus, ut q̃ spõte moribus flagitiosis est, deterior est, q̃ qui inuitus. paulus enĩ ac dissolutus peior est intẽperãte. Pari rõne qui spõte fallit, ac mẽtiẽdo delectatur, deterior est q̃ qui nolens.

Accidẽs dicitur id quod inest quidem cuipiã, atq; uere dici de illo potest, nõ tñ aut necessario aut plærunq;, ueluti si quispiã scrobẽ ob plãtam effodiẽs thesauꝛ inuenit, hoc igitur accidit ei qui scrobẽ effodiebat. Thesauꝛ inquã inuenisse, neq; enim hoc ex hoc aut potest hoc necessario euenire solet, neq; plærunq; fit, ut si quispiã plãtet, thesauꝛ offendat atq; inueniat, fuerit etiã & quispiã musicus albus, sed cũ necessario id fiat, neq; plærũq; nõ accidẽs ipm dicimus esse. Quare cũ aliqua insint & aliqbus, atq; horũ nõnulla, & aliqua in parte, atq; quidq; quicqd ineat quidẽ, at nõ ꝓpterea ꝙ hoc erat, aut hunc, aut hoc loco id oẽ accidẽs erit. neq; igitur ulla determinata, sed quęuis cã est accidẽtis, hæc autẽ est indefinita. Accidit enĩ cuipiã in Aeginã uenisse, si nõ est obidipm, pfectus ut illuc ueniret, sed a tẽpestate expulsus aut a prędonibus captus. ortũ est igitur ipm accidẽs, atq; est, sed nõ ut ipm, sed ut aliud ortũ est. Tẽpestas enĩ causa fuit, ut eũ ad locũ ueniret, ad quẽ nõ nauigabat, hic autẽ erat Aegina. Dicitur etiam accidẽs alio modo, quicqd ꝓ se cuiq; cõpetit, nõ tamẽ est in eius substantia, quo pacto triãgulo competit angulos æquales duobus rectis habere, atq; hæc quidem ꝓpetua esse possunt, illoꝛ autẽ nullũ perpetuũ esse potest, huius autẽ ratio aliis in locis est explicata.

xlvi (Accidẽs dicitur) Postremo de accidẽtibus edisserit, & quomodo adesse debeat quod accidens uocãdum est exponit. est enim inquit: (accidẽs id quod inest quidẽ cuipiam atq; uere dici de illo potest, nõ tamen aut necessario aut plærunq;.) quemadmodum scrobem plantãdi gratia effodienti thesaurum reperire accidit. quia thesauri inuentio non necessario consequitur effodientem, sed neque magna ex parte: quin immo raro quispiam inter plantandum aut fodiendum thesaurum reperit. quo intelligitur

thesauri inuẽtionẽ nõ fieri ex effossione. Nã neq; fossio cã necessaria fuit ad inuenien dũ thesaur, neq; oino fit, ut q effoderit scrobẽ thesaur inueniat. Itaq; thesaur licet ad hũc modũ inuenire, sed fortuito. fodere ãt ex accidẽri est efficiẽs cã thesauri reperiẽdi, & fortuita ad hũc modũ accidẽtia nũcupãtur. Musicus quoq; si albus sit, ex accidẽti est albus. Neq; enim ex necessitate neq; magna parte fit, ut musicus sit albus. Post hæc rationem explicat, qua accidẽs dignoscere ualeamus. Nã cũ sit ingr qdpiã qd adest, sit etiã cui adest, id, qd adest, & eor quæ adsunt quædã, uel alicubi habẽtur, idest in parte eius cui adsunt, uel aliqñ. Fieri enĩ põt, ut quę aliis adsunt in parte adsint, uel in aliquo tpe. quanq; & alicubi & aliqñ ad necessaria quoq; possint accõmodari. ut ad ortus oc casusq; astror. alicubi qm̃ in una mũdi parte oriunt, in alia occidũt. aliqñ qm̃ nõ sem per eadẽ oriunt & occidũt. sed aliquo tpe accidẽs est. Quidqd inest qdẽ, uel simpliciter uel ex parte seu ad tps. exẽpli cã nũc & hic, idest in hac parte: nõ abit p antecedẽtem & determinatã cãm. hoc enĩ significãt ea uerba: (ꝓpterea qd erat aut nũc aut hoc loco) qbus docet nõ semp horr causas adesse: sed aliqñ: nec simpliciter accidẽtia esse, quę in parte adsint. Sed ita demũ hæc esse accidẽtia, si nõ antegrediat determinata cã. Neq; n. fortuitu digitus cõbustus esse dici debet, si cã præcesserit eius cõbustionis. neq; in ẽsta te fortuitus est calor, cũ sit ipius cã solis accessus. Accidẽtis aut cãusa inqt nõ est de terminata, sed fortuita, ac pinde indeterminata. Põt & illud (Neq; igitur) dictũ acci pi p eo qd est: (nulla) qm̃ iã dixerat accidẽtis nõ haberi causam, cũ diceret: (At non ꝓpterea quod hoc erat) Tunc enĩ accidit cuipiã in Aeginã uenisse, si non idcirco na uigauit, ut Aeginã ueniret. accidẽs igitur factũ fuit, aut est, sed nõ p se fuit factũ, nec ex sentẽtia, sed cũ aliud ageretur, hoc accidit. Nã cum ex ꝓposito alio nauigaretur, fac tum est, ut in Aeginã is appelleret, qui nõ huius causa nauigabat. tẽpestas enĩ causa fuit in Aeginã appellẽdi, quæ cursuu, quo petebatur, tenere uetuit. nõ igitur p se fa ctũ est, nec id erat qd agebatur, sed dũ aliud ageretur, accidit. Nã quo minus fieret, qd agebaṫ, tẽpestas fuit in causa; nõ nauigatio. cũ alterius cã nauigaretur. hæc effatus aliã accidẽtis notionẽ explicat. Nã quæ p se quibusꝑiã insunt, nõ tñ in ipsor subsẗãtia, aut definitione insunt, ea quoq; accidẽtia sunt. de qbus etiam expositiones fiunt: Sic triq̃to accidit tres angulos habere duobus rectis pares. quod licet ei p se accidat, nõ tamen in rõne habetur, quæ subsẗãtiã eius exponit. Rõ enĩ triãguli hæc est figura tribus re ctis lineis cõtenta. quo quidẽ intellectu fieri posse ait, ut accidẽtia sempiterna sint, prio re nullum. Atq; hæc quidẽ ait, quæ ad hunc modũ sunt accidentia, fieri potest, ut sem piterna sint: dicit autẽ, fieri põt, uel qm̃ hoc in loco nõ ex ꝓposito de hoc edifferens di xit, quæ sic adsunt sempiterna esse uideri, uel quia si fieri potest, ut tota aliqua species aĩalis, exẽpli gr̃a, cicadæ, sempiterna nõ sit, ne ea quidẽ quæ his adsunt, & ad hunc mo dum accidunt, fuerint sempiterna. cũ prioris modi accidẽtiũ nullũ possit esse sempiter num. Nã qd neq; necessario, neq; magna ex parte uel fit, uel est, id sempiternũ esse q põt? Sed in quibusdã exẽplaribus ita legitur: (Et hæc causæ ꝓpriæ sunt) quæ lectio si gnificare uideret, hmõi accidẽtia ad demõstrationẽ accõmodari. p hæc enĩ fiunt de mõstrationes. cui lectioni cõsentiũt uerba hæc, quæ ꝓxime sequũtur. (huius aut̃ ra tio aliis in locis est explicata.) De iis enĩ quæ ad hũc modũ p se adsunt, ac de causis in posterioribus resolutoriis disputauit. quo i loco causę demõstrationũ, quę nã sint expli cat. nõ scilicet quæcunq; accidẽtia, sed quæ p se accidũt iis, in qbus habẽtur. Aut illud: (qdqd p se cuiq; cõperit, nõ tñ est i eius subsẗãtia) æqpollet huic. quæcũq; adsunt cuiq; p aliquã determinatã cãm, nõ sic tñ, ut in subsẗãtia eius habeãtur.

Finis libri quinti primæ philosophiæ.

Ad Clemẽtem. vii. Pont. Max. Io. Genesii Sepulvedæ præfatio in alex. aphr. enarrationẽ posterio rum librorum Arist. de prima philosophia.

Hoc quoq; in loco Clemens Septime Pont. Max. pauca me præfari sine, & more nobilissimorum poetarum in medio tanq; operis cursu opem diuinam, hoc est nomen tuum implorare, quod mihi omnibus musis ipsoq; tam multis inuocato apolline longe & verius & præsentius est. Non solum quia tu christi dei vicem inter mortales geris, atq; ita geris, vt neglectum dei cultum & languen tem religionem cũctis rationibus ad veterem disciplinam reuoces, nec sacer dotia ab indignis hominibus profanari, sacra ue ab impiis violari permit tas, sed etiam qnoniam (quod veteres deorum maxime propriũ munus esse ducebant) omnes hominibus benefaciendi occasiones diligenter amplecte ris, & nullam virtutem inhonoratam, nullum honestum studium abiectum iacere sinis. Itaq; tantum quenq; de te sperare iubes, quantum ipse sibi ex suis virtutibus, officiis, atq; doctrina non improbe polliceatur. Opus igitur quod auspiciis tuis suscepi hoc tantum prceor, vt absolutum te & auctore & patrono dignum exeat in manus hominum. Hæc enim summa est meæ sollicitudinis. quod si mihi contingat, haud equidem vercar libro immorta tem polliceri. Atq; eo magis quod iam mihi nullus timor relinquitur, posse huic operi famam illam vulgo absq; auctore dissipatam obesse, hæc diuina commentaria falso titulo bonam partem alexandro aphrodisico adscripta circũferri. Siquidem illius enarrationẽ quintum librum haud quaq̃ excede re. Quæ opinio incertis, vt necesse est, ac dubiis initiis exorta tam late diffu sa erat, vt nemo iam esset in Italia, qui modo græcis scriptoribus dignoscen dis paulo fuisset curiosior, cui error hic nõ esset in primis persuasus. Quod tunc mihi magis licuit intelligere, cum primum mihi a te hoc conuertendi negotium iniunctum esse increbuisset. Pleriq; enim dum tibi apud me gra tias agerent, quod tanti philosophi lumine latinos homines diutius carere non patereris, meq; simul ad fructuosissimum opus adhortarentur, sed illud dolendũ esse adiiciebant, quod cæteris fere alexandri enarrationibus amis sis, ne hanc quidem primæ philosophiæ totam retinceremus. In hanc senten tiam ex academia bononiensi amicorum litteras accepi, in hanc ex gymna sio patauino. Hoc mihi romæ doctissimus quisq; asseuerauit. Quorum

consensu q̃q̃ erat difficile non permoueri, profiteor tamen nunq̃ me sine ma⁊
gna cunctatione fidem adhibuisse. Propterea quod omnes sine auctore lo⁊
quebantur, & meminerã multos hac memoria repente aristarchos extitisse,
qui re⁊ nouã⁊ cupidi facilius de totis philosopho⁊ libris vix dum altera
pagina perlecta, q̃ vetus ille de singulis homeri versiculis iudicarent. Quo⁊
temeritas abignaro vulgo mirum est, q̃ facile excepta probet, eruditis non
ante reiicitur, q̃ grauibus argumentis conuincatur. Quæ res cum huiusmo⁊
di mihi esse videretur, vt nisi posterioribus libris, de quibus quæritur perle⁊
ctis diiudicari non posset, ne mihi quidem ante qd sentirem testandum esse
constitui, q̃ totum opus accuratissime considerassem. Quam prouinciã cũ
diligenter obierim, operæpreciũ me facturũ spero, si tibi hoc in loco, & in te
cunctis philosophiæ studiosis, sententiam meam, ei quæ tam multum inua
luerat penitus diuersa⁊ causis strictim subiectis exposuero. Mihi enim quoq⁊
versus spectanti, cum quattuor omnino rationes occurrant, quibus auctor
cuiusq⁊ operis de philophia scripti diiudicari posse videatur, inscriptionũ
antiquitas, dicendi character, opionum constantia, ratioq⁊ testimoniorum,
tam sine controuersia his omnibus alexandro aphrodisico opus adiudicari
exploratum est, vt non satis mirari queam illius quisqs fuit, temeritatem, seu
leuitas potius est appellanda, qui tam fatuum cõmentum, tam impuden⁊
ter sustinuerit euulgare. Quãq̃. n. de co⁊ exemplariũ, quæ nunq̃ viderim in⁊
scriptionibus opinari magis ualeã, q̃ p certo quidpiã asseuerare, illud tamẽ
testari possum, quattuor antiquissima exemplaria, quo⁊ fidem sum in con
uersione secutus, alexandri nomine sine vlla distinctione inscripta esse atq⁊
notata. prorsus vt nusq̃ ne suspitio quidem appareat diuersorũ enarrato⁊.
Qui si duo complures ue fuissent, nihil video, cur non suũ quisq⁊ nomẽ ad⁊
scripsisset, aut hoc a librariis magis in his cõmentariis fuisset ptermissum,
q̃ in moralium nicomachio⁊ enarratione. Cuius cũ plurima pars euulgati
sit, ea tñ quæ aspasii est, & michaelis ephesii, sui quæq⁊ auctoris titulo nota⁊
ta legitur atq⁊ distincta. Nã dicendi character, seu mauis latino vocabulo
dictionẽ nuncupari, tã est in vtraq⁊ parte similis, vt (qd̃ aiunt) lac nõ sit la⁊
cti similius. De cõstantia vero opinionũ quid dicã? Cum non solũ, quæ in
hoc opere ab ipso disputantur, vtrobiq⁊ sint cõsentientissima, sed etiã quæ⁊
dam alexandri dogmata, quæ ab auerroi/cæteriscq⁊ peripateticis celebrant,
& in aliis ipsius operibus apparent, in his potissimũ libris, de quibus quæri
tur habeantur. Venio ad testimonio⁊ rationẽ, qua maxime inscriptio sup⁊
posititia conuinci atq⁊ refelli poterat, siquis forte alexandro posterior, aut
ipse alexander, quod in primis oportebat citatus reperiretur. Constat enim
post alexandrum, qui Antonino & Seuero principibus floruit, neminem
aristotelis aliquod de philosophia scriptum enarrasse, cui non sit in ore fre⁊
quens nomen alexandri, dum eius testimonio sententias suas cõfirmat, aut
gloriam inde petit, quod ipse quidq̃ excogitauerit, qd̃ ne ab alexandro qui⁊
dem tã oculato philosopho satis fuerit perspectum. Nã michael ephesius,
Io. philoponus Symplicius, Amonius quid loquũtur aliud, nisi alexandrũ?
Et profecto si vsq̃ alias, in hoc maxime opere alexandri opinio erat vel in
testimonium uocanda, vel nisi probaretur refellenda, vt pote in quo summa
prope dixerim disciplinæ peripateticæ versetur. Quare cum in opere toto
nusq̃ omnino mẽtio fiat opinionis alexandri, putare id a quoq̃ ex alexãdro
posterioribus elucubratum fuisse, hominũ est græco⁊ enarrationes prorsus
ignorantium. Fieri enim nõ posse, vt ad quempiam q alexandrum ætate p⁊
cesserit referatur, ne dubitari quidem põt. Cum ipse in libro sexto de alexan
dro aphrodisieo philosopho. i. de se ipso mẽtionem faciat quod mihi opi⁊
nari sępe in mentem venit, caput fuisse atq⁊ fontem vnde totus error ema⁊
nauit. Sic. n. puto greculum quẽpiam leuiculum, dũ hoc opus fortasse men
tis & doctrinarum expers describeret, animaduertisse cum sępe alias in hac
parte de qua dubitatur, alexandri nomen vsurpari, tunc in sexto libro men
tionem fieri alexandri aphrodisiei philosophi, & verbo⁊ mente non perspe
cta, quod reliquũ est operis alexãdro eo argumento abiudicasse, ac cæteris
pro comperto enunciasse, quo alexandri esse nemini, qui modo sese ostendẽ
ti veritati non pertinaciter repugnet, consideratis atq⁊ intellectis verbis nõ
debeat in primis esse psuasum. Atq⁊ equidẽ reor alexandrũ velut pręsagien
te animo, dum vereretur ne qua ratione auctor eius operis, in quo sibi for⁊
tasse maxime placuit ignoraretur, ex industria nomen suũ tam sæpe in eo
exẽplis vsurpasse. Sic. n. sese res habet, consueuere peripatetici cum est aliqs
nodus paulo obscurior explicandus, noti cuiusp̃iam philosophi nomen in
exemplum assumere, cum de singulis fortasse, aut singulorum partibus agi
tur. Pleriq⁊ igitur vt Socrates inquiunt exẽpli gratia vel Plato, aut socratis
materia forma ue ac itẽ platonis. Vt autem hæc cæteris sunt, familiaria in
exemplis vocabula, sic alexandro, ego & alexander. Itaq⁊ persępe dicit for
ma mea, materia mea, & his similia sæpe quasi verba sua ipse exponens
materia inquit alexandri, & forma alexandri. s. vt se ipsum alexandrum esse
testetur. Et ne cui forte quisnam hic esset alexander, dubium esse posset, ad⁊
iecit libro sexto albus, gracilis, philosophus, aphrodisieus. Et protinus ad
me meumq⁊ reuertitur. Adde quod cum aristotelis enarratorum nullius to
to in opere prætereq̃ aspasii & sosiginis qui fuit pręceptor alexandri mẽtio
facta reperiatur, aspasium memorat in vtrisq⁊ libris, Sosigenẽ in posteriori
bus modo citat nominatim, tum appellans suum præceptorẽ. Quod siqs

vrgeat pertinacius negans(vt video quoſdã obmurmurare)ſibi poſterioris partis enarrationem plane nonnullis in locis ſatisfacere,quęram ab eo, quiſnam homo ipſi in cunctis ſatisfaciat? & cum nullum (vt certũ habeo) reſponderit,petam ab eodem,ne vim diuinam poſcat in humana imbecillitate,& boni cõſulat,ſi Alexãder,vt in aliis,ſic hoc in loco omnes & græcos & latinos enarratores longe ſuperauit. His argumentis tam aperte illorum error detegitur,vt nemini non ſit futurus illuſtris, niſi ſi cui et meridie ſol lucere non videatur. Vt ſciant omnes, quantũ tibi ætas noſtra hoc quoq; nomine debeat, quod tales tantoſq; auctores velut capite diminutos in libertatem aſſerendos,ac variis tenebris depreſſos in lucem,nec eam,vt ſpero, malignam,cures reuocandos. Vale.

SEXTVS.

Enarratio Alexandri aphr. in lib. quintum primæ philoſophiæ qui latinis eſt ſextus, Interprete Io. Geneſio.

EOrum quæ ſunt principia hac in facultate,cauſæue quæruntur, atq; vt patet ea ſane ratione quã entia ſunt. Eſt enim quippiam ſanitatis bonęq; valitudinis cauſa,& mathematicoꝝ ſunt itidem principia,& elemẽta,& cauſæ. Atq; omnino ſcientia omnis intellectiua,aut aliquo modo particeps intellectus circa principia,cauſaſue,aut exactiores,aut ſimpliciores verſatur,verum hę oẽs vnũ quid genuſq; quippiam exceptum ſumentes, de hoc ſane, ſed non de ente ſimpliciter, neq; vt eſt ens cõſiderationes ſuas efficiunt,neq; vllam de ipſo quid eſt rõnem omnino faciunt,ſed ex hoc partim dilucido per ſenſum facto,partim vt ſuppoſitione ſumpto,ea deinceps hoc pacto quæ p ſe competunt ei generi circa quod ipſæ verſantur,aut exactius,aut mollius ſane demonſtrãt. Idcirco patet tali ex inductione ſubſtãtiæ atq; ipſius quid eſt demonſtrationem non eſſe,ſed quendã declarationis alium eſſe modum. Simili modo neq; ſi ſit, an non ſit genus id,circa quod verſantur,dicere quicq; videntur,propterea quod eiuſdem eſt mentis quid eſt,& ſi eſt quippiã declarare.

Enar.i. PRimam philoſophiam ens in eo quod ens eſt conſiderare,multis in locis oſtendit Ariſtoteles. Cæteræ nanq; diſciplinæ ens inter ſe partitæ ſunt, & in ſua quæq; parte verſatur. Non eius naturam inquirens, nec ipſam tanq; ens contemplans, ſed eius accidentia rimando. Aſtronomia enim non differit de ſtellarum natura, ſed ipſarum motus progreſſusq; ac regreſſus contemplatur. Hęc igitur ſępe teſtatus, ſubobſcure hoc in libro, apertius in conſequente, illuſtrius etiam num in poſterioribus ipſam in entis qua ens eſt cognitione verſari docet ac de cuiuſq; definitione differere, & quo modo quodq; definiendum ſit aperire ſiue intelligibile ſit, ſiquid ue aliud, eandemq; quorum habeantur definitiones,& quorũ ſecus explicare. Quę ſi huiuſmodi eſt,nimirum in entis qua ens contemplatione verſatur. Cæterum ſit ne qualem eſſe dicimus, necne, in conſequentibus libris planum fiet. Iam ad dictorum enarrationem accedamus. (Eorum quæ ſunt principia hic in facultate cauſæ ue quæruntur.) Admonet nos, id quod ſępe dictum eſt, cauſas et principia entium hac inquiri doctrina. Entium videlicet in eo q entia ſunt cauſas inueſtigat phia prima. Principium autẽ latius patere,q̃ cauſam/& cur, & quomodo ſit vniuerſalius,multis eſt in locis declaratum. Cauſas vero entiũ,qua ſunt entia,a propoſita doctrina conquiri/ex eo docet,quod hoc a nulla cęterarum diſciplinarum præſtatur,ſed ab omnibus ad primam philoſophiam defertur. Id munus ab ipſa velut a principe ac ſcientiarũ regina poſtulantibus(Eſt enim inquit quidpiam ſanitatis bonæq; habitudinis cauſa) ſanitatis exempli cauſa purgatio,ac venæ inſciſio, rectę habitudinis forſitan exercitatio. Sunt etiam mathematicis ſua principia propriaq; elemẽta. Ad ſummã omnis doctrina tum intellectualis.tum actiua,hanc enim ſignificat cum ait(Particeps intellectus)neq; enim agenda citra intellectum geruntur,in cauſis, prin-

cipiisq; considerandis versantur vel exactioribus vel simplicioribus. Principia .n. geometriæ astronomiæ principiis exactiora sunt. Quanq; huius subiectum geometriæ materię longe præferatur. Vt dictum est a nobis in libro de anima. Principia igitur geometriæ exquisitiora exactioraq; sunt, propterea q ipsius demonstrationes minime refelli queunt. Sed cum omnes, vt modo dicebam, in principiis causisq; versentur, hæ tamē singulæ de certo ente, non de ente, qua ens edisserunt. Sed partem quandam entis, & genus quoddam subiectum circunscribentes, ac velut decidentes in causis illius inuestigandis sunt occupatæ. Nec entis simpliciter causas, aut ens in eo quod ens considerant. Neq; de qd est & substantia quidq; edisserunt (Sed ex hoc inquit partim dilucido per sensum facto) vt medicina causas elementaq; compositorq; per sensum inuestigat. Horum enim dissolutionem in quattuor simplicia corpora abeuntem conspicata, ex ipsis ea consistere deprehendit. Eadem ignem calentem & siccum esse, aquam frigentem & humidam sensu explorat, planumq; facit, non ratione, quoniam physici est, aut physico superioris munus, ignem calidum & siccum esse, terram siccam & frigidam, aerē calentem & humidum ratione ac demonstratione planum facere. Medicina igitur cum hæc sensuum, vt diximus testimonio habet explorata, de iis, quæ sibi subiecta sunt conficit demonstrationes. Arithmetica vero neq; sensus argumento, neq; ratione quid sit vnitas ostendit, sed vnitatem substantiam esse situ vacantem ponit. Vt geometria signum esse substantiam positionem habens, vel cuius nulla pars est. Et illud quę sunt eidem paria, ea inter se quoq; paria sunt. Et per hæc demonstrant, quæ generi, ac subiecto, in quo versantur, per se accidunt .i. Arithmetica numerorum, in quibus versatur affectiones per se suppetētes, geometria magnitudinum. Ac eodem modo medicina, quæ ad ipsam priuatim pertinent rimatur. Per hæc igitur sua quæq; demōstrat, coactius, aut mollius. Nam cuius principia exactiora sunt, eius demonstrationes, maiore necessitate concludunt, vt geometriæ. Cuius vero minus exactę vt astronomiæ ac medicinæ, eius demonstrationes magis sunt remissæ mollioresq;. Cum igitē ad hunc modum suorum quæq; principiorum quid est, ac substantiam & definitionē expoſuit, de subiecto sibi genere disputat. Sed fides a sensu & inductione facta, non est demonstratio. vt in libro de demonstratione ostensum est. Cum liceat inductioni cuiq; occurrere, nec eam permittere vniuersale concludere, vt intelligatur, ex inductione huiusmodi minime substantiæ, & quid est, ac definitionis demonstrationē constare. Sed est alius modus, quem proximo in libro declarabit. Neq; vero solum ignis definitionem medicina, vt in eodem exemplo persistamus, non demonstrat, sed ne homo qdē in quo versatur, sit, necne considerat, & merito. Nam cum hominem esse nequeat aliter demonstrari, q̄ si demonstretur ipsum esse animal pedestre bipes, hoc autem fieri nequeat, cum definitionis non sit demonstratio, sed per demonstrationem declaretur, vt ipse ipsis verbis in secundo posteriorum testatus est, haud dubie hominem esse demōstrari nequit. Sed quoniam, vt explicatum est supra ad eandem doctrinam pertinet, quid est planum facere, ad quam si est, non pertinet autem ad ipsam medicinam quid est homo demonstrare, ergo ne ostendere quidem an sit. Post demonstrationem autē si est, necesse est demonstrare quid est, nec fieri posse vt quisq; si est demonstret, vt idē quid est non ostendat, ne dubitari quidem debet. Si enim iussi ab aliquo hominem esse demonstrare, ab eo quæsierimus, num si planum fiat animal esse, concedes esse hominem? haud dubie negabit, cum ei sit in promptu dicere, equum itidem esse animal, ac proinde si demonstretur animal esse, non protinus hominem esse demonstrari. Idem rogatus a nobis, si vero ostendatur esse animal pedestre bipes, daturus ne sit, hominem esse, annuet profecto atq; consentiet. Quod si ita est, recte dicebatur,

qui hominem esse demonstrare debet, huic consentaneum esse, quid est, ac definitionem eius demostrare.

Cum autem & naturalis scientia circa genus quippiam eius quod est versetur. Circa namq; substantiam versari talem videtur, in qua principium ipsum motionis inest, atq; quietis, patet neq; actiuam, neq; effectricem ipsam scientiam esse, nam efficiendarum quidem rerum principium, siue sit mens, siue ars, siue potentia quædam in ipso est vt patet efficiente. Agendarum autem rerum in ipso agente ipsa inquam electio. Res enim est eadem quæ sub actionem electionemq; cadit. Quare si mens omnis, aut actiua est, aut effectiua, aut contemplatiua, naturalis profecto facultas contemplatiua quædam scientia est, sed circa ens tale contemplatiua, quod motu cieri potest, & circa substantiam eam plerūq; quæ ad rationem accommodatur inseparabilem solum.

ii. (Cum autem & naturalis scientia circa genus quodpiam eius quod est versetur) propositum est Aristoteli naturalem doctrinam contemplatricem esse, non actiuam ostendere, & in eo ente, quod in se motus & quietis principium habeat. Hoc est in corpore naturali versari, quanquam si naturale corpus id esse intelligitur, quod in se motionis atq; quietis principium habet, omne autem circunlatum cœlesteq; corpus licet principium suæ motionis habeat, caret tamen quietis principio, nimirum cœleste corpus non est naturale. An cœlum quoq; principium habet quiescendi? Nam circa idem conuerti, neq; locum mutare id ipsum quiescere est. Itaq; immobiliter mouetur, & cum mirabiliter moueatur quiescit. Porro physicam contemplatricem esse necessarium fuit demonstrare, ex hoc enim ostendit, tum materiam ab ipsa, tum vel magis formam considerari. Est autem cuiusq; rei forma, quiditas ipsius. Qd si magis quiditatem cuiusq; considerat, danda opera est, ne quiditas quid sit ignoretur. Quod est propositum inquirere, sed & ipsa quiditatis inquisitio necessaria esse ostenditur. Nam cum hæc doctrina ens in eo quod ens consideret, principiaq; eius inuestiget, cognoscere autem ens qua est ens hoc sit, quod posse cuiusq; rei quiditatem seu definitionem explicare, satis aperitur huiusmodi inquisitionem esse necessariam. Porro physicam contemplatricem doctrinam esse in hunc maxime modum argumētatur. Physica est doctrina. Omnis doctrina est contemplatrix, vel actiua siue effectiua, non est autem physica actiua neq; effectiua, est igitur contemplatrix. Nam quod physica sit scientia, omnisq; scientia sit contemplatiua, actiua vel effectiua, adeo in confesso est, vt ne probationem quidem eius adhibendam curauerit. Assumptionem autem illam, non esse physicam neq; actiuam neq; effectricem ad hunc modum ostendit. Sed illud est intelligendum artes hoc in loco scientias communiore vocabulo nuncupare. Sic igitur assumptionem demonstrat. Agendarum efficiendarumq; rerum principia & causæ motionis & quietis non sunt in ipsis, naturalium autem principia causæq; motionis atq; quietis in ipsis habentur, naturalia igitur non sunt neq; agenda, neq; efficienda. Ac proinde scientia, quæ in naturalibus versatur non est actiua neq; effectiua. Ac conclusio quidem rationis huiusmodi est. Ipse vero cum dixisset, (Nam efficientium quidem principium est in efficiente) adiecit (siue mens siue ars, siue potentia) propterea quod quæ vel mente vel arte

vel potentia efficiunt hæc facultate quæ a mente & arte proficiſcatur officio ſuo fun-
guntur. Sed fortaſſe illud. (Nam efficientiũ) nõ eſt actiue accipiendum, ut de cauſis in-
telligatur, ſed paſſiue, vt efficientium ꝓ efficiendoꝝ ſcriptum ſit. Immo vero ſic ab ipſo
initio relictum fuiſſe adducor, eo qđ adiungit (Agendoꝝ vero in agente ipſa inquam
electio) qui locus ſi ad hunc modũ legatur, nõ erit ſenſus dubitabilis. Nec opus erit il-
lud (in ipſo efficiẽte) pro in ipſis accipere. Siquidq̃ ergo mihi diuinanti credit, dictio in
hunc modum corrigetur (Nã efficiendaꝝ quidẽ rerũ principium ſiue ſit mens, ſiue ars,
ſiue potentia quædã, in ipſo eſt efficiente) non in rebus efficiendis ac perinde agendaꝝ
principium. i. electio non eſt in re agenda, ſed in agente. Si. n. idem eſt agendum qđ eli
gendum, nec eſt electio in eligendo, haud dubie ne in agendo quidem fuerit. Eſt autẽ
effectiua ſcientia, vt in moralibus nicomachiis latius explicat, ea cuius opus poſt actio
nem manet. Vt ars ædificandi. Nam poſt ædificationem opus eius hoc eſt domus per-
ſiſtit. Actiua vero vt ars ſaltandi. Si quidem poſt ſaltationem nihil ſupereſt. Cum igi
tur phyſicam contemplatricẽ eſſe docuiſſet, concludens adiecit. Quare ſi mens omnis
aut actiua eſt, aut effectiua, aut contemplatiua, phyſica ſi neq; actiua eſt neq; effectiua,
hoc enim eſt ſubaudiendũ, erit ꝓfecto cõtemplatrix. Contẽplatrix aũt corporis natura-
lis. Hoc eſt. n. qđ ait (Sed circa ens tale contẽplatiua, quod motu cieri põt) Sed qm̃ vt in
naturali doctrina dictum eſt, cum materia ſubſtantia eſt, tum multo magis forma cũ di
xiſſet (Sed circa ens tale contẽplatiua qđ motu cieri põt) Suggeſſit illud (Et circa ſubſtã
tiam eam plerunq;, quæ ad rationem accõmodatur.) quaſi diceret, Naturalis diſciplina
verſat illa quidem in ſubſtantiæ materialis cognitione, ſed parum. Magna vero ex
parte in conſideratione eius ſubſtantiæ, quæ per rationem atq; formam accipitur. Qđ
vero poſt verba illa (Et circa ſubſtantiam eam plerunq; quæ ad rationem accommo-
datur) adiicit (& non ſeparabilem tantum) ſignificare videtur naturalem doctrinam
formam conſiderare, non ſeparabilem tantum, ſed etiam inſeparabilem. Sed non ẽ
hoc quod ait, differere videlicet & de ſeparabili & de inſeparabili, ſed (non ſeparabi-
lem ſolum) dixit pro inſeparabilem ſolum. i. ſubſtantiam ſolum inſeparabilem, & nõ
valentem a materia ſeiungi. His dictis infert.

Non lateat autem oportet quomodo quiditas atq; ratio ſeſe habet in
naturalibus rebus, nam abſq; hoc talium rerum quærere rationem perin-
de eſt, atq; ſi nihil prorſus agatur. Diffiniendarum enim rerum, & qua-
rum ipſum quid eſt aſſignamus, aliæ vti ſimum, aliæ vti concauum eſſe
videntur. Hæc autem differunt, propterea q; ſimum ſiquidem cum ma-
teria eſt comprehenſum, eſt enim ſimum concauus naſus, at concauitas
ſine ſenſibili materia eſt. Quod ſi naturales res omnes perinde atq; ſimũ
dicuntur, vt naſus, oculus, facies, os, caro, omnino animal, folium, ra-
dix, cortex, omnino planta, nullius enim ipſorum ratio motionis eſt ex-
pers, ſed materiã ſemper habet, patet, quoniam pacto naturalibus in re-
bus ipſum quid eſt quærere diffinireq; oportet, & quamobrem ad na-
turalem philoſophum pertinet de aliqua anima contemplari, quæ non
ſine materia eſt.

(Nõ lateat ãt oportet, qũo quiditas atq; rõ ſeſe habet). i. ītelligere oportet, qũo definitio

iiii.

atq; ratio ſit in naturalibus inquirenda. Vtrum re quapiam naturali definienda mate-
riam quoq; definito ſubiectam in definitione cõplecti oporteat, necne? Si enim in qui-
ditatem ac definitionem inquirentes, num cũ materia, an abſq; ipſa definiẽdum ſit igno-
remus, fruſtra operam ſuſceperimus. Ergo vbi dixit (abſq; hoc talium rerũ quærere ra-
tionem perinde eſt, atq; ſi nihil prorſus agatur) per partitionẽ oſtendit, neceſſarium eſſe
rem quãpiam naturalem definienti materiã quoq; in definitione comprehendere. Et ſic
ri nõ poſſe vt abſq; ipſa rei naturalis definitio cõſtet. Quę omnia huc cõparãtur, eoq;
pertinent, vt ex his appareat non poſſe formã naturalem ipſam per ſe abſq; materia cõ-
ſiſtere, vt idearũ auctoribus placebat. Efficit autem partitionẽ cum ait. (Definiendarũ
n. rerũ & quarũ ipſum quid eſt aſſignamus) i. quæ definientur, & quarũ quid eſt inqui-
ritur (aliæ vti ſimum) Nam vt ſimũ definiri non põt, quin naſus velut ei ſubiecta ma-
teria ſumatur, ſic naturales formæ abſq; materia definiri nequeunt. Quo in loco mate-
riam appellat, vt in proximo libro declarabit, genus & diſcrimina differentiã vltimam
antecedentia, ſed hoc quale ſit explicabimus ſuo loco. Partim igit̃ ſunt vt ſimũ (aliæ vti
concauum) Nã inter ſimũ & cauum hoc intereſt, qđ ſimi determinatum certumq; ſub-
iectum eſt naſus qm̃ ſine naſo nõ cõſtat ſimum. Siquidẽ q ſimum dicit, is naſum cauũ
dicit, cum interim cauitas ſubiectum certum nullũ habeat. Quippe q̃ in materia ſenſibi
li naturali ſit, & abſq; materia ſenſibili. q. n. in materia ſenſibili habeat certum eſt. Nam
& terra caua eſt & ferrum cauum, & lignum pinde & pleraq; alia caua eſſe cõſtat. Cęte-
rum in nõ ſenſibili quoq; ineſt, poſſumus. n. cauũ quidq̃ ſiue cauitatẽ intelligere, q̃ neq;
in ferro ſit, nec in ligno, neq; in aliquo alio enti ſenſibili. At ſimitas, vt modo dixi, abſq;
ſubiecto intelligi nequit. Sed poſtq̃ dixit (aliæ vti ſimũ, aliæ vti concauum eſſe videnẽ)
illud ſuggerit (qđ ſi naturales res oẽs pinde atq; ſimũ dicunẽ) i. ſi quẽadmodum ſimum
ita hę abſq; ſubiecto & materia intelligi nequeunt. Hoc eſt. n. qđ ait (Nullius. n. ipſoꝝ
rõ motionis eſt expers) motũ appellans materiã, haud dubie inquit in rebus naturalib⁹
qđ eſt, atq; definitio cũ materia eſt ſueſtigãda, quæ materia vſq; adeo phyſico ad definiẽ
dum accõmodat̃, vt is animãs ẽt rõnis expertes cõſideret definiatq;. Propterea quod hæ
abſq; materia nõ cõſtent, neq; a ſuo ſubiecto ſeiũgi valeãt. Qui ſi rõnis quoq; cõpotes
animas cõſideret, in libro de anima cã eſt a nobis explicata. Præfatus igitur illud (qđ ſi
naturales res oẽs perinde atq; ſimum dicunẽ) quæ ſint res naturales, q̃ vt ſimum dicãtur
aperte cõmemorat dicens (et naſus oculus) & cætera.

Naturalẽ igr̃ facultatẽ cõtẽplatricẽ eſſe, ex hiſce q̃ dicimus innoteſcit, at ip
ſam mathematicã cõtẽplatiuã ſcientiã eẽ cõſtat, ſed ſi eſt ímobiliũ ſeparabi-
liũ ue, nũc obſcurũ eſſe vr̃, tñ eſſe aliqua mathematica, q̃ quidem vt mobilia
atq; vt ſeparabilia cõtẽplat̃ ſciẽtia mathematica patet. Qđ ſi quippiã ſit in
rõne rerũ immobile ſempiternũ ac ſeparabile, patet ad cõtẽplatricem qdem
ſcientiã illius cognitionẽ ſpectare, nõ tñ ad naturalẽ, quippe cũ naturalis fa
cultas circa mobilia q̃dã verſet̃, neq; ad mathematicã, ſed ad aliã his vtriſq;
priorẽ. Naturalis. n. circa inſeparabilia qdem, ſed non immobilia verſatur.
Mathematicę vero nõ vllę circa ímobilia qdẽ, at nõ fortaſſe ſeparabilia, ſed
vt í materia ſunt verſant̃. At prima circa ſepabilia ac ímobilia ſane verſat̃.

iiii. (Naturalem igitur facultatem cõtemplatricem eſſe ex hoc innoteſcit. At ipſam mathe-
maticam conteplatiuam ſcientiã eſſe conſtat) poſtq̃ phyſicã ab actiua & effectiua ſcien-
tia ſeiunxit, cũ ipſam contemplatiuã eſſe doceret, nunc eandẽ a doctrina mathematica
diſcernit, in hunc maxime modũ argumentando. Mathematica q̃ intellectualis eſt de

īmotis ac ſeparabilibus differit,phyſica aũt,q̃ & ipſa eſt intellectualis , neq; de īmobilibus differit neq; ſeparabilibus, phyſica igitur nõ eſt mathematica. Ac ſyllogiſmus quidem hmõi eſt.Propoſitionum vero q̃ ait,phyſica nõ differit de immobilibus, neq; ſeparabilibus,ſed de mobilibus,& iis quæ ſecerni nequeunt,multis in locis eſt ab ipſo probata.Illam vero/mathematica de immobilibus diſputat & ſeparabilibus,nõ demõſtrat. Sed id quale ſit in libris conſequentibus edocebit. Illud tñ ait. (Sed ſi eſt immobilium ſeparabiliũq; nunc obſcurum eſſe videtur)quaſi dicat. Nos quidem mathematicam diſciplinam in rebus immobilibus ſeparabilibuſq; verſari hoc in loco ſumimus,ſed vtrũ vere in his verſetur ,nõ ſatis liquet.Eſſe tñ inquit quędam,ne dicamus omnia mathemata,quæ mathematica diſciplina in eo quod immobilia ſeparabiliaq; ſunt cõtẽplãtur,certum eſt.Ad hunc igitur modum phyſica a cæteris doctrinis ſeducta,primã philoſophiã a phyſica & mathematica diſtinguit dicens.(Quod ſi quidpiã ſit in rõne reꝝ ſempiternum immobile ac ſeparabile,patet ad cõtemplatricem quidẽ ſcientiam illius cognitionem ſpectare .Nõ tñ ad naturalem neq; ad mathematicam) quo in loco non dixit aliquid ſempiternum eſſe,atq; immobile/ſed(ſi eſt)propterea q̃ hoc non dum eſt demonſtratum.Si ergo inquid aliquid eſt ſempiternum & immobile,huius cõſideratio non pertinet neq; ad phyſicam,neq; ad mathematicã.Ad phyſicam non pertinet,quia non conuenit conſiderantem mobilia & inſeparabilia immota & ſeparata contemplari. Non itẽ ad mathematicam.Q̃m licet hæc de immobilibus differat , non tñ de ſeparabilibus ,vt ipſe docebit.Sed quæ in ſubiecto ſunt atq; materia.Dixit autem (Ex mathematicis nõnullæ)propter perſpectiuam,muſicam & aſtronomiam.Perſpectiuus enim non diſputat de lineis ſeparabilibus,ſed quæ in materia inſunt.Quæ ratio eadem eſt in muſico,et ſimilibus.Porro verbum(fortaſſe)adiectum idcirco eſt , quia nondum in vniuerſum, nullum mathematicum ſeparatum & per ſe eſſe demonſtrauit.

Oẽs autẽ cauſas ſempiternas eſſe neceſſe eſt,maxime aũt iſtas,ſunt.n.cauſę diuinorum hiſce quę ſunt manifeſta . Quapropter philoſophiæ tres erunt contemplatrices. Mathematica,naturalis, theologia.Non eſt enim obſcurum,ſi vſpiam ipſum diuinum eſt in tali eſſe natura, atq; prętabiliſſimam facultatem maximeq; honorabilem circa id quod eſt præſtabiliſſimum maximeq; honorabile genus verſari oportet . Contemplatrices igitur ſcientiæ cæteris facultatibus ſunt expetibiliores,vt patet,hæc autem expetibilior cõtemplatricibus eſt . Dubitauerit autem quiſpiam vtrum vniuerſalis ſit ipſa prima philoſophia,an circa genus quippiam vnamq; naturam verſetur. Neq; enim in ipſis mathematicis ſcientiis idem eſt modus , ſed geometria quidem atq; aſtrologia circa naturam quandam verſantur ,illa vero eſt vniuerſalis omnium ſane communis. Si igitur nulla ſit alia ſubſtantia præter eas quæ natura conſtant , naturalis ſane facultas prima ſcientiarum erit. Sin vero ſubſtantia ſit in ratione rerum,quædam immobilis hæc erit profecto prior,philoſophiaq; prima & vniuerſalis hoc pacto . Quia eſt prima, atq; de eo quod eſt vt ens eſt,& quid nam ſit,& ea quæ ipſi cõpetunt vt ens eſt,& ad hanc profecto ſcientiam pertinet contemplari.

(Oẽs aũt cauſas ſempiternas eſſe neceſſe eſt,maxĩe aũt iſtas) ꝓfatus ſiquid ſempiternũ ſit,ac immobile & ſeparatũ,huius cognitionem ad cõtemplatricẽ doctrinam pertinere, vi.

quod qualecunq; ſit/omnino cauſa erit cæterorum omnium,illud ſuggerit,neceſſe eſſe, vt omnis cauſa,& principium ſit ſempitẽrnum. Nã ſi cauſa oĩs generetur, profecto ex alio generabitur,idq; in infinitum progredietur(Maxime autem inquit iſtas). i .maxime aũt has ſeparatas,& immotas cauſas ſempiternas eſſe neceſſe eſt.Cur vero hæ ſempiternæ ſint rationẽ ſubiicit dicens(Sunt enim hæ cauſæ diuinoꝝ hiſce, q̃ ſunt manifeſta),quod ſubobſcure ob ſermonis breuitatẽ dictum eſt.Senſus ãt,niſi fallor,eſt hmõi. Q̃m hæc immota & ſeparata cauſæ ſunt diuinoꝝ.i.ſphærarum diuinorumq; corpoꝝ, quæ quidem ſphęræ hiſce quæ ſunt manifeſta .i.mortalibus rebus cauſæ ſunt vt oriantur & occidant.Siquidem hoꝝ ortus & interitus opera ſunt cœleſtium motuũ.Quod ſi circum latum corpus ſempiternum eſt,vt in quęſtione de cœlo demonſtratur, nimirũ cauſa corporis circũlati multo etiam magis erit ſempiterna.Aut certe cum dicit (Sunt n.hæ cauſæ diuinorum hiſce,quæ ſunt manifeſta (hæ cauſæ),p hæc cauſa dictum eſt, quaſi dicat,cum ſint in ſenſibilibus diuina,omne.ſ.corpus circũlatuꝫ cauſa prima,cauſa fuerit hoꝝ ſenſibilium ac diuinorum.vt ſit ſenſus.Quanq̃ prima & immota cauſa vtrũ quorũdam intelligibilium diuinorumq; cauſa ſit ,non ſatis exploratum habeamus, ſenſibilium tñ ac diuinorum circunlatorũq; corpoꝝ cauſam eſſe conſtat.Cæterum in quibuſdam exemplaribus ita ſcriptum eſt.(Et hæc ſunt cauſæ ſenſibilium manifeſtis)quæ ſciptura ſi recte habeat ſenſus erit.Hæc immota & ſeparata cauſæ ſunt manifeſtis ſenſibilium.i.cauſis quę cauſæ ſenſu percipiuntur.Materia enim & forma cauſæ ſunt ; non tamen ſenſu manifeſtæ. Corpora vero circunlata . Ortus & interitus eſſe cauſas ſenſuũ patet argumento.Sol enim dum ad aquilonem accedit generationis eſt cauſa,cum ad auſtrum ſe ſe refert interitus.Si ergo entia tripartito diuiduntur, & partim inſeparabilia ſunt,& mouẽtur,quædã inſeparabilia & immota,alia ſeparata,& prorſus immota, dubium eſſe non debet,quin doctrinę quoq; tres numero habeantur.Phyſica quę in iis verſetur,quæ inſeparabilia ſunt,& mouentur,Mathematica quæ ea tractet,quæ inſeparabilia ſunt & immota . Theologia quæ ſeparata & immobilia conſideret. (Non eſt.n. inquit obſcurum ſi vſpiam ipſum diuinum eſt,in tali eſſe natura). i .patet enim diuinũ ſeparabilis eſſe ac immotæ naturæ. Quod ſi diuinum eſt,vt certe eſt,omnium præſtantiſſimum,nimirum & theologia pari ratione quæ cunctis cæteris diſciplinis præferẽ, in gñe diuino verſabitur.Nobiliſſima.ſ.doctrina in genere nobiliſſimo. Vt enim contemplatrices actiuis efficientibuſq; ꝓferuntur,ſic theologia contemplatricibus phyſicę, & mathematicæ. Porro quia ſcientiaꝫ hanc eſſe nobiliſſimã docuit, idcirco illud adiungit. (Dubitauerit .n. quiſpiam vtrũ vniuerſalis ſit ipſa prima philoſohia)prorſus vt omnes cõplectatur,eiq; cæteræ vt particulares vniuerſalibus ſubiiciantur,an non ? Sed quẽadmodum medicina, vel aſtronomia,& doctrinæ cæteræ in vna entis parte verſantur,& vnam quãdam naturam velut ex vniuerſitate abſciſſam contẽplãtur ,ſic item theologia partem quãpiam entis conſiderat?Quoniam vt in diſciplinis mathematicis notatur,geometria.n.diſputat de magnitudinibus,aſtronomia de ſtellis , & alia de alio,mathematica vero ſimpl'r oĩm eſt cõis,ſic quid obſtat,quominus phyſica aliquã entis partẽ cõſideret ,aliã mathemntica,theologia vero oĩm cõis habeatur? Ad hunc igitur modũ propoſita quęſtione reſpondet aitq;(Si igitur nulla ſit alia ſubſtantia ꝓter eas,quæ natura cõſtant).i.ſi ergo non eſt aliqua ſubſtantia præter naturales & ſenſibiles(naturalis ſane facultas prima ſcientiarum erit) & vniuerſalis . Sin autem alia quæpiam eſt ſubſtantia immobilis & ſeparata , hæc prior erit q̃ ſubſtantia naturalis , & ſcientia quæ in huius cognitiõe verſabitur philoſophia erit omniumq; prima,& vniuerſalis ad alias. non quod illas cõplectatur,ſed quia ipſis omnibus prior habetur.Et ad hanc entis in eo quod eſt ens cognitio pertinebit,& quæ ſit entis natura,& quæ enti qua ens eſt contin-

gant considerare. Quod si est ad alias vniuersalis, vniuersalia vero & nobiliora diffi-
milibus præferuntur. Hæc nimirū cæteris antefertur. Et cum interrogat, vtrum vniuer
salis sit prima philosophia, mea quidem sententia, non dicit vniuersalis pro eo quod ē
alias complectens, quemadmodum exponebamus, sed vniuersalem pro potiore &
nobiliore dixit. Quæ vt cum sequentibus cohæreant, ad hunc modum interrogare, ver
baq; accipere oportet. Vtrum prima philosophia vniuersalis sit, nobiliorq; ac cæteris
præstantior. Et hic sensus aptus est & conueniens responsioni illi (si igitur nulla sit alia
substantia præter eas quæ natura constant)

Verum enimuero cum id quod est quod simpliciter dicitur: multis dici so-
leat modis. Nam & id quod est per accidens, & id quod est verum ens dici-
tur: cui non ens opponitur vti falsum. Præterea prædicamenti figuræ, aliud
enim est quid: aliud quale: aliud quantum: aliud vbi: aliud quando: & siqd
est istiusmodi insuper præter hæc omnia id quod est potentia atq; actu: cū
igitur id quod est multis modis dicatur: primo de eo quod est per accidens
id dicamus oportet nullā contēplationem circa ipsum versari: cuius illud
indicium esse videtur. Nulli nanq; scientiæ prorsus est curæ, neq; actiuæ,
neq; effectrici, neq; contemplatrici de ipso quicq; considerare: neq; n. hicce q
domum extruit: ea quæ simul accidunt extruendæ domui conficit. Quippe
cum infinita sint. Quibusdam enim gratam: quibusdam molestā: quibusdā
vtilem eam nihil phibet esse: atq; omnino a rebus omnibus esse diuersam,
quoꝝ nullius est effectrix ædium extruendarum facultas: neq; geometriæ
professor ea quæ hoc pacto figuris accidunt: neq; si triangulus ligneus, &
triangulus duobus rectis angulos habens æquales, diuersi sint contēplatur:
atq; id ipsum recte fieri cū ratiōeq; videtur. Accidēs. n. ipsum quasi nomine
tantum est, iccirco plato aliqua ex parte non male id quod non est faculta-
ti sophistæ tribuit. Rationes enim sophistaꝝ circa accidens maxime oium
versari videtur: interrogant enim est ne idem, an non est idē musicum atq;
grāmaticum: & item coriscus musicus atq; coriscus. Percunctātur p̄terea,
si id omne factum est quod est quidem sed non perpetuo est, quare si musi-
cus grammaticus factus est: & grāmaticus musicus factus est: & alias affe-
runt istiusmodi ratiōes: id enim quod accidit ei sane quod haud est: propin
quum quippiam esse videtur. Patet insuper idip̄m & per tales etiam ratio-
nes: eoꝝ enim quæ alio modo sunt: generatio est atq; corruptio: at eorum q̄
sunt per accidens, non est generatio atq; corruptio.

(Verum enimuero cum ens simpliciter dictū multis dici soleat modis) Exposito theo vi.
logiam cęteris doctrinis eē priorē, & huius peculiare munus esse de ente in eo qđ ens,
deq; eius accidentibus cōsiderare, sic ait. Quoniam ens plurifariam dicitur, vno modo
quod est ex accidenti, vt polycletus statuæ causa est, nam per se causa statuæ est sta-
tuarius, ex accidēti polycletus, accidit enim statuario vt sit polycletus. Alio modo ens
dicitur, quod verum est, vt e diuerso quod falsum, non ens. Nā sedente Socrate dicere,

Socrates sedet, cum verū sit ens appellatur. Ens enim hoc est ipsum sedere esse dici-
mus. Alio modo ens vocat prædicamenti figuras. (Aliud est enim quid) si. substantia
(aliud quale, aliud quantum) & si quid aliud ad hunc modum significat. Præterea ens
alio modo dicitur, quod est potentia vel actu. vt aquam dicimus actu esse aquam. Ae-
rem quoq; & ignem aquā esse aimus, propterea quod aqua fieri possunt. Cum ens igi-
tur multifariam, vt explicatum est dicatur, primum de ente per accidens differere cōue
nit. De quo illud intelligendum est, nullam doctrinam in ipsius consideratione ver-
sari, argumento quod nulla disciplina accurate de ipso verba facit, non actiua, non effe
ctiua, non quæ contemplatione contenta est. Nemo enim domum ædificans efficit, aut
omnino considerat, quæ accidunt ædificandæ domui. quippe cum sint ea infinita. de
quibus infinitis nemo solicitus est. Itaq; nullus ædificator laborat, domus quæ constrūit
socrati exempli causa q̄ pestilens futura sit, & q̄ platoni salubris. Aut q̄ theophrasto iu
cunda, Alexandro vero ingrata, pari ratione ne illud quidem considerat, diuersa ne do-
mus ab homine sit, an idē quod homo, & simpliciter num diuersa sit a cunctis entibus
sensibilibus & intelligibilibus nihil considerat. Ex quo intelligitur, si nihil prædictorum
pertinet ad ædificatoris considerationem, artem ædificandi non esse efficientem, vt do-
mus pestilens sit, aut e diuerso salubris. Nec aliud quidquam ex iis, quæ domui ædifican
dæ accidunt. Pari ratione neq; geometria de figurarū accidentibus disputat, neq; ligneæ
sint, an marmoreæ figuræ considerat (Neq; si alter est triangulus, & triangulus duos re-
ctos habens) hæc dictio manca est, et supplenda additione verbi ligneus, aut alterius
similis, vt expleta perfectaq; ad hunc modum habeat. Neq; considerat triangulus li-
gneus alterne sit q̄ ipse triangulus eiusq; natura. quod. s. habet tres angulos duobus
rectis æquales. sed illud tantum inquirit, an cuiusq; trianguli tres anguli sint duobus
rectis æquales. Vtrum vero lignei sint trianguli, an lapidei geometræ nihil interest.
(Atq; id ipsum) nullum scilicet artificem ens per accidens contemplari (recte fieri,
cumq; ratione videtur, accidens enim ipsum quasi nomine tantum est. (Nam vt hirco
ceruus nomen solum est, non etiam res, & natura quædam, aut omnino ens, sic ens
per accidens nomen tantum est. Quoniā domum pestilentem aut salubrem dicere no
men modo est, res haud quaq̄. Si quid enim subsistens esset, nimirum quemadmodū
ignis obuia quæq; cōburit, sic domus omnibus in ipsam ingredientibus morbifica esset,
aut viciſſim salubris, qđ nūc aliter vsu venit. Nā quæ his pestilens, eadem illis est sa-
lubris, quo planum fit, nomen id esse, non rem. De non entibus autem, nemo con-
siderat. Quo fit, vt merito de ipsis nullus edisserat. Quoniam igitur accidens nomē
tantum est, non autem ens aliquod, sophistica vero in accidenti versatur, idcirco
Plato in non ente ipsam versari statuit, quasi accidens sit non ens. Sophisticas autem
rationes omnes in accidenti ac non ente versari, hinc intelligi potest, quod interro-
gant grammaticus idem quod musicus sit, an non? Tum si negaueris instant, & hac ca-
ptione vrgent, Socrates grammaticus est, Socrates autem grammaticus idem est qđ
Socrates, at Socrates etiā est musicus, Socrates igitur musicus idem est quod Socrates.
Socrates ergo musicus idem est quod Socrates grammaticus. Quod si verum est, vtiq;
musicum idē est, qđ grammaticum, ac proinde falsum est dictu musicum non esse idē
qđ grāmaticum. est igit̄ idē. Rursus si musicū diuersus est a grāmatico, Socrates quoq;
grāmaticus diuersus erit a Socrate musico, Socrates igitur a se ipso diuersus est. Quib⁹
caprionibus hinc data est occasio, q̄ Socrates musicus idē est qđ Socrates grāmaticus,
& nō idē. subiecto vi3 idem, rōe diuersum. Si ergo musicū a grāmatico diuersu3 eē dixe
ris sic vt mō dixi circūueniunt, sin idem esse affirmaueris in hunc modū fallere teneāt.

Si grammaticum idem eſt quod muſicum, vbicunq; grammaticus eſt ibi eſt muſicus, quemadmodum vbi mortalis ibi homo, at Ariſtarchus grammaticus eſt, non etiam muſicus, grammaticus igitur non eſt idem quod muſicus. Rurſus cum ſit communis omnium conſenſus omne ens ſempiternum eſſe, aut natiuum, ſophiſtæ id captione quadam tollere conantur. Ceu aliqua ſint, neq; ſemper exiſtentia, neq; generata, illud enim ſibi ſumentes, entium vnum eſſe; grãmaticum eſſe muſicũ hoc non eſſe ſempiternum oſtentant, propterea quod non ſemper grammaticus fuit muſicus, ſed fuit tẽpus cũ non eſſet. Sed neq; factũ fuiſſe arguunt, quia muſicus non efficitur grammaticus. Si .n. fiat vel grammaticus fiat ex muſico quaſi ex materia, vt ſtatua ex ære. quod non fit, cum muſicum non ſit materia grammatici, vel tanquam ex oppoſito ſeu contrario, vt ex albo nigrum efficitur. At grammaticum non pugnat cum muſico, cum plærunq; cohereant, muſicum igitur non efficitur grammaticum. Ex quibus concludunt, non igitur omne ens factum eſt, aut ſempiternum. Præterea ſi grammaticus effectus muſicus, non eſt factus grammaticus muſicus, eſt autem grammaticus muſicus, aliquid eſt igitur quod non eſt factum. Adhæc nulla ars aut diſciplina eſt, quæ de grammatico muſico diſputet. Nemo enim qua muſicus eſt efficitur grammaticus, cum ex hoc in illud non ſit mutatio. Sed vtrunq; fiat, qua homo eſt. Quanq̃ & ſophiſtarum dicta huiuſmodi eſſe poſſunt. Si quis prius grammaticus fuerit effectus, deinde muſicus, hic non eſt factus grammaticus, cum eſſet muſicus, eſt autem grãmaticus, quando eſt muſicus, qui ergo dicit muſicus exiſtẽs eſt grammaticus is etiã, muſicus eſt grammaticus, dicit. At quod aiũt omne ens ſempiternum eſſe, aut natiuum, de entibus per ſe intelligi debet. Præterea vt eſt, eſt autem per accidens, ſic ẽ effectum. Muſicus enim factus ſi prius erat grammaticus, neq; enim ambo ſimul effectus eſt, muſicus inquam & grammaticus, ex accidenti grammaticus muſicus eſt effectus. Vt igitur talia huiuſmodi ſunt, ſic efficiuntur. Ac Sophiſtarum quidem captiões hmõi ſunt. Ariſtoteles autem ſic ipſorum ſermonem ſuggerit. (Interrogant inquit ſi id omne factum eſt, quod eſt quidem, ſed nõ perpetuo). i. an omne quod iam eſt, quãdoq; autem non erat, factum fuerit? Si enim cum prius non eſſet, nunc eſt, haud dubie factum eſt. Ita ſi coriſcus muſicus exiſtens eſt grammaticus, cum prius non eſſet, profecto muſicus nõ eſt effectus grãmaticus. Ac viciſſim grãmaticus muſicus. Et ſi quid interrogant huiuſmodi eſt, vt accidens quemadmodum dicimus, parum abſit ab eo vt ſit non ens. quod ex iis etiam aperte intelligi põt. Quæ modo dicentur. (Eorum enim quæ alio modo ſunt). i. eoꝝ quæ non per accidens, ſed proprie entia ſunt, eſt ortus & interitus, accidentium nõ item. Ergo quæ p accidens ſunt, non entia ſunt. quo modo autẽ entium per accidens non ſit neq; generatio neq; interitus ipſe paulo poſt teſtabit. Et ego locum, cum fuerit eo peruentum explicabo.

Attamen vlterius de accidente dicendum eſt, quo ad dici poteſt quæ nam ſit ipſius natura, & quam ob cauſam eſt, ſimul enim & cur nulla eſt ipſius ſcientia fortaſſe patebit. Cum igitur in hiſce quæ ſunt, alia ſemper eodem modo ſeſe habeant neceſſarioue, non neceſſitate quidem ea quæ per violentiam dicitur, ſed ea qua rem aliter ſeſe habere non poſſe dicimus, alia neceſſario quidem non ſit neq; ſemper, ſed ſint plęrunq;, hoc eſt principiũ ſane, & hæc eſt cauſa, vt ſit accidens ipſum. Quod enim neq; ſemper eſt, neq; plęrunq;, id accidẽs dicimus eſſe, veluti ſi cum ſol eſt in cane hyems fuerit atq; frigus, id dicimus accidiſſe, ſed non ſi calor fuerit atq; æſtus, propterea q̃

hoc ſemper aut plærunq;, illud non ſemper, neq; plęrunq; fieri ſolet, hominẽ etiam accidit eſſe album, neq; enim ſemper neq; plærunq; homo eſt albus, at non per accidens homo animal eſt, ædificatorem quoq; facere ſanitatem per accidens eſt, propterea quod non eſt aptus ædificator idipſum efficere, ſed medicus, ſed accidit ædificatorem medicum eſſe. Epularum etiam effector voluptatem coniectans, ſalubre quippiam fecerit, ſed non epularum conficiẽdarum facultatis officio rationeue, quapropter dicimus accidiſſe, atq; aliqua quidem ex parte facit, abſolute vero non facit. Nam cæterorum quidem aliæ potentiæ interdum ſunt effectrices, at hoꝝ nulla prorſus eſt ars, nulla potentia definita, eorum enim quæ per accidens ſunt vel fiunt, & cauſa per accidens eſt. Quare cum non omnia neceſſario ſempq; ſint aut fiant, ſed plura plærunq; ſint aut fiant, id quod eſt per accidens tale eſſe neceſſe eſt, qualis ipſe albus muſicus eſt, qui quidem neq; ſemper eſt neq; plærunq;. Cum autem aliquando fiat per accidens erit alioquin omnia neceſſario erunt, quare materies erit ipſa, quæ contingens eius eſt cauſa accidentis quod aliter euenit præter id quod plærunq; fieri ſolet. Principiũ autem hoc eſt ſumendum, vtrum nihil ſit prorſus in ratione rerum, quod neq; ſemper eſt neq; plærunq;, an idipſum fieri nequeat. Eſt ergo quippiam præter iſta quod æque atq; per accidens, & eſſe & non eſſe poteſt. At eſt ne id quod plærunq; fieri ſolet, quod autem ſemper ſit in ratione rerum nõ eſt, an ſint aliqua quæ perpetuo ſunt. De his igitur poſterius conſiderandum eſſe videtur. Scientiam autem accidentis non eſſe patet, omnis enim ſcientia, aut eius quod eſt ſemper, aut eius quod eſt plærunq;. Quonam pacto quiſpiam aut diſcet aut docebit. Definitũ enim id eſſe oportet, quo de ſcientia eſt, aut hoc ipſo quod ſemper eſt, aut hoc ipſo quod eſt plærunq;, veluti conducentem eſſe febricitãtem plærunq; aquam mulſam, aut quippiam tale. Id autem quod præter hoc eſt dicere non poterit, veluti calendis, aut. n. ſemper aut plærunq;, calendis etiam dicat prodeſſe illud oportet, at accidens eſt p̃ter hęc ipſa. Quid igitur eſt ipſum accidens, & quã ob cauſam eſt, ac ſcientiam ipſius non eſſe, ſatis iam p ea quæ dicta ſunt innoteſcit.

vii. (Attamen vlterius de accidenti dicendum eſt, quoad dici poteſt, quæ nam ſit ipſius natura.) Præfatus accidens parum abeſſe ab eo, vt ſit non ens, nunc cauſam reddit, cur idem cum ex numero non entium ſit, entibus tamen annumeretur. Ergo licet accidens inquit ex numero ſit quodam modo non entium, quatenus enim cum generatur eſt, hactenus nuncupatur ens, quia vero ex iis eſt, vt docebit, q̃ minore ex parte rapoq; fiunt, eſt non ens. Et ob hanc cauſam ſcientia de ipſo non habetur. Quoniã dotrinas eoꝝ eſſe conſtat, q̃ ſemp ſunt, aut certe magna ex parte. Differendũ tñ eſt, ait de accidẽti, quatenus licet natura eius qualis ſit, & quã ob cãm, & ꝓpter qd eſt de numero entiũ, & oĩno ens. Cuius natura exponẽda, ſimul cur eius nõ ſit doctrina ſimul aperiẽ.

Entium ergo ait quædam ſemper, & neceſſario ſunt, homo enim ſemper ac ex neceſſitate eſt animal. Sed quoniam neceſſarium, vt in ſuperiore libro explicatum eſt, id etiam dicitur, quod vi allata ſit, idcirco adiecit (non neceſſitate ea, quæ per violentiam efficitur.) Siquidem homo ſemper & neceſſario eſt animal, non quod animal eſſe per vim cogatur, ſed quia non poteſt eſſe animal. Cum igitur quædam ſemper & neceſſario ſint, alia licet non neceſſario, neq; ſemper, magna tamen ex parte, neq; enim neceſſario, neq; ſemper hõ quinos habet digitos, ſed tamen magna ex parte (hoc eſt principium ſane & hæc eſt cauſa, vt ſit accidens ipſum) interiectio enim qua id quod magna ex parte fit, interpellatur, accidens dicitur. Nam cum æſtus ſemper ſub cane infeſtare ſoleant, ſi quando id temporis hyemauerit, ea continentis æſtus interruptio accidens appellabitur. Et frigus ſub cane vt fieret accidiſſe dicemus. Quemadmodum exempli cauſa, ſi duas lineas continenter augeſcentes animo depingas, alteram continenter & in infinitum, alteram continenter quidem creſcentem, ſed quadam tenus, deinde conſiſtentem, & quæ rurſus procedere incipiat. Harum igitur priori, quæ ſine intermiſſione ſemper augeſcit, aſſimulare id potes, quod ſemper & neceſſario eſt, alteri vero id quod magna ex parte fit, non tamen ſemper exiſtit. Itaq; ſi ſub cane hyemauerit friguſq; fuerit, id accidiſſe dicimus, non item ſi tepor & æſtus. Semper enim aut magna ex parte ſub cane fit æſtus. Aedificatorem quoq; valetudinem efficere accidens appellat, quoniam ædificator neq; ſemper, neq; magna ex parte valetudinem affert. Neq; enim ad ædificatorem, ſed ad medicum pertinet valetudinem afferre. (Epularum etiam inquit effector voluptatem coniectans ſalubre quidpiam fecerit) Sed ex accidenti, ſi forte cibum eiuſmodi cõdiuerit, qui poſſit valetudinem reſtituere. Accidit enim vt talis cibus valetudinem efficeret. Et certo quodam modo, non autem ſimpliciter valetudinis eſt auctor. In eo enim quod a coquo cibus huiuſmodi conditus eſt, quo ægrotans valetudinẽ recepit, coquus effecit ſalubre. In eo vero q̃ ille non hoc agebat, vt ſalubrem, ſed vt iocundum cibum efficeret, ſalubrem non effecit. (Nam cęterorum). i. eorum quæ magna ex parte ac neceſſario ſunt, cauſæ ac efficientes poteſtates determinatę ſunt. (At horum) quę fiunt ex accidenti, ars nulla, nulla poteſtas determinata eſt. Quoniam vt in librum incidas, quem optabas, & iam pridem quærebas, nulla neq; ars eſt determinata, neq; facultas quippe cuius poſſint eſſe cauſæ ſexcentæ. Prodire in forum, inſectari inſectare ve & pleraq; alia. Quandoquidem quæ ex accidenti vel ſunt vel efficiũtur, eorum cauſæ ex accidenti quoq; ſunt, & indeterminatæ. Itaq; cum non omnia ſint ex neceſſitate, vt ſemper vel ſint vel fiant, ſed pleraq; habeantur, quæ magna ex parte, idcirco eſſe ait quod eſt quaſi accidens. Quia enim homo neq; ſemper, neq; magna ex parte albus eſt, ſed aliquando efficitur, ideo per accidens eſt. Vel potius quoniam thęſauri inuentio, neq; ſemper fit, neq; magna ex parte, ideo inuentio theſauri per accidens eſt. Quod ſiquis inuentionem theſauri, & alia per accidens eſſe neget, is eadem neceſſario eſſe cõfirmabit, eruntq; omnia ex neceſſitate. At eorum quæ ſunt ex neceſſitate, cauſæ determinatæ ſunt, horum autem nullius eſt determinata cauſa. Præſertim cum in ſecundo libro de enuntiatione, non omnia neceſſario eſſe demonſtratum ſit, ſed eſſe aliquid quod contingens appellatur. Cæterum quæ nam cauſa eſt, cur accidens eſſe dicatur, an materia quæ aliter, q̃ vt plerunq; fit, ſeſe habere poteſt? Nam cum materia hæc apta ſit admittere, vt hi digitis quinis generentur illa, non item, & huiuſmodi naturam habeat, vt hoc iam fieri poſſit, vt quidam ſcilicet quinis digitis orianẽ, iam ſecus ideſt vt quaternis, aut ſenis, aut aliquo alio numero hæc cauſa eſt, vt

accidens exiſtat. Expoſito igitur quid ſit accidens, viam nobis & quaſi normam tradit, qua quidem accidens eſſe demonſtrare valeamus. Si cui ergo inquit accidens eſſe demonſtrare libeat, initio ſumat, quidq̃ eſſe præter ſemper & frequenter. Q̃d ita demũ accipiet, ſi aduerſarium percontabitur ſit ne quidq̃ præter frequenter & ſemper, an nõ: & ille vſu rerum adductus omnino concedat aliquid eſſe præterea. Quod quidem for tuitum eſt, ſiue accidens. Hæc effatus quærit, num id quod plerunq; fit, in rebus habeatur, non item quod ſemper & neceſſario: an vt aliqua magna ex parte ſunt, ſic quædam ſempiterna, & per contactus reſpondet, ſed de his poſterius eſt conſiderandum in decimo ſcilicet huius operis libro. Plenius autẽ & accuratius in vndecimo. His expoſitis perſpicuum hinc eſſe ait, accidentis non eſſe doctrinam. Cum diſciplinæ eorum ſint, quæ ſemper, vel quæ ex magna parte ſunt. Et quorum habentur ſcientiæ, ea determinata ſint oporteat, & in ipſis contineatur, in ipſo inquam ſemper, & in frequenter, nec ea prætergrediantur. Nam quod illá præterit, accidens eſt. Exempli cauſa docet quiſpiam alterum aquam mulſam febrientibus opitulari, propterea q̃ febre laborantibus magna ex parte ſubuenit. Id vero quod extra frequenter accidit, docere nemo valeat. Exempli gratia calendis ſubuenire. Cum hoc raro contingat. Neq; enim magna ex parte qui calendis mulſum biberit, a febre ſubleuatur, ſed potius quoniam magna ex parte, qui mulſum bibit adiuuatur, idcirco accidit vt id calendis conducat. Quamobrem ediuerſo quod calendis eſt vtile, id vel ſemper eſt vtile, vel magna ex parte. Accidens autem præter ſemper & frequenter eſt, cuius quidem accidentis ſcientiam nullam habemus. (Quid eſt igitur inquit ipſum accidens, & quam ob cauſam eſt, ac ſcientiam ipſius non eſſe, ſatis iam per ipſa quæ dicta ſunt innoteſcit.) Docuit enim accidentis natura quæ ſit quod. ſ. ex æquo raroq; contingit, & quam ob cauſam ſit nimirum propter materiam, quæ aliter habere poteſt, q̃ frequenter. Adhæc accidentis nullam eſſe doctrinam, propterea quod diſciplinæ eorum habeãtur, quæ ſemper ſunt, vel certe quæ magna ex parte, quod vtrunq; ab accidenti alienũ eſt.

Eſſe vero principia cauſaſue tales vt oriantur ac occidant ſine generatione corruptioneue patet: Si enim res non ita ſeſe habeat, omnia neceſſario erunt, ſi eius quod fit atq; corrumpitur non per accidens cauſam aliquam eſſe neceſſe eſt, erit ne hoc an non erit. Si hoc fiet, erit. ſi non fiet, nõ erit, id autem erit, ſi aliud fiet, atq; hoc pacto ſi tempus ſemper auferatur, ad id demum perueniet in quo nunc eſt, quare hic homo morietur morbo aut vi, ſi egreſſus fuerit vrbem, hoc autem erit, ſi aliud fiet, atq; hoc pacto ad id demum perueniet in quo nunc eſt, aut in quippiã eorum quæ facta ſunt, veluti ſi ſitierit, hoc autem erit ſi comedit ſalſa, at hoc eſt, aut non eſt, quare neceſſariõ decedet, vel nõ decedet, eadem ẽt erit ratio, & ſi quiſpiam ad ea quæ ſunt facta ſaltauerit, eſt enim iam idipſum in aliquo, atq; dico id quod eſt factum. Vniuerſa ergo futura neceſſario erunt, veluti morietur ille qui viuit, iam enim quippiam factum eſt, ceu contraria fuere corpore in eodem: ſed morbo nẽ an vi morietur, nondum emergit, ſed ſi hoc fuerit factum. Patet igitur vſq; ad aliquod principium reduciſonem hanc proficiſci, quod quidem non vlterius in aliud proficiſcitur, atq; illud principiũ eius erit qd fit per accidens, & eſſe atq; non eſſe poteſt, cauſaq; generationis

illius non erit vlla. At considerãdum est ad quod principium autq; causam talis reductio proficiscitur. Vt ad materiam ne, an vt ad id gratia cuius cętera fiunt, an vt ad id potius a quo motio profluit.

viii. (Esse vero principia causasue tales, vt oriantur & occidant sine generatione & corruptione patet) propositum ei est, vt quæ per accidens sunt, horum causas quoq; ex accidenti esse demonstret. Easdemq; citra ortum & interitum esse & non esse. More cõtactuum, & temporis momentorum. Vt enim contactus & momenta, quæ temporuꝫ termini sunt absq; generatione sunt, & absq; interitu nõ sunt, sic eorum quæ sunt ex accidenti, causæ quæ & ipsæ per accidens sunt, absq; generatione sunt, & sine interitu nõ sunt. Quandoquidem domus ædificata huic iocunda est, illi nocua. Et appropinquãti vmbram iactat, longius absenti non item. Itaq; ædificator, qui per se principium est causaq; domus, eius quod accidit domui, vt ingrata sit vel vmbram iactet, est ille quidẽ causa, sed tñ per accidens. Aedificator igitur quatenus causa domus est tactus, p generationem seu disciplinam eo deductus est, vt esset ædificator. Ac vicissim interit, vt domus est causa, quia enim accidit ædificatori, qui per se causa domus est, vt fieret etiã causa vti eadem propinquum adumbraret, aut cuipiã ẽsset molesta, idcirco adumbrãdi causa est, sed non huc per generationem, & doctrinam processit, vt illuc vt esset ædificator. Nã vt ex nõ homine per generationem eo dẽductus est, vt esset homo, sic ex nõ ædificatore per generationem quãdam & disciplinam & omnino temporis moram eo peruenit, vt esset ædificator ac domum valeret construere. Eo vero vt domus alli esset grata, huic iniocunda, haud q̃q̃ per huiusmodi quidq̃ processit. Quippe quod nec curauit vnq̃, nec eiusquidq̃ interfuit, vt domum ędificaret. Sed absq; tempore accidit ei, vt cã esset cur domus ingrata, quia.n.is cui est molesta, sic c̃ affectus, vt facile a quibusuis offendatur, idcirco ædificator, qui hanc construxit, causa factus est, vt ipsa esset ingrata. Ad quam siquis alter recte affectus venisset, non fuisset ei molesta. Cæterum de his in decimo huius operis volumine rursus disputabit, vt autem ædificator, qui per se causa domus est, id per generationẽ est effectus, sic vicissim vt cã domus per interitum abolebitur. Et quãdmodum absq; tempore factus est causa, vt ipsa esset molesta, sic vicissim sine tempore desinit esse. Quod quidem ipse demonstrat primum quasi cõfessum assumens, quoꝫ causæ & principia per generationem fiunt, ea necessario esse. Qd si quorum causæ, vt in domo, per generationem fiũt, ea sunt ex necessitate, nimiꝫ q̃ nõ ex necessitate sunt, horum causæ citra generationem sunt, & interitum nõ sunt. (Nisi enim hoc inquit).i. nisi entium per accidens causæ per accidens sunt, nec absq; ortu & interitu natiuæ sunt atq; mortales. Sed necessariæ & per se sunt ipsorum causæ, & per generationem ac interitum nascuntur & occidunt, nisi ergo entium per accidens causæ sint ex accidenti, sed necessario, ipsa quoq; necessario fuerint. Positum est enim quoꝫ causæ sunt, ex necessitate, ea quoq; necessario esse. Quod si sic est, cuncta erunt ex necessitate. Qd fieri nõ potest. Esse aũt ea necessario, quoꝫ causę sunt ex necessitate, certũ est. Eius enim domus quæ ędificatur, vel quam ędificans, qui necessario & p se causa est, ędificauit. Eius in quam ędificans cum ipsa ędificatur necessario est, quo existente, ipsa necessario ædificatur. Et domus quæ iam est, necessario fuit ędificata. Ens enim cum est, necessario est. Quoniã vero domus est ex necessitate, sequitur, vt fuerit ædificata. Nisi enim ædificata fuisset, vtiq; non esset. Omnia igitur inquit necessario erunt, si nascentis, & intereuntis nõ per accidens aliquam esse causam sit necesse. Subaudiendum est tamẽ verbum omnis, vt sit plena oratio. (Si omnis eius quod fit, arq; corrumpitur nõ p accidens aliquam causam esse necesse est) est aũt sensus, si omniũ nascẽtium & intereuntiũ

non est causa per accidens, vt ex hac natiua & mortalia constent sine generari & corrũpi. i. citra ortum & interitum, sed omnis nascentis & intereuntis est causa per se, cuncta erunt ex necessitate, & accidens nullum habebit. Quoꝫ.n. vt sæpe diximus, causæ necessario sunt. Ea quoq; sunt necessaria. Quibus explicatis eo cõuertit, vt ostẽdat causas haberi per accidens absq; generatione & interitu, & ait. (Erit ne hoc, an non erit?) vt si obsidentes hostium vrbem dicamus, erit ne hoc, an non? i. intercidet ne nicostratus nec ne? responderi solet (Si hoc fiet). i. si egressus fuerit, & superatus ab hostibus obtruncabitur. Necis ergo causa est, exire, exundi rursus, vt aquam biberet, huius quod sitiebat, sitiendi, q̃ salsa comederat. Sed hæc causa per accidens est. Fieri enim põt, vt qui salsa non comederit sitiat. Si multo motu fuerit vsus. Si plurimũ vini biberit. & plerisq; aliis de causis. At si salsa comedisse causa per se foret sitiendi, cibis sallis non assumptis non sitiret. Quemadmodum nisi ædificator sit, domus non construeretur, nunc autem citra cibi salsi comestionem sitit non est igitur sitiẽdi causa per se talia deuorasse, sitire igitur quod ipsum causa est exundi citra generationem est effectum. Siqua enim materia siti subiiceretur, quæ alterata, hoc quod sitis efficeretur, quãdmodũ menses muliebres alterati hoc fiunt quod animal, tunc probabile dictu esset, atq; adeo necessarium, sitim fieri per generationem. Quod quia non est, ne hoc quidem asseri potest. Sitis enim fortasse quibusdam affectionibus in corpore genitis absq; tempore ingeneratur, vt forma ingeneratur materiæ. Cum ergo dixisset, (si hoc fiet, erit, si non fiet non erit. Id autem erit si aliud fiet) intulit (Et hoc pacto haud dubie si tempus sempet auferatur finitũ demum peruenias ad nunc). i. si tempus hoc in illud resoluatur, & id rursus in aliud, perueniet ad nunc. i. ad tempus quod nunc est, in quo est sitiens id est vsq; ad sitiendum. Deinde per vim intereundi exemplum apposuit (si egressus fuerit vrbem) morbo aũt intercidendi nullum subiecit, sed nos id paulopost explicabimus, cũ ipse rursus de hoc mentionem faciet. Faciet.n. Ergo cum dixisset (& sic perueniet ad id quod nunc est) suggessit exemplum illius (ad id in quo nunc est) dicens (morietur si egressus fuerit. Hoc autem erit si aliud fiet, atq; hoc pacto ad id demum perueniet in quo nũc est) quibus verbis adiecit, (aut in quidpiam eorum quæ facta sunt) cuius exemplum esse videtur id quod sequitur. (Veluti si sitierit, hoc autem erit, si comedit salsa) tamen nõ est ipsius, sed hoc quoq; superioris est exemplum, cuius memor paucis interiectis sermonem repetit, vt huius quoq; posterioris exemplum apponat, cum ait. (Eadẽ etiam erit ratio si quispiam ad ea quæ sunt facta saltauerit) Facta enim & factum significãtia sunt præteritoꝫ. Tamẽ cum dixisset (veluti si sitierit. Hoc autem erit si comederit salsa) subiecit (At hoc). i. salsa comedere (est aut non est) quod vero ait (quare necessario decedet, vel non decedet) conclusio dictorum est. Quasi dicat, quamobrem sic sese reb⁹ his habentibus si bibitum egressus fuerit, necessario morietur, sin minus egredietur, nõ interibit. His ergo ad hunc modum explicatis, orationem vt dixi resumit, & factorum suggerit exempla. Similiter autem siquis a preteritis incęperit, futuris occurret, nõ tñ a futuris vt prius idem ad præsens fiet. Nam quod factum est, iam inest in aliquo, si ab hoc igitur exordiemur, vt dictum est, peruenietnus ad nunc. Quod quidem est causa per accidens. Cæterum quid nam est iam factum in aliquo esse? an elementã esse in viuente? Propterea enim quod iam viuit, elemẽta in eo insunt. Hoc igitur viuit, quoniã contraria ignis terraq; & his interiecta in eodem facta sunt. Et si hoc est interibit, necessario igitur quod ex oppositis est factum intercidet. At mortis eius causa incerta est, qm̃ ex accidenti est non per se, cum valeat tum morbo, tum vi allata concidere. Ratio igit̃ vt iterum repetatur, est hmõi. Hic occidet, quoniã contraria in eodem coiere, morietur

autem si egrotabit. Accidit enim iis, quæ oppositis constant, vt ob ipsorum pugnam egrotent. Aegrotabit autem hydrope exempli causa, quod fiet si aquam biberit. Itaq; si aquam potauerit in hydropem incidet, quo morbo si conflictabitur, mortẽ obibit. Estq; potio aquæ hydropis causa, vt morbus ipse, moriendi, non tñ per se. Fieri enim potest, vt qui aquam non biberit ægrotet hydrope. Atq; hæc quidem sunt exempla, quæ mortis per ægrotationem oppetitę supra ipsum esse suggestuę pollicebamur. Mortis nãq; violentæ de qua supra mentionem fecit, exemplum fuit, si ab hostibus superarerur. Ex dictis ergo planum efficitur, non esse progressum in infinitum aliam alii causam tribuendo, sed causę cuidam prinipioq; occurri, cuius non sit alia causa. Exẽpli gratia salsa comedisse. Quæ quidem fortuitæ rei moriendi dico principium est. Si enim egressus fuerit occumbet, sin minus non morietur, rei ergo fortuitæ huc accidentis causa p accidens est. Accidit enim vt qui salsa comedisset sitiret. His cõmemoratis, quærit vtrum huiusmodi causa, hoc est causa per accidens materialis nuncupanda sit, an finis, an potius mouens hoc est efficiens. Sed quæstione proposita non respondet, propterea quod efficientibus causis, nec cuiq; alii annumerari debere perspicuum est.

Sed contemplationem eius quidem quod est per accidens omittamus, de ipso namq; iam satis est definitum. Quoniam autem id quod vt verum est ens, & id quod vt falsum est non ens, in compositione diuisioneue, atq; in contradictionis omnino partione cõsistit: nam vero quidem affirmatio ob id quod adiungitur, negatio ob id quod seiungitur, falso autem huiusce contradictio partionis accommodatur. Verum enim falsumq; non sunt in rebus, vt bonum quidem sit verum, malum autem falsum, sed sunt in mente. Circa vero ea quæ sunt simplicia ipsumq; qd est, neq; in ipsa sunt mẽte, atq; quonam pacto sit, vt simul quædam ac seorsum intelligantur, alia ratio est. Dico autem simul seorsumq;, non vt sint aut nõ sint deinceps, sed vt vnum quid fiant, aut non fiant, ea quidem quæ de eo quod ens atq; non ens hoc dicitur pacto, nos cõtemplari oportet, posterius considerandа esse videnť. Cum autem complexio diuisioq; non in rebus sit sed in mente, id autem qđ hoc pacto est ens, diuersum sit ab hisce quæ proprie entia sunt, mens enim aut substantiam, aut qualitatem, aut quantitatem, aut quippiam aliud coniungit, aut seiungit, id quidem ens quod est vt accidens, & quod est vt verũ omittendum est sane, nam causa illius quidẽ indefinita est, huius autem affectus est quidam mentis, atq; vtraq; circa reliquum genus ipsius sunt entis, & non quicquam extra naturam ipsius entis esse significant. Quapropter hæc quidẽ ommittamus: Ipsius autẽ quod est vt ens est, causas principiaq; consideremus oportet. Patet autem per ea quæ dicta sunt eo in loco, quo quot modis dicitur vnum quodq; declarabamus, id quod est non vno modo, sed pluribus modis dici.

(Sed contemplationem eius quidem quod est per accidens omittamus. De ipso nanq; iam satis est definitum. Quoniam autem id quod vt verum est ens) Postq̃ de eo quod p accidens est, quatenus proposito cõducit disputauit, sed accidentis inquit quæstionem omittamus, de hoc enim abunde disseruimus. At cum verum quoq; appelletur ens, & ix.

falsum non ens, id in compositione ac diuisione consistere ait. Nam cum id qđ cuipiã adest, cum ipso componimus, vt sedere cum Socrate, quoniam id ei contingit cum diximus socrates sedet, hoc ipsum quod est verum, dicitur ens. Quoniam quod adest cõponitur cũ subiecto seu p̃dicatur de ipso. Quo Socrate sedente si Socratẽ sedere non dicamus, cum id falsum sit, appellatur non ens, propterea q̃ falso diuidit, hoc est negat sedere dẽ socrate. Qm̃ igr̃ ens quasi verũ, & non ens quasi falsum, & omnino. i. vt simpliciter loquar, ens tanquam verum, & non ens tanquam falsum in contradictionis partitione versatur. (Nam quod vere est, inquit affirmationem contradictionis in compositó habet). i. ens quasi verum constituitur, cum prædicatũ vere cum eo componimus de quo prædicatur. Non ens autem quasi falsum est, cum prædicatum a subiecto falso diuiditur. Et omnino falsum partitionis huius contradictionem inducit. i. altera pars cõtradictionis est. Sed ens tanquam verum est, cum prædicatum vere cum subiecto copulamus. Falsum vero oppositum. At siqua sunt quæ tum separatim, tum simul dicta intelligi valeant, vt animal & pedestre & bipes, hæc enim quæ separatim intelliguntur, possunt etiam quasi vnum intelligi, hæc inquit alia quæstio est, quam in proximo libro disputaturus merito hoc in loco prætermittit. Sed cum dixisset (quonam pacto fit, vt simul quædam ac seorsum intelligantur alia ratio est) quale id sit quod dixerit simul ac seorsum exponit dicens. (Dico autẽ simul seorsumq; non vt sint, aut nõ sint deinceps) idest non simul dico quæ ordine quodam consequuntur, vt ilias. Cuius post primum librum, sequitur secundus, & pari ratione cęteri. Non simul autem quæ huiusmodi ordinem non seruant. Sed quæ vnum effici possunt, ea simul dico, quæ minus, ea non simul. Sed quoniam supra dixerat, ens tanquam verum, & non ens tanquam falsum in compositione ac diuisione versari, quibusdam interiectis, causam suggerit, cur huiusmodi ens & nõ ens in compositione, ac diuisione versetur, cum ait. (Nam neq; falsum neq; verum in rebus inest) Itaq; orationis continuatio est huiusmodi. (Quoniam aũt id quod vt verum est ens, & id quod vt falsum est non ens in compositione & diuisiõe consistit, neq; enim falsum & verũ in rebus inest) Nisi enim verum & falsum esset quędam nostræ mentis affectio nec in compositione diuisioneq;, sed in rebus haberetur, vt ipse ait dicendo bonum statim verum dicere oporteret, & bonum esset verum, atq; dicendo malum dicere falsum & contra dicendo malum protinus verum dicere oporteret, dicendo bonum dicere falsum. At neq; bonum dicentes verum dicimus aut falsum, neq; si malum dicamus, non igitur in rebus verum & falsum ineſt, sed in mente. Neq; vero solum in rebus non ineſt verum & falsum, Sed ne in simplicibus quidem, quę habentur in mente. Quo in loco simplicia res vocat, quæ ipsæ per se circa compositionem & diuisionem intelliguntur. Hæc effatus sermonem concludit dicens. (Ea igitur, quæ de eo quod ens atq; non ens hoc dr̃ pacto, nos contemplari oportet, posterius considerandа esse videntur) quasi dicat, cum ens tanquam verum, & non ens quasi falsum in compositione & diuisione versari dictum sit, quæcunq; ad huiusmodi entis & non entis considerationem pertinent, postea differenda sunt (Cum autem inquit complexio diuisioq; non in rebus sit, sed in mente) complexionem & diuisionem vocans verum & falsum (id autem quod hoc pacto est). i. ens quasi verum, quod in compositione ac diuisione consistit (diuersum sit ab hisce quæ proprie entia sunt). i. ab indiuiduis substãtiis, has enim appellat proprie entia. Vt in proximo libro declarabit, intelligibiliũ nãq; alia ratio est. Deinde ens quasi verum, quomodo a proprie entibus diuersum sit exponit. Nam mens inquit quid est & substantiam cum substantia coniungit, aut diuidit, aut vicissim quale vel aliquod aliud prædicamentum cum substantia. Cum hæc igitur ad hunc modum sese habeant, ens quasi accidens, quoniam de hoc satis disseruimus,

ſed & ens tanquam verũ,de ipſo enim poſtea diſputabimus,nunc ommittantur.Cuius ommiſſionis ipſe cauſam reddit ,quod entis per accidens cauſa indefinita indeterminataq; ſit. De indeterminatis autem non debemus eſſe ſolliciti. Ens porro quaſi verum affectus & placitum mentis habetur;nec eſt admodum neceſſarium , ea indagare , quæ cuius videntur . Præſertim cum(vtraq; circa reliquum genus ipſius entis ſint) appellat autem reliquũ entis genus,quod proprie , non per accidens eſt. In reliquo igitur entis genere verſantur,nec vllam extra naturam,quæq; ens ſupergrediatur ſignificant , ſed ſub ipſo continentur . Quod ſi inquiſitio in cauſis entis qua eſt ens,verſatur, haud dubie ſuperuacaneum eſt de his ſeparatim diſputare,quod tunc præſtandum eſſet, ſi hæc enti non ſubiicerentur. Nunc autem cum ſubiiciãtur ommittere ſatius eſt,ac entis cãs indagare.Ens ãt multifariã dici,docuimus,cũ quot modis quodq; dicaẽ explicaremus.

Finitur liber quintus , latinis Sextus .

Enarratio Alexandri aphrodiſiei in librum Sextum primæ philoſophiæ,latinis Septimum.

QUod eſt multipliciter dicitur , vti prius in hiſce quæ dicta ſunt de vno quoq; quot modis dicatur diſtinximus . Præterea enim qd eſt & hoc aliquid , partim quale,aut quãtum , aut cæterorum quodq;,quæ hoc præ dicantur pacto ſignificat . Cum aute id quod eſt tot modis dicatur, patet horum primum ens eſſe ipſum qd eſt , quod quidem ſubſtantiam ipſam ſignificat . Nam cum dicimus quale quid eſt hoc , aut bonum dicimus , aut honeſtum , ſed non tricubitum ,aut hominem . At cum quidnam eſt dicimus non albũ , tum aut calidum , aut tricubitum , ſed hominem dicimus aut deum . Cætera autem ex eo dicuntur entia,quia eius quod hoc pacto eſt ens, quędam quantitates , quædam qualitates ,quædam paſſiones ſunt , quædam aliud quippiam tale . Quapropter non iniuria quiſpiam dubitauerit , vtrum ambulare , & valere , atq; ſedere , cæterorumq; ſimilium vnumquodq; ſit ens an non ens , nihil enim ipſorum , aut aptum eſt per ſe eſſe , aut ſeparari a ſubſtantia poteſt , ſed ſi ſint entia magis ambulans , & ſedens, & valens , ſunt entia , hæc autem ideo magis entia eſſe videntur , quia eſt quid definitum quod eſt hisipſis ſubiectum . Atq; hoc eſt ſubſtantia ſingulareq; ipſum, quod quidem in tali prædicatione nimirum apparet, bonum enim & ſedens,ceteraq; iſtiuſmodi,nõ ſine hoc ſubiecto dicuntur,patet igitur ob hanc ipſam,& vnumquodq; illoꝝ eſſe.Quibus efficitur,vt ſubſtantia ſit id qd primo eſt ens,& non quippiam ens,ſed ens vt patuit abſolute .

Ena.i. ENs multipliciter dicitur) Quoniam in hoc toto libro & eo qui huncproximè conſequitur,de definitionibus ediſſerit,definitiones autem,vt in progreſſu teſtabitur,accidentium proprie non habentur , ſed ex accidenti , vt ipſa per accidens ſunt , vt enim res ſunt ,ſic definiuntur,& earum definitiones habentur, quemadmodum quid eſt in ſubſtantiis proprie ac ſimpliciter diciturnon item in accidentibus,ſed cum aliquo additamento , vt ſuo loco declarabit, vt enim inquit non ens eſſe dicimus , non ipſum eſſe dicentes , ſed eſſe quidem, eſſe tamen non ens,ſic quale,gratia exempli,eſſe dicimus,non tamen ſimpliciter,ſed eẽ quale , ſic ipſorum definitiones eſſe aimus , at non ſimpliciter,ſed quodam alio modo , quoniam igitur definitiones vt dictum eſt proprie entis exiſtunt atq; ſubſtantiæ,differturus de definitionibus ,quæq; his conſentanea ſunt ,merito rurſus de ente commemorat ,ipſumq; multifariam dici tradit.Quẽadmodum ſupra in libro ſecundo per partitionem docuit , cũ ens quot modis dicatur conſtitueret . Ens igitur inquit aliud ſignificat quid eſt ac ſubſtantiam,& hoc aliquid,conſueuit enim Ariſtoteles pro ſubſtantia hoc aliquid ,& quid eſt accipere . Aliud igitur ens ſubſtantiam ſignificat,aliud quale & cętera octo prædicamenta.Cum ens igitur decem modis dicatur,haud dubie, vt ſępe dictum eſt,quid eſt & ſubſtantia eſt primum ens,quod autem ipſum quid eſt ſubſtantiã ſignificet,ad hunc modũ oſtendit (Nam cum dicimus inquit quale quid eſt hoc , bonũ dicimus,aut honeſtum,ſed non tricubitum)nec omnino quantum (neq; hominem)& ſubſtantiam ſed quale. Cum vero quid eſt aimus,non dicimus quale , ſed hominẽ aut deum vt intelligatur ,quid eſt in ſubſtantia ſolum vſurpari . Sed cum paulo ante dixiſſet (patet horum primum ens eſſe ipſum quid eſt, quod quidem ſubſtantiam ipſam ſignificat)quibuſdam interiectis infert(Cætera autem ex eo dicuntur , quia eius qd hoc pacto eſt ens quædã quantitates ſunt) eſtq; ſermonis continuario & ordo huiuſmodi. (Patet horum primum ens eſſe ipſum quid eſt , quod quidem ſubſtantiam ſignificat , cætera autem ex eo dicuntur entia,quia eius quod hoc pacto eſt ens , quædam quantitates ſunt)Nam bicubitum idcirco ens appellatur,quoniam proprie entis quãtitas quędam eſt . Album vero & calidum & omnino affectiones, qm̃ eiuſdem qualitates ſunt. Similiter aliadicuntur entia,propterea quod proprie entis aliquid ſunt. Quoniam igitẽ ſubſtantia eſt proprie ens, cætera vero entia dicuntur propterea quod ſeſe quodam modo habent ad ipſam (quærat inquit aliquis,vtrum ambulare & ualere,atq; ſedere,& cętera ſimilium quodq; ſit ens an nõ ens)cuius quæſtionis cauſam ſubiicit(Quoniã nihil ipſorum inquit aut aptum eſt per ſe eſſe,vt ſubſtantia aut ſeparari a ſubſtantia poteſt)At quod ipſum per ſe accipi nequit,cur debet de numero entium haberi?Quibus dictis ſubiungit(ſed magis ſiquidem ambulans & ſedens ſunt entia)quaſi dicat. Ambulans & ſedens eſt proprie ens,quoniam eſt hoc aliquid & ſubſtantia. Subſtantia vero ẽ determinatum ſubiectum valetudinis & ambulationis.Ipſum autem ambulare & recte valere non ſunt entia,ſed entia nuncupantur, propterea quod entis ſunt affectiones,nõ quod propria ſint entia.Cum autem hoc dixiſſet,hęc entia videri,propterea quod aliqd determinatum eis ſubiiciatur ,quod quidem eſt ſubſtantia,& ſingulare,intulit(quod in tali prædicatione nimirum apparet).i.in ea, quæ proprie ens appellatur ſeu in ſubſtantia.In prædicamento igitur inquit,quod eſt proprie ens , ac in ſubſtantia apparet . Ac eſt,recte valens & ſedens,nec abſq; ſubſtantia valens,aut ſedens aliquodue aliud prędicamentum conſiſtit,neq; dicitur. Quod ſi horum eſſe in hac ineſt , & aliorum quodq; ob ipſam eſt. Nec illorũ quidq; abſq; hac conſiſtere valet,ſed abſq; illis hęc,ſatis intelligitur ipſam ſubſtantiam eſſe proprie ens ,& non ens aliquid . Nam ens aliquid ſubſtãtiæ accidens eſt .

Multis igitur modis dicitur primum, omnium tamen eſt ipſa ſubſtantia primum,& ratione, & cognitione,& tempore,nam cæterorum quidem quę prædicantur, nihil prorſus eſt ſeparabile, ipſa autem ſola ſeparabilis eſt. Ratione quoq; hoc eſſe primum videtur,in vniuſcuiuſq; enim ratione neceſſe eſt ſubſtantiæ rationem ineſſe. Et ſcire tum vnum quodq; maxime arbitramur, cum quid ſit homo magis, aut ignis q̄ cum quale, aut quantū, aut vbi, cognoſcimus,nam & horum ipſorum vnumquodq; tum ſcimus, cum quid nam ſit, aut quantum, aut quale cognoſcimus. Et id igitur qđ olim,& nunc, & ſemper, quæritur ſemperq; dubitatur,quid nam ſit id, qđ eſt,hoc eſt profecto,quænam ipſa ſubſtantia ſit. Hoc enim quidam vnum eſſe dicunt, quidam plura q̄ vnum,& horum quidam finita,quidam infinita inquiunt eſſe. Quapropter & nos maxime primoq;, ac fere ſolum de eo quod ita eſt ens, quidnam ſit conſideremus,ac cōtemplemur oportet.Subſtantia autem manifeſtiſſime quidem corporibus videtur competere, quāobrem animalia, plantas, parteſq; ipſorum, ſubſtantias dicimus eſſe,& itē corpora naturalia,vt ignem,aquam,& terram,& talium ſingula,& quę ſunt horū partes,quæq; ex his vt partibus,aut quibuſdā,aut omnibus conſtant. Cœlum inſuper ac partes ipſius ſtellā,ſolem,& lunam.

(Multis igitur modis dicitur primum,omnium tamen eſt ipſa ſubſtantia primum) prę ii. fatus ſubſtantiam primum ens eſſe atq; proprie ens,quia primum plurifariam,vt ſupra expoſuimus dī,cū rōe,& cognitione ac tpe primū priuſue dicaē,his tribus modis ſubſtantiam cæteris priorē cōfirmat & primū tpe ipſam eſſe priorem oſtendit dicens.(Nā cæterorū qdem quæ p̄dicantur,nihil prorſus eſt ſeparabile, ipſa āt ſola ſeparabilis eſt) Quoniam licet ſubſtantia nunquā abſq; cæteris prædicamentis exiſtat,nulla enim vnā mortalium ſubſtantiarū,ſine qualitate,vel quantitate,aliiſue huiuſmodi conſiſtit,q̄q̄ igitur nunq̄ ſine aliis conſtet,tamen quoniam illa ſeiunguntur ab ipſa, & alia hodie in ipſa ſunt q̄ heri,& cras erunt diuerſa,& ſingulis prope dixerim diebus euariant, dubitari non debet,quin ipſa tempore cæteris prior habeatur. Vt enim amphora exempli gratia prius eſt tempore,q̄ vinum,quodq; in ipſa contentum, ſic ſubſtantia q̄ ſingulis diebus accedentia ipſi abeuntiaq; accidentia. Quin & eo prior cæteris habetur, quod alia ſecum tollit,& quaſi ruina ſua inuoluit, non autem ab illis tollitur. Neq; vero tempore tantum prior eſt, ſed ratione etiam vt ſupra diximus. Si enim quæ ad definitionem cuiuſq̄ accommodantur hæc priora ratione ſunt, q̄ definitum,ad definitionem autem ſimi naſus aſſumitur ad ita rationem ſanguis,dubium eſſe non debet,quin accidētibus ſubſtantia ratione prior habeatur. Quod non ſimi,tantum & ſanguinis excēplis, quæ modo appoſui planum fit, ſed etiam vt ipſe in progreſſu teſtabitur, quoniam album & reliqua accidentia definientes, cum nō exacte ipſorum definitiones reddantur,ſubſtantiam in ratione non aſſumimus,accepturi neceſſario,ſi accuratius definitionē quæreremus. Sed & cognitione ſubſtantia præſtat accidentibus. Tunc enim rem quanq; cognoſcere videmur,cum eius ſubſtantiā cognoſcimus. Vt hō quid ſit,aut ignis tunc intelligere putamus,cum ipſorum eſt nobis nota ſubſtantantia.Non cum qualis homo ſit, aut quantus cognoſcimus. Vt autem tunc quanq; ſubſtantiam cognoſcimus, cum ea quid ſit intelligimus, ſic item accidentia. Nam tunc demum album cognoſcimus, cum ipſum

cum ipſum quid ſit habemus exploratum. Ex dictis igitur perſpicuum ē ait, quod olim ac ſemper a platone cæteriſq; philoſophis & nunc a nobis inueſtigatur ac inquiritur quid ſit ens,hoc eſſe,quod quærere quid eſt ſubſtantia.Nam cum ſubſtantia ſit proprie ens primumq; tempore,ratione cognitioneq;,quod ſit ens inueſtigare,nihil eſt aliud q̄ ſubſtantia quæ ſit inquirere .Hoc enim ens inquit,i.ſubſtantiam quidam vnum eſſe dicunt,& enim qui principium vnum eſſe ſtatuebāt,vt Thales, & cæteri quos nouimus, phyſiologi,ens quoq; vnum eſſe tradebant.Qui vero infinita vt Anaxagoras & Democritus,ii entia quoq; infinita eſſe aſſerebant. (Quapropter inquit & nos maxime primoq;, ac fere ſolum de eo, quod ita eſt ens quid nam ſit conſideremus, & contemplemur oportet.) his dictis reſpondet, dicens ſubſtantiam proprie ens eſſe videri. Videē āt inquit non qđ dubitans, ſed affirmans. Aut certe videtur dicit, qm̄ id multis verbis oſtenſurus eſt, hoc itaq; dixit vt q nondū demōſtraſſet .q̄q̄ prior expoſitio illatis verbis longe accōmodatior eſſe videtur. Subſtantia igitur inquit proprie ens eſſe vī, ſed in corporibus,id eſt corpora manifeſtiſſime.Corpora.n.haud dubie ſubſtātia ſunt. quamobrem animalia, ſtirpesq;,& animalium ac ſtirpium partes, quia corpora ſunt, ſubſtantias nuncupamus. Et pari ratione ſimplicia corpora,horumq; partes, quæq; ex partibus conſtituuntur, vt animalia ſubſtantiam appellamus. Hæc enim cuncta corpora ſunt (Ex partibus aut omnibus) ex partibus inquit ſimplicium corporum animalia conſtant, ex vniuerſis vero corporibus cœlum eiusq; partes, aſtra & luna. Sed hæc oratio,nec expleta eſt, & parum habet lucis. Nam cœlum & ſtellas ex quatuor elementis conſtare dicere videtur, quod tamen non dicit. Sed cum corpora ſubſtantiam eſſe ait, & horum quaſcunq; partes ex his vel omnibus, vel quibuſdam conſiſtere, cœlum omnē mundumq; ex omnibus corporibus ipſorumq; partibus cō ſtare docet. Sed qui lunarem intra globum continetur, ex mortalibus corporibus,ac ipſorum partibus conſiſtere. Omne vero circumlatum corpus ex vniuerſitate circumlati corporis,eiuſq; partibus ex vniuerſitate inquam ſphęrarum, & partibus.i.ex aſtris in eis contentis.

At vtrum hæ tantummodo, an & aliæ ſubſtantiæ ſint, an horum quidem nihil rationem ſubſtantiæ ſubeat: aliæ vero ſubſtantiæ quædam conſideremus oportet, atqui corporis fines, vt ſuperficies, linea, punctum, ac vnitas, ſubſtantiæ & magis q̄ corpus ſolidumq; quibuſdam eſſe videtur. Prætera quidam præter ſenſibilia nihil tale eſſe exiſtimāt, quidam plurā & magis entia ſempiterna, veluti plato formas ipſas & res mathematicas duas ſubſtantias eſſe, tertiam vero corporum ſubſtantiam ſenſibilium eſſe cenſuit. Speuſippus autem & plures ſubſtantias ab vno ipſo incipiens, & principia cuiuſq; ſubſtatiæ eſſe dixit. Aliud quidem numerorum, alud autem magnitudinum, deinde animæ atq; hoc pacto extendere ſubſtantias accumulareq; videtur. Quidam inſuper formas quidem & numeros eandem inquiunt naturam habere, cætera vero lineas, planaq; inquam vſq; ad cœli ſubſtantiam reſq; ſenſibiles ſecundas aſſerunt ſubſtantias eſſe.

iii. (At vtrum hæ tantummodo, an & aliæ ſubſtantiæ ſint, an horum quidem nihil rationem ſubſtantiæ ſubeat, aliæ vero ſint ſubſtantiæ quædam conſideremus oportet)

poſtq̃ corpora in comperto ſubſtantias eſſe ſupra dixit,& cætera,quæ recenſuit inquirit. Vtrum hæ tantum quæ commemoratæ ſunt, ſubſtantiæ ſint, an aliq̃ præterea quædam habeantur, an cæteræ magis ſubſtantiæ ſint, q̃ hæ. quæ perconctatus, quibuſdã videri ait, deſignat autem platonem eiusq; ſequaces, corporis terminos potius, q̃ ipſa corpora ſubſtantias eſſe. qui vero corporis termini ſint, exponit, ſuperficies, lineæ, vnitas. has enim potius, q̃ corpus ſolidumq; ſubſtantias illis eſſe placebat. Non nulli ergo ſic tradunt ſuperficies, q̃ corpora magis eſſe ſubſtantias, quidam vero ſenſibilia magis ſubſtantias eſſe aſſeuerantes, præter ſenſibilia nihil eſſe cenſent. vt hippon, cognomento atheus, qui præter ſenſibilia quidquam eſſe negabat, & poſt ipſum epicurei. Alii vero plures ſubſtantias eſſe ſtatuebant, vt plato vnam intelligibilia mathematica, alteram intelligibilia, vt ideas, tertiam ſenſibilium corporum ſubſtantiam. i. ipſa ſenſibilia corpora. Speuſippus vero huius auditor pluſquam triplicem ſubſtãtiam intelligibilem eſſe ſtatuit. Primam ipſum vnum, alteram numerorum principium, tertiam magnitudinum, quartam animæ. & ſic genera ſubſtãtiarum in multitudinem producebat. Fuerunt autem qui non aliud numerorum, aliud magnitudinum eſſe principium dicerent, neq; numeros diuerſæ naturæ atq; magnitudines, ſed eiuſdem principii, eiuſdemq; naturæ. Reliqua vero, vt planã, lineas, cœlum ac omnino ſenſibilia numeris proxima cohærentiaq; eſſe. Nam ipſimagnitudinem & ipſinumerum, primas ſubſtantias eſſe tradebant, lineas vero & ſuperficies, cœlumq; & omnino ſenſibilia, ſcdas, ſed hæc eiuſdem eſſe naturæ, necne dicerent non explicauit.

Sed de hiſce quid recte dicitur, quid nõ recte, & quæ ſubſtantiæ ſunt & vtrũ ſint quædam præter ſenſibiles, an non ſint: & eæ quo modo ſunt, vtrum ſit quædam ſeparata ſubſtantia, & cur ſit, & quo pacto ſit, an nulla ſit p̃ter ipſas ſenſui ſubiectas ſubſtantias, cõſiderandum deinceps eſt antea quidnã ſit ipſa ſubſtantia deſignata. Subſtantia itaq; ſi non pluribus quattuor certe modis maxime dici ſolet, etenim quiditas, & vniuerſale, ac genus, ſubſtãtia cuiuſq; eſſe videtur, & quartum horum ſubiectum. Subiectum autem id eſt, quo de cætera dicũtur, ipſo rationem prædicati non ſubeunte. Quare de hoc antea determinemus oportet, maxime nãq; ſubiectum primum ſubſubſtãtiã eſſe videtur. Tale autem modo quodam ipſa materia dicitur, alio vero modo forma, tertium autem id quod ex hiſce conſtat, atq; materiã q̃dem dico æs, formam autem talem figuram. Id vero quod ex hiſce conſtat ſtatuam, ipſum inquam totum quod ex vtriſq; componitur. Quare ſi forma prior ſit, & magis ens q̃ materies, & id profecto quod ex vtriſq; conſtat, prius per rationem eandem erit. Nũc igitur dictum eſt quaſi figura quidnã ſit ipſa ſubſtantia, vbi diximus id eſſe quod nõ de ſubiecto dicitur, ſed quo de cætera prædicantur. Non ſolum autem hoc pacto dicere de ipſa oportet, quippe cũm non ſit ſatis. nam & hoc ipſo obſcurum eſt, & inſuper materia ſubſtantia ſit. Si enim ipſa non ſit ſubſtantia, quæ nam ſit alia nos præterit atq; fugit. Cæteris nanq; ſublatis, nihil præter ipſam permanere videt. Etenim cætera quidem corporum paſſiones effectiones, potentiæq; longitudo vero, latitudo, atq; profunditas, quantitates quædam ſed non ſubſtãtiæ ſunt. Quantitas enim ſubſtantię rationem non ſubit, ſed cui primo hęc inſunt, id potius ſubſtantia eſt, at vero longitudine, & latitudine, ac altitudine ſublata nil præter id quod ab his definitur reſtare videmus. Quare ſi hoc conſideraverimus modo, materiam ſolam ſubſtantiã videri neceſſe eſt. Materiam autem eam dico, quæ neq; quid p ſeipſam, neq; quantum, neq; aliud quidq̃ corũ dicitur, quibus id quod eſt definitur. Eſt enim quid, quo de vniuerſa hæc prædicantur, cuius ratio a cuiuſq; ratione prædicamenti diuerſa eſt. nam cætera quidem de ſubſtantia, hæc autem de materia prædicatur. Quare ipſum vltimum, neq; quid, neq; aliud quidq̃ p ſe eſſe videtur, at neq; etiam negationes, etenim hæ per accidens competent.

iiii. (De his igitur quid recte dicitur, quid non recte, & quæ ſubſtantiæ ſunt) commemoratis tum priorum tum ſuorum æqualium ſententiis de ſubſtantia, differendum eſſe ait, quid recte, & quid perperam ab ipſis tradatur, & vtrum præter ſenſibiles ſubſtantias q̃dam aliæ ſint, an nullæ prorſus. & an ſit alia ſeparabilis ſubſtantia a ſenſibilibus diuerſa: acſi eſt, quomodo eſt. & quamobrem, an nulla talis habeatur. de his igitur differendũ eſſe ait, cum definierimus ac velut figura & forma quadam quid ſit ſubſtantia ſtatuerimus. Subſtantiam ergo inquit ſi non pluribus, certe quttuor modis dici fateri conuenit. Vno enim modo quiditas ſubſtantia dicitur. altero vniuerſale. vocat autem vniuerſale vel ideas quod quidem magis puto, vel id quod a multis vt multa ſunt diuerſum eſt. illud dico quod per ſingulorum abſtractionem abducitur. Tertio genus cuiuſq;, quarto quod omnibus ſubiicitur, & de quo cætera dicuntur, ipſum de nullo alio. quamobrem de ſubiecto inquit omnium, de quo cætera dicuntur, illud vero non item de alio; quid nam ſit definiendum eſt. Hoc enim potiſſimum ſubſtantia eſſe videtur. Id porro quod eſt omnibus ſubiectum, nec dicitur de alio, vno modo dicitur materia, altero forma, tertio quod ex materia & forma concernitur. quod magis verum eſt. Deinde ſubiectis exẽplis quid materiam dicat, quid formam, quid ex his concretum exponit. Materiam videlicet æs, formam, figuram talem. ex vtroq; conflatum ęneam ſtatuam. quare ſi forma prior eſt & magis ens, q̃ materia, nimirum & quod ex forma materiaq; conſiſtit, materia prius erit. Eſt autem forma prior q̃ materia natura quidem. at non hac ſolum, ſed ẽt tempore. & enim forma quædam, deus inquam, qui bonitas ipſa eſt, cunctis temporibus prior, effector & auctor eſſe demonſtrabitur. Formam autem q̃ materiam magis eſſe ens in promptu eſt intelligere, conſiderantibus per formam quodq;, non per materiam nũcupari. quinetiam quoniam a forma ordinatur & definitur, idcirco forma magis eſt ens q̃ ipſa. hæc effatus ait. (Nunc dictum eſt quaſi figura quidnam ſit ſubſtãtia. vbi diximus id eſſe, quod non de ſubiecto dicitur, ſed quo de cætera dicuntur) Neq; n. ſatis eſt inquit ad ſubſtantiæ conſtitutionem, dicere ſubſtantiam id eſſe, quod de ſubiecto non dicitur. Cum ſit dubium quidnam id ſit, quod cunctis ſubiicitur, & quod de nullo alio prædicatur. quandoq; enim materia omnium ſubiectum eſſe videtur, quippe in qua quantitates, qualitates, affectiones, cæteraq; ingenerentur, & viciſſim aboleãtur. niſi enim materia eſt quæ quanta, quæ qualis, & omnino quæ corpus, animalq; & tale quicquam efficitur, nimirum, fugit nos exiſtente generatiõe, nec quidnam ſit quod efficatur, conſpicimus. Præfatus igitur hanc eſſe, quę efficiat. Et ante hoc materiam oĩum ſubiectum eſſe videri, nũc idipſum confirmat (Nã cæteris inquit ſublatis) cætera vocãs q̃litates, qualitates, duricies mollitudines & reliqua id genus (nihil p̃ter ipſam materiã ſupereſſe vĩ) vt intelligatur ipſam cunctis eſſe ſubiectam. At ſi omnium ſubiectum

eſt ſubſtantia, profecto materia ſubſtantia fuerit. Albedo enim motuſq; ac cæteræ affectiones effectus ſunt atq; potentiæ corporum, nec ſuſtantiæ debent appellari. Cũ ſit ſubſtantię per ſe conſiſtere, ipſa vero per ſe conſtare nequeant. longitudo vero, latitudo altitudoq; quantitates quædam, non ſubſtantiæ ſunt. Supereſt igitur, vt cui hęc primo inſunt, & quod quantitatibus, affectionibuſq; ſublatis remanet, id ſubſtãtia nuncupetur. quod quidem eſt materia. Sed quia quod a qualitatibus, & cæteris quæ commemorauit determinatur, materiã eſſe dixerat, idcirco ait (Materiam autem eam dico quæ neq; quid per ſe ipſam, neq; quantum, neq; aliud quidquam dicitur).i. quæ ipſa per ſe conſiderata, per negationem ſeiunctionemq; formarum, nullum decem prædicamentorum eſt. quibus ens omne continetur. cum ens omne in hæc reſoluatur & in his inſit. Sed neq; negationẽ inquit quantitatum qualitatum ue, vt non quantum aut non quale, vel quãuis aliam ſubſtantiam appellare conuenit. negationes.n. entia ſunt p accidens, non p ſe. at quod p accidens eſt, nõ eſt ſubſtantia.

Ex his igitur conſideratis fit, vt materia ſubſtantia ſit, at eſſe non poteſt, et enim ſeparabile, atq; hoc aliquid, ſubſtantiæ maxime videntur cõpetere, quapropter forma, & id quod ex vtriſq; conſtat ſubſtantia magis q̃ materia videbitur eſſe. Ea igitur ſubſtantia quæ ex vtriſq;, ex materia inquam formaq; conſtat, omittenda. Eſt enim poſterior atq; clara. Manifeſta etiã quodammodo & ipſa materies eſt. De tertia vero conſiderare oportet, hęc enim eſt maxime dubia, atq; cum ſubſtantiæ quædam ſenſibilium rerum conſenſu omnium ſint, in hiſce primum ipſam quæramus, ac contemplemur oportet.

(Ex his igitur conſideratis fit, vt materia ſubſtantiã ſit) demonſtrato ex iis, quæ ſubſtantiæ proprie intellectæ adſunt, materiam ſubſtantiam eſſe videri, concludit, ac ex dictis ſi cui conſiderare libeat effici ait, vt materia ſit ſubſtantia. ſed fieri non poſſe, vt materia ſit ea quæ proprie, magiſq; ſubſtantia eſt. & in hunc maxime modum argumentatur. Subſtantiæ quæ proprie intelligitur hoc datum eſt, atq; ſuppetit, vt ſeparari valeat, & per ſe eſſe, ac vt ſit hoc aliquid, ideſt vt indicari queat, materia autem nec ſeparari aut per ſe eſſe, nec demonſtrari poteſt, materia igitur non eſt proprie ſubſtantia. Sed forma multomagis ſubſtantia eſſe videri poteſt, vt pote quæ materiam definiat, in ordinemq; redigat. Cæterum hac etiam num magis, quod ex forma materiaq; conſiſtit. quoniam & per ſe eſſe & digito monſtrari valet. Qui cum ait (At eſſe non poteſt, & enim ſeparabile, atq; hoc aliquid ſubſtantiæ maxime videntur cõpetere) illud ſeparabile pro per ſe eſſe dicit. Poſtquam vero dixit (quapropter forma & id quod ex vtriſq; conſtat, ſubſtantia magis q̃ materia videbitur) ſuggerit ſed ſubſtantia, quæ ex materia & forma conſtat. i. particularis ac indiuidua ommittanda eſt, cum ſit forma materiaq; poſterior. quod enim ex aliquibus conſtat, hoc poſterius eſt iis, ex quibus conflatur & in confeſſo per ſe conſiſtit, ac omnino eſt in ſubſiſtentia, ſed & materiæ inquit ſermo ommittendus eſt, nam & ipſa manifeſta quodam modo eſt. Analogia nanq;. i. proportione eſt manifeſta, & nunquam ipſam ſine forma conſiſtere liquet. tamen ſecundũ quid obſcura eſt. vt quæ notha aſcititiaq; argumentatione innotuerit. Siquidem negatione, & formarum velut expoliatione intelligitur, non vt formæ, per ea, quæ ſunt. His igitur ommiſſis de tertia, hoc eſt de forma diſſerendum eſt. (Hæc enim maxime dubia eſt) num ipſa per ſe ſit, vt platoni viſum eſt, necne?

Quoniam autem in principio quot modis ſubſtantiam definimus diſtinximus, atq; horum vnus eſſe ipſa quiditas videbatur, de ipſa nunc cõtemplãdum eſſe videtur. Operæpreciũ enim eſt ex notioribus nobis ad notiora ſimpliciter proficiſci, diſcunt enim omnes hoc modo, ex minus notis naturæ ad magis nota proficiſcẽtes, atq; vt in rebus agendis hoc opus eſt, vt ex hiſce quæ cuiq; bona ſunt, ea quæ ſunt omnino bona efficiãtur, ſic ex cuiq; notioribus ea quæ ſunt nota naturæ cuiq; efficienda ſunt nota. Ea vero q̃ ſingulis nota primaq; ſunt, parum perſępe ſunt nota, & parum aut nihil veritatis nimirum habent, attamen ex hiſce quæ praue quidem ſunt nota, ipſi autem nota, enitendum eſt ea quę omnino ſunt nota cognoſcere, ad hęc ipſa per illa proficiſcenti, quemadmodum diximus.

vi. (Quoniam autem in principio quot modis ſubſtantiam definimus, diſtinximus) diſputaturus de formis, poſſint ne ſeparabiles ac per ſe abſq; materia eſſe, an ſecus, de formis quæ in materia habentur, nobiſq; notæ quodam modo ſunt in primis diſſerere operæpretium fore ait. Ex his enim intelligi poſſe, ſint ne illæ, vt platoni videbatur, an non. dicit ergo (quoniam autẽ in principio quot modis ſubſtantiam definimus diſtinximus) qa paulo ante quattuor modis ſubſtãtia definiri intelligiq; dicta eſt quiditas ipſius, & vniuerſale, genuſq; atq; ſubiectũ. cum igitur ſubſtãtia quot modis intelligatur diſtinxerimus, ac vnus eius intellectus quiditas eſſe videatur, de quiditate inquit diſſerendũ eſt, hoc eſt de forma, quæ in ſenſibilibus habetur, nec ſeiungi poteſt. Hinc enim cognitio noſtra ſerpet ad vniuerſalia ſiue ideas, vt appareat ſint ne, an perperam aſſerantur. Poſtq̃ vero dixit (De ipſa nunc contemplandum eſſe videtur) ſubiicit. (Operæpretiũ eſt enim ad id quod notius eſt tranſire).i. commodiſſimum erit ad familiaria notioraq; nobis tranſire, & ex his ad obſcuriora ignotioraq; reduci. (Diſcunt .n. omnes hoc modo) dicimus enim ex nobis cognitis naturæ vero ignotis. hoc enim ſignificat cum ait (ex minus notis naturæ ad nota magis) Nam quæ nobis nota ſunt, naturæ quoq; ſunt cognita, ſed minus q̃ nobis. diſcimus ergo ex notioribus nobis, ea quæ naturæ ſunt cognita, nobis autem ignorantur (Et hoc opus eſt omnibus) vt ex ſibi cognitis naturæ familiaria diſcant. vt in rebus agendis legis latores id ſolent operam dare, vt ex iis quæ bona ſingulis ſunt, perficiant, vt quæ omnino ac p ſe bona ſunt vniuerſis ciuibus ſint bona. Excępli cauſa diuitiæ p ſe bonæ ſunt, aliquis tñ ciuis opibus fretus, eis ad omniũ cõtumeliam abutebatur. qui captus a magiſtratibus, ex lege punitus notaq; affectus eſt. pœniſq; datis ad ſanitatem rediit. vt omnes coleret ac obſeruaret. punitio ergo, quæ p ſe non eſt bona, illi bona facta fuit. quippe qua temperans ac bonus eſt effectus. nec is tantum, ſed locupletiſſimus quiſq; ſi quem diuitiis confiſſus deſpiciebat aut abuſu diuitiarum opprimebat, reſipiuit & ab iniuria temperauit. Quemadmodum igitur ex punitione quæ nocenti & contumelioſo bona fuit, diuitiæ quæ per ſe locupletibus ſingulis bonæ ſunt, factæ fuerunt bonæ, ſic ex cuiq; notis, quæ naturæ cognita ſunt ſingulis autem ignota, ea doctor ipſi, hoc eſt ignoranti efficere nota properat. Soſigenes enim ex iis quæ erant alexandro nota, quæ naturæ cognita ſunt ipſi nota reddidit. (Ea vero inquit, quæ ſingulis nota primaq; ſunt, perſæpe) neq; enim ſemper & omnino (parum nota ſunt, & parum habẽt aut nihil entis).i. veritatis. Nam plæriſq; in locis ens pro vero ipſe ſolet vſurpare. viciſſimq; non ens pro falſo. Pueri enim vt ipſe in phyſica, dixit omnes viros quaſi patres agnoſcunt, & hoc nomine ipſos appellant.

Quod parum aut nihil habet veritatis. Quatenus enim ab homine genitus homines, non equos aut boues patres vocat, hactenus parum habet veritatis. Qua vero cunctos sic appellat, nihil. Cæterum ex iis, quæ perperam nota sunt, perperam enim cūctos homines patres suos esse putat, ex male igitur notis, ipsi tamen notis postea ad veritatem reuocatur, suumq; patrem a cæteris hominibus dignoscit. Nos igitur quod infantibus vsu venit, imitantes ex male nobis obscureq; notis, quæ omnino ac naturæ cognita sunt, nouisse conabimur, ab his vt diximus nobis cognitis ad illa transeūtes.

Atq; primo de ipsa quædam differendi modo dicamus. Quiditas est id qđ dicitur vnum quodq; per se. Non enim esse cui esse musici est, quippe cum non per te ipsum, musicus sis, atq; neq; etiam omne per se, non enim id quod sic per se est, vt superficies albū est, quia superficiei esse non est eē ipsius albi, at vero neq; id quod ex vtrisq; constat, esse inquam superficiei albæ, est esse superficiei, propterea q; ipsa superficies est in ratione. Ea ergo ratio quiditatis est vniuscuiusq;, in qua ratione dicente ipsum nō in est ipsum. Quare si esse superficiei albæ, sit esse superficiei lęuis, esse albi leuisq; vnum & idem est.

(Atq; primo de ipsa quædam differendi modo dicamus) Præfatus operæpretium esse vii. differere de hoc quod ipse quid erat esse vocat, & hinc ad omnino cognita gradum facere, primum inquit de ipso aliqua logice dicemus. Sed anteq̄ verba ipsius enarremus, illud ītatuamus oportet, aliud ab ipso quiditatem, aliud rationem seu definītionem appellari. Nam quiditatem vocat rem ipsam cīusq; naturam coniunctam & complicatam ac simul intellectam, quæ nomine ipso significat. Homo enim nomen est quiditatem hoc est ipsam rei natura significans, quæ nomine homo significatur. quiditatem igitur vocat hominis, vt in huius exemplo persistamus, naturā comprehensim simulq;, acvt diffinitionem intellectam. Definitionem vero intellectum, qui partibus ex quibus forma cō sistit explicandis recensendisq; percipitur. quiditas ergo hoc differt a definitione, quod illa est confusa quædam intellectio, & quasi dictio, & quæ rē velut vnam cōtemplatur. Definitio autem explicatio quædam rei est, & partium eius ēnarratio. Ac hę quidem in dictorum illustrationem præfati, ad cæteram eorum expositionem redeamus. Quiditas igitur inquit est id quod dicitur vnum quodq; per se. Nam singulorū hominum quisq; per se quiditas dicitur. quod vt clarius appareat, quiditatis loco nomen homo, qđ ipsam significat accipiatur. quiditas ergo. i. homo est id quod singulorum quodq; per se dicit. Socrates enim nomen illud .i. homo dicitur. quod si Socrates dicitur homo, nimirū & illud dicitur. Illud inquā quod nomine homo significatur. Illud autem est quiditas. Alexander enim vocatur homo, quod significat quiditatem. vbi ergo quiditatem id esse dixit quod vnum quodq; p se appellatur, exponens cur illud per se addidisset, subiungit. (Non est enim tuum esse musici esse). i. socrates musicus appellatur, tamen socratis eē non est esse musici. nec eius natura est musicum esse. Neq; enim per se musicus est, nec quiditas quæ dicitur socrates est musicum, sed quod socrates est per se, id socratis est quiditas, & singulorum hominum. Explicato autem quiditatem esse quod singulis per se adest & quod vnumquodq; dicitur, quoniam albedo per se adest superfici, idcirco infert. (At neq; etiam hoc omne) quasi dicat, non omne quod per se suipiam adest, quiditas eius est cui adest. Neq; enim perinde quiditatem in suis partibus inesse dicimus, vt album in superficie. quiditas enim suis partibus. hoc est indiuiduis adesse dicitur, quoniam ipsorum quodq; quiditas est. & quoniam hæc in quoq; perfecta

natura ineſt. Albedo autē ſuperficiei per ſe. i. primum adeſſe dicitur, quia enim albedo in ſuperficie primum habetur, quæ ſuperficies in corpore ineſt, idcirco corpus album eſſe dicitur. Album igitur non ſic in ſuperficie per ſe ineſt, vt quiditas in partibus ſuis. Itaq; ſocrati eſſe inquit, eſt homini eſſe, dicens homini eſſe in datiuo caſu quiditatem, q̄ per nomen homo ſignificatur. eſſe autem ſuperficiei non eſt eſſe albo. Alia eſt enim ſuperficiei q̄ albedinis natura. non item ſocratis natura, & eius quiditatis, quæ nomine homo ſignificatur diuerſa, ſed eadem eſt. Sed neq; ſuperficiei eſſe hoc eſt quod ſupficiei eſſe albæ. Neq; enim ſuperficies idem eſt, quod ſuperficies alba. cur autem ſuperficiei eſſe non ſit idem ſed diuerſum, q̄ ſuperficiei eſſe albæ, ſtrictim admodum, ac proinde obſcure cauſam ſuggeſſit dicens (quoniam ipſum adeſt) verbo ipſum ſignificans definitum hoc eſt ſuperficiem. eſſe igitur ſuperficiei, non eſt hoc, quod ſuperficiei eſſe albę, ꝓpterea qđ in ſupficiei albę definitiōe ſuperficies aſſumitur. Nā ſocratē hoc eſſe, qđ hominē dicimus. qm̄ cū hominē definim⁹ nō aſſumimus hominē ad hominis definitionē. Neq; enim hominem definientes dicimus, homo eſt homo animal pedeſtre bipes. vt ſuperficiem albam definictes ad eius definitionem ſuperficiem ipſam accommodamus. Nam ſuperficiem albam, ſuperficiem in ſe colorem viſionis diſcretiuum habentē eſſe definimus. Itaq; ſuperficiem in ſuperficiei albę definitione complectimur. Errat enim ſi quis non aſſumpta ſuperficie ſuperficiem albam definiri poſſe putat ad hunc modum. Superficies alba eſt color viſus diſcretiuus, hęc enim albedinis non ſuperficiei albæ definitio eſt. Si ergo ſocratem hoc quod hominem eſſe dicimus, propterea quod in hominis definitionem non aſſumitur homo, ſatis intelligitur cum in ſuperficiei albæ definitionem ſuperficies accipiatur, non hoc eſſe ſuperficiem quod ſuperficiem albam. Non igitur inquit ſuperficies idem eſt quod ſuperficies alba. quoniam ipſum. i. ipſa ſupficies adeſt. ergo quia ſuperficies in albæ ſuperficiei definitione ſumitur, idcirco ſuperficies non eſt hoc quod ſuperficies alba. Quanq̄ locus hic aliter etiam legitur ad hunc modū (Propterea quod ipſa adeſt) quæ quidem ſcriptura illuſtrior eſt. Nam propterea inqt ſuperficies non eſt idem quod ſuperficies alba, qa ſuperficies in ſuperficiei albæ definitione continet. His explicatis concludit dicens (Ea ergo ratio quiditatis eſt vnius cuiuſq; in qua ratione dicente ipſum non ineſt ipſum). i. ea eſt ratio & definitio quiditatē cuiuſq;, naturamq; ſignificans, in qua ratione dicente ac explicante ipſum definitum nō ineſt ipſum. i. definitum. In hominis enim ratione, quæ homo quid ſit exponit, nō ineſt homo. Deinde ait. (Quare ſi eē ſuperficiei albæ ſit eſſe ſuperficiei lęuis eſſe albi lęuiſq; vnum, & idem eſt) q̄ quidem, vt opinor, ſolutio cuiuſdam rationis eſt, quæ dictis obiici poteſt in hunc modum. Si enim quoniam ſuperficies in ſuperficiei albæ definitione ſumitur, idcirco negas ariſtoteles ſuperficiem hoc eſſe quod ſuperficiē albam, non abiicimus in definitione ſuperficiei albæ ſuperficiem, ſed ſumamus eam, album vero prętermittamus. quo facto dabis omnino ſuperficiem hoc eſſe, quod ſuperficiem albam. dicemus enim ad hunc modum. ſuperficies alba eſt ſuperficies lęuis. Huic igitur vt puto rationi occurrens, intulit (Quare ſi eſſe ſuperficiei albæ & eſſe ſuperficiei lęui) & quæ ſequuntur, quaſi dicat. quare ſiquis ſuperficiem albam definiens dicat, eſſe ſuperficiei albæ. i. ſuperficies alba eſt eſſe ſaperficiei lęui, hoc eſt ſuperficies lęuis, is album definierit, hoc enim deſideratur, non ſuperficiem albam. Nam cum, ſupficiem albam, ſuperficiem lęuem eſſe ait, nil aliud dicit, q̄ album eſſe lęue. & quod album eſſe & læue eē vnum idemq; ſit.

Cum autem ſint & cæteris in prædicamentis compoſita, eſt enim aliquod cuiq; ſubiectum, vt quiditati, & quantitati, & vbi, ac motui, conſiderandū

est,si sit quiditas vniuscuiusq; ipsorum ratio,& sit ipsorum etiam quiditas, veluti si sit albi hominis quiditas,sit itaq; nomen ipsi positum vestimentū. Quidnam igitur sit vestimenti esse. At enim neq; hoc est ex eorum numero, quæ per se esse dicuntur. An id qđ non per se est dupliciter dicitur, & aliud est ex additione, aliud non est ex additione. Quoddā enim ex eo dicitur id quod diffinitur,quia ipsum alii additur,veluti si quispiam album diffiniens albi rationem hominis dicat. Quoddam ex eo dicitur, quia aliud ipsi non additur, veluti si vestimentum quidem hominem album significet, ipsum autem quispiam vt album diffiniat. Albus igitur homo est quid album, nō tamen ipsius quiditas est esse albi,sed vestimenti.

(Cum autem sint & cæteris in prædicamentis composita. est enim aliquod cuiq; subiectum vt qualitati & quantitati)postq̄ superficiem idem quod superficiem albam esse negauit neq; superficiei esse & esse superficiei albæ idem esse dixit,quæstionem huiumodi proponit. Cum quale & quantum & aliorum prędicamentorum quodq; subiectum aliquod habeat,num ratio & definitio quiditatis eorum cuiusq; exiſtit.i.vtrum homo et album natura vna esse potest!ac homini albo quiditas suppetit,definitioq; albi hominis habetur!Sed quoniam definitiones nominum sunt,non orationum, nequis albi hominis definitionem esse negare possit,propterea quod oratio id sit, non nomen,idcirco ait (sit itaq; nomen ipsi positum vestimentum)vestimenti ergo hoc est homini albi definitio est,an nulla eius habetur. & perconctatus respondet dicens. (At enim neq; hoc ē ex eorum numero,quæ per se esse dicuntur).i earum naturarum ,quæ per se ac in substantia sunt,definitiones esse dicimus. At homo albus cum per se non sit,nec per se cōsistere valeat. Sed perinde sit in homine,vt Socrates musicus in socrate,quo modo hominis albi potest esse definitio.cuius si qua sit definitio, quiditas quoq; habeaṫ oportet. i. natura quæ ipsa per se consistat,& per definionem explicetur. At homo est,homo albus non item,sed homini esse accidit. Cæterum hominem album non esse per se testatus per intellectus eius quod non est per se demonstrare tentat,hominem album ex eorum esse numero,quæ per se sunt. dicens. (An id quod non est per se dupliciter dicit̄ & aliud est ex additione aliud non ex additione)statimq; exemplum eius suggerit, qđ ex additione nō est per se. Nam quoddā inquit dicitur propterea quod ipsum adiicitur alii.Est autem sensus ,si quis album definiens,hominis quoq; definitionem assumat, is rem & ipsius definitionem alteri rei ac definitioni addit.Si quis enim album definiēs dicat.Album est color visus discretiuus animal pedestre bipes ,non hic albi definitionem explicet,sed hominis albi.ac ideo non per se definit album, qm̄ album quod alteri hoc est homini apponitur. quoddam igitur ad hunc modum non per se dicitur. (Aliud ãt propterea quod alterum ipsi)ad explendam hanc dictionem,quæ manca est,illud desideratur. accedere oportet,quod non accedit.vt sit plena oratio. (Aliud autē propterea quod alterum ipsi accedere oportet,quod nō accedit)exempli causa si cum vestis, hominem album significet, vestem ita definias, vestis est color visum discernens.Nam cum vestis definitioni aliud esset adiiciendum ,nimirum animal pedestre bipes non adiicit̄. quare non per se vestem definisti .si ergo cum album definimus,hominem non assumēte non per se dicitur,ac similiter si cum hominem album definientes non assumimus hominem, non per se dicitur,profecto si vestē definientes,& album & hominem assumamus,vestis.i.homo albus eorum erit,quæ per se sunt.porro si horum numero conuinetur, definitio quoq; ipsius habebitur.Cum definitiones eorum sint, quę p se dicunt̄.

viii.

perperam igitur homo albus eorum esse quæ per se dicūtur,ac proinde definitionē habere negabatur. Cuius exactam solutionem paulopost explicabit, vbi definitio quærit an multifariam ,vt ipsum quid est dicatur. hoc enim vno modo substantiam significat. accuratiorem igitur solutionem post paulo declarabit.prius tamen proximis verbis interiectis infert. (Albus igitur homo est album non tamen ipsius quiditas est esse albi.sed vestimenti)dicere igitur homo est albus,est illud quidem verum,nam cum album in homine sit, verum dictu est hominem esse album , non tamen quiditas hominis est esse album .i.non est hoc homo, quod hominem esse album. sed potius hominē esse album.i.homo albus est esse vestimentum.i.vestimentum.Nam homo inquit non est hoc quod homo albus , esse tamen hominem album idem est ,quod esse vestimentum. Positum ē enim hominē album vestimenti nomine significari.

At est ne quiditas quædā aut simpliciter,an non'est. Quiditas enim cuiusq; substantia est. Cum autem aliud de alio dicitur,non est proprie hoc aliqd, si ipsum hoc aliquid substātiis tm̄modo competit. Quare quiditas est eorum, quorum oratio diffinitio est. Diffinitio vero est,nō si nomē idē qđ oratio significat.Oēs.n.oīones essent vtiq; diffinitiōes.Sit.n.cuiuis orationi positū nomen.Quare & ilias diffinitio erit,sed si alicuius sit primi.Talia vero sunt ea q̄ dicuntur non ex eo quia aliud dicitur. Nulli ergo specierum quæ non sub genere sunt quiditas cōpetit: sed hisce solum:hæ nanque per participationem passionemue:neq; vt accidens dici videntur. Sed oratio quidem : & cuiusq; cæterorum erit quid nomen significat:si sit nomen : hoc inquā huic inesse:aut pro oratione simplici magis exacta. Diffinitio uero nō erit / neq; quiditas sanc: an ut & ipsum quid est : sic & diffinitio multipliciter dicitur. Etenim ipsum quid est vno quidem modo substantiam:& hoc aliquid significat.Alio vero modo vnumquodq; eorum quæ prædicantur: quātum inquam/quale & alia huiusmodi. Vt enim & ipsum est/omnibus quidem: sed non similiter competit:sed alicui primo/cæteris loco secundo : sic & ipsum quid est absolute quidem substantiæ, cæteris autem ex parte aliqua competit.nam & ipsum quale, quid nā sit interrogare possumus.Quare est quidem & ipsum quale quid est:at nō simpliciter:sed vt id quod haud est dissimilem quidam inquiunt esse:non simpliciter, sed non ens,sic & ipsum quale dicimus quidem quid est , sed non simpliciter vt diximus. Atq; considerare oportet:& quonam pacto de vnoquoq; dicere oportet : vt non magis q̄ ipsa res sese habet/atq; ad ipsam sit accomodatū dicatur. Quapropter & nūc cum id quod dicitur pateat,& quiditas sane similiter:primo quidem absoluteq; substātię:deinde cæteris:quemadmodum & ipsum quid est competet:vt ipsorum non simpliciter quiditas/sed qualis/ aut quanti sit quiditas:aut enim æquiuoce/aut addentes/aut auferētes hæc esse entia dicamus oportet:quemadmodum & non scibile:scibile dicitur:quoniā hoc est rectū: neq; æquiuoce dicere/neq; modo eodem/sed vt medicatiuum: quod quidē ad vnum dicitur atq; idem: non autem idem est atq; unum. Attamen non

æquiuoce dr̃·Corpus.n.& opus,& vas,neq; æquiuoce ſane,neq; oſone vna medicatiuũ dr̃.ſed ex eo quia ad vnũ ipſoꝝ quodq; refertur. At.n. ſiue hoc modo,ſiue alio quiſpiã hæc dicere velit,nihil intereſſe videt. Illud pſpicuũ iam euaſit,definitionẽ quiditatẽue primo quidẽ,atq; ſimpliciter ſubſtaſitia rum ipſaꝝ eſſe,cæteroꝝ autem eſſe quidem,ſed non primo.

(At eſt ne quiditas quædam aut ſimpliciter,an non eſt)cum ſæpe quiditatis mentionẽ fecerit,quæ quidem eſt cuiuſq; natura, & diſcrimen inter ipſam ac definitionem expli cauerit & quiditatem eſſe dixerit omnium particularium hominum ,vt in hominis exẽ plo verſemur,naturam collectim ac ſimul intellectam,quoniam vt in libro de demon ſtratione traditur,quæſtio an eſt præcedit quæſtionẽ quid eſt ,idcirco quærit , num qua entium quiditas habeatur:an nulla prorſus? quam quæſtionem breuiter ſoluit dicens . (quod enim aliquid eſt,hoc eſt quiditas).i.quiditas eſt cuiuſq; ſubſtantia.Porro ſi qui ditas ſingulorum eſt ſubſtantia.ipſa autem ſingula ſiue ſingularia ſunt,dubium eſſe nõ debet,quin de numero entium quiditas habeatur.et quoniã quiditas in ſubſtantiis eſt.i. quiditas nihil eſt aliud q̃ omnes indiuiduæ in quaq; ſpecie ſubſtantiæ,hæ nimirum per ſe ſunt (Cum autem aliud de alio dicitur,non eſt proprie hoc aliquid & per ſe. Homo enim albus non eſt per ſe,ſed in homine.Nam hoc aliquid ſubſtantiis antum determi natur atq; ſuppetit.q; ſi hoc aliquid ſubſtantiis adeſt,homo autem albus non eſt ſubſtã tia,ſed acidens,homo igitur albus non eſt quod aliquid & per ſe.Ex cunctis ergo dictis manifeſto conficitur(vt quiditas eorum ſit,quorum oratio eſt definitio).i.entium in iis tantum proprie ſubſtantiis quiditas eſt,quarum oratio eſt definitio.i . explicatio & com memoratio eorum quę per ſe aceſſentialiter ipſis adſunt.Sed cũ dixiſſet(quiditas eſt eo rum quorum oratio eſt definitio)quoniam definitiones idem ſignificant , quod nomen quiditatis,idcirco intulit(Definitio vero eſt non ſi nomen idem quod oratio ſignificat) qui cum dicere deberet definitio eſt non ſi oratio idem quod nomen ſignificet, dixit nõ ſi nomen idem quod oratio ſignificet. Eſt autem ſenſus. Non omnis oratio id quod no men ſignificans eſt definitio. Nan ſi omnis oratio idem ſignificans atq; nomen definitio eſſet,cũ omni orationi nomen imponere valeamus ,omnis oratio erit definitio.Quare cum omni homeri poeſi ſit nomen ilias,nimirum poeſis eſſet definitio . Omnia enim carmina ipſos dico viginti quattuor libros idem ſignificant,quod nomen ilias.Non igi tur omnis oratio quæ idem atq; nomen ſignificat,definitio eſt.Sed quæ idem atq; nomẽ explicat.& aliqua exponit atq; commemorat ex iis,quæ ſpeciem vel multitudinem po tius conſtituunt.a quibus intellectus ſecernit,atq; abſtrahit vniuerſale , ea demum ora tio definitio eſt.Sed cum dixiſſet orationem tunc eſſe definitionem,ſi fuerit primi cuiuſ piam ,ad exponendum quænam prima vocet ſuggeſſit (talia vero ſunt ea, quæ dicun tur non ex eo quia aliud dicitur)Nam cum dicimus album,non ipſam per ſe albedinẽ ſignificamus,ſed ſubſtantiam albedine præditam.exempli gratia niuem,ſocratem aliud ue quidpiam tale. cum vero dicimus hominem,non aliud quidq̃ dicimus aut ſimul cõ ſideramus niſi huiuſmodi ſubſtantiam ,quæ per ſe valet conſiſtere .ex dictis igitur pla num fit.præter generis ſpecies nulli eſſe quiditatem.Sed illorum eſſe quiditatem , quæ generis ſpecies ſunt. Neq; vero quarũlibet ſpecierũ quiditas habetur , ſed ſpecierum abtractarũ a ſubſtantiis.i.quiditas eſt indiuiduorum, ex quibus ſpecies ſecernuntur quæ ſpecies cum nihil aliud ſint q̃ ipſa ſingula,ſpecies enim in his eſſe obtinent , de his enim habetur oratio non de iis,quæ intellectus a ſe abſtracta continet in ſe, hæ nimirũ ſpecies nõ participatione ſine ſocietate dicuntur.i.non quaſi accidentia prædicant. neq; affectiones eorum ſunt , de quibus dicuntur . quemadmodum album & nigrum , aut

aut calidum , ſed, tanquam nihil ſubſtantia naturaq; a priuatis differant , præterq̃ quod ſunt vniuerſales . q̃q̃ illud (non ſecundum participationem)intelligi poteſt pro eo,nõ ſeparatæ ſunt ſpecies , vt platoni viſum eſt , nec ipſarum participatione ſingula quæq; conſiſtunt , ſed ſubſtantiæ ſunt , quæ in ſingulis habentur , ſeiunctę quodam modo , alias inſeparatæ . Seiunctę quatenus in ſingulis ſunt.i. qua ſunt ipſa ſingula ,indiſcretæ vero, in eo q; natura,quę in omnibus reperitur ,eadem eſt . Et aliorum cuiuſq; oratio habetur quæ huic illud adeſſe ſignificat , vt ſi homini albo veſtimentum nomen impo natur.eſt igitur veſtimenti nominis oratio .cum veſtimentum album homini adeſſe ſi gnificet , non tamen huiuſmodi oratio ,quę homini album adeſſe ait, definitio eſt,neq; quod hac oratione ſignificatur,quiditas eſt & res quæ per ſe valeat conſiſtere.Sed cũ di xiſſet (ſed oratio quidem & cuiuſq; cęterorum erit ,aliquid ſignificans ſi nomen ſit,hoc ſ.huic ineſſe)adiecit(aut pro oratione ſimplici magis exacta)Nam cum dico homo al bus ,ſimplicem orationem profero , quæ album homini adeſſe ſignificat .cum vero aio eſt homo habens colorem viſus diſcretiuum , vel animal pedeſtre bipes album,oratio nem dico exactiorem,q̃ quæ ait,homo albus.Poſtq̃ igitur ad hunc modum,quiditatem in ſolis ſubſtantiis ineſſe,& harum dumtaxat haberi definitiones docuit addit (An vt & ipſum quid eſt ,ſic & definitio multipliciter dicitur) .i. quemadmodum quid eſt dicitur in ſubſtantia,in quanto , & in quali.Nam vt ipſe in primo topicorum dixit, qui homi ne propoſito,quod propoſitum eſt hominem eſſe ait ,aut animal,is quid eſt dicit ſubſtã tiamq; ſignificat.Si vero propoſita albedine , quod proponitur albedinem aut colorem eſſe aiat,quid eſt dicat & qualitatem ſignificet.idem ſi cubitali magnitudine ante oculos poſita ,id quod obiicitur dicat eſſe cubitale,quid eſt dicit,& quantitatem ſignificat, pari cæterorũ rõe.vt igitur ipſum quid eſt plurifariã dicitur & de cunctis entibus prædicat, ſed de quodam hoc eſt de ſubſtantia primum,deĩde de aliis,ſic inquit ipſum aliquid eſt. appellans aliquid eſt definitionem,primum ac proprie ſubſtantię competit,aliis autem certo quodam modo. Quod vero quid eſt,nõ ſolum in ſubſtantia dicatur,ſed etiam in cęteris rurſus demonſtrat dicens,ipſum quid eſt dicitur quidem in quali ,non tamẽ ſim pliciter .Sed quemadmodum quidam logice ac probabiliter argumentantes non ens eſſe aiunt , non tamen ſimpliciter ipſum exiſtere,& de numero entium eſſe dicunt,ſed eſſe quidem non tamen ens ſed non ens ,ſic quali quid eſt tribuimus ,at non ſimplici ter,vt ſubſtantiæ ,ſed cum additione aliquid eſt quale . In ſubſtantia enim ſimpliciter & abſq; additamento dicimus quid eſt,in aliis autem vt dictum eſt ,& cum additamen to aliquid eſt quale vel aliquid eſt quantum.Poſtquam ergo dixit quid eſt ſimpliciter in ſubſtantia dici,quodam vero modo in cæteris ait (Atq; conſiderare oportet & quonã pacto de vno quoq; dicere oportet).i. conſiderare oportet, vtrum ad hunc modum di cere conueniat quale eſſe quid eſt ,an ſimpliciter ſit quid eſt. Aut certe non hic eſt ſen ſus,ſed ille.non oportet in dicendo negligenter agere,ſed orationis elegantiæ ac deco ri rationem habere,ne ſicca ſit atq; ieiuna . quatenus tamen argumenti & quaſi materiæ natura patitur , ac vt dici intelligiq; poſcit.quibus verbis interiectis ait (quapropter & nunc , cum id quod dicitur pateat).i. quoniam perſpicuum eſt,proprie quid eſt in ſo la ſubſtantia dici(& quiditas ſane ſimiliter primo quidem abſolutęq; ſubſtantię,deinde cæteris)non ſimpliciter tamen , ſed cum additamento , vt quiditas qualis , & quiditas quanti.quemadmodum igitur ipſum quid eſt non ſimpliciter his tribuitur , ſed ſubſtã tiæ tantum hoc modo conuenit ,ipſis vero cum additamento , vt aliquid eſt quale , ſic quiditas cum additamento,vt quiditas qualis, & quiditas quanti . Et quemadmodum non ſcibile dicitur ſcibile ,ſed non ſimpliciter quia eius habeatur ſcientia ,ſed quia ſciẽ tia eſt,quæ docet ipſum non eſſe ſcibile,ſic in his quiditas non ſimpliciter dicetur , ſed

cum additamento. Ordo igitur orationis huiuſmodi eſt. Et quiditas ſimiliter aderit primo quidem ac ſimpliciter ſubſtantię, deinde vero & aliis, at nō ſimpliciter quiditas, ſed quiditas qualis aut quiditas quanti, vt ipſum quid eſt, quod quidem ipſis non ſimpliciter conuenit, ſed cum additamento. poſt hæc ab alio principio ſequitur illud (quēadmodū non ſcibile ſcibile dr̄) deinde illud (aut addentes aut auferentes. oportet enim hæc æquiuoce eſſe dicere) & ſubaudiendum eſt vel vniuoce. tum illud (quoniā hoc eſt rectum neq; æquiuoce dicere) & cætera. Nam illud (aut addentes, aut auferentes, quemadmodum & nō ſcibile ſcibile) interiectum & illud mancum (oportet enim hęc æquiuoce dicere) deſideratur enim vel vniuoce hæc inquam ſic habentia perq̄ obſcuram reddunt dictionem. Et fortaſſe oratio eſt huiuſmodi, quiditas primum & ſimpliciter conuenit ſubſtantiæ, deinde aliis at non ſimpliciter. Sed quemadmodum quid eſt ipſis non ſimpliciter conuenit, ſic & quiditas ac vt non ſcibile ſcibile vocatur non ſimpliciter ſic hæc quoq; ſeſe habere dicendum eſt vel addentes inquit vel auferentes. Addentes in quanto & quali & cæteris vt dicamus, quiditas qualis aut quiditas quanti. auferentes vero .i. ſimpliciter autem & abſq; additamento in ſubſtantia. deinde dicendū eſt oportet autem. nam coniunctio enim pro autem dicta eſt accipienda quaſi quiddam aliud dicat. Deinde ergo dicendum eſt (oportet autem hæc æquiuoce entia eſſe dicamus an vniuoce. quoniam hoc eſt rectum neq; æquiuoce) quaſi dicat ſubſtantiam, quantum, & quale cæteraq; prædicamenta, æquiuoce an vniuoce entia dicere oportet? & reſponſionem infert, hoc rectum eſt & verum dictu neq; æquiuoce ea dici, neq; eodem modo .i. vniuoce. Sed ex iis eſſe, quæ ab vno & ad vnum appellantur (vt medicum inquit ad idem & vnum dicitur). i. ex eorum eſt numero, quæ ab vno & ad unū dicuntur (non autem idem eſt atq; vnum). i. non autem vniuoce dicit, ſed ne æquiuoce quidem. Nam corpus medicum & vas medicum nec æquiuoce dicuntur, nec ſecundū vnum & vniuoce. Sed ad vnum .i. vt ea quæ ab vno & ad vnum dicuntur. Vt hęc igitur non dicuntur ſimpliciter entia, ſed primum & proprie ſubſtantia, ſecundo loco reliqua prædicamenta, ſic primum & ſimpliciter definitio & quiditas ſubſtantiarū eſt. q̄q̄ aliorum quoq; vt dictum eſt habeantur (At inquit ſiue hoc modo ſiue alio quiſpiā hæc dicere velit nihil intereſt) hęc ait. i. decem genera generaliſſima, ſiue vniuoce, ſiue æquiuoce eſſe dicas ſeu quod verius eſt, ex eorū numero quæ ab vno & ad vnū dicuntur haud ponā inquit in magno diſcrimine. eadem eſt enim ratio.

Non neceſſe eſt enim ſi hoc ponamus, eius diffinitionem eſſe cuius nomē idem quod oratio ſignificat, ſed quod oratio quædam. Hoc autem eſt, ſi vnus ſit, non continuatione, vt ilias, & quæ coniunctione ſunt vnum, ſed ſi hiſce modis pluribus ipſum vnum proprie dicitur: ipſum autem vnum perinde atq; id quod eſt dicitur: an hoc partim hoc aliquid, partim quantum, partim quale ſignificat. Quapropter & albi hominis erit ratio diffinitioq;. Alio vero modo & albi & ſubſtantiæ erit.

(Neq; enim ſi hoc poſitum fuerit protinus neceſſarium erit, eius eſſe definitionem, qđ cunq; oratione idem ſignificauerit, ſed quod certa oratione) quoniam omne nomen cuiuſcunq; fuerit, idem ſignificat atq; oratio & definitio rei, ac viciſſim oratio idem quod nomen. quod non ſolum in his reperitur, ſed plerunq; nomina ſunt, quæ idem quod oratio ſonant, ac e diuerſo, & tamen orationes quæ huiuſmodi ſunt, vt nomen idem quod ipſe declaret, non ſunt definitiones. Cum hoc igitur ad hunc modum ſeſe habeat, & propoſitum eſſet de definitionibus diſputare, de hac ipſa re diſſerit, & ait.

Quēadmodum

Quemadmodum ſi ſimpliciter affirmemus, quodcunq; nomen idem quod oratio declarauerit orationem eius rei quam nomen ſignificat, eſſe definitionem, nihil efficitur neceſſarium. Multa enim nomina idem quod oratio declarant, nec tamen orationes definitiones ſunt, neq; nomina quæ orationum ſunt declarantia. Dicuntur autem nomina quoq; definitiones quoniam idem quod definitio declarant. vt enim homo dicit mortalis, & mortalis homo propterea quod idem eſt vtriuſq; intellectus, ſic ſi oratio & definitio idem ſignificet atq; nomen, & nomen idē quod oratio, vtiq; nomen definitio dicetur, rurſusq; definitio nomen. atq; hoc quidem eſt, vt arbitror, horū dictorum ſenſus. Nam licet enim coniunctio in dictione poſita ſignificare videatur, hæc ad confirmationem pertinere cuiuſpiam eorum, quæ proxime dixerat, non tamen ita eſt. Sed oportet illud enim pro igitur accipere. quod ab ipſo multis in locis vſurpatur vt in ſecundo poſteriorū libro & pleriſq; aliis in locis annotauimus. Enim ergo pro igitur accipere oportet. vt ſit huiuſmodi ſenſus. Non igitur eſt neceſſe. i. non accidit ſiue ſequitur aliquid neceſſarium, ſi poſuerimus quodcunq; nomen idem quod oratio ſignificauerit, illam orationem ſeu rationem eſſe rei definitionem. Sed dicendum eſt, ſiquod nomē idem quod aliqua oratio ſignificet, oratio illa rei erit definitio. Erit autem oratio a nomine ſignificata definitio, ſi nomen ipſum orationem vnam ſignificet. Vnam aūt nō cohærentia, quales eſt ilias vel coniunctione. neq; vero dixit vel coniunctione, vt aliud q̄ cohærentiam ſignificaret, ſed quaſi diceret cohærenti ſeu continenti coniunctione. Oratio igitur inq̄ quæ a nomine ſignificatur, definitio erit, ſi ſit vna. vna inquam non coniunctione. Sed ſi quot modis dicitur vnum .i. quot modis pprie vnum dicitur. hoc eſt ſi oratio fuerit vna ſecundum vnum intellectum ex iis, quibus proprie vnum intelligitur, definitio erit. Sed cum dixiſſet quod modis dicitur vnum, adiecit tot modis vnum dici, quot ens hoc eſt decem modis. Nam in tertio huius operis libro demonſtratum eſt vnum & ens hmōi eſſe vt alterū alterę cōſequatur. quamobrē ita demum orationem definitionem fore ait, ſi vna fuerit. i. ſi naturam vnam, vnāq; ſubſtantiā ſignificauerit. non etiam ſi copula vna fuerit. Quod vero ait (quare & hominis albi erit oratio) vt concluſio ſupra dictorū eſt, quaſi dicat ex his quæ diximus apparet, etiam hominis albi fore definitionem, ſed alio modo erit ſubſtantiæ definitio, alio albi alio hominis albi, illorum enim ſubſtantię dico & qualis definitio erit vt ſimplicium, albi hominis aūt vt cōpoſiti.

Exiſtit autem dubitatio, ſi diffinitionem quiſpiam non eſſe dixerit eam rationem / quæ ex additione conficitur, cuiuſnam non ſimplicium / ſed coniunctorum diffinitio fuerit. Per additionem enim hæc declarentur neceſſe eſt. Dico autem hoc pacto / eſt naſus / & concauitas, atq; ſimitas: id quod ex vtriſq; dicitur; ex eo quia hoc huic ineſt: & non per accidens, aut concauitas, aut ſanitas affectus eſt naſi. Sed per ſeipſum vt patet, neq; vt albū calliæ competit aut homini: propterea q̄ callias eſt albus, cui accidit vt ſit homo, ſed vt mas animali, atq; æquale competit quanto, omniaq; omnino quæ per ſe ineſſe dicuntur. Hæc autem ea ſunt, in quibus, aut nomen, aut ratio eius cuius affectus eſt ineſt, & quæ fieri nō poteſt vt declarētur ſeorſum, quemadmodum albū quidē declarari ſine homine poteſt, fœmella vero ſine animali non poteſt. Quare aut horum nullius quiditas eſt diffinitioq;, aut eſt alio modo quemadmodum antea diximus.

(Neq; vero controuersia vacat siquis definitionem esse dicat rationem ex appositione) xi.
quia proxime dixerat, quare etiam hominis albi ratio erit ac definitio, causam suggerit cur compositorum etiam rationes ac definitiones haberi videantur. Nam ex appositione vocat, quæ subiecto & prædicato constant, vt hominem album. perinde ac si dicat, siquis hominis albi rationem definitionemq; esse negauerit, quærat aliquis ab ipso, cum eorum quæ ex appositione dicuntur rationes absq; dubio sint, vt hominis albi illa animal pedestre bipes habens colorem visus discretiuum, cuius nam hæc erit definitio? breuiter eor; oim quæ ex appositione dicuntur rationes cuius erunt definitiones, si minus ipsorum sunt? non simplicia autem, sed coniuncta, ex additione vocauit. cur vero coniunctorum rationes habeantur, causam subiungit illã (per additionẽ nanq; ea declarentur necesse est) id est nenesse est vt cum loquimur de his quæ sunt ex additione, ipsorum definitiones ex additione declaremus. Exempli gratia est nasus & est concauitas & simitas. est quod ex his duobus naso scilicet & simitate dicitur. qd quidem est simitatem in naso inesse. (Et non per accidens aut concauitas aut simitas affectus est nasi. neq; vt album calliæ competit aut homini) per accidens videlicet propterea quod callias cui homini esse accidit, albus est. Quanquam non vt album accidit calliæ, accidit autem vt affectio, sic ei homo accidit, sed vt substantia & forma. Non igitur per accidens vel cauitas vel simitas nasi sunt affectiones, sed ita ei simitas per se adest, quemadmodum animali, vt masculum existat, & quãto vt æquale. breuiter quemadmodum omnia quæ per se adesse dicuntur. quæ qualia sint exponit dicens. (Hæc autem sunt ea, in quibus aut nomen aut ratio eius cuius affectus est inest) id est ea perse adesse dicimus ad quorum affectuum vel prædicatorum rationes nomina ipsis subiectorum vel rationes assumuntur. nec fieri potest, vt affectio absq; subiecto explicetur ac definiatur. vt simitas est affectio nasi, quæ absq; naso definiri nequit, cuius nasi simitas affectio est. Nam simitas cauitas in naso esse definitur. & in simitatis definitione nasi nomen continetur. In aliis vero fieri potest, vt non tantum subiecti nomen, sed definitio etiam assumatur. vt in masculo definiendo, siquis dicat mas est animal, quod aptum est in alio generare, nomen accipit animalis, quod mari subiectum est. Idem si dicat mas est substantia animata sensualis in alio generare apta, non nomen accipiat, sed definitionem eius, quod mari subiicitur. Mas igitur & fœmina simitasq; accidentia per se sunt, quoniam sine sibi subiectis definiri nequeunt (Neq; vt album) inquit. quoniam hoc absq; homine & omnino absq; subiecto definitur. Si ergo quemadmodum diximus, eorum quæ per se sunt definitiones habentur, simum autem. & talia per se sunt, ipsorum nimirum habebuntur definiones. At ipse non hoc induxit, sed quoniam supra dictum est, definitiones eorum esse, quæ per se sunt, ea porro per se esse, quæ ipsa per se consistere valent, cum simitas ipsa per se consistere nequeat, fortiter audacterq; suggerit (quare aut horum nullius quiditas est & definitio) Nam qui fieri hoc potest, cum hęc per se non consistant, definitiones autem eorum sint, quæ consistunt per se. aut est horum quoq; definitio inquit, sed quemadmodum antea diximus, dictum est enim primũ ac simpliciter substãtiæ, deinde aliis etiam definitiones attribui.

Emergit etiam de ipsis alia dubitatio. Nam si idem sit simus nasus, & concauus nasus, idem ipsum simum, & concauum erit. Sin vero non idem ex eo sit, quia fieri non potest, vt simum absq; ea re dicatur cuius per se est affectus, est enim ipsum simum in naso concauitas, aut nasum simum dicere profecto non licet, aut dictum bis idem erit, nasus concauus nasus. Nasus enim simus nasus concauus erit. Quapropter absurdum est quiditatem talium esse, quod si sit, in infinitum erit profectio, nasi enim nasi simi, alia quiditas erit. Patet igitur solius diffinitionem substantiæ esse. Nam si cæterorum quoq; sit prædicamentorum ex additione illam esse necesse est, vt qualis aut imparis, non enim sine numero extruetur, nec etiam sine animali fœmellæ. At ex additione eas extrui dico, in quibus fit vt bis idem dicatur, perinde atq; in istis. q; si hoc sit verum, neq; coniunctorum vt numeri imparis erit, sed latet rationes non exacte dici ac assignari. Qd' si hoz quoq; sunt diffinitiones, aut sunt alio modo, aut vt dictum est, multipliciter diffinitio atq; quiditas est dicenda. Quare partim non vllius erit, istoz; præter substantias diffinitio, quiditatisue, partim etiam erit. Patet igitur diffinitionẽ quæ quiditatis est ratio, quiditatẽue, aut substanti arum tm̃, aut ipsarum maxime, & primo, atq; simpliciter esse. xii.

(Emergit etiam de ipsis alia dubitatio) in hæc inquit quæ per se adsunt alia occurrere potest dubitatio. Quærat enim aliquis, si simum & cauum naso per se coniungunt, vtrum nasus simus idem sit quod cauus nasus? quod si detur, eaq; diuidantur, profecto simum idem quod cauum esse uidebitur. quod nimirum falsum est, qñ cauũ latius pateat, q̃ simitas. quippe quod in ligno ære, terra & in plerisq; aliis esse notatur. cũ interim simitas absq; naso non reperiatur. Sic igitur quæstione proposita inquit. (Sin minus idem sit, propterea quod fieri non potest, vt &c.) Est autem sensus, siquis dicat, Ego omnino neq; simum nasum dico, neq; cauum nasum, quod cum nõ dicam, cõcludi non potest, nasum simũ idem esse quod cauum nasum, & tunc ne illud quidem simum idem esse quod cauum. Causam vero cur aliquis non simum nasum neque cauum nasum dicturus sit, qui cum hoc dicere velit, simum tantum dicat, aut cauum sine naso, subiungit dicens (propterea quod fieri non põt, vt simum absq; re dicatur) Nã cum simum aio, nihil aliud dico, q̃ nasum simum. quare si simum nasum dixero perinde erit, ac si dicam, simus nasus nasus. Siquidem cum simum dixi, nasum quoq; dixi. quare si simo nasum quoq; adiiciam, efficietur, vt bis dicatur nasus. cui similis est ratio caui. quod si pars est nugationis pterq̃ quod nõ est vsitatum, profecto simum nasum dicere, aut cauum nasum non licet. At si hoc verum est, non concluditur, simum nasum idẽ esse, quod nasum cauum. Ac proinde neq; illud simum esse idem, quod cauum. Porro si fieri non potest, quemadmodum dictum est, vt simum absq; naso dicatur, sed cum simum dicimus, rem simul dicimus, cuius simum est affectio, si hoc ergo fieri non potest, vel non licet inquit nasum dicere, sed solum simum dicere oportet, aut certe, si dicatur simus nasus, bis nasus dicetur. Sed ipse cum dixisset nasus nasus cauus, loco illius nasus nasus simus, cur pro simo cauum dixerit causam suggerit. quoniam nasus simus inquit nasus cauus erit. Nam cum simum sub cauum cadat, qui nasus nasus simus ait, is nasus nasus cauus dicit. quare absurdum est, in quibus fiunt huiusmodi nugationes, in iis quiditatem esse putare. In quibus siquis quiditati ac definitioni locum esse contenderit, nimirum absq; fine procedetur. at in infinitum procedi non potest, non igitur quiditas definitioq; horum habetur. Effici autem ad hunc modum, vt in infinitum abeatur. apette hinc intelligi potest. Nam cum simus nasus idem significet, quod nasus nasus simus, necesse est, vt siquis simũ nasum definit, dicat, nasus

simus est nasus nasus simitas in naso. quare qui definit nasum nasum cauitatem in naso, necesse est vt dicat nasus nasus nasus, cauitas cauitas, in naso naso. Et hoc in infinitum. Siquis vero neget id nasus nasus cauitas in naso definiri oportere, is causam reddat si potest, cur hoc definire prohibemur, si nasum simum permittimur. Manifestum igitur est solius substantiæ haberi definitionem. Nam siquis aliorum esse dicat, necesse est, vt ex additione sint, ex additione autem appello ea in quibus idem bis dici contingit. Siquis ergo cæterorum prædicamentorum hoc est quanti, albi, imparis, fœminæ ac similium definitiones esse dixerit, necesse est, vt subiectum bis accipiatur, vt de simo dictum est. Nam si fœminam definire volueris, necessum est, vt animal bis accipiatur. Si enim qui fœminam dicit, animal dicit, profecto qui fœminam definit is hoc dicat necesse est, fœmina est animal animal, in quo generare aliud aptum est. Similiter cum impar quis dicit, numerum dicit, quare si definiat impar, necessario dicet impar est numerus numerus non valens in duo æqualia diuidi. Itaq; si imparis aut fœminæ non habetur definitio, ne coniunctorum quidem habebitur, vt numeri imparis vel fœminæ animalis. Sed quoniam poterat ei in hunc modum occurri quomodo negas Aristoteles affectiones absq; rebus dici, ac idcirco qui has definiunt cogi vt bis ipsarum subiectum dicant, cum liceat impar absq; subiecto definire. dicam enim impar est, quod in duo æqualia diuidi nequit numero nequaquam assumpto. quod ipsum apertius in albo patebit. Dicimus enim album est color visus discretiuus, nulla subiecti mentione facta. Huic igitur obiectioni occurrens. ait (sed latet rationes non exacte dici ac assignari) .i. non animaduertunt isti definitiones hoc a se absq; subiecto fieri. propterea quod non exacte ipsorum reddunt definitiones. Nã siquis accuratius considerauerit, fieri non posse reperiet, vt horum quodpiam sine subiecto definiatur & ait mihi quidem prorsus non placet horum esse definitiones, siquis tamen esse contenderit vel alio modo sunt, vel quemadmodũ sæpe diximus dicendũ est hoc definitiones & quiditates esse. ad hunc .s. modũ proprie hoc nullius eẽ definitionẽ neq; quiditatẽ aut naturãq; p se cõsistere valeat ipõc cuipiã suppetere. Sed esse aliquo modo. hæc effatus concludit dicens (Patet igit definitionem quæ quiditatis est ratio) rationem appellans, vt sæpe dictum est, explicationem ac dinumerationem eorum, quæ ad definitorum constitutionẽ assumuntur. quiditatem vero naturam cõprehensim & simul p se existentem intellectã ac in indiuiduis dispersam. quæ natura definitione declaratur (patet igitur definitionẽ, quæ quiditatis est ratio, ipsamq; quiditatem, aut substãtiarum tantum aut ipsac maxime & primo ac simpliciter esse.

Vtrum autem quiditas & vnumquodq; sint idem, an non eadem, sed diuersa deinceps considerandum esse videtur, ad substantiæ nanq; considerationem hoc vehementer conducit. Vnumquodq; enim non aliud a substantia sua esse videtur, & quiditas vniuscuiusq; substantia dicitur esse. In his igitur quæ per accidens dicuntur diuersa esse non eadem videbuntur, vt homo albus, & hominis albi esse. nam si eadem sint hominis esse, & albi hominis esse idem erit profecto. Idem enim est homo, & albus vt inquiunt homo. Quare idem erit & hominis albi, atq; hominis esse. An non est necesse ea quæ sunt per accidens eadem esse? Non enim extrema modo eodem eadem fiunt, sed illud accidere fortasse videbitur, extrema inquam eadem per accidens fieri: vt est albi & musici, at non videtur.

In iis autem quæ per se dicuntur, necesse est ne non diuersa, sed eadẽ esse, veluti si sint aliquæ substantiæ, quibus aliæ non sunt substantiæ, neque naturæ priores, quales inquiunt quidam ipsas ideas esse, nam si ipsum bonum, ac boni esse, & animal, ac animalis esse, & ens, atq; entis esse, non idem sit, sed diuersum, erunt profecto aliæ substantiæ naturæq; atq; ideæ præter eas quas ponunt, & priores etiam substantiæ sane, si quiditas rationem substantiæ subit atq; si absolute quidem sunt, harum quidem scientia non erit. Ille vero non rationem entis subibunt, absolutas autem esse dico, si neq; ipsi bono insit esse boni, neq; huic competat esse bonum. Scientia enim vniuscuiusq; cognitio quiditatis vniuscuiusq; est, atq; in bono cæteris ue, res ita sese habere videtur. Quare si esse boni bonum non est, neq; eẽ entis ens erit, neq; vnius vnum, atq; omnes similiter qualitates sunt. aut nulla. Quare si esse entis est non ens, neq; cæterorum est vllum. Præterea cui ipsum esse boni non est id, est non bonum. Vnum sit ergo necesse est bonũ & esse boni, & honestum & esse eius, & quæcunq; omnino nõ per aliud, sed p seipsa primaq; dicuntur. Hoc enim satisfacit sane, etiam si formæ non sint, magis autem forsitan & si sint.

xiii. (Vtrum autem quiditas & vnũquodq; sint idem, an non, sed diuersa deinceps considerandum est) cum quiditas quidnam sit docuisset, & quid eius ratio, & quẽadmodum fieri possit, vt accidentium quiditates ac definitiones habeantur, tum proprie quiditatem ac definitiones substantiarũ esse ostendisset, aliorũ certo quodam modo, nunc illud inquirit, vtrũ res quęq; idẽ sit, qđ ipsius quiditas, an diuersum. hoc. n. ad substantiæ formæq; contemplationem plurimum cõfert. hæc effatus vnumquodq; idem esse ait, quod ipsius quiditatem, qm̃ vnaquæq; res nihil est aliud q̃ ipsius substantia, quiditas autẽ substantia est, ergo res quæq; nihil est aliud; q̃ sua quiditas, sed hoc idem. In iis ergo, quæ per se dicuntur, idem est vnumquodq;, quod ipsius quiditas, vt homo & hominis esse. (In iis vero inquit, quę per accidens dicuntur, diuersa esse nõ eadem videbuntur. vt homo albus aliud est, q̃ esse hominis albi) nam si albus homo & esse hominis albi sunt idem, nimirum & esse hominis separatim idem erit, quod esse hominis albi quod est absurdũ. Cũ hominis esse substantia sit, atq; quiditas, albi autem hominis esse accidens. nam esse hominis accidit esse hominis albi. Sed qm̃ quidam hominis esse & hominis albi esse idẽ esse dicebant, ipsorum rationem qua id affirmabant apponit. ipsamq; refellit. Ait. n. qui hominis esse, & hominis albi esse idem esse volunt, ii hoc confirmantes aiunt. Homo & homo albus idem sunt, vt Socrates idem est quod socrates albus, quod si homo & homo albus idem sunt, vtiq; & hominis esse, & hominis albi esse fuerit idem. Est autem Sylogismus, quo id colligunt, in tertia figura, ad hunc modum. Homo & homo albus idem sunt, homo autem & hominis esse idem, albus igitur homo, & esse hominis albi idẽ sunt. quã istorũ rationẽ soluit dicẽs (An nõ est necesse ea, q̃ sunt p accidens eadẽ esse? nõ. n. extrema modo eodẽ eadẽ sunt) sed nõ expleta est hęc oõ. Subaudiẽdũ est. n. illud (atq; ea q̃ sunt p se) vt sit plena oratio. Neq;. n. est necesse, vt q̃cunq;, p accidẽs sunt sint eadẽ atq; ea, q̃ sunt p se, est ãt sensus. hõ p se idẽ est, qđ hominis esse p accidens nũt idẽ qđ hominis albi esse. At ens p accidens, nõ est idẽ qđ ens p se. Neq;. n. omnibus modis extrema. i. termini q̃ pdicant, idẽ fiũt, sed cũ p se ambo extremi termini de subẽto

prædicantur ,tunc idem efficiuntur . non item cum alterum per ſe, alterum dicitur per accidens . Alioquin efficeretur , vt color eſſet homo . Ad hunc modum . Socrates eſt albus . Socrates eſt homo , album igitur homo eſt . quod fieri non poteſt . At eſſe hominis & eſſe hominis albi nō ſunt idem propter cauſas commemoratas . (Sed illud inquit accidere fortaſſe videbitur extrema in quam eadem per accidens fieri vt eſſe albi & eſſe muſici) quoniam per accidens vtrunq; homini adeſt (At non hoc videtur) At ſi eſſe albi & eſſe muſici non videntur eſſe idem ,alia eſt enim albi , alia muſici natura , profecto multominus eſſe hominis & eſſe hominis albi idem fuerit. ſed poſtq̄ dixit in iis quæ per accidens dicuntur vnum quodq; diuerſum videri a quiditate , cum in eis proprie quiditas non habeatur,et hoc oſtendiſſet,demonſtrando hominē diuerſum eſſe ab eſſe hominis albi,in hunc modum interrogat(In iis aūt quæ per ſe dicuntur neceſſe eſt ne non diuerſa ſed eadem eſſe?)ſic perconctatus , idem eſſe rem quanq; quod eius qui ditatem demōſtraturus loquamur inquit in ideis,in quibus ſi idem eſſe reperiet ipſihomo, & ipſihominis eſſe ac perinde ipſibonum idem quod ipſiboni eſſe ,in his quoq; noſtratibus homo idem erit ,quod hominis eſſe & bonum,quod boni eſſe . ac viciſſim hæc diuerſa,ſi illa diuerſa fuerint.Ad ſummā vtcunq; formę illę ſeſe habere repertę fuerint,ſic noſtratia quoq; ſeſe habebunt. Siquæ igitur ſunt inquit ſubſtantiæ ipſæ per ſe ſeparatæ,vt platoni viſum eſt,quibus non ſint aliæ ſubſtantiæ neq; naturæ priores.Negabant enim auctores idearum his naturas alias eſſe priores,ſi ſunt ergo ſubſtantiæ per ſe,quales quidam ideas eſſe tradunt,vtrum bonum ipſum.i.ipſibonum & eſſe boni hoc eſt eſſe ipſiboni diuerſa ſunt,an ſecus? & ait ſi diuerſum eſt ipſianimal , & ipſianimalis eſſe, rurſusq; ipſibonum & ipſiboni eſſe,atq; ipſiens & ipſientis eſſe , alię profecto ſubſtantiæ atq; naturę ideæq; fuerint ab iis,quæ traduntur diuerſę eiſq; priores.quæ quidē ſint magis ſubſtantiæ. Nā ſi quiditas potiſſimum eſt ſubſtantia, quiditas autem eſt hominis eſſe , profecto hominis eſſe,magis eſt ſubſtantia ,quod ſi verum eſt ,nimirū eſſe ipſihominis,magis erit ſubſtantia q̄ ipſihomo . quod quidem eſſe ipſihominis ſubſtantia eſt ipſihominis,& quiditas ipſius. Hoc autem non placet idearum aſſertoribus , vt aliquæ ſubſtātiæ,ſubſtātiis hoc eſt ideis priores habeantur . Et ſi diſiunctę inqt inter ſe ſunt(harum) .i.ipſihominis & ipſiequi & cæterarū idearū ſcientia non erit (illæ vero) i.eſſe ipſihominis ,& eſſe ipſiequi,& ſimpliciter idearum quiditates nō erunt entia. Sed ante q̄ hoc demonſtret,exponens quid ſit eſſe diſiunctas ſiue abſolutas ſic ait(abſolutas autem eſſe dico ſi neq; bono ipſi inſit eſſe boni,neq; huic competat eſſe bonum)quo in loco (bono ipſi)dicit pro ipſibono,&(eſſe bonū)pro eſſe ipſiboni.hoc ē pro quiditate ipſiboni(Abſolutas ergo inqt dico ſi neq; ipſi bono inſit eſſe boni) .i.niſi ipſibono hoc ſuppetit,vt ſit idem quod ipſiboni eſſe,ſed ſit ab eo ſeiunctum & alterius naturæ , ſiquis ergo dicat ipſibonum diuerſum eſſe ab ipſiboni eſſe,efficitur vt ipſibonum non ſit idē quod illud .i.ipſiboni eſſe,hoc autem eſt quiditas ipſiboni, ſed potius ab eo diſiunctum alteriusq; naturæ.Si hæc porro diſiuncta ſeparataq; inter ſe eſſe dicantur, fit vt eſſe ipſi boni,quod quiditas eſt, non ſit in ipſibono quod fieri non poteſt. Sic ergo interiecta ex poſitione illius verbi abſolutas , docet cur ſi hæc abſoluta ſiue abiuncta ſint , non ſit idearum ſcientia futura,dicens (Scientia enim vnius cuiuſq; eſt cum quiditatem & ſubſtantiam eius cognoſcimus . At ſi quiditas & ſubſtantia ipſiboni diuerſa eſt ab ipſo , profecto dicere cognitionem quiditatis ipſiboni eſſe cognitionem ipſius ipſiboni ſimile eſt, vt ſi dicas cognoſcere quid ſit equus eſſe cognoſcere,quid ſit homo. Siquidem vt natura hominis diuerſa eſt ab equi natura,ſic ipſibonum & quiditas eius diuerſa eſſe ponūtur. At ſi ratione vacat & omnino fieri nequit, vt equi cognitio , cognitio hominis eſſe dicatur ,ne illud quidem fieri poteſt,vt cognoſcere quiditatem ipſiboni,ſit ipſibonū co-

gnoſcere. Cui ſimilis eſt cęterarum idearum ratio, idearum igitur non habetur ſcięntia. ſi hoc autem fieri nequit cum ipſarum habeatur ſcientia ,nimirum & poſitio ex qua hoc efficitur eſt impoſſibilis. Illa.ſ. quæ ipſibonum eiuſq; quiditatem diuerſa eſſe dicit . qđ quidem rebus noſtratibus neceſſario perinde congruit . Nam ſi hominis habemus ſcię tiam,homo ab hominis eſſe non eſt diuerſus , ſed idem quod ipſum.alioquin fieret, vt eius non eſſet ſcientia. quod eſt impoſſibile ,ac proinde ne bouis quidem , & equi , ac cæterorum. Sic igitur ſtrictim demonſtrato ex hac poſitione,de qua loquimur effici,ne ſcientia idearum habeatur ,docet neq; idearū quiditates entia futura eſſe,ſi ab ipſis ideis fuerint diuerſæ,dicens.(Quare ſi eſſeboni bonum non eſt , neq; eſſe entis ens erit)eſt autem ſenſus .quemadmodum ex hac poſitione ſequitur,eſſe ipſiboni & quiditatē ipſiboni non eſſe bonum , ſic efficitur vt eſſe ipſientis , quod eſt ipſientis quiditas non ſit ens . Similiter vt eſſe ipſiunius, non ſit vnum . quod autem hoc ſequatur in hunc modum planum fiet . Si enim quod a bono diuerſum eſt,non eſt bonum , profecto & qđ ab ente diuerſum fuerit , erit non ens,& quod ab vno non vnum. eſt autem ipſiboni eē diuerſum ab ipſibono,& ipſientis ab ipſiente,ac ipſiunius ab ipſiuno, patet igitur eē ipſi boni eſſe non bonum ,& eſſe ipſientis non ens , & ipſiunius non vnum .ſed nequis in hunc modum occurrat quiditatem ipſientis cum ſit ab ipſo diuerſa,merito concludi nō eſſe ens , nam quod ab ente diuerſum eſt, id haud dubie non ens eſt , at quiditas ipſihominis,& ipſiequi & cęterorum nihil eſt , quod non entia eſſe dicantur . Nequis igitur hoc opponerit,illud induxit(aut omnes ſimiliter quiditates ſunt aut nulla).i.vel omnes idearum quiditates eſſe affirmare oportet vel omnino nullam , cur enim aliquas eſſe dicere permittamur,alias vetemur? Itaq; ſi ipſientis quiditas non eſt, ne cæterarum quidē idearum quiditates fuerint. Vt enim ipſientis quiditas ſeſe ad ipſiens habet, ſic quiditates aliarum idearum ad ipſas . Illud autem (Præterea cui ipſum eſſe boni non eſt , id non eſt bonum)pertinet ad oſtendendum quiditatem ipſiboni non eſſe bonam . eſt autem ſenſus. Cui rei non adeſt eſſe boni,ea res non eſt bona. Quiditas autem ipſiboni diuerſa eſt ab ipſo,quod vero a bono diuerſum eſt,id non eſt bonum, quiditas ergo boni non eſt bona . Demonſtrato igitur in ideis hoc eſſe ipſarum quanq; quod quiditatem ipſius,concludit vniuerſaliter in omnibus rebus dicens. (Vnum ſit ergo neceſſe eſt bonum & eſſe boni honeſtum & eſſe eius,& quæcunq; omnino non per aliud ſed per ſe ipſa primaq; dicuntur)Nam licet formæ inquit non eſſent,vt non eſſe ſępe demonſtratum eſt ,vt idem ſit ipſihomo,quod eſſe ipſius ,tamen prædicta demonſtratio ſatis eſt ad faciendam fidem idem eſſe noſtratiū rem quanq; ,quod eius quiditatē.

Inſuper patet & ſubiectum ipſum ſubſtantiam non eſſe,ſi ſint ipſæ ideæ tales ,quales inquiunt quidam eſſe. Has enim ſubſtantias quidem eſſe,de ſubiecto autem non dici neceſſe eſt,alioquin erunt communicatæ. Ex his igitur rationibus perſpicuum iam euaſit , ipſum vnumquodq; quiditatemq; eius vnum & idem non per accidens eſſe. Et vnū quodq; etiam ſcire,hoc eſſe quiditatem inquam cuiuſq; ſcire . Quare per rationes atq; inductionem vnum quid ſint ambo neceſſe eſt . Id autem quod per accidens dicitur, vt muſicum aut album . Et quiditatem idem eſſe dicere vere non licet, propterea quod duplex ſignificat, id inquam cui accidit ,& ipſum qđ accidit . Quare partim idē,partim nō idem eſt,eſſe enim hominis,ac hominis albi nō idem eſt,eſt tñ idem affectu.

(Inſuper patet & ſubiectum ipſum ſubſtantiam non eſſe ,ſi ſint ipſæ ideæ tales , quales

inquiunt quidam esse)quoniam qui ideas induxerunt, ipsas per se consistere dicebant, vt sæpe docuimus, & proprie entia atq; substantias a nostratibus diuersas. Si quidem hominem vniuersalem, quem intellectus noster abstrahit a singulis, & cui beneficio mentis esse contingit, similitudinem esse aiebant hominum particularium idemq; qd singulos homines, & cognitione tantum esse obtinere, at ipsum hominem ideam, quæ quidem per se est, & in substantia, non esse idem quod singulos homines, quoniã igit hæc illi tradebant, idcirco ait, si sint ideæ, non erit subiectum substantia .i. particulares & individuæ substantiæ non erunt illis subiectæ. Substantia enim non subiicitur substantiæ diuersæ ab ipsa & alienæ. Quoniam igitur ideæ, vt istis placet, per se sunt, q̃ vero per se sunt, necessario sunt substantiæ, ideæ necessario sunt substantiæ, & diuersę per istos a nostratibus. At si substantiæ sunt a nostratibus diuersæ, profecto non habebunt has pro subiectis, neq; de ipsis subiectis dicentur. Nam si de ipsis subiectis dicerentur, essent vtiq; per participationem. at quæ sunt per participationem, hæc in sui participibus habentur. vt animal est in socrate & in me. isti tamen ipsi hominem in nobis esse negant. quo efficitur, vt non sint per participationem. porro nisi per participationem sint, non dicentur de nostratibus subiectis. nec nostratia omnino illis subiicientur. At quis erit vsus idearum, si a nostratibus diuersæ sunt? neq; de ipsis prædicantur? neq; his vt sint causæ existunt? quod sæpe demonstratum est. hæc effatus ait (Ex his itaq; rationibus perspicuum iam euasit, ipsum vnumquodq; quiditatemq; eius vnum & idẽ non per accidens esse).i. vnumquodq; idem esse quod quiditatem ipsius non ex accidẽti sed per se, & vnum quodq; scire hoc esse quod scire quiditatem eius. Itaq; ex ratiõe & expositione .i. inductione necessario efficitur, vt vnumquodq; idem sit, quod ipsius quiditas. Sed postq̃ eorum quæ per se dicuntur quodq; idem esse docuit quod eius quiditatem de iis, quæ per accidens dicuntur hoc verum esse negat. Propterea quod talia duo significant. Nam musicum statim affectionem ipsam, musicam dico, quæ in socratis anima inest. tum socratem ipsum significat, quamobrem haud verum est dictu musicum idem esse quod esse musici. Tunc enim sequeretur, musicum hoc est affectionem idem esse quod hominem, cui accidit. Si ergo esse musici significat vniuersale musicũ hoc est vniuersalem musicam, musicum autem significat hominem, cui accidit musica, quo modo musicum & musici esse. i. substantia & accidens idem esse possunt? quamobrem quodam inquit modo animal album, & animalis albi esse idem erunt, alio modo non idem. per se enim non idem est hominis esse, q̃d hominis esse albi, quatenus vero patitur ab albo. i. dealbatur, est idem.

Absurdum autem esse videbitur, & si quispiam vnicuiq; quiditati nomen posuerit. Erit enim & præter illam alia quiditas sane, vt præter quiditatem equi alia quiditas equi. Atq; quid prohibet; & nunc esse aliquas cõtinuo quiditates idem quod ea quorum sunt quiditates, si quiditas est substantia. At vero non solum sunt vnum, sed etiam ratio ipsorum eadẽ est, vt ex his etiam quæ dicta sunt patet. Non enim esse vnius, ac vnum p accidens, vnum est. Præterea si aliud erit, in infinitum erit profectio. Nam alterum quidem veluti ipsum esse vnius quiditas eius erit, alterum autem ipsum vnũ. Quare & in illis ratio eadẽ erit. Patet igit in hisce q̃ prima & per se dicũtur, ipsum cuiusq; esse ac vnũquodq; vnum & idem esse.

xv. (Absurdum aũt videbitur & si quispiam vnicuiq; quiditati nomen posuerit) hoc quoq; pertinet ad demonstrãdum per reductionem ad impossibile idem esse vnũquodq; qd ipsius quiditatem, quę demonstratio rursus in ideis procedit, ait enim si ipsi equus & quiditas eius non sunt idem, sed diuersa, imponatur nomen huic quiditati & vocetur vestimentum. cum omne nomen significet aliquam quiditatem, vestimenti quoq; quiditas erit ab ipso diuersa, quæ vestimenti quiditas rursus appelletur planta, & erit quiditas plantæ ab ipsa diuersa. quæ & ipsa si nomen nacta fuerit, aliam habebit diuersam a se quiditatem, & hoc in infinitum. Siquis ergo cuiq; nomen imposuerit, cum omnis vocabuli substantiam significantis quiditas habeatur præter nomen illud erit alia quiditas (vt præter quiditatem equi, erit alia quiditas equi). i. quiditatis equi erit alia quiditas. at quiditas equi equi natura est. quare si quiditatis equi sit alia quiditas, erunt equi duæ naturæ duæq; substantiæ. neq; duæ tantum, sed infinitæ. Sed quia dicere quisq̃ poterat. Non est necesse, vt in infinitum procedatur, peruenietur enim ad aliquam quiditatẽ cuius non erit quiditas ipsi diuersa, sed idem. & sic non erit necesse, vt alia quiditas habeatur. Nam si ex eo quod res quæq; diuersa est a sua quiditate fit, vt illius quiditatis sit altera quiditas, si fuerit peruentum ad aliquam, quæ sit eadem atq; sua quiditas, non erit iterum illius quiditas alia. quod si ita est, processus non erit in infinitum. Quoniã igitur hæc aliquis dicere poterat, subiecit (Et nunc quid prohibet esse aliquas continuo quiditates). i. quid obstat, quominus statim vna quæq; res idem sit quod sua quiditas? si hoc post multa reperiendum est? At vero non solum inquit vna quæq; res & sua quiditas idem sunt, sed etiam ratio ipsarum eadem est & vna. Neq; enim alia est hominis ratio, alia quiditatis eius, sed eadem similiter vnius eadem est, atq; vnius quiditatis ratio. Nam si vnum & vnius quiditas essent iedm per accidens, non eadem ratio ipsorum esset. Sed quoniam, vt ex cunctis supradictis patet, per se vnum sunt, merito ratio ipsorum vna est. Incommodum autem quod supra innuerat, nunc resumit & apertius exponit dicens (Præterea si aliud erit, in infinitum erit profectio). i. si vnius quiditati nomen fuerit impositum, alia erit quiditas nominis imposĩti. quod si fiat, in infinitum procedatur, necesse est. quoniam esse vnius est quiditas vnius, vnum autem est, cuius quiditas est vnius esse. itaq; vnius quiditatis erit rursus alia quiditas. & iterũ horum erit eadem ratio. his commemoratis totum sermonem concludit dicens. (Patet igitur in hisce quæ prima & per se dicuntur, ipsum cuiusq; esse, ac vnumquodque vnum & idẽ esse) Sophisticæ vero redargutiones aduersus istã positionem eadẽ vt patet solutione soluuntur, si idem est inq̃ Socrates & socratis esse, nihil enim differunt ea ex quibus quispiam interrogauerit, & ea ex quibus soluens rem attigerit ipsam. quo pacto igitur quiditas & vnumquodq; est idẽ, & quo pacto non est idem satis iam vt patet diximus.

xvi. (Sophisticæ vero redargutiones aduersus istã positionem) postq̃ ostendit in iis, quæ p se dicuntur, idem esse vnumquodq; quod quiditas ipsius, in iis vero, quæ per accidẽs, partim sic, partim vero secus, & hoc quale sit explicauit, sophisticas captiones eadẽ solui solutione ait. Sic enim sophistæ quærunt. vtrum Socrates idem est quod socratis esse? an diuersus ab ipso? Si diuersus, cum socratis esse sit socratis quiditas eiusq; natura, Socrates a se ipso diuersus erit. Sin autem idem est, Socrates vero est etiam albus, nimirũ socratis esse idem erit quod socratis albi esse. Et substantia idem quod accidens. quod quidem non est probabile. Captiones igitur sophisticas contra hanc positionem & problema haud dubie eadem solutione refelli ait, ea. s. quæ ait proprie ac per se non esse eadem, sed per accidens eadem esse. Ex iis enim de quibus interrogant, interrogant aũt de accidentibus, occationem præbent solutionibus. quibus omnibus expositis rursus concludit, iam explicatũ esse dictans, quomodo quiditas idem sit, quomodo non idem.

Eorum autem quæ fiunt, alia natura, alia arte, alia casu fiunt. Atq; vniuersa quæ fiunt, ab aliquo sane, & ex aliquo, atq; aliquid fiunt. Aliquid aũt dico in vno quoq; prędicamento, nam aut hoc, aut quantum, aut quale, aut vbi. Naturales autem generationes eæ sunt, quæ a natura proficiscuntur. id vero ex quo fiunt materies est, & id a quo fiunt aliquid est eorum, quæ natura constant. Ipsum autem aliquid homo, aut planta, aut aliquid quippiam talium est, quæ quidem maxime substantias dicimus esse. Vniuersa ꝓterea, q̃ aut arte, aut natura fiũt, materiã habẽt, esse. n. & nõ esse qđq; ipsoꝝ potest, quod quidem a materia proficiscitur quę in singulis inest. Vniuersaliter autem & id ex quo, & id quo natura est. Id enim quod fit naturã habet, vt planta, animal, & similia. Et id etiam a quo ipsa inquam natura q̃ per formam dicitur, quæ quidem eiusdem est speciei, atq; hæc est in alio. Homo enim hominem generat. Hoc igitur modo fiunt ea, quæ per naturã fiunt ac oriuntur.

(Eorum autem quæ fiunt alia natura, alia arte, alia casu fiunt) propositum est hoc in loco docere formam non generari. Forma enim & quiditas globi, quæ de particularibus globis prædicatur, non gignitur. Sed neq; forma huius globi per generationem ad esse procedit. Sed dum æs certo quodam modo ab artifice mouetur, in ipso citra tẽpus forma ingeneratur. Similis est formæ domus ratio. Nam cum vltima tegula imposita est, tunc dicimus domum esse. Siquid enim eorum, quæ ad domum construendam faciunt, qualecunq; illud sit desideretur, nondum est domus. Tegula autem postrema absq; tempore & in instanti ponitur in domo. Itaq; ne formæ quidem particulares generantur. propterea quod licet cum materia distendantur, partium tamen experres sunt. quod autem partibus vacat, id quo modo potest generari? cum sit omne quod generatur partium compos. Diuiditur enim in partem prius generatam, & in partem posterius generandam. Nam quod de domo diximus, quæ vltima tegula imposita fit, idem licet in globo ęneo notare. hunc enim vltimus ictus qui æri ab artifice incutitur in formam redigit. Ipse vero puncto temporis efficitur. quippe cum globus absq; tempore æs ipsum attingat, cum .s. ipsum informat. Itaq; neq; forma globosa seu forma vniuersalis globi hoc est globus ipse vniuersalis cum nullus sit genitus sit, neq; forma huius globi per generationem & tempus in ipso gignitur vel omnino generatur. Sed cum sit, in ipso ponitur ab artifice. Nã cũ globi forma sit in artificis anima, in ære ab artifice ipso imponit. Necessario autẽ formas non generari demonstrat, vt hinc planũ fiat, vtrũ formæ naturales ipsæ per se absq; materia cõsistere valeãt, vt platoni visum est, an non? Sed ante demonstrandum formam nõ generari, per diuisionẽ ostendit, qdquid generatur ex subiecto aliquo generari. vt hinc colligat, formam si gignatur, ex subiecto esse generandam. & sic processum in infinitum fore. Ex diuisione igitur vt dixi, demõstrat, quidquid gignitur ex aliquo generari. Sic ergo ait (Eorum quæ fiunt alia natura fiunt) vt animalia stirpes & similia (alia arte) vt domus, vt statua, ac omnino artificiosa (alia casu) vt valetudo. Siquis forte cum sitibundus aquam bibisset non vt conualesceret, sed vt sitim expleret, valetudinẽ recepit. Omnia igitur quæ natura, quæ arte, quæq; casu efficiuntur ab aliquo efficiẽte, & ex aliqua materia, & aliqua forma fiunt. Nam aut substantia inquit fiunt, aut quantum, aut quale, aut aliud prædicamentum. Fiunt autem aliquid horum quasi forma. his commemoratis ait (Naturales autem generatiões sunt, xvii.

quarum generatio ex natura est) quo in loco dubitare succurrit. cum ipse in physica docuerit generationis non esse generationẽ, neq; mutationis mutationem, quomodo nũc ait generationes naturales esse, quarum generatio sit ex natura. vt fateri videatur generationis haberi generationem. An illud quarum generatio non retulit ad generationes, sed ad ipsarum fines? exempli gratia ad animalia & stirpes. quod si verum est non quarum est interprætandum sed quorum. eritq; sensus generationes naturales sunt stirpium & animalium, quorum stirpium & animalium generatio non ab arte sed a natura proficiscitur. an illud (quarum generatio ex natura est) sic debet explicari. i. quarum generationum subsistentia & esse non ab arte neq; casu, sed a natura suppeditatur. Potẽtia. n. atq; natura in semen cõiecta causa efficiens est generationis. atq; hæ quidem sunt naturales generationes. Id aũt ex quo p generationẽ res oriens generatur, materia est. exempli gratia. Hominum materia proxima sunt menses muliebres, id igitur ex quo fit quod nascitur per generationem, est materia. Id autem a quo. i. efficiens (aliquid est eorum, quæ natura constant) vt hõ vel equus. Hi enim sunt efficientes causæ. propterea ꝓ semen ex ipsis deciditur. illud autẽ (aliquid eorum, quæ natura constant) adiectum ẽ, quoniam in physica formam naturam esse dixerat, atq; item materiam naturam esse, qđ vero ex vtraq; concretum est non esse naturam, sed natura consistere. ita quod socratẽ genuit non est natura, sed eorum est, quæ natura consistunt. Materia igitur est, ex quo quod nascitur, generatur. id vero a quo, de numero eorum est, quæ natura constant. qđ autem generatur homo est vel equus aut simile quidq̃ (quæ quidem) composita dicit ex materia & forma, vt in prædicamentis testatur, & in physica & in hoc ipso opere (maxime substantias esse dicimus) sed postq̃ omnia quæ natura, vel arte fiunt, materiam habere dixit, causam huius rei strictim subiicit dicens (esse enim & non esse quodq; ipsorum potest). i. cum res quæq; naturalis aut artificiosa possit & esse & non esse, dubium esse non debet, quin hoc a materia sortiatur. Hæc enim versatilis est & alterabilis, quæ modo hanc, modo formam illam recipit. quia non semper vnam eandẽq; retinere põt. & procliuis est ad formas recipiendas. Materia igitur causa est vnicuiq; eorum quę natura vel arte fiunt, vt sit & non sit. ex quo intelligitur, quæ ex natura vel ab arte efficiuntur, hæc ex aliqua materia subiectoq; fieri. Expositio autem materiam esse causam, cur & naturæ & artis opus quodq; esse & non esse valeat, suggerit (vniuersaliter autem & id ex quo & id quo, natura est) nam vt sæpe diximus naturam vocat materiam, quæ forma efficitur, & formam per quam ipsa materia fit. quod vero ait (id enim quod fit, naturam habet) ꝑ causa suggestum esse puto, cur forma natura sit. quasi dicat quod generatur, id per naturam generatur. quo in loco naturam appellat viam qua itur a materia in formam, quod si hæc via natura nuncupatur vt siquis. y. producens diceret, quemadmodum ipse dixit, haud dubie forma etiam quo ducit huiusmodi via natura est. Sed & aliter docet formam appellari naturam. Nam & compositum inquit natura vocatur. vt sophroniscus. qui quidem sophroniscus non dicitur natura quatenus est compositum. hac enim ratione natura consistere dicitur, sed per formam per quam fit, quod ab ipso generatur. Per formam enim quæ in ipso est, efficitur id, quod generatur ab eo. Nam hic est sensus illorum verborum (& a quo ipsa natura, quæ per formam dicitur. quæ eiusdem est speciei) quomodo autem quod generatur eiusdem sit speciei, cuius id a quo gignitur, docet his verbis (Homo enim generat hominem) At omnes homines eiusdem speciei sunt.

Cæteræ vero generationes effectiones dicuntur. Atq; omnes effectiones, aut ab arte, aut a potentia, aut a mente proficiscũtur. Harum autem quędã

& a caſu fiunt, atq; fortuna, perinde atq; in hiſce quæ a natura fiunt. Et illíc enim nonnulla eadem ex ſemine, & ſine ſemine fiunt, ſed de hiſce quidem poſterius eſt conſiderandum. Ab arte autem ea fiunt quorum forma in anima eſt. Atq; formam dico quiditatem cuiuſq;, ſubſtantiamq; primam. Et enim contrariorum quodam modo forma eadem eſt. Ipſa nãq; oppoſita ſubſtantia priuationis ſubſtantia eſt, vt ſanitas morbi. Illius enim eſt abſentia ipſe morbus. Sanitas autem eſt ea ratio, quæ eſt in anima ſcientiaque.

(Cæteræ vero generationes effectiones dicuntur)poſtq̃ generationes naturales, quoꝝ habeantur docuit, & concluſit dicens (Hoc igitur modo fiunt ea quæ per naturam fiũt, & oriuntur) Sic ait(aliæ vero generationes) alias dicens eas, quæ ab arte, a potentia, a mente proficiſcuntur, (effectiones dicuntur) Artificioſa igitur & quæ per artem fiunt ab arte fieri dicit. A mente vero virtutes. nam virtutes formæ quædam ſunt. quippe quæ animam reddant perfectam. ſed quanq̃ pleraq; artificioſa a mẽte fiant, nam vt docebit artificioſa quædam fiunt fortuito, tamen ars non eſt prorſus mens ſiue intellectus. A potentia vero efficiuntur quæ contingenter fiunt. vt lauari, non lauari. Sedere nõ ſedere. & ſimilia. Ex iis igitur quæ ab arte fiunt nõnulla fiunt caſu & fortuito (Et in hiſce inquit q̃ a natura fiunt, & illic enim). i. in iis quę a natura fiũt. aliqua fortuito fiũt. Siquidem herbæ tum ex ſemine tum abſq; ſemine generantur. quippe quarum bona pars caſu abſq; ſemine naſcatur. Sed quomodo inquit, artificioſa quædam fortuito fiant, poſtea differemus. De his enim paulopoſt diſputabit. & nos pauloante diximus valetudinem & ab arte & fortuito ingenerari. Sed de his poſtea differemus. Ab arte autem inquit ea fiunt, quorũ forma & quiditas eſt in artificis anima. Forma.n. & quiditas valetudinis eſt in medici aĩa, vt domus in ædificatoris & ſigni in ſtatuarii. Porro cum formã & quiditatem primam ſubſtantiam eſſe dixiſſet, cauſam ſubiecit, cur forma ſit prima ſubſtantia. (Nam contrariorum inquit quodam modo forma eadem eſt) quoniam priuatio materiæ adeſt. Priuationi autem a forma ſuppeditatur eſſe. quippe cuius abſentia priuatio, exiſtit, ſi ergo priuationi in materia exiſtenti eſſe & ſubſiſtenti a beneficio formæ contingit, ipſa vero forma ordinat, definit exornatq; materiam, merito forma prima & proprie ſubſtantia eſſe dicitur (Contrariorũ inquit). i. priuationum quodam modo eadem. i ipſa forma, eſt forma. i. informans. & exiſtentiæ largitrix. Forma igitur eſt cauſa ſubſiſtentiæ. ac omnino vt entia ſint, & priuationes enubus annumerentur cauſa eſt forma & quiditas. quoniam abeunte forma, protinus priuatio eſſe habet, itaq; forma eſt cauſa priuationis efficiens. quod vero eadem pro forma dixerit, formã vero pro cauſa exiſtentiæ priuationis, ipſe declarauit dicens. (ipſa nãq; oppoſita ſubſtantia priuationis ſubſtantia eſt). i. ſubſtantia, quæ per formam intelligitur, eſt ſubſtãtia & exiſtentia priuationis, eiq; ſuppeditat eſſe. quare ſi ſubſtantia .i. forma ſubſtãtia eſt largitrixq; & cauſa priuationis, dubium non eſt, quin forma ſit priuationis forma, illud autem (quodam modo) adiectum eſt, quoniam forma non eſt per ſe cauſa priuationis, ſed per accidens. Accidit enim, vt decedente forma, priuatio fiat. Itaq; valetudo cum formæ ſi æmula, cauſa eſt & forma morbi qui quidem eſt priuatio.

xviii.

Atq; ſanum efficitur, cum ſanitatis artifex hoc intellexerit modo, cũ hoc ſit ſanitas, ſi futurum ſit ſanum hoc eſſe neceſſe eſt, velut æqualitatem. Quod ſi hæc efficienda eſt, caliditas oriatur oportet, & hoc pacto ſemper intelligit,

intellígit, quouſq; ad id vltimũ accedatur, quod ípſe facere poteſt. Deinde ea iam motio quæ ab hoc incipit, effectio nuncupatur, quia ad conſequẽdam valetudinem itur. Quare fit vt ex ſanitate quodam modo ſanitas, & ex domo domus, ex ea quæ eſt abſq; materia ea quæ habet materiã oriatur. Facultas enim medendi, atq; ars extruendarum ædium, ipſa eſt forma ſanitatis, ac domus, atq; ſubſtantiam ſine materia dico, rationẽ ipſam & quiditatem.

xix. (Atq; ſanũ efficit cũ ſanitatis artifex hoc intellexerit modo) docet qũo corpus ſanum efficiatur, idq; non temere neq; ab re, ſed vt hinc planũ fiat, quæ ab arte fiunt, ea qñq; fieri fortuito. Ergo ſanum inqt efficit, cũ medicus ſic intelligit, & qũo intelligat exponit dicens exẽpli gratia. Si hoc eſt ſanitas, oportet, vt frigidorum & calidoꝝ inæqualitas veniat ad æqualitatem, ne alterũtrũ excedat, ſed ambo mediocritate cõtineantur. porro ſi æqualitas fieri debet, vt calor adſit oportet, fingamus enim calidum a frigido ſuperari. at ſi caliditas eſt futura opus eſt cõfricatione. Incipit igit a cõfricatione, quã poteſt efficere. quæ quidem confricatio vltima eſt poſterior. ſ. valetudine, æqualitate atq; calore. medicus enim primum valetudinem intellexit, deinde æqualitatem, tum calorem, poſtremo confricationem. quæ confricatio calorem efficit, hic æqualitatem æqualitas valetudinem, confricatio igitur a medico in ſtomacho vel omnino in ęgrotante parte facta, quandoq;, vt fortuito fiat vſu venit. quod quomodo accidat, exponemus, cum ipſe de hoc commemorabit. Motus autem confricatione in valetudinem vocat factio. Cõtingit ergo quodã modo, vt valetudo fiat, ex valetudine eiuſq; forma, q̃ in medici anima inclt. Valetudo.n. quæ efficitur in ægrotante, fit ex valetudinis forma rationeq; in medici anima exiſtente. Pari rõe domus hæc quę cũ materia conſiſtit, efficitur ex domo experte materiæ, q̃ habetur in ædificante. Vt.n. viſus in ſe formas coloꝝ habet atq; ipſis ſubiecta materia, ſic anima formas in ſe ſcientiaꝝ habet. Nã locus formarum, vt dictũ eſt libro de anima, anima ipſa eſt. Qũo aũt ex domo & valetudine domus & valetudo fiat, exponens ait. (facultas.n. medẽdi atq; eſtruendaꝝ ędium eſt forma ſanitatis ac domus) qđ ſi ex medicina, & arte ędificãdi fiunt, hę ãt ſunt valetudinis & domus formæ, medicina.n. & ars ędificãdi nihil aliud ſunt, q̃ rõnes valetudinis & domus, haud dubie domus ex domo fit, valetudo ex valetudine. Sed cũ domũ & valetudinem materiæ cõpotes ex domo & valetudine materiæ expertibus effici dixiſſet, confirmationẽ ſubiecit, qđ domus & valetudo ex domo & valetudine fiãt dicẽs Facultas.n. medẽdi atq; ars ędificandi forma ſanitatis eſt, atq; domus) qđ vero ex materiæ expertibus, fiãt, cõfirmat cũ ait (Atq; ſubſtantiã ſine materia dico rationẽ ipſam, & quiditatem). i. formam ipſam domus & valetudinis.

Generationum autem motionum ue alia intellectio, alia affectio nuncupatur. Nam ea quidem quæ a principio formaq; incipit, intellectio appellatur, ea uero quæ ab intellectionis ultimo incipit, effectio nuncupatur. Similiter & unumquodq; mediorum fieri ſolet, nam ſi ſanabitur ad æqualitatem redigatur oportet. Quid igitur hoc eſt, hoc, atq; eſt potentia hoc. Hoc autem iam in poteſtate ipſius medici collocatur. Id igitur quod facit & unde incipit motio, qua ad ualitudinem itur, ſi per artem quidem facit forma eſt ea profecto quæ eſt in anima, ſin caſu ab eo incipiet, quod tandẽ faciendi principium eſt ei quod arte facit, quemadmodum & in medendo

fortaſſe a caliditatis impreſſione principium ſumitur,hoc autem facit fri-
catione.Caliditas igitur quæ eſt in corpore facta,ſanitatis eſt pars,aut ip-
ſam aliquid ſequitur tale,quod ſanitatis eſt pars,aut ſtatim,aut per plura,
hoc autem eſt ultimum quod ſanitatis efficit partem.Atq; ut ibi caliditas,
aut aliquid quod ipſam ſequitur,ſanitatis eſt pars, ſic & lapides domus,
& alia aliorum ſunt partes.Quare quodammodo dicitur impoſſibile eſt
quicquam fieri,ſi nihil eſt prius. Patet igitur partem aliquam neceſſario
eorum quæ fiunt eſſe. Materia nanq; pars eſt: quippe cum inſit & fiat,
& aliquid item eorum quę in ratione ſumuntur.Vtroq; enim modo circu-
lum æneum dicimus quid eſt:& materiam dicentes ęs inquam :& formam
talem inquam figuram. Atq; hoc eſt genus in quo ponitur primo.Aeneus
vero circulus in ratione materiam habet.

(Generationum autē motionumue alia intellectio,alia effectio nuncupatur)demon- xx.
ſtraturus quomodo cauſatum nonnullæ non ſolum a mouentibus efficiuntur,ſed etiā
fortuitu , prius generationem diuidit in intellectionem & factionem,& ait motuum
alia intellectio vocatur , alia factio ſiue effectio . Motus.ſ.a principio & forma eſt in-
tellectio,a fine autem intellectionis factio. exempli cauſa faber cęmentarius intelligit
formam domus eſſe huiusmodi operimentū ,& ſi hoc futurum eſt,parietes fieri opor
tere. parietibus futuris neceſſe eſſe fundamentum iaci , ac ſi fundamentum eſt iacien-
dum ,fodi oportere. Et hinc exordiens fodit,cum fodit,fundamentum iacit , hoc vbi
iecit parietes erigit.poſtremo tectum imponit.generatio igitur ſiue motus a principio
& forma vſq; ad foſſionem intellectio nuncupatur.a foſſione autem quæ finis erat in-
tellectionis,principium vero generationis domus vſq; ad tecti impoſitionem effectio
nominatur. Medicus item valetudinis formam eſſe talem intelligit ac ſi futura va-
letudo eſt , æqualitatem fieri oportere , eſt autem æqualitatem fieri ſiccitates, humidi-
tates,calores & frigora animalis ad mediocritatem redigere . quod fiet ſi fuerit calefa-
ctus ſtomachus ,caleſcet autem ,ſi fricatio facta fuerit ,quæ quidem cōfricatio faculta-
te in medico ineſt,vt pote qui fricare poſſit ægrotantem . Fricat igitur & confricatio-
nem conſequitur calor,calorem æqualitas ,æqualitatem recta valitudo . motus igitur
a valetudine ad confricationem vſq; intellectio nuncupatur . a confricatione vero ad
valetudinem effectio . Illud autē (Similiter vnum qđq; mediorū fieri ſolet)arbitror cū
illo cohærere.(Quare fit , vt ex ſanitate quodam modo ſanitas,ex domo domus ex ea
quæ abſq; materia eſt ea,quæ habet materiam oriatur)& ſic erit ſenſus.quemadmodū
valetudo efficit ex valetudine ſic æqualitas ex ea æqualitate, q̄ in medici anima ineſt.
& ſimiliter calor ex calore.Cōfricatio igit,quēadmodum diximus potētia ineſt,aut cer
te non hoc dicit,confricationē.ſ.facultate medico adeſſe,ſed cōfricationē facultate va-
letudinem eſſe.Nā ſi cōfricatio principium eſt primaq; cauſa,valetudinis haud dubie
cōfricatio facultate valetudo eſt. Itaq; hoc(exiſtit autem hoc poteſtate)de cōfricatio-
ue dictū eſſe puto.qđ confricatio facultate valetudo ſit.Illud vero(hoc autem in ipſo)
de medico quaſi dicat , confricatio autem in medici poteſtate eſt, vt qui poteſt ipſam
efficere . Confricatio igitur , quæ calorem efficit , & ex qua motus & principium va
letudinis proficiſcitur , ſiue ab arte, ſiue ab artifice fiat , tunc nō fortuitu effici dicitur
valetudo , quæ confricationem eſt conſecuta . Sed forma valetudinis , quæ habetur
in animæ medici cauſa eſt huius valetudinis . Sin autem vſu veniat, vt valetudo

fortuitu efficiatur,tunc quæ cauſa fuerat valetudinis ab arte productæ , eadem erit va
letudinis quæ fortuitu fit.i. vt valetudo ab arte effecta ex confricatione fit ,ſic & vale-
tudo quæ fortuitu contingit , efficietur ex confricatione . vt enim medicus ægrotan-
tis ſtomacho confricando calorem efficit,hic æqualitatem , æqualitas rectam valetu-
dinem , ſic vſu veniet , vt ægrotans ipſe ſtomachum defricet , non generandi caloris
gratia , ſed caſu, ac vt ea confricatio calorem efficiat , hic ęqualitatem,a qua valetudo
generetur . Itaq; licet retro agere , ſi valetudo ex confricatiōe profecta caſu fit ,confri-
catio quoq; fortuitu fuit effecta, & contra ſi cōfricatio caſu fit, ualetudo quoq; fortuitu
accidit.Sin caſu inqt valetudo fiat,ab hoc fiet .i.a confricatione (quod faciendi princi-
pium eſt ei,quod arte facit)id eſt confricatio quæ artifici,qui ex arte valetudinem effi
cit ,principium eſt & cauſa ,vt valetudinem efficiat , hæc fortuitu efficietur(hoc aūt)
id eſt calorem(facit fricatione) calor vero factus in corpore a confricatione vel pars
eſt valetudinis effectæ , aut ſi minus pars eius eſt , certe ipſum aliquid tale , id eſt
ęqualitas conſequitur,q̄ pars eſt valetudinis. Ipſum vero quod caliditatem ſequitur ,
& valetudinis eſt pars vel ſtatim ſequitur ipſum,aut ſi non ſtatim , certe per complu-
ra . quod vero ait(hoc autem eſt vltimum quod ſanitatis efficit partē) huiuſmodi eſt.
Confricatio quæ partem efficit valetudinis poſterior eſt calore , & æqualitate atq; cæ-
teris . Et quemadmodum calor vel quod ipſum conſequitur , nā hoc ſubaudire opor
tet, pars eſt valetudinis, ſic lapides domus ,& ęs ſtatuæ. Fx dictis ego ſatis intelligitur
nihil,niſi aliquid præexiſtat,fieri.Sed quidquid fit ex aliquo fieri. Neceſſe eſt igitur re-
bus efficiendis aliqua pars adſit,quæ materiam ęmuletur .quin etiam in partibus defi-
nitionis aliquid eſſe conſtat , quod materiæ rationem habet . genera enim materiam
æmulentur. qđ hinc intelligi poteſt,qđ circulus ęneus duas materias habere dr̄,æs,&
figurā.ęs videlicet vt materiā cōpoſiti,figurā vero, vt materiā formæ ſiue definitionis.
Circulus igit̄ æneus nō ſolum cōpoſiti materā habet,ſed ēt in ratione.

At qui quædam cum orta ſunt,non illud dicuntur ex quo , ut ex materia
fiunt,ſed illiuſmodi,ceu ſtatua non lapis , ſed lapidea dicitur.Homo au-
tem ſanus non dicitur illud ex quo factus eſt ſanus.Atq; cauſa hæc eſſe ui
detur,ex priuatione nanq; fiunt atq; ſubiecto,quod quidem materiam di-
cimus,uelut & homo & ægrotans fit ſanus , magis tamen ex priuatione
fieri dicitur,ut ex ægrotante magis quam ex homine ſanus . Quapropter
ſanus ægrotans quidem non dicitur,homo autem dicitur, homoq; ſanus.
Quorum autē priuatio manifeſta nō eſt,& nomine caret,ut in ære cuiuſq;
figuræ,aut in lateribus ligniſue domus,ea ex hiſce fieri ut illic ex ægrotan
te uidentur. Quapropter ut illic non id ex quo fit dicitur,ſic & hic ſtatua
non lignum,non æs,non lapis,ſed lignea deriuatiue, ænea,lapidea,& do-
mus itidem nō lateres, ſed lateritia dicitur.Nam ſi quiſpiā diligenter exa
cteq; inſpexerit,non utiq; ſimpliciter dixerit ex ligno ſtatuam fieri,aut ex
lateribus domum,propterea quod mutetur id ex quo quippiam fit , ſed
non maneat ſane oportet,propter hoc igitur iſto dicitur modo.

xxi. (At qui quædam cum orta ſunt , non illud dicuntur ex quo vt ex materia fiunt , ſed
illius modi) poſtq̄ docuit omne quod fit ex aliquo fieri,dicit quædā cū dicuntur nō ap
pellari nomine eius ex quo fiunt,immo nihil oīno illud vocari,ſed aliqua cognomina
ri ab illo.vt ſtatua prorſus nō dr̄ lapis,ſed lapidea . neq; .n.lapis factus eſt ſtatua. Nā

quod aliquid eſt effectum id alteratum & a priſtino ſtatu diſcedens effectum eſt id qđ non erat. Lapis autem rurſus lapis manet. ſtatuæ forma ſuſcepta. Itaq; lapis non eſt effectus ſtatua, neq; huius hoc eſt ſtatuæ nomine nuncupatur. Vt igitur ſtatua nõ vocatur id ex quo fit. i. non appellatur lapis. neq; recte valens nuncupatur ægrotans, neq; enim hic, qui ex ægro factus eſt valens, æger appellatur, & quædam omnino non dicuntur illud. Et quædam igitur omnino nõ dicuntur illud, ſenſus quædam de priuatione dicuntur, alia non item. Eſt igitur plena oratio in hunc modum audienda. Quædam non vocantur nomine eius, ex quo tanquam ex materia facta ſunt, ſed illius modi. vt ſtatua non vocatur lapis, ſed lapidea. hoc enim lapidea dico ſignificatur verbo illo (illius modi) Pari ratione recte valens non vocatur ægrotans, & tunc illud adiicien dum eſt, Et rurſus entium quędam dicuntur ex priuatiõe fieri, alia non ex priuatione, ſed ex materia. quod ſi fuerit adiectum, perſpicuum erit hoc quod infertur. (Atq; cauſa hæc eſſe videtur ex priuatione nanq; fiunt, atq; ſubiecto. Eritq; ſenſus huiuſmodi. Cauſa quamobrem non nulla dicuntur, ex quo fiunt, alia non item, hæc eſt, quia fiunt ex priuatione, quæ cum materia ſumpta eſt. & cum priuatio nomen ſortita eſt, tunc dicimus ex hoc effectum eſt. vt recte valentem dicimus ex ęgrotante fuiſſe factũ. propterea quod valetudinis priuationi nomen eſt impoſitum. appellatur enim morbus ſiue ægritudo. Nec dicimus ex homine quod materiam æmulatur, recte valentem fuiſſe effectum, ſed ex ægrotante. quoniam priuationi vt dixi nomen eſt impoſitum. In quibuſdam vero vt in ſtatua & domo quia priuatio nomine caret vt hic valens ex ægro fieri dicitur, ſic ſtatua & domus ex ſtatuæ atq; domus priuatione fiunt, ſed quia priuatio nomine caret, ſtatua & domus ex ære ac lapidibus fieri videntur, vt recte valens ex ægrotante. ac idcirco dicimus ex ære ſtatuam, ex lapidibus domum fuiſſe factam. Et quoniam vt recte valens efficitur ex ægrotante, ſic ſtatua ex ære vel lapide, valens vero non dicitur id ex quo fit, vt valens non dicitur æger, ſic ne ſtatua quidem lapis vocatur aut ęs, ſed lapidea vel ænea. Priuationem vero quæ in ære habetur nomine carere certum eſt. Nam ſi definitioni locus ſit, & dicere liceat huius figuræ priuationem æs habere, exempli gratia priuationem figuræ ſtatuæ. vt dicamus æs priuationem habens ſtatuæ, tunc ſtatua ex huiuſmodi priuatione. i. ex non ſtatua facta erit. Siquis igitur ita dicat æs priuationem habere figuræ ſtatuæ, mihi quoq; in promptu erit dicere, non ſtatuæ ſed lebetis aut tripodis, aut arculæ vel equi figuræ priuationem æri adeſſe. Itaq; ob infinitatem ſeu incertitudinem qualis figuræ priuationem ęs habet, & quia perinde nomine vacat, indeterminata enim nomine carent, non dicimus priuationem, ſed materiam. Cui ſimilis eſt in lapidibus ratio. vt pote quorum priuatio nomen non habet, vt domum ex nõ domo fieri dicamus. Neq; vero hoc dicimus, quaſi domum negemus ex non domo fieri. hoc enim pugnaret cũ iis, quæ in phyſica conſtituta ſunt, & certe domum ex non domo fieri conſtat, ſed dici poſſe negamus ipſam fieri ex priuatione domus, quæ ſit in lapide. cum in hoc non domus tantum, ſed etiam ſtatuæ & mille aliarum rerum priuationes habeantur. Sed poſtquam dixit quoniam priuatio nomine caret, idcirco quod fit, non vocari nomine eius ex quo fit. vt ſtatua non dicitur lapis, ſed ex lapide, quia priuatio nõ habet nomen. Si enim haberet, nõ hoc diceremus, nõ magis q̃ in homine. Neq; n. ex homine valens factus eſſe dicitur. Deinde cauſam aliam reddit, cur ſtatua nõ dicatur ex lapide fieri dicens. (Nam ſi quiſpiam diligenter inſpexerit, nõ dixerit ex ligno ſtatuã fieri) Eſt autem ſenſus. Siquis dilig enter & exacte animaduerterit, naturãq; rerum fuerit rimatus, non dicet ex lapide ſtatuam fieri vel ex ære. Nam quod ex aliquo fit, hoc ex eo mutatur ex quo fit. & ab ea natura diſcedit, in qua erat, & aliquid aliud efficit.

At ęs quod ſtatua fuit effectum, rurſus manet æs. Quod dicere de aqua nequeas ſi aer fuerit effecta. Non igitur fit ex ęre ſtatua, neq; hoc de ſtatua dicetur. quod. ſ. ex ęre fuerit effecta. ac dictorum quidem ſenſum huiusmodi eſſe reor. Dictio vero quę ait (quorũ autem priuatio manifeſta nõ eſt, & nomine caret, vt in ære cuiuſq; figuræ) huiuſmodi eſt. Quorum priuatio incerta eſt & nomine vacat, in iis non videtur aliquid fieri ex priuatione, vt ex ægrotante. In ere enim incertum eſt cuius figuræ priuatio æs habeatur. Dictorum igitur mentem ad hunc modum pro noſtra virili parte enarrauimus. Sed quęrat aliquis, cum proxime demonſtratum ſit, omne quod fit ex aliquo fieri, quo modo ſtatim dictis accommodatur hoc quod ait (quædam cum orta ſunt non illud dicuntur ex quo fiunt, ſed illius modi) An quia demonſtrauerat, omne quod fit ex aliquo fieri, exprimere ęt voluit, quomodo quæ fiunt nuncupentur?

Cum aũt id qđ fit ab aliquo generetur, hoc autem id eſſe dico vnde eſt principium generationis, & ex aliquo, quod quidem non vt priuatio ſumatur, ſed vt materia. Iam enim determinatum eſt quo iſtud dicimus modo, & aliquid etiam fit. Atq; hoc, aut ſphæra eſt, aut circulus, aut quoduis cæterorum, id profecto vnde eſt principium generationis, vt neq; ſubiectum, æs inquam ipſum, ſic neq; ſphæram niſi per accidens facit, ex eo ſane quia ſphęra ænea, ſphæra eſt, ſed illam facit, æneam inquam ſphæram. Nam hoc aliquid facere eſt hoc aliquid facere, ex eo quod eſt omnino ſubiectũ. Dico autem æs rotundum facere non rotundum facere aut ſphæram, ſed aliud quippiam, velut hanc in alio formam. Si enim facit, ex quodam alio facit, hoc enim ſupponebatur, veluti æneam ſphęram facit: hoc autem ita facit, vt ex hoc, quod quidem eſt æs: hoc faciat quod quidem eſt ſphæra. Si igitur hoc ipſum faciat: identidem profecto faciet vti patet; & generationes ipſæ in infinitũ proficiſcentur. Patet ergo neque ſpeciem fieri, ſi hoc vt alio nomine eam formam quæ eſt in re ſenſibili nuncupare oporteat, neque generationem ipſius eſſe, neque hanc eſſe etiam quiditatem. Hæc enim eſt id quod in alio: aut ab arte: aut a natura: aut a potentia fit. Facit autem ſphæram æneam eſſe: nam ex ære ſphæraque facit. In hoc enim hanc efficit formam: atque hoc eſt ænea ſphæra. Si vero ipſius eſſe ſphæræ omnino ſit generatio, quippiam e quopiam erit. Id enim quod fit, eſſe, diuiſibile oportebit: ac aliud hoc: aliud hoc eſſe: aliud inquam materiam, aliud formam. Quod ſi ſphæra æqualis e medio ſit figura, huius aliud id erit in quo id erit, quod efficiens facit in ipſo. Aliud id quod erit in illo. Totum autem id erit quod eſt effectum, velut ænea ſphæra. Patet igitur ex hiſce quæ dicta ſunt, id quidem non fieri, quod vt forma, aut vt ſubſtantia dicitur, concurſum autem qui per hanc dicitur fieri: et in omni re generata materiã eſſe, atq; hoc quidem materiam, hoc autem formam eſſe.

lxii. (Cum aũt id quod fit, ab aliquo generetur, hoc aũt id eſſe dico vnde eſt principiũ generationis) Cum ſibi demonſtrandum propoſuiſſet, formã & quiditatẽ nõ generari &

intelligeret rem in expedito fore, ſi prius omne quod fit ex aliquo fieri demonſtraſſet, hoc demonſtrato iam ad oſtendendū reuertitur formam & quiditatem non generari, & ait. Quoniam quod fit, ab aliquo efficitur, hoc autem a quo efficitur eſt cauſa efficiens. hanc enim ſignificat, cum ait (Hoc autem id eſſe dico vnde eſt principium generationis) & ex aliquo efficitur. ac ſit inquit id ex quo efficitur, nō priuatio, ſed materia. Hoc enim quale ſit iam conſtituimus, fieri ſcilicet ex priuatione, ſed quia priuatio nomine caret, ex materia fieri dicimus. quoniam igitur quod fit ab efficiente, & ex priuatione ſiue materia efficitur. & aliquid efficitur vt homo, vel equus, vel globus, aut circulus, vel aliud quidq̄ profecto quemadmodum efficiens, æs, vt in eodem exemplo perſiſtamus, non efficit, ſic ne globum quidem. non dico globum hunc particularem, hunc enim abſq; dubio efficit, ſed formam & quiditatem globi non efficit, ſed ipſam ponit in ære. Nam ſi globum efficere dicitur, per accidens hoc dicitur, propterea. ſ. qđ æneum globum facit, non quod globi formam, & quiditatem quam ponit in ære. hęc enim non generatur. (Nam hoc aliquid facere): i. efficere hunc particularem globum eſt efficere hoc aliquid, id quod ex ære ſubiecto atq; forma exiſtit. i. compoſitum. Efficit enim rotundum in ære, rotundum autem, ipſam dico rotunditatem, quæ in ſingularibus eſſe habet, non efficit, neq; globi formam. hæc enim iam eſt, ſed hanc formam globi in ære facit, ipſamq; in ære ponit. Siquis vero dicat formam quoq; globi, vt compoſitum ipſum fieri, cum omne quod fit, quemadmodū demonſtratū eſt ex aliquo fiat, hæc forma fiet ex altera & illa rurſus ex alia. & hoc in infinitum: quod fieri nequit. vt enim qui æneam ſphęram ſiue globum facit, ex hoc ente ipſam facit, i. ex ære hūc compoſitum globum facit, ita ſi formam & quiditatem globi efficit, ex aliquo ſubiecto efficiet. & ſic generationes abſq; fine progredientur. Ex quibus planum efficit, ſpeciem, ſeu forma debere appellari, quæ in ſenſibilibus efficitur, non adduci in eſſe p generationem. Sed natura quæ in materia ineſt, materiam alterāte ac efficiente puncto temporis & indiuiduo momento in ipſa ingenerari. Nec ſolum inquit palam eſt, formam quæ habetur in ſenſibili non generari, ſed ne hæc quidem formam dico, quæ habetur in ſenſibili, eſt quiditas, quiditas enim vniuerſalis eſt, & intelligibilis, hæc aūt ſenſibilis eſt & particularis quæ in materia ingeneratur a natura. vt forma in mę & in ſingulis. ab arte vt æneus globus. a poteſtate vt virtutes. Virtutes enim formę quædā ſunt animam adornantes, vt formæ materiam exornant. quæ quidem virtutes non generantur, non magis, q̄ globus, ſed fiunt in alio, hoc eſt in anima, vt globus in ære. ac efficiens globum quidem æneum facit ex ære & forma globi. efficit enim ſphæram in ære, & quod ab eo efficitur eſt globus æneus, quiditatem tamen globi omnino non facit. Si enim quiditas eſt generanda, ex aliquo generabitur. Cum omne quod generatum eſt, diuidatur in id ex quo fuit factum, & in id quod factum fuit. Si globus eſt figura vndiq; pariter diſtans a centro, huius figuræ altera pars erit ſubiectū, in quo forma ſit quæ in ipſo fit ab efficiente, altera forma quæ in ſubiecto ineſt, quod vero ex his exiſtit erit ænea ſphæra quæ facta eſt; & reliquum concludit dicens (Patet igitur ex hiſce quæ dicta ſunt, id quidem non fieri, quod vt forma, aut vt ſubſtantia dicitur) Sed compoſitum ex hac materia generari. hoc enim ſignificat cum ait (concurſum qui per hanc dicitur) patet item (in omni re generata materiam eſſe, atq; hoc quidem materiam, hoc autem formam eſſe.)

Eſt ne igitur prætet has aliqua ſphæra, aut præter lateritias domos aliquà alia domus, an ſi ſic eſſet nunquam hoc aliquid eſſet ortum. Sed hoc quidem tale ſignificat, definitumq; non eſt. Id autem quod producit, ex

hoc efficit atq; generat tale, quod cum fuerit ortum, eſt hoc tale, totumq; hoc callias eſt aut ſocrates; perinde atq; hæc eſt ænea ſphæra, homo vero ac animal, vt ænea ſphæra omnino. Patet ergo formas ipſas vt quidam dicere formas conſueuere, ſi ſint præter ſingularia quædam, non vtiles ad generationes, atq; ad producendas ſubſtantias eſſe, neq; ob hæc ipſas ſeparatas in ratione rerum ſubſtantias eſſe ponendas. In quibuſdam enim & luce clarius extat, id quod generat tale quidem eſſe quale eſt id quod ab ipſo producitur. Non tamen numero, ſed ſpecie idem, ac vnum: vt in ipſis naturalibus conſtat. Homo nanq; hominem generat, & equus equū: niſi præter naturam quippiam fiat, vt fit cum equus generat mulum. Atq; hæc etiam ſimilem ſubeunt legem, id enim quod commune eſt equo ac aſino, propinquiſſimum inquam genus nomine caret, fortaſſe autem ambo ſunt, veluti mulus. Quare patet non opus eſſe formam exemplar extruere. In his enim maxime formæ inquirerentur, atq; vtiles eſſent: quippe cū hæ maxime ſubſtantiæ ſint. Sed id quod generat, ſufficiens ſane productionis eſt cauſa, & vt in materia ſit ipſa forma. Tota autem iam talis in hiſce carnibus, atq; oſſibus forma ſocrates eſt & callias. Quæ quidem diuerſa eſt ob materiam, & enim diuerſa; eadem autem ſpecie: quippe cum ipſa forma indiuidua ſit vt patet.

xxiii. (Eſt ne igitur præter has aliqua ſphæra, aut præter latericias domos alia domus?) Demonſtrato formam & quiditatem non generari, ſed eſſe & fieri in ſubiecto. Cum dixiſſet ſpeciem ſiue formam in re ſenſibili non fieri per generationem, ſed temporis indiuiduo momento, & formam non actu & per ſe eſſe vt ego ſum, ſed cogitationes vbi hæc igitur demonſtrauit, interrogat vtrum præter hos globos ſit alius globus, & pter latericias domos alia domus quæ ipſa per ſe conſiſtat. & omnino aliquis homo præter hos homines? & perconctatus reſpondet (An ſi ſic eſſet, nunq̄ hoc aliquid eſſet ortū?) conſueuit Ariſtoteles hoc aliquid de ſenſibilibus dicere, deq; iis, quæ digito monſtrari valent. & omnino de iis, quæ per ſe conſiſtere poſſunt. vt ipſe docet in prædicamentis dicens primam quāq; ſubſtantiam, vocat autem primam ſubſtantiam ſocratem ac ſimpliciter indiuidua, ſine controuerſia hōc aliquid ſignificare. Si ergo inquit ſic eſſet. i. ſi formæ ſecretæ per ſe eſſent nunq̄ hoc aliquid generaretur. ut per alterationē alicuius forma in alterato puncto temporis ingeneretur, ſed ſi deberet generari in materia per cōpoſitionem hoc efficeretur. Vt enim lateres ipſi per ſe exiſtentes per compoſitionem non per generationem & omnino alterationem partes domus efficiuntur, & ipſam conficiunt, ſic ſi formę per ſe conſiſterent, cum materia nimirum compoſitę efficerentur indiuidua, non per generationem & alterationem, quod alio quoq; exemplo declarari poteſt. Nam vt hoc vinum & hoc mel per ſe exiſtentia poſtq̄ mulſum cōfecere. non poſſunt in aliis reperiri, ſic homo ſi per ſe conſiſteret, poſtq̄ cum materia compoſitus ſocratem cōfeciſſet, non poſſet in alia materia fieri, vt hominem alium efficeret; donec ſecretus eſſet a materia cum qua ſocratem effecerat. Quod incommodum non accidit eis, qui formas ſeparatas eſſe negant. Neq; enim per ſe hominem eiuſq; formam eſſe aiunt, ſed ipſum ex multis cogitatione ſecernunt. in particularibus vero talem naturam eſſe tradunt. Si ergo inquit formæ per ſe ſint, non generabitur hoc

allquid(Sed hoc quidē tale significat)i.forma significat tale quid,nō tamen simpliciter tale,sed in subſtantia tale determinat,siue subſtantiam qualitatem quandam habētem. Et hoc a materia diſcrepat quod illa qualitatis eſt expers,forma vero tale ſignificat.nō tamen eſt hoc aliquid diſcretum & quod per ſe valeat conſiſtere. Sed efficiens ac genitor ex hac forma efficit ac generat tale.i.compoſitum ex materia & forma(& hoc qñ genitum fuerit,eſt tale).i.ſubſtantia ex materia & forma compoſita ipſum aut hoc qđ eſſe tale dicitur, eſt callias vel ſocrates.vt enim globus hic æneus ex materia & forma concreſcit,ſic homo hic,& omnino animal ex materia & forma exiſtit. ad hunc igitur modum materialem formam efficit in materia.& cū efficit aut generat eſt. Forma vero ipſa per ſe diſcreta nō eſt.Ex dictis ergo palam fit formas cauſari. vt noſtratium rerum ſint effectrices ac propterea ipſis ſubſiſtentiam tribuere,inutile prorſus eſſe ad generationes & ſubſtantias indiuiduas efficiendas(Neq; ob hæc inquit ipſa ſeparatas in ratione rerum ſubſtantias eſſe ponendas)vt.ſ.hæc noſtratia vt dictum eſt efficiantur. (In quibuſdam enim luce clarius extat)vt in me & in particularibus hominibus patrē qui me genuit,vt me ex materia & forma conſiſtere,non autem ſeparatam eſſe formā. At ſi formæ generationis eſſent cauſæ,neceſſe eſſet, vt patre meo non exiſtente ego tamē gignerer. Pater autem meus non eſt omnino mihi ſimilis. Sed idem ſpecie, numero non item. In naturalibus quoq; rebus inquit ſimpliciter genitorem genito ſimilem eſſe conſtat. Homo enim ex homine generatur.& equus ex equo. niſi ſi quid pter naturam fiat.vt equus non ſemper equum generat. Sed ſi equam impleuerit equum, mulum ſi ſalierit aſinam. Atq; hæc quidem inquit equus.ſ.& aſina ſecundum quiddā commune mulum generant, vt enim Socrates cum xantipe per quiddam commune hominem hoc eſt filios ſuos genuit,ſic equus cum aſina mulum per commune quiddam generauit. Sed quia proximum genus .i.commune per quod mulum genuit, nomine caret, hoc non videtur. Sed fortaſſe inquit eſt illud cōmune vt mulus,ex quo intelligitur non oportere vt forma quaſi exemplar eſſe conſtituatur (In his enim maxime formæ inquirerentur)id eſt actiones formarum in ſenſibilibus potiſſimum ac indiuiduis apparerent (quippe cum hæ maxime ſubſtantiæ ſint) at non apparet aliquid formas conferre ad ſenſibilium generationem. Sed genitor talis eſt ad genitum efficiendum, nulla exemplaris habita ratione.Sed neq; genitor ad exemplar, dum gignit intuetur,& ipſe cauſa proximā eſt, vt forma ſit in materia,cū ab ipſo per media natura hoc formæ ſuppediter, vt in materia inſit,non a forma vel exemplari. Sunt autem callias & Socrates forma a genitore in carne,oſſibus ac neruis generata.qui callias & ſocrates ſpecie quidem iidem,numero vero diuerſi ſunt. Diuerſa eſt enim cuiuſq; materia. quoq; aūt eſt diuerſa materia, ea numero diuerſa ſunt.

Dubitauerit autem non iniuria quiſpiam cur quædam fiunt & arte, atque etiam caſu, vt ſanitas: quædam non fiunt, vt domus. Atq; cauſa huius hæc eſſe videtur. Materia nanq; quæ princeps eſt generationis vt efficiatur, & fiat aliquid eorum, quæ ab arte proficiſcuntur: in qua pars eſt aliqua rei: alia talis eſt,vt a ſeipſa moueatur, alia talis non eſt: & huius alia hoc modo moueri poteſt, alia non poteſt. Complura nanq; mouēti quidem a ſeipſis poſſunt:at non hoc pacto velut ſaltare. Quia igitur ſunt & quorum materia talis eſt vt ſic moueri non poſſit,niſi ab alio,quales ſunt lapides, atq; ignis: & quorum materia talis eſt vt ſic moueri poſſit. Ideo alia non erunt ſine eo, qui artem habet, poſſunt autem ipſa,

aut ab aliis non habentibus artem, aut ex parte moueri.

xxiiii. (Dubitauerit autem non iniuria quiſpiam,cur quædam fiunt & arte atq; etiam caſu) quoniam multæ res fiunt ab arte,& eædem caſu efficiuntur,vt dictum eſt de valetudine,quędam ab arte quidem fiunt vt domus,caſu vero minime. Nunq̄ enim abſq; motore lateres ad domum conſtituendam ſua ſponte coiere,idcirco cauſam inquirit, cur hoc ſic vſu veniat,& quæſtione propoſita,huius cauſam reddit quoniam materia quæ princeps eſt generationis.i.eſt principium & cauſa ſubiecta in efficiendo.i.dum aliqđ efficitur, vel generatur ab arte.in qua materia rei pars aliqua ineſt, ſupra enim dixit. calor in corpore aut valetudo eſt,aut ipſum conſequitur pars aliqua valetudinis,quoniam igitur materia,quę ſubiecta eſt,dum ab arte quidq̄ efficitur, partim hmōi eſt,vt a ſe quēadmodum ab artifice moueretur moueri valeat. Partim contra moueri nequit a ſe,vt ab arte mouetur. hoc cauſa eſt,cur quædam fortuitu fiant,alia non item. Sed quoniam cunctis rebus ſupperit motus naturalis,lapis enim deorſum fertur,ignis ſurſum,idcirco ait quemadmodum pleraq; animalia mouentur motu loci,ſic autē moueri nequeunt.i.in rhythmum,exempli cauſa,ſalire non poſſunt,ſic lateres & ligna deorſum moueri poſſunt naturaliter, non item ſic,vt domum perficiant.niſi ab ædificatore moueantur. Et ignis a ſe ſurſum moueri valet,ſic autem vt æs incendat nequaquam niſi ab ærario fabro.Ob has igitur cauſas quædam vt domus,& nauigium,& talia nō fient abſq; artificibus, alia fient,vt valetudo. Deinde rationem exprimens, quæ a ſe inquit moueri valent,ea non ſolum ab artificibus mouebuntur, ſed etiam ab iis, qui carent arte. Confricatio enim vt ſæpe diximus,& ab artifice fiet, & ab eo qui artificio careat vel igitur mouebuntur ab arte carentibus (vel ex parte)id eſt a ſe ipſis. Nam cum poſſint a ſe moueri, iam ab artifice mouebuntur, iam ab artis experte. Quādoq; etiam a ſe ipſis.

Patet autem ex hiſce quæ diximus & uniuerſa quodammodo, ſi non per accidens fiant,ex eo quod eſt eiuſdem nominis rationiſq; fieri,ut res naturales.Aut aliqua ex parte tali,ut domus ex domo,aut a mēte.Eſt enim ars ipſa forma,aut ex parte,aut ex habēte aliquam partem.Cauſa enim faciēdi pars eſt prima perſe.Nā caliditas q̄ eſt in motione,caliditatē in corpe fecit,hęc āt ſanitas,eſt aut pars ſanitatis aut ipſam pars ſanitatis aliqua,aut ipſa ſanitas ſequitur.Qua propter & facere dicitur, quia illud ſanitatē facit,caliditas inquam ipſa.Cui accidit atq; ſequitur ualitudo.Quare ut in ratiocinationibus ſubſtantia principium omnium eſt.Nam ex ipſo quid eſt ratiocinationes proficiſcuntur,ſic ſunt hic generationes. Simili modo res ſeſe habet & in hiſce quæ natura conſtant ſemen enim perinde atq; artifex facit, habet enim potentia ipſam formam, & id a quo eſt ſemen uniuocum eſt quodammodo,niſi ipſum ortum ſit leſum. Quo circa non ex mulo naſcitur mulus. Nō enim ita omnia ſunt flagitanda, ut ex homine naſcitur homo,etenim ex uiro mulier oritur.Atqui quorū materies ut ibi & a ſeipſa ea motu moueri poteſt,quo ſemen mouet,ea a caſu fiunt. Quorum uero non poteſt,ea nullo alio modo q̄ ex generatiōibus fieri poſſunt.

xxv. (Patet autem ex iis, quæ diximus, omnia quodammodo ex re cognomine fieri) Poſtq̄ multis verbis oſtendit non ſolum hominem ex homine fieri,ſed domum ēt ex domo.

Ars.n.per quã domus efficitur,nihil eſt aliud,q̃ domus,forma ſimiliter ex valetudine valetudinem fieri nunc ex dictis palam eſſe ait omnia ex re cognomine.i.ex re vniuoca fieri,niſi ſiquid per accidens efficiatur, illud enim quod fit ex accidenti, nemo ex vniuoco fieri dicat.Exempli cauſa domus cum per ſe fiat,ex accidenti tamen huic moleſta, illi efficitur iocunda, moleſtum igitur iocundum ue, non dicimus ex moleſto & iocundo vniuoco fieri. quippe quorum nec ars habetur,neq; forma. Omnia igitur inquit ex vniuoco fiunt.Illud autem(quodã modo)& quod paulopoſt ait(aut ex parte vniuoca)adiunctum eſt, propter artificioſa.Neq; enim perinde ex domo exiſtente domus efficitur,vt ex homine homo. domus igitur quodam modo ex vniuoco fit vel ex parte vniuoca. domus enim ratio de hac domo prædicatur.quõdam modo vero nõ ex vniuoco .quoniam domus ex qua fit ,non ſubſiſtit.Sed cum dixiſſet domum ex domo fieri, quia domus ab arte fit non a domo, cauſam ſuggerit cur hoc ad hunc modũ dicatur dicens.(Eſt enim ars ipſa forma)ideſt ars ex qua domus efficitur, nihil aliud eſt,q̃ domus. Forma enim domus, quæ in anima ædificatoris immaterialiter ineſt eſt ars. vt in ſecundo libro de anima demonſtratur. Illud igitur ex parte vniuoca vel habente partem, huiuſmodi habet intellectum. Calor enim ex quo efficitur ſanitas,pars eſt ſanitatis,aut partem eius habet. quorum dictorum ipſe manifeſta admodum apponit exempla,dicens (Cauſa enim faciendi pars eſt prima per ſe) caliditas nanq; per motum & confricationem extrinſecus effecta,caliditatem effecit in corpore.quę quidem caliditas in corpore generata ſanitas eſt,vel ſanitatis pars. aut illud ſatius eſt dicere.poſt calorem ipſum partem conſequi ſanitatis ,vel non partẽ ſanitatis poſt calorẽ ſequi,ſed ipſam ſanitatẽ.eſtq; orationis cõcluſio hmõi calor vel ipſe eſt ſanitas, vel ſi non eſt ,certe ipſum conſequitur pars ſanitatis vel ipſa ſanitas. Ac ſenſus quidẽ hmõi eſſe videtur. Dictio vero hoc ordine digeri poteſt.Oĩa fiunt ex re cognomine, cũ nõ fiunt ex accidenti. deinde infert vt res naturales,& quæ ſequuntur. Sed cum dixiſſet calorem a motu expreſſum ſanitatem eſſe vel partem ſanitatis,vel poſt ipſum ſanitatis partem conſequi aut ipſam ſanitatem ,cauſam ſubiecit,cur calor in motu expreſſus ſanitatem efficere dicatur.dicens(quapropter & facere dicitur, quia illud ſanitatẽ facit) id eſt idcirco confricatio,vel calor confricatione elicitus, valetudinem facere dicitur, quoniam id quod efficit confricatio valetudinem efficit.eſt autem id,quod efficit confricatio, calor qui habetur in corpore.cui calori contingit vel conſequitur ſanitas.Sic enim accipi debet dictio illa(quapropter facere dicitur, quia illud ſanitatem facit) qd eſt autem id quod ſanitatem facit!nempe caliditas(cui).i.cui caliditati (accidit atq; ſequitur valetudo) Et quemadmodum in ratiocinationibus termini hoc enim ſignificat per verbum ſubſtantia & quid eſt,principia ſunt atq; cauſæ concluſionum, ex terminis enim demonſtrationes efficiuntur,ſic artificioſorum cauſæ ſunt ipſorum generationes.(Simili autẽ modo inquit res ſeſe habet in iis,quę natura conſtant, ſemen nãq; perinde atq; artifex facit)vt enim ille in ſe domus aut cuiuſpiam alterius cuius artifex eſt,formam habet,ſic ſemen in ſe poteſtate formam habet(& id a quo eſt ſemen, vniuocum eſt quodã modo).i .eodẽ noĩe cẽſetur,atq; id quod fit.niſi læſio fuerit,vt in mulo. Neq; enim equus a quo ſemen procedit mulũ efficiens, vniuocus eſt mulo. Vniuocus autem, immo vero ne nominis quidem illius eſt particeps, cum equus nõ appelletur mulus.Eſſe autem mulum læſionem,certum eſt,cum mulus ex mulo non generetur.qui niſi læſio eſſet,ſed ex iis quæ natura conſiſtunt, nimirum generare poſſet. Sed poſtq̃ id a quo ſemen deciditur,uniuocum quodam modo eſſe dixit ei quod p ſemen generatur ,cur illud (quodam modo)adiecerit exponit dicens(non enim ita omnia ſunt flagitanda ,ut ex homine naſcitur homo .& enim ex viro mulier oritur)quaſi

dicat non oportet in omnibus quærere vniuocum.Nam mulier ex viro generatur,nõ tamen mulier appellatur vir. Itaq; recte (quodam modo)appoſitum eſt cum nonnulla iis ex quibus fiunt,vniuoca ſint ,alia ſecus.atq; equidem ſupra cum dixit(palam aũt ex iis quæ diximus & vniuerſa quodam modo ex eo quod eſt eiuſdem nominis ratio niſq; fieri aut aliqua ex parte tali)illud quodam modo,& ex parte ,ob hoc adiectũ fuiſſe reor. Vir enim atq; mulier vt homines, vniuoci ſunt; vt autem vir & fœmina neq̃,itaq; ex parte vniuoci ſunt.vir autem qui ex viro naſcitur,non ex parte,ſed omnino ei ex quo naſcitur vniuocus eſt,quoniam & vt homines,& vt viri ſunt vniuoci. Superuacanea igitur fuit ſuperior noſtra horum verborũ expoſitio,quæ vt modo explicuimus ſunt accipiẽda. Atq; hæc quidẽ in hunc ſenſum fortaſſis dicta ſunt. Dictio vero per hyperbaton ſiue exceſſum ad hunc modum legi debet .eſt enim ordo.(Et id a quo eſt ſemen vniuocum eſt quodã modo,niſi ipſum ortum ſit lęſum,quocirca non ex mulo naſcitur mulus)Deinde(non enim ita omnia ſunt flagitanda, vt ex homine naſcitur homo;& enim ex viro mulier oritur) Cęterum diſputato de artificioſis quæ fortuitu fiunt,de iis,quæ a natura efficiuntur verba facit & ait(Quæcunq; autẽ a caſu ſicut ibi)quæcunq; pro ea dicens. eſt autem ſenſus.Ex iis, quæ a natura fiunt,ea dicimus fortuitu fieri,quorum materia non ſolum ab efficiente ſemine,ſed a ſe ipſa moueri poteſt, eo motu,quo a ſemine moueretur.Herba enim ex ſemine naſcitur; & abſq; ſemine.Prorpterea qd herbę materia mouetur motu quem ſemen moueret quoꝝ aũt materia nequit a ſe moueri vt in homine,hæc aliter generari nequeunt. Sed ex ſuis genitoribus gignuntur,non fortuitu. In dictione autem,quæ ait(quæ autem a caſu ſicut ibi)illud ſicut ibi,pro ſicut in artificioſis dictum eſt.

At uero ratio iam dicta non de ſubſtantia ſola formam non fieri declarat, ſed communis eſt de omnibus ſimiliter primis,ut de qualitate,de quãtitate,cæteriſq; prædicamentis.Nam ut ænea ſphęra fit,ſed nõ ſphæra,nec æs & in ære eodem modo ſi fit.Semper enim materiam antecedere formámq; oportet,ſic & in ipſo qd eſt,& in quanto,& quali fit.Cęteriſq; prædicamentis ſimili modo. Nõ enim fit ipſum quale:ſed quale lignum:neq; quantum ſed quantum aut animal aut lignum. Verum hoc ex hiſce proprium ſumi ſubſtantiæ poteſt.Semper enim aliam præcedere ſubſtantiam actu. Quæ quidem faciat neceſſe eſt,uelut animal ſi animal naſcitur. Quale autẽ aut quantum non neceſſe eſt actu præcedere,niſi potẽtia ſolum.

xxvi. (At vero ratio dicta non de ſubſtantia ſolum formam non fieri declarat, ſed communis eſt de omnibus ſimiliter primis)poſtq̃ ſubſtantiarum formam, qua forma eſt, nõ generari docuit,ſed fieri in ſubiecto hoc eſt in materia, rationem affirmat; quæ formam ſubſtantialem.i.ſubſtantiam non generari demonſtrat,idem quoq; de cæteris prædicamentis demonſtrare. quali,quanto,& reliquis.vt enim globus æneus efficitur,nõ tamen forma glõbi,ſic album lignum & bicubitale fit; non autem albedo neq; quantitas. Atq; hoc æs efficitur ex aliquo ſubiecto exempli gratia ex aqua, forma vero & quiditas non efficitur ęs: Sed quærat aliquis, ſi neq; ſubſtantia fit; neq; quale; neq; quantum, quo demum ſubſtantia diſcrepat a cæteris! an quia in ſubſtantia neceſſe ẽ, vt præexiſtat altera ſubſtantia! exempli cauſa neceſſe eſt vt alexandro qui ſubſtantia eſt pater ipſius præexiſtat,in albo autem nihil eſt neceſſe,vt album actu præexiſtat ex quo efficiatur,ſed poteſtate tantum. qm̃ non album lignum poteſtate albũ eſt.

Cum autem omnis diffinitio ratio ſit,& omnis ratio partes habeat,atq; ut ad rem ſeſe habet ratio,ſic & pars rationis ſeſe habeat ad rei partem. Dubitatur iam utrum partiũ ratione in totius ratione ineſſe,ac nõ ineſſe oportet.In quibuſdam.n.ineſſe,in quibuſdam non ineſſe uidetur.Ratio nanq; circuli partium rationem non habet,at ſyllabæ ratio rationem habet elementorum,circulus tamen ſuas in partes,perinde atq; ſyllaba in elementa diuiditur.Præterea ſi pars prior eſt toto,& recti anguli pars eſt acutus, & digitus animalis prior utiq; recto acutus angulus,& homine digitus erit. Videntur tamen illa eſſe priora.Ratione.n.ex illis ſane dicũtur, & inſuper ſine ipſis eſſe uidentur.An pars multis dicitur modis.Atq; uno modo ea pars dicitur,quæ quantitate menſurat.Verum hæc omittatur,ſed hoc eſt conſiderandum,ex quibus ut partibus ſubſtantia cõſtat.Si igitur quoddã eſt materia,quoddam forma,quoddam ex hiſce conſtans,& materia & forma,&id quod ex utriſq; conſtat ſubſtantia eſt, Partim & materia pars cuiuſpiam dicitur, partim non,dicitur,ſed ea ex quibus ratio formæ conſtat, ueluti caro pars quidem concauitatis non eſt,hęc eſt enim materies in qua fit. Similiter autem quædam eſt pars,æs etiã totius quidem ſtatuæ pars eſt, eius autem quod ut forma dicitur ſtatua non eſt dicenda,eſt enim ipſa forma: & vt formam quæq; res habet,ſed materiale nunquam per ſe eſt dicendum. Quapropter circuli quidem ratio fruſtrorum rationem nõ habet: at ſyllabæ rationem habent elementorum. Elementa enim orationis partes ſunt formæ,ſed nõ materies. Fruſtra autem circuli ſic ſunt partes:aut materies in qua circulus fit,propinquiora tñ ſunt formæ, q̃ æs cũ rotunditas in ære fuerit orta,atqui neq; elementa omnia aliqua ex parte in ſyllabæ inerunt ratione,vt hæc cerea, aut ea quæ ſunt in ære.Iam enim & hæc partes ſunt ſyllabę,vt materia ſenſibilis ſane.

xxvii.

(Cum autem omnis definitio ratio ſit & omnis ratio partes habeat) duas admirabiles quæſtiones ſuoq; ingenio digniſſimas proponit,quarum prior eſt huiuſmodi. Cum omnis ratio partes habeat,vt autẽ tota oratio definitioq; ſeſe habet ad totum definitũ, ſic pars definitionis ad partem definiti,vtrum oportet partium rationem.i.ipſas partes, ratio enim partis ipſa pars eſt,in ratione totius ineſſe.vt ſit exempli gratia hominis definitio huiuſmodi. Animal pedeſtre bipes manus habens atq; caput,an non oportet? & cauſam qua quiſq; in hanc dubitationem & quæſtionem duci poſſet, ſubiungit dicens(In quibuſdam enim ineſſe in quibuſdam non ineſſe videtur)quod cũ ita ſit merito hanc quæſtionem proponit. & ait in quibuſdam inſunt,in quibuſdam nõ inſunt, (Ratio nanq; circuli partium rationem non habet)hoc eſt ipſas partes. Neq; enim dicimus circulus eſt figura plana & quod ſupereſt definitionis, habens duo ſegmenta. (At ſyllabæ ratio rationem habet elementorum)Dicimus enim ſyllaba eſt conceptio conſonantis vel conſonantium cum vocali. Itaq; ſyllabæ partes ſunt in ratione ſyllabæ.At cum circulus perinde in ſegmenta diuidatur,vt ſyllaba in elementa, cur in ſyllabę ratione partes ſunt,in circuli non item.hæc effatus antequam ſolutionem inferat proponit aliã quæſtionem, & deinde vtranq; ſoluit.rurſus ergo quærit, vtrum partes toto priores

toto priores ſunt,an ſecus? Nã ſi priores,cũ angulus acutus ſit,pars recti,acutus.n.minor eſt recto,& digitus pars aĩalis,nimirũ angulus acutus prior erit recto, & digitus hoĩe.his dictis q̃ſtionẽ ꝓxime dictã ſoluit.dicẽs.Nõ vr̃ pars prior eſſe toto,cuius cãm ſtrictim apponit dicẽs(Rõe.n.ex illis ſane dicunt̃).i.in definitione partium accipiunt̃ tota. At q̃ in alicuius definitione ſumunt̃,priora ſunt definito.qd̃ ſi ſic eſt, totũ ꝓfecto prius eſt parte.Sumi ãt tota in partiũ definitiõe pſpicuum eſt. Sic.n.angulum acutum definimus,angulus acutus,eſt angulus recto minor.Itaq; angulus rectus ſumit̃ in definitione acuti.ac uiciſſim digitũ definiẽtes partẽ hoĩs talẽ eſſe dicimus. Quã q̃ſtionem alio quoq; mõ ſoluit dicẽs (& qm̃ altera ſine alteris cõſiſtunt, priora ſunt) quaſi dicat hæc quoq; fides eẽ põt,tota partibus eẽ priora,qd̃ hæc illas ſecũ tollunt. nã nõ exiſtẽte parte,totũ tñ cõſiſtit.licet ĩminutum,ſublato vero toto pars nequit cõſiſtere. Ad hunc igr̃ modũ poſteriore q̃ſtione poſita & ſoluta,quã & paulo poſt multis aliis rõnibus diſſoluit,redit ad priorẽ,qua q̃ritur,cur in qbuſdã partium rões.i.ipſæ partes inſint in rõe totius,vt de ſyllaba dictum eſt,in aliis non itẽ,vt in circulo,in cuius definitione nõ habentur ſegmẽta,ipſamq; multifariã ſoluit.Sed ante ſinguloꝝ dictoꝝ explicationẽ,operæpretium erit,breui totũ ſolutionis ꝓpoſitum cõmemorare. quo fiat ſolutio q̃ſtionis expeditior.Partium igr̃ inquit,q̃ materiales ſunt,& materiç rõem ſortiuntur,vt oſſa & nerui,haꝝ rões.i.hæ partes,non ſumuntur in formę definitione.quę vero nõ ſunt materiæ partes,ſed formæ,vt pedeſtre & bipes,hæ nãq; non ſunt materiales vt manus & pedes,hæ igr̃ formæ partes accipient̃ in definitione totius.Itaq; ex partis ęquiuocatiõe exorta fuit dubitatio.alia.n.pars eſt vt materiæ,alia vt formæ.Atq; hæc quidem paulo accuratius dicta ſunt,quo facilius dicta ipſius ꝓcipiamus.Ipſe vero dũ q̃ſtionis ſolutionem molit̃,partis diuiſionẽ ꝓiicit,quã multifariã dici ait vno modo q̃ totũ metitur. vt numerus tria metit̃ nouẽ.Sed hæc pars inqt,q̃ totum metit̃ ommittatur,& de iis cõſideremus,ex qbus ſubſtãtia cõſiſtit.Subſtantiã appellans formã.& ſubſtantię notiones exponit,vt doceat,quẽadmodum tũ forma,tum ẽt materia dr̃ ſubſtantia,& magis etiã num id qd̃ ex materia formaq; cõſiſtit,ſic partium alias eſſe formæ,alias materiæ.i.materiales,partes igr̃ formæ,vt dictũ eſt,ſumenẽ in totius,hoc eſt in formę definitiõe,materiales vero minime(Si ergo inqt qd̃dam eſt materia,qd̃dam forma, quoddã ex hiſce conſtans)ex materia videlicet & forma.Cum materia & forma atq; ex his concretum ſubſtantia ſit, materia iam pars alicuius dicitur, iam ſecus. Compoſiti.n.pars eſſe dicitur,formæ non item,ſed formæ partes & vocantur & ſunt,ex quibus eius ratio conſtat.quæ quidem ſunt genera & differẽtiæ.Sed poſtq̃ materiam alicuius partem appellari dixit,cuiuſpiã ſecus,hoc ipſum exemplis exponit dicens (veluti caro pars quidẽ concauitatis non eſt)quanq̃ ipſius materia ſit,& quæ in ipſa effici nata eſt.non eſt aũt pars ipſius ꝓpterea qd̃ non eſt determinate id qd̃ ſubiicitur cauitati.cum in lapidibus, lignis,ęre breuiter in oĩbus aut pleriſq; corporibus cauitas eſſe notetur. Simitatis vero caro pars eſt,quoniam ſimitatem extra carnem non eſt reperire.Omnis enim ſimitas in carne obtinet eſſe. ac idcirco caro ſimitatis eſt pars. ac viciſſim huius ſenſibilis & particularis ſtatuæ æs eſſe pars dicitur, non item eius,quæ vt forma ſtatua vocatur. Sed cum non modo ſtatuæ formam ſtatuam appellaſſet, ſed etiam hanc æneam & particularem ſtatuam, eodem ſtatuæ nomine nuncupaſſet, quoniam in hunc modum contradici poſſet, concedamus ſtatuæ formam recte nuncupari ſtatuam compoſitum tamen & particulare, cur ſtatuam appellemus & non potius æneam? idcirco huiuſmodi obiectioni occurrens ait(dicenda eſt.n. ipſa forma, & vt formam quæq; res habet. materiale nunq̃ per ſe eſt dicendum) eſt autem ſenſus. quoniam res a forma ſignantur, non a materia, idcirco in omnibus forma dici, & res quæ

podis tripos,& cętera fiĝr,nō ăt materia nuncupāda eſt,neq; res ab ipſa noīandæ.Nā ſi ęs efficiť ex aqua haud fuerit par ipſuȝ aquā nūcupare,ſed ęs ab ipſi⁹ forma.cū ergo materiā iā partē alicuius appellari diciſſet,iā ſecus,& obiter q̄ſtionē a me expoſitā,q̄ obii ci poſſet explicaſſet,cām ſubiecit,cur in ſyllabę definitiōe,elemēta eius ſumunť,in circuli rōe nō pinde ſegmēta dicēs.In ſyllabę rōe idcirco elementa ſumunť, qa ſint partes formę ſm rōnem ipſius,vt animal & pedeſtre & bipes ſunt partes humanę formę. At partes formę neceſſario in ipſius definitiōe accipiunť. Si ergo partes formæ neceſſario in ipſius rōe ſumunť, elementa ăt partes ſunt formę ſm rōnem ſyllabæ, merito atq; adeo neceſſario in eius rōe inſunt.At ſegmenta circuli nō ſunt partes formę circuli,ſed figura,& plana & vna linea contenta.& oēs lineas a centro ad circūferentiā ductas eſſe inter ſe pares.Segmēta igr̄ nō ſunt partes formę circuli,ſed materia,vt ęſtus. quo fit vt in ipſius rōe nō accipiant.Sed q̄rat aliqs,cur cū ſegmēta circuli partes materiales ſint, elementa nō ſunt partes materiales ſyllabæ? An qa mens nō abduxit elemēta a ſenſibilibus quibuſdā elemētis,et penes ſe habet,ſegmēta vero haud dubie a ſenſibilibus quibuſdā ſegmētis abduxit,& habet penes ſe? At ſi a materia ipſa ſeuocaſſet, pfecto nō eſſent materia,nec oīno quaſi materia circulo ſubiicerenť. An idcirco ſunt materiales partes,qm̄ forma circuli & oīo forma oīs ipſa p ſe partib⁹ vacat,& ē incorporea,q̄q̄ materię in qua ineſt coextēdať,et ppter ipſam in interuallo fiat.formę igr̄ interuallis oīno vacāt,& partibus oīo carēt.Segmēta vero q̄q̄ a ſenſibilib⁹ abducanť,tn̄ interuallū qddā eſſe intelliguntť circunferētia & linea recta cōtentū. Interuallū aūt nō eſt alterius q̄ materię,cū interim nullū interuallū in elemētis liceat intelligere.Sed q̄q̄ inqt ſegmēta circuli ſint partes vt materia,tn̄ formę viciniora ſunt,ad ipſamq; propius accedūt,q̄ ęs,cū rotunditas ſegmēti vel circuli in ęre fuerit effecta. Nā interuallū qd ē in ęneo ſegmēto,nō eſt idē,qd illud,qd intelligiť in ſeparato.itaq; ſegmentū ſeparatū, magis accedit ad formā,q̄ inſeparatū, qd in materia quapiā habeť atq; ſubiecto.porro hñtia qdpiā interuallū vt materiā eſſe,ac ppinde in formaȝ definitiōe nō ſumi argumēto ex ſyllaba ſumpto cōfirmat.negās oīa elemēta eſſe partes ſyllabę,q̄ ſm rōem & formam intelligiť.Cū neq; cerea elemēta ea ue q̄ atramēto in chartis exarant eius partes ſint,qm̄ hæ interuallū hñt & partes ſyllabę fiūt quaſi materia vt ęs ſtatuę, cū ăt diciſſet (vt hęc ęnea)adiecit(aut ea q̄ ſunt in aere)Nā cū ſit vox aeris pcuſſio vel aer pcuſſus, haud dubie cū loqmur aer verbis cōformať & quodā mō.b.c.a.& cętetera efficiť. ſed quomodo aer dictis cōfiguretur accuratius dictum eſt in ſecundo libro de anima.vbi Ariſtoteles de voce mentionem fecit.

Etenim nō ſi linea cū in dimidia:aut hō cū in oſſa neruos carneſq; diuidiť corrumpať,propterea & ex his vt ex ſubſtantię partibus conſtat:ſed vt ex materia tm̄ atq; totius quidē illa ſunt partes:formę aūt ac eius cuius eſt rō nō ſunt partes:idcirco neq; in ipſis rōnibus inſunt.In quibuſdā igr̄ rōnibus huiuſcemodi partiū rō inerit,qbuſdā uero nō ineſſe ipſam oportet, niſi ſit ipſius rō ſimul ſumpti.Propter hoc.n.nōnulla qdē ex hiſce ſunt ut principiis in q̄ corrūpuntur.Nōnulla aūt nō ſunt.Quę igiť ſimul ſumpta forma ſunt & materies,ut ſimū aut æneus circulus,ea in hæc corrūpunť,& ipſorū pars eſt materia. Quæ uero nō ſimul ſunt cū matetia,ſed ſine materia ſumpta,ut rōnes ipſius formæ dūtaxat,ea non corrūpūtur,aut oīno,aut nō ſaltē hoc pacto.Quare illorū qdē hæc principia ſunt & ptes,formę aūt ipſius neq; principia ſunt,neq; ptes,& ppterea ſtatua lutea in lutū,& ſpæra i æs,

& callias in carnē oſſaq; corrūpiť,& inſup circulus ſua in ſtruſtra. Eſt.n. qp piam quod cum materia ſimul eſt ſumptū,æquiuoce nāq; dicitur circulus, & q ſimpliciter dicit,& ipſi ſinguli,ppterea q; ipſi ſinguli pprio noīe carēt.
lxviii (Et. n. non ſi linea cum in dimidia,aut hō cum in oſſa,neruos carneſq; diuiditur corrumpatur,propterea ex his ſunt)Poſtq̄ ſegmēta docuit ad circuli rationem nō aſſumi nec æs ad ſtatuæ,propter ea qd ſunt quaſi materia.cum ea ſumi debeant ad formarum rationes,ex quibus forma conſiſtit,circulum autem nō tanq̄ formam cōſiſtere ex ſegmentis,neq; ex ære ſtatuam,ipſam dico ſtatuæ formam.Similiter hominis quiditatem non carnibus & oſſibus conſtare neq; lineam ex medietatibus,hęc igitur effatus quoniam poſſet aliquis in hunc modum contradicere,ſi linea nō cōſtat ex ſegmentis,neq; homo ex carnibus,neruis,& oſſibus,cur ſi linea diuidatur in medietates interit & homo ſi in neruos & oſſa.Itaq; certū eſt hominem ex carnibus et neruis,lineam ex medietatibus conſtare,& omnino rem quanque ex iis, in quæ diuiduntur, quod ſi verum eſt illa profecto ad ipſorum definitionem ſumentur. His occurrens ait. Non ſi homo cum in carnē ac oſſa diuiditur perit,ac perinde linea,ſi ſeceť in meditates,protinus ex his tanq̄ ex ſubſtātiæ formęq; partibus cōſiſtunt,ſed quaſi ex materia.i. ſunt partes materiales,nō partes formę. Sunt inq̄ partes cōpoſiti ex materia & forma, nō itē formæ cuius eſt ratio atq; diffinitio.Nā ſi rōes cōpoſitoȝ eſſent has partes ad ipſoȝ definitiones aſſumi cōueniret,nūc cum formaȝ definitiones ſint, qui fiet vt hmōi partes ad ipſas rationes aſſumant?Siquis aūt cōpoſitum p accidens definiat,nam proprie formarum definitiones ſunt,cōpoſitorum nō item ſicut ipſe procedēs declarabit,in rationibus compoſitoȝ inerit ratio talium,manus dico oſſium,& ſimiliū.i. ipſę partes accipientur, in compoſitorum,definitione, in aliis autem id eſt in rationibus non compoſitorum. hoc eſt formarū non inerunt huiuſmodi partes, niſi definitio in qua ineſſe debent,compoſiti fuerit.Et compoſita ex his tanq̄ ex principiis cōſtituuntur, & in ipſa decedunt,ſimplicia vero.i.formæ,neq; ex his cōſtant velut ex principiis,neq; abolentť in hęc .quominus eſt nobis q̄ſtio reformidanda,q̄ ait,ſi non cōſtant ex ipſis,quomodo diuiduntur in hæc.Neq;.n.forma in hęc diuidiť,ſed cōpoſitum.poſtq̄ vero dixit quędam in hæc interire, alia nequaq̄,docet quæ ſunt ea,quæ in hęc intereunt, & q̄ ſecus dicēs(q̄ igr̄ ſimul ſumpta forma ſunt & materies).i.q̄ ex materia & forma cōſiſtūt (vt ſimū)hoc.n.ne rōe quidē licet a materia ſeparare(vel æneus circulus) nā & hic ſimul cū materia ſumiť,ea intereūt in ipſa.& materia eſt ipſoȝ pars. q̄ vero nō ſumunť cū materia,ſed ſine materia ſunt.vt formę,quaȝ ſolū ſunt rōes,nā cōpoſitoȝ,ut docebit, nō habenť definiōes,eoȝ.i.formaȝ neq; partes ſunt hęc oſſa videlicet & carnes, neq; illa in hęc intereūt oīno,aut ſaltē nō pinde.Oīno igr̄ nō perit hō me pereūte.qm̄ poſt meū iteritū alius viciſſim hō exiſtit.Sed qm̄ ego ſubiicior illi ac eius ſum pars,ille me intereūte interit ex accidēti.hęc itaq; cōpoſitoȝ partes vt quaſi materia principiaq; ſūt. formaȝ neq; partes,neq; principia. Et qa cōpoſitoȝ partes ſunt,idcirco in ipſas compoſita intereunt,ſtatua lutea in lutum,globus æneus in æs,callias in carnem atq; oſſa, circulus in ſegmenta. Eſt enim aliquid in ſegmentis quod in ipſis concipitur,vt materia. hoc autem eſt materia,quam intelligimus, vt dictum eſt, a recta linea & circūferentia contentam. Sed cum circulum in æs interire diciſſet, quoniam tum particularis & cōpoſitus appellatur circulus,tum forma ipſa circuli,idcirco adiecit(Aequi uoce nanq; dī circulus,& qui ſimpliciter dī,& ipſi ſinguli)quaſi dicat,cū circulum interire dicimus,nemo putet vniuerſalē circulū vt formā a nobis dici, ſed circulū particularē. Nā in ſingulis hominibus qm̄ præter hominis appellationē oībus cōmunem ſuum cuiq; nomen tributum eſt,vt callias, micallus non dicimus hominem interire,

ſed calliam vel micallum ,In circulis aũt qm̃ non ſunt ſingulis impoſita ſua nomina , ſed tam vniuerſalis q̃ particularis appellatur circulus,idcirco dicimus circulꝰ perire. At ſi circululus ꝯueus exc̃pli cauſa vocaretur veſtimentũ,pfecto nõ circulũ,ſed veſtimentũ diceremus interire.quẽadmodũ calliã aut micallũ,nõ hominẽ perire dicimus. Dictum eſt igitur & nunc ipſum verum,attamen quibuſdam repetitis, dilucidius dicamus oportet. Quæ nanq; rationis ſunt partes ,& in quas ratio ipſa diuiditur : eæ ſane aut omnes aut aliquæ ſunt priores. Non autẽ anguli recti rõ in rationẽ acuti:ſed acuti rõ in rectum diuidit̃. Qui nanq; acutũ diffinit:vtitur recto:acutus.n.minor eſt recto.Similiter circulus , & ſemicirculus ſeſe habere videt̃.Semicirculus.n.circulo diffinit̃ : & digitus ẽt toto: digitus.n.talis eſt hominis pars.Quare partiũ eæ quidẽ q̃ vt materia ſunt, & in quas vt in materiã totum diuidit̃: poſteriores ſunt ſane.Eæ vero quę vt cõis ipſius ciuſq; ſubſtantiæ quæ rationi accommodatur ſunt partes,aut oẽs ſunt,aut non nullæ priores.

(Dictum eſt igitur & nunc ipſum verũ,attamen quibuſdam repetitis dilucidius dicamus oportet)Diſſerit alterã quæſtionem,qua vtrum partes priores ſint inquirebatur , an tota:quę igr̃ inquit partes formæ ſunt,vt animal & pedeſtre,& bipes formæ hominis, hę priores homine ſunt . quę vero non formæ ſed totius cõpoſiti vt nerui,& oſſa poſteriores. Caro.n.& oſſa poſteriora ſunt toto,i.ſimpl'r homine quamobrẽ angulus acutus nõ eſt prior recto,qm̃ ratio recti nõ diuitur in rationẽ acuti.quemadmodũ hominis ratio in rationẽ ingredientis & bipedis.Sed potius acuti ratio in rectum cum ad acuti definitionem rectus accõmodetur.Angulus.n.acutus minor recto eſſe definitur. Circulus item & ſemicirculus ad hunc modum ſeſe habent quippe ad ſemicirculi definitionem circulum ſolemus adhibere.Eſt enim ſemicirculus figura diametro, & circunferẽtia circuli cõtẽta.Sil'r digitũ p totum definimus.Eſt.n.digitus hmõi pars hoĩs. Cũ igr̃ partes a totis definiant̃,tota nõ itẽ p partes,efficit̃ , vt tota partibus priora ſint . Nã definitũ poſterius eſt iis,p q̃ definit̃.In formis vero res cõtra ſeſe habet . quia.n. p partes ipſę definiunt̃,partes haud q̃q̃ p illas,tota hoc eſt formæ ſuis partibus poſteriora ſunt. Itaq; partes vt materia poſteriores totis habent̃. Priores vero,quæ ſunt quaſi rationis & ſubſtantiæ,p rationẽ intellectæ hoc eſt formæ partes.

Cum autem animaliũ anima ſit forma ipſoꝝ,id eſt.n.ſubſtãtia animantis: q; ſubſtantia eſt ad rationẽ accõmodata:& forma atq; qditas corpis talis. Nã pars vniuſcuiuſq; ſi recte diffiniat̃ , nõ ſine munere officioq; diffinit̃, qd̃ quidẽ ei nõ cõpetet abſq; ſenſu, huius ,pfecto partes,aut oẽs,aut q̃dam ipſo toto priores ſunt animali,& in ſingulis ſimili modo. Corpus ãt eiuſq; partes hac poſteriores ſubſtantia ſunt , & in has vt in materiã nõ ſubſtãtia ſane ſed totũ ipſum diuidit̃.hę igr̃ tũ priores tũ nõ priores ſunt ipſo toto . cũ ſeparant̃.n.nequeũt eſſe:nõ.n.q quouis mõ ſeſe habet,digitus eſt aĩalis: ſed q mortuus eſt/noĩe tm̃,non rõe digitus eſt.Nõnullæ aũt vna cũ ipſo pereunt toto:q̃ quidẽ p̃cipuæ partes ſunt.eaq; maxime:in qua rõ ipſa ſubſtãtiaq; inſidet primo:ſi illa cor aut cerebrũ ſit.Nihil.n.refert hoc,an illud rationem ſubeat talẽ:homo vero & equus , & iſtiuſmodi cætera in ipſis ſunt

ſingulis.Vniuerſalis aũt non eſt ſubſtãtia:ſed quoddam totũ ex hac rõne/ atq; hac materia eſt,vt vniuerſale.Singulare vero iam ipſe Socrates ex materia eſt extrema,& in cæteris ſimili mõ.Eſt igr̃ & formę pars, ipſius inquãqditatis,pinde atq; ipſius quoq; totius,qd̃ quidẽ ex formã , atq; ipſa materia cõſtat.Sed formę partes rationis ſunt ſolum partes : rõ vero eſt ipſum vniuerſale.Eſſe nãq; circuli atq; circulus:& aĩę atq; aĩa,idem eſt. Ipſius vero iam totius huius,vt circuli huius,& ſingulariũ oĩno,aut ſenſibilium,aut intelligibilium.Atq; intelligibiles quidẽ:mathematicos ipſos dico:ſenſibiles aũt ęneos:ligneoſue:non eſt diffinitio:ſed mente cognoſcunt̃ vel ſenſu. Quod ſi ab actu receſſerint , non ſane patet ſi ſint nec ne : ſed vniuerſali ratione ſemper dicuntur,ac cognoſcunt̃.Materia vero per ſe eſt ignota: atq; materia ,alia eſt ſenſibilis,alia intelligibilis.Senſibilis vt æs ,lignum:& quę eſt materia mobilis.Intelligibilis,quę in ſenſibilibus ineſt:non vt ſenſibilia ſunt:vt ipſæ res mathematicæ. Quomodo igitur de toto ac parte res ſeſe habet,& de priore poſterioreue:ſatis iam explicauimus.

xxx. (Cũ aũt aĩalium anima ſit forma ipſoꝝ,id.n.eſt ſubſtãtiæ animati , quæ ſubſtantia eſt ad rõnẽ accõmodata & forma atq; quiditas corporis talis) diſputat ẽt num de toto & partibus.& ait(Cũ animalium aĩa ſit forma ipſoꝝ)quippe q̃ actus eſt corporis naturalis inſtrumẽtarii facultate vitã obtinentis.vt dictũ eſt in ſecdo libro de anima,& animãtia p animã informantur,ſiue in ſpecie cõſtituuntur , & hæc eſt ſubſtantia ſm rationẽ & forma tali corpori. Nã vt ſtatuæ figura eſt in materia.i.ære,ſic animantiũ anima in tali corpore eſt,vt forma in materia.Poſtq̃ vero animã formã eſſe animantium dixit , hoc ipſum ex partibus aĩaliuꝫ cõfirmat dicens (Nã pars vniuſcuiuſq; ſi recte diffiniat̃ nõ ſine munere officioq; diffinit̃)Siquis.n.manũ hominis recte definiat nõ abſq; officio definiet,officium porro ipſius abſq; ſenſu animæ nõ ei ſuppetet.Si manus ergo in hoc informatur qd̃ proprio munere fungitur , hoc aũt abſq; ſenſu & anima ei adeſſe nequit,& abſq; dubio formæ manus eſt ſenſus vel potentia ipſi ab anima ſuggeſta ad proprium manus fungendũ, ſatis intelligit̃ animã eſſe ſubſtantiã ſm rõnem atq; formam aĩalium.Cũ igitur,vt ſupradictum eſt,animantiũ anima,forma ipſoꝝ ſit,nimirũ partes ipſius oẽs,vel qd̃ verꝝ eſt,aliquæ priores ſunt toto animali.Alere nanq; & appetere totius compoſiti ſunt , contemplari,non itẽ,ſed de his accuratius in libro de anima diſputatur.aut certe illud(vel quædam) adiunctum eſt propter adæquantia.rationabile nanq; & mortale dubiũ non eſt,quin homine priora ſint.quippe quæ latius pateant quam ipſę mentis,vero ac ſcięti̇ę capax nõ latius,ſed æque patet.ac proinde nõ eſt prius,ſiquid.n.eſt hõ,id mẽtis,ac ſcięti̇æ capax eſt, ac viciſſim ſiquid eſt mẽtis , & ſcięti̇æ capax,id hõ eſt.vt aũt in animalibus ſeſe res habet,ſic & in cæteris.hoc.n.ſignificatur illis verbis(& in ſingulis ſimili modo)Partes igit̃ formę aĩalium priores ſunt , corpus aũt & partes ipſius poſteriores hac ſubſtantia.i.forma.Diuidit̃ aũt totũ in corpus & corporis partes vt in materiã,at ſubſtãtia & forma nõ diuidit̃ in corpus , eiuſq; partes.Et tales partes cõpoſiti ſunt,hoc.n.ſignificat verbũ totũ.Cõpoſitũ ãt modo quodam prius eſt partibus,alio vero poſterius.quatenus.n.partes ſecretę cõſiſtere nõ poſſunt,totũ põt ſine partibus quibuſdã,q̃q̃ nõ oĩbus,ac totum partibus eſt prius qua vero rurſus cõpoſitũ poſterius eſt cõponentibus,cũ totũ ex partibus cõponat̃ , partibus idẽ ẽ poſteri⁹.Sed cũ partes ſeparatas cõſiſtere poſſe negaſſet,cãm hui⁹ ſubiecit dicẽs:

(Nō enim qui quouiſmodo ſeſe habet digitus eſt animalis)quaſi dicat digitus ab animali ſeparatus,vt corpus quidem cōſiſtere valet,non tamen vt digitus. neq; enim vt cunq; digitus ſeſe habeat,appellatur digitus,ſed cum digiti officio fungitur.quamobrem mortuus digitus æquiuoce vocatur digitus,proprie nullo modo. Et quædā quidem partes huiuſmodi ſunt.vt etiam ſi auferantur,totum tamen ſine illis valeat conſiſtere,aliæ vero ſi ſeparentur protinus ſecum totum ipſum tollunt quæcunq;.ſ. præcipuę ſunt & ea in qua primum eſt,prima eſt ratio atq; ſubſtantia.i.anima. quandoquidem animantium anima,forma ipſorum eſt.i.cor ſi ipſum principium ſit animantiū, vt ariſtoteli placet,in ipſo enim primus inerit anima.aut cerebrū vt hippocrati & platoni viſum eſt, huiuſmodi enim partes ſimul atq; a toto ſeparantur moribundæ ipſæ totum ipſum interimunt.Sed cum dixiſſet(Si illa cor aut cerebrum ſit)adiecit.(Nihil enim refert hoc,an illud.rationē ſubeat talem).i.ad propoſitum nihil intereſt cor ne, an cerebrum animæ ſedes habeatur.conſtat enim vtruncūq; ipſorū fuerit ſecum totū ſublaturum.mea vero,vt ſic loquar,totalitas,in me proculdubio ineſt,neq; extra meas partes,aut ſine ipſis conſiſtit.Cæterum cum ego & plato calippuſq; & ſimpliciter particulares homines vniuerſalis hominis partes ſimus,& ipſe totum quoddam ſit,vtrum in nobis perinde ineſt,vt mea totalitas in meis partibus?an ſeparatus eſt & per ſe? ad hanc quæſtionem reſpondens ait(homo & equus & huiuſmodi cætera).i.ſimpliciter vniuerſalia(in ipſis ſunt ſingulis)ſubſtātia vero vniuerſalis, & forma ipſa per ſe abſq; particularibus non cōſiſtit.Sed quemadmodum ſocrates ex hac forma & hac materia conſtat,ſic vniuerſalis homo ex materia.i.ex genere ipſius & forma differentiarum fortaſſe exiſtit. nō quidem ſubſiſtentia,ſed cogitatione. Forma vero ipſa per ſe abſq; materia ne cogitatione quidem eſſe poteſt. Nam cum ipſum vniuerſalem hominē a particularibus hominibus anima ſubduxerit, ipſi autem ex materia & forma conſiſtant, haud dubie homo vniuerſalis, vtcunq; ſit, ex materia & forma eſſe obtinebit. His interiectis rurſus ad ſermonem de partibus & toto reuertitur.& ait(Eſt igitur & formæ pars perinde atq; ipſius quoq; totius.quod quidem ex forma atq; ipſa materia cōſtat) Nam cum rationes inquit atq; definitiones formarum ſint partes profecto rationis,formæ ſolum partes ſunt.non etiam totius.Ratio vero nihil aliud eſt,q̄ vniuerſale. Nam circulus quod eſt vniuerſale,& eſſe circuli,quod eſt ratio idem eſt,vt anima idem eſt, quod eſſe animæ. Rationes igitur,vt dictum eſt,vniuerſalis ſunt.totius autem hoc eſt ſingularis,ſiue ipſum ſingulare, ſenſibile ſit ſiue itelligibile,cuiuſmodi ſunt mathematica, non habetur definitio.quod paulopoſt in proximo libro demonſtrabitur.Cognoſcuntur autem ſingula non ratione ac definitione,ſed ſenſu.vt lignei circuli.Cum vero particularis circulus ex materia ab intellectu fuerit ſeparatus, tunc eſt viſibilis mente ſiue intellectu, ac omnino intelligibilis.viſus enim qui anteq̄ viſibilia cernat potentia eſt,vt traditur in libro de anima,vt auditus antequam audibilia,cum ipſa cernit,tūc actu efficitur illa,ab ipſisq; perficitur. Cum vero ab actu, hoc eſt ab actione deſtitimus,qua illa videbamus, & actu non potentia cernebamus, ceſſante viſus actione, quam in aſpectabilia exercebat,dubium eſt,ſint,an non ſint. Sed cognoſcuntur vniuerſali. Nam cum circulum particularem & ſenſibilem non video, incertum mihi ē, vtrum huiuſmodi figura ſit in ſubſiſtētia,nec ne,vniuerſali tamen cognoſco talem figuram,quā prius videbam nunc non video.Sed cū dixiſſet(vniuerſali ratione cognoſcuntur)ne quis,quoniam materia eſt vniuerſale,dubitaret,an materia cognoſcantur, adiecit(Materia vero per ſe eſt ignota)At ſi eſt ipſa ignota,quomodo poteſt aliis eſſe cauſa cognitionis?Sed materia inquit alia eſt ſenſibilis,alia intelligibilis. Senſibilis quidem vt lignus & ſimpliciter omnis materia mobilis.intelligibilis vero vt materia, quę

habetur in circulis. Sed non quatenus ſenſibiles ſunt. quoniam interuallum circuli, quem intellectus a materia ſeparauit, ac penes ſe habet, materia eſt huiuſmodi circuli,non tamen ſenſibilis, ſed intelligibilis. Hæc effatus ſermonem concludit dicens. (quomodo igitur de toto ac parte ſeſe res habeat, & de priore poſteriore ue, ſatis iam explicauimus.)

Ad interrogationē aūt cū quiſpiam interrogauerit:vtrū ſit prius,rectus ne & circulus,atq; animal,an partes ex quibus cōſtat,& in quas quodq; diuiditur:nō ſimpliciter reſpondendū,nā ſi anima ſit animal, aut animās, aut cuiuſq; vnū qđq;,& circulus circuli eſſe, & rectus itidē:eſſe atq; ſubſtātia recti aliqua pars,atq; aliquo toto poſterius ē dicēda,vt illa q̄ eſt ipſius ſingularis:atq; aliquo recto.Etenim eſt rectus, & hiſce q eſt ęneus atq; materiæ particeps:& ēt qui ex lineis ſingularibus cōſtat.At hiſce q ē expers materię poſterior quidē rationis:prior aūt ſingularibus partibus eſt dicēdus. Simpliciter āt nō eſt dicēdus.Sin vero anima ſit diuerſa,& nō ſit animal, hoc quoq; pacto aliæ partes priores, aliæ nō priores dicēdę ſunt vti diximus.

xxxi. (Ad interrogationem autem,cum quiſpiam interrogauerit,vtrum ſit prius rectus ne) diſputat etiam nunc de toto & partibus & ait. Siquis quæſierit,vtrum animal & angulus rectus,ac circulus prior ſit,q̄ ea in quæ diuiditur.i. q̄ partes ipſius. animal enim in partes ſuas diuiditur circulus iu ſuas,ac ſi'r angulus rectus. Siquis igit' rogauerit tota ne,an partes in quas diuiduntur & ex quibus exiſtunt priores ſint,neceſſe eſt huic occurrere ac reſpondere(non ſimpliciter).i.neceſſe eſt ad hanc quæſtionem reſpondere,partem non ſimpliciter & vno modo dici, ſed plurifariam,ſi enim formæ partem dicis,ea prior eſt,q̄ totum,vt ſæpe dictum eſt. Sin autem compoſiti ex materia & forma,poſterior.Sed hæc expoſitiōis gratia prę̄fati ſumus.ipſe vero rurſus quomodo reſpondendum ſit exponit dicens (Nam ſi anima ſit animal).i.quoniam ſi anima eſt animal quod per formam intelligitur,hoc eſt ſi anima eſt animalis forma eiuſq; quiditas. Aut ſi non anima eſt animalis eſſe,ſed animatum eſt animalis eſſe,vel ſi non animatū eſt eſſe animalis,ſed vnum quodq; animal eſt anima ſua,& per hanc in ſpecie conſtituitur.i.homo per hominis animam,equus pari ratione per ſuam,& omnino per propriam animam vnum quodq; animal. Similiter ſi circulus eſt circuli eſſe, & angulus rectus eſſe anguli recti,ſi hoc igitur ad hunc modum habet,(quid & quo poſterius eē dicendum eſt ex iis quæ habentur in ratione).i.quæ nam pars, & quo toto poſteriori dici debet?ac viciſſim quæ non poſterior.ſed prior toto?Quæ igitur pars inquit ex iis quæ ſunt in ratione?Rationem hoc in loco vocans non formam, ſed quod miremur, compoſitum ex materia & forma. Earum igitur partium, quæ inſunt in ratione, quę nam poſterior toto dici debet?toto autem non ſimpliciter non.ſ.quod per formam intelligitur, ſed aliquo & compoſito, exempli cauſa aliquo angulo recto materiali, vt enim forma anguli recti eſt angulus rectus, ſic angulus rectus materialis ſiue æneus, eſt angulus rectus. Iterum non modo angulus materialis eſt angulus rectus,ſed etiā is qui habetur in lineis ſingularibus. Angulus enim qui a ſingularibus lineis cōtinet, angulus rectus eſt.angulus igitur rectus materialis vel materialis globus, aut quidqd aliud ſit,partibus ſuis prior eſt.is vero qui materia vacat poſterior eſt partibus quę habentur in ratione. quod hominis exemplo fiet apertius. Homo nanq; ſecundum formam poſterior eſt animali & pedeſtri & bipede.manu vero mea & pede prior.Similiter circulus, qui per formam intelligitur, poſterior eſt figura,& plana & ſimilibus,

ſequentis autem æneicirculi,ac omnino partibus ipſius prior. Sic igitur quæſtioni occurrendum eſt. vt indeterminate reſpondeamus, ne partem priorem eſſe dicamus aut totum. Sed cum dixiſſet.Siquidem anima eſt animal,partes ipſius priores eſſe toto dici debent,& cætera quę dicta ſunt,reſpõdet coniunctioni illi quidem dicens (Sin vero anima ſit diuerſa & non ſit animal)vt orationis ordo ſit huiuſmodi. Si quidẽ anima eſt animal,partes ipſius toto priores eſſe dici debẽt,ſin minus anima ſit animal ſiue animal qđ ſecundã formã aliquæ partes toto priores ſunt,aliæ non item, quoniã quaſiſcunq; ſit animalium forma, partes ipſius priores erũt ipſius vt ita dicã totalitate.

Dubitatur etiam non iniuria: quæ non ſint ipſius formæ, & quæ nõ formæ, ſed ipſius ſimul ſumpti partes. Atq; ſi hoc non ſit manifeſtum:fieri non poteſt: vt quæq; difiniatur. Vniuerſalis enim ipſius & formæ eſt diffinitio. Si igitur manifeſtum non ſit quænam partium ſubeunt, & quę non ſubeunt materiæ rationem,neq; ratio ipſius rei profecto patebit. Quæ igitur in diuerſis ſpecie fiunt, vt circulus in ære / lapide /atq; ligno, ea manifeſta eſſe videtur. Neq; enim æs, neq; lapis, ſubſtantiæ quicquã eſt circuli, propterea quod ſeparatur ab ipſis, quæ vero non cernuntur ſe iungi,ea perinde ſeſe habere,vt illa nihil prohibere videtur. Fit enim perinde atque ſi circuli omnes ænei cernerentur. Non enim æs ob hoc magis formæ pars eſſet. Hæc tamen ipſa difficile eſt excipere mente. Hominis enim forma in carnibus/oſſibus/talibusue partibus conſiſtere ſemper videtur. Sunt ne igitur hæc formæ rationiſue partes an non ſunt ſed materia. Verum quia non & in aliis ineſt:idcirco ſeparare non poſſumus. Quoniam autem hoc quidem fieri poſſe videtur,obſcurum autem eſt quando fieri poteſt. Dubitare quidam & in circulo, & in triangulo iã videntur, atq; innuere non oportere lineis, atq; cõtinuo diffinitiri,ſed vniuerſa perinde hæc dici atq; hominis carnes oſſaue dicuntur, & circuli etiã, æs,& lapis. Atq; in numeros vniuerſa reducuntur: & lineæ rationẽ duorum rationem inquiunt. Eorum etiam qui dicuntur ideas eſſe:quidã dualitatem inquiunt ipſam lineam eſſe,quidam ipſam lineæ formam: in quibuſdam enim idem eſſe aiunt formam: & id cuius eſt forma:vt dualitatem formãq; dualitatis:in linea vero non ita eſſe. Accidit igitur formã vnam multoq; eſſe,quoq; ſpecies diuerſa eſſe videtur,quod quidem & pithagoricis accidebat:& inſuper fieri põt:vt cæteris inde extruſis, vna omniũ tm̃ forma efficiatur:& tm̃ hoc pacto omnia vnum erunt.

(Dubitatur etiam non iniuria,quæ nam ſint ipſius formæ,& quæ non formæ,ſed ipſius ſimul ſumpti partes)Quoniam multis in locis in mentione totius & partium,formæ partes ipſa priores eſſe dixerat,compoſiti poſteriores,idcirco ait, merito dubitari poſſe,quales nam hæ partes formæ ſint. & ſimiliter quales hæ partes compoſiti,quia verbum illud(ſimul ſumptum)ſignificat compoſitum.Nam cum formarum vt ſæpe diximus definitiones habeantur,profecto ſi ignoretur,quę nam ſint formarum partes, definire non licebit, quare niſi intelligatur, quæ partes ſint vt materia,& quæ ſecus, xxxii.

ne ratio quidem rei fuerit manifeſta.hæc effatus ait(quæ igitur in diuerſis ſpecie fiũt) i.in ſpeciebus diuerſis,vt globus in ære,ligno,lapide,auro,plumbo & pleriſq; aliis ſpecie diuerſis efficitur,quæ ergo in diuerſis ſpecie fiunt,horum quæ nam partes vt materia ſint non ambigitur.Neq;.n.æs,aut lignũ ſubſtãtiæ ſunt circuli vel globi.i.nõ ſunt ex iis,quæ formalem circulum conficiunt,talis enim circulus a ligno & ære ac talibus ſeiungitur.non item a forma,& plano,ac omnino ab iis,quæ ſubſtantiã ipſius conſtituunt. Quæ igitur ſeparantur,& in ſubiectis ſpecie differentibus fiunt, horum partes vt in materia manifeſtæ ſunt,quę vero non ſecernuntur,ſed ſemper fiunt in eiſdem,vt homo ſemper in oſſibus & carne ac neruis.ac perinde equus.& omnino vt animalia, eorum partes vt in materia non ſunt adeo cognitæ. Attamen nihil prohibet inquit, ſimilem in his eſſe atq; in illis rationem. Vt enim æs atq; lignum nulla pars ſunt ſubſtantiæ formalis circuli,ſic ne carnes quidem & nerui ſubſtantiæ formalis hominis,vt equi.Nam quemadmodum ſi circuli omnes eſſent ænei,nec circuli forma in alio ſubiecto eſſe poſſet,q̃ in ære,æs de ſubſtantia quidem circuli eſſe videretur,propterea qđ circulus non fieret in alio ſubiecto,tamen ne tunc quidem æs circuli ſubſtantia eſſet. Siquidem neq; nunc eſt. q̃q̃ difficile eſſet,ipſum ab ære ſeiungere. nunc enim videre licet circulum ab ære ſeparari, ſic hominis forma licet ſemper in eiſdem fiat, oſſa tñ & nerui nihil ipſius ſubſtantiæ ſunt.Ac ſenſus quidem dictorum huiuſmodi eſt.ipſe tñ non per negationem ſermonem intulit,ſed per interrogationem dicens. Hominis forma ſemper in carnibus & oſſibus efficitur,num igitur hæc partes formę ſunt, atq; rationis? & perconctatus reſpondet dicens(an non).i.an nequaquam partes ipſius ſunt,ſed materia.tamen quoniam hominis forma in aliis non efficitur quemadmodũ forma circuli,ideo ſeparare non poſſumus(quoniam autem hoc quidem)vt.ſ. hominis forma a carnibus & oſſibus cogitatione ſeparetur (fieri poſſe videtur, obſcurũ aũt eſt quando ſeparabitur)non enim ſic exploratum eſt,vt in circulo(dubitant quidam) deſignat autem pythagoreos(in circulo et in triangulo)Negantes oportere hos lineas eſſe definire.vt circulus figura plana eſſe dicatur vna linea contenta. & triangulus tribus.ac viciſſim linea longitudo continua quæ in partem vnam dilatet linea enim circulo & triangulo quaſi materia ſubiicitur.Et ſimiliter continuum ipſi lineæ. quemadmodum homini carnes & oſſa,æs vero ſtatuæ. Si hominem igitur per oſſa & carnes non diffinimus,propterea quod ſunt partes materiales, profecto neq; circulum, neq; triangulum oportet per lineam definire.& ob hoc.i.quia lineam & continuum,vt materiam triangulo & cæteris ſubiici aiunt, omnia reducunt ad numeros. propterea quod materiæ ſint expertes, nec aliquod ſubiectum habeant tanquam materiam, ſed ipſi per ſe conſiſtant. Itaq; lineæ definitionem eam eſſe aiunt, quæ dualitatis eſt. quoniam dualitas eſt primum dilatabile, vt quæ prima ſit, in quam vnitas dilatetur. deinde in trinitatem, & cæteros numeros qui ſequuntur.quare ſi definiamus inquiunt lineam non oportet dicere ipſam eſſe quantum in vnum dilatabile. Sed linea eſt primum dilatabile.Nam ipſum primum non eſt quaſi materia & ſubiectum lineæ quemadmodum continuum.Idearum quoq; aſſertorum quidam aiunt ipſilineam.i. lineæ formam,quæ diuerſa eſt a ſingularibus lineis,eſſe dualitatem. Alii vero aiunt nõ ipſilineam dualitatem eſſe,ſed ipſilineam eſſe formam lineæ.qui quidem affirmant, in quibuſdã ſpeciem idẽ eſſe,quod id cuius eſt ſpecies, vt homo et ſocrates, cuius ſpecies eſt homo,idẽ ſint,& ipſidualitas idem quod hæc dualitas cuius ſpecies eſt ipſidualitas. in aliis hoc non concedunt.vt in linea,hanc enim particularem lineam eſſe aiũt, ſpeciem vero ipſius non lineam eſſe, ſed dualitatem. Ac ſtatim ipſe diſputat in eos, q̃ lineam vt formam ſiue ſpeciem lineam eſſe negant,ſed dualitatem, dicens. (Accidit

igitur formam vnam multorum esse).i.ex hac oratione efficitur,vt vna sit species specialissima, multorum & specie differentium.Hoc enim significatur verbis illis(quoꝝ species diuersa esse videtur)Nã si dualitas quæ species est particularium linearum,eadem est species dualitatum particularium,particulares autem lineę & dualitates specie differunt, vna profecto species fuerit duorum specie differentium.quod si ita est, cur eadem dualitas nõ sit species particulariũ hoĩm.et equoꝝ,ac boũ ac simpliciter oĩum? Cur n.si duorum specie differentium species esse dicitur,alioꝝ esse negetur? Ex hoc itaq; fit, vt omnium eadem species habeatur.nec sint plures ideæ.& sic omnia vnum erũt, vniusq; naturæ.homines, equi,& cætera cuncta. Nam quorum species vna est, eorum natura quoq; est vna.

Ea igitur quæ ad diffinitiones attinent dubitationem habere,& quam ob causam satis iam diximus.Qua ꝓpter & omnia hoc pacto reducere, atq; materiam auferre superuacaneum esse uidetur.Quædam enim forsitã hoc in hoc sunt,aut hæc ita sese habentia,atq; illa comparatio de animali, quã iunior Socrates dicere consueuit,non recte sese habet profecto.A ueritate enim abducit,existimareq; facit fieri posse,ut homo sit sine partibus,perinde atq; sine ære circulus esse potest,hoc autem non est simile. Animal.n. fortasse sensibile quiddam est,& non fit ut sine motu,atq; ab hoc sine suis partibus definitio sese habentibus modo diffiniatur. Non enim quæuis manus pars hominis est,sed ea quæ manus officium efficere potest. Quare pars est,si animæ particeps sit,non pars si eiusdem sit expers.

(Ea igitur quæ ad definitionem attinent,dubitationem habere,& quam ob causam satis iam diximus,quapropter & oĩa hoc pacto reducere)concludit quæ sępe dicta sunt & ait.diximus ergo non vacare controuersia, quæ pertinent ad definitiones, & quam ob causam.Dixit enim cur in syllabæ definitionem assumamus elementa,in circuli vero segmenta nequaquam & cætera,quæ dicta sunt. At omnia reducere ac ideas facere materiam auferentes superuacaneum est.In quibusdam enim dubium nõ est, quin hoc in hoc sit. i. forma in materia. Forma enim domus in lapidibus est, atq; lignis. statuæ in ære.hæ tamen non sunt per se separabiles,vt idearum assertores confitentur. quod si ita est,cur,horum non habentur ideæ? Illud vero(forsitam)appositum est, vel propter cautelam pbis familiarem,vel quia hoc,non esse inquam ideas,paulo post demonstrabit, aut certe propter illa,quæ in maiore primo & sequentibus libris demõstrata sunt. Sed cum dixisset(quædam enim forsitam hoc in hoc sunt)adiecit(Aut ita se habentia)quoniam talis lapidum dispositio,& illud sic se habere, & non sic,domus est. Hæc effatus iuniorem socratem insectatur, quod perperam ex inductione ideas esse colligat. Appellat autem iuniorem socratem vel platonem, vel quod verius est, quẽdam,qui Socra.eodem nomine quo platonis magister,fuit appellatus. Plato enim socratem quendam disputantem inducit, cum socrate gerẽnensi. Is igitur socrates ex quodam vero concludere nitebatur,hominem absq; materialibus partibus consistere. Sic enim differebat. quemadmodum circulus absq; ære ac lapide lignoq; consistere potest,sic homo sine carnibus & ossibus,sed hoc in circulo verum est,non esse hoc determinatum subiectum circuli,sed huiusmodi figuram in auro, & ligno ac omni solido corpore fieri esse aptam.non in corpore aliquo determinato. In homine non item verum est. Vt enim circulum absq; corpore non est reperire,q̃q̃ in oĩ corpore solido, xxxiii

sed non determinato fieri sit aptus, sic homo sine ossibus & neruis in subsistentia reperiri non põt.Cæterum mens siue cogitatio hominẽ a particularibus hominibus secernit,perinde atq; circulum,hõ tñ nequit in subsistentia consistere,vt consistit alexander. Sed q̃q̃ mens ipsum a singularibus abducat.rursus tñ non absq; carne & ossibus eum imaginatur. Nõ igitur inquit simile est qđ a iuniore socrate de circulo dicitur,& qđ de animali. Animal.n.sensibile quiddam est,nec sine motu .i.sine materia & subiecto definiri valet.hoc est animal sensibile qualecunq; sit,non põt sine subiecto definiri. Si quis exacte definiat. Cum ergo ipsianimal non sit vt demonstratum est, & demostrabitur, sed quodcunq; animal existentiam habens sensibile habeatur,animal.n.vniuersale nõ est in existentia,sed cogitatione, quonãmodo animal sensibile sine materia definietur? Sed vniuersalia sine materia definiuntur,vtpote quæ cogitatione existant. Singularia nullo modo.Sed fortasse cum ait (Animal enim sensibile quiddam est,& non fit,vt sine motu definiatur)hoc significare vult omne animal est sensibile,nullum autem sensibile animal definiri potest.i.existentiã habere,sine carne & ossibus. Animal igitur sensibile absq; suis partibus certo quodam modo se habentibus esse aut omnino definiri nequit.Sed cuꝫ dixisset (absq; partibus modo quodam se habentibus) exponit cur illud modo quodam adiecit dicens (Non enim omni modo manus est hominis pars.) Nam si manus exaruerit,& omnino immobilis fuerit effecta,nõ dicet hominis pars, sed tunc eo nomine censebitur, cum munere suo fungetur.tunc autem fungetur munere suo & hominis vocabitur manus,cum secundum naturam habuerit. Nam cum habuerit aliter,& fuerit velut inanimis tunc neq; officium suum obibit,neq; hominis manus vocabitur.

Circa uero mathematica cur rationes non sunt rationum partes,ipsi semi circuli circuli.Non enim sensibiles sunt.An nihil refert,Erit.n.& non sensibilium quorundam sane materies,eiusq; omnis quod non est quiditas & per seipsum forma,sed hoc aliquid,non igitur uniuersalis circuli,sed singularium hi partes erunt,ut antea diximus.Est enim materies,alia sensibilis, alia intelligibilis.Patet autem & animam quidem substantiam primã corpus autem materiam esse.Hominem uero ut animal id quod ex utriusq; cõstat,ipsum inquam uniuersale.At Socrates aut coriscus si anima sit duplex est.Quidam enim ut animam dicent, quidam ut totum. Sin simpliciter hæc anima sit,atq; hoc corpus,ut uniuersale sese habet,sic & singulare sese habet. Vtrum autem præter materies & substantias tales aliqua quædam substantia sit,qnærereq; substantiam aliam quandam oporteat, ut numeros,aut aliquid tale,posterius consideremus oportet. Huiusce.n. gratia de sensibilibus etiam substãtiis enitimur definire,nam facultatis naturalis,secundæq; philosophiæ officium est aliquo modo ea cõtemplatio quæ circa substantias sensui subiectas uersatur,non enim de materia solũ sed de substantia etiam quæ ad rationem accomodatur,ac magis philosophum cognoscere naturalem oportet.De diffinitionibus etiam quonam pacto partes sunt ea,quæ in ratione sumuntur,& cur diffinitio una sit ratio,patet enim ipsam rem unum esse,& rem partes habentem unum quippiam esse,posterius considerandum esse uidetur.Dictum est igitur uniuer

ſaliter de quiditate quid nam ſit,& quo pacto perſe eſt,& cur quorundam ipſa ratio quiditatis habet rei quæ diffinitur partes,quorundam non habet.Et in ſubſtãtię quidem ratione partes,eas:q̃ vt materia ſunt nõ ineſſe. neq; n.illius ſubſtãtię ſed totius ſunt partes,atq; huius partim ẽ ratio partim non eſt,cum materia nanq; non eſt.Non enim eſt definitum, per primam autem ſubſtantiam eſt,ceu hominis eſt ipſa ratio animæ.Subſtantia enim eſt ea forma quæ ineſt,ex qua & materia ipſa tota ſubſtantia dicitur eſſe,ueluti concauitas,ex hac enim naſoq; naſus ſimus, & ſimitas eſt. Bis enim in iſtis inerit naſus.In tota uero ſubſtantia,ut in naſo ſimo atq;callia & ipſa materia ineſt.Dictum eſt inſuper quiditatem & unumquodq; idem in quibuſdam eſſe,ut in ſubſtãtiis primis,ceu curuitatem & curuitatis eſſe ſi ipſa ſit prima.Atq; primam eam dico,quæ non ex eo dicitur,quia aliud in alio ineſt,& in ſubiecto uelut materia.Quæ uero ſunt ut materia,aut ut ſimul cum materia ſumpta in hiſce non eſſe idem,neq; per accidens unum ut *Socrates muſicumq;*.Hæc enim eadem per accidens ſunt

xxxiiii

(Circa vero mathematica, cur rationes non ſunt rationum partes vt circuli ſemicirculi)Cum ſupra dixiſſet elemẽta in ſyllabæ ratione ſumi.propterea quod non ſint materiæ partes,ſed formæ,in circuli autem ratione ſemicirculos non accipi,quoniã ſunt materiales,& materiæ partes, animaduertens aliquid in hanc orationem obiici poſſe, obiectionem ipſam exponit eandemq; ſoluit.Nos autem ſupra expoſuimus, cũ de ſyllaba loqueretur,cur ſemicirculi materiæ partes ſint,non item elementa.Atq; equidem puto hæc cũ illis eſſe cõiungẽda,& fortaſſe ab ariſtotele cõiuncta ſunt,in nullo.n.alio ope quidpiã tale feciſſe reperiẽ.quale hic feciſſe vr̃,ſed ab eudemo fuerũt ſepata. obiẽtio igr̃ hmõi ẽ.Cur rões ſemicirculoꝝ.i.cur ſemicirculi non ſunt partes rõnis circuli.cũ non ſint ſenſibiles quẽadmodũ ęs atq; oſſa & carnes,vt materiæ partes eſſe dicantur. Si ergo nõ ſunt partes materiales,cur in definitione circuli non ſumunt? & ſoluit quæſtionem dicens(An nihil refert)ſiue enim ſenſibiles ſint, ſiue inſenſibiles ſemicirculi,materiæ partes ſunt atq; materia.Neq; enim materia omnis eſt ſenſibilis .nec rurſus ſenſibilium tantum habetur materia,ſed aliqua eſt materia non ſenſibilis,& inſenſibilium eſt aliqua materia.nec quidq̃ obeſt ,licet ſegmenta inſenſibilia ſint ,quominus ipſorum habeatur materia inſenſibilis.Ac in vniuerſum quidquid non eſt quiditas & forma quæ ipſa per ſe conſiſtat,huius habetur materia.Ex quo intelligitur hominis ẽt vniuerſalis,quia per ſe non conſiſtit,materiam eſſe,ſed intelligibilem. Materia enim alia eſt ſenſibilis,alia intelligibilis.quare ſemicirculi haud dubie non erunt partes vniuerſalis circuli,neq; in ratione eius accipiẽtur.Sed ſingulorum circulorum partes erũt vt dictum eſt·Quomodo autem ſemicirculi q̃q̃ intelligibiles habeantur,tamen materia ſint abunde ſupra declarauimus.diſtãtia enim quam habere intelliguntur,pertinet ad materiam.Nam forma indilatabilis eſt & partibus vacat. Habet autem interualłũ, propter materiam in qua eſt. Ex omnibus ergo perſpicuum fit, animam eſſe primam ſubſtantiam.i.formam.corpus vero materiam.de quibus in ſecundo libro de anima ẽ accurate diſputatum.Corpus.ſ.materiam eſſe, animam vero formam. homo autem vniuerſalis eſt animal ex vtroq; conſtans,ex corpore inquam vniuerſali & vniuerſali anima. Socrates autem inquit, vel Coriſcus,ſi eius anima eſt forma ipſius,duplex eſt animal

animal(ex anima & corpore).i.ex materia & forma.Et quidam homines ſocratẽ dicẽt (vt animam).i.vt formã ad ſolã ipſius animã reſpiciẽtes,alii vero ipſum vocabũt vt totum.i.cõpoſitũ ex anima & corpe, intuẽtes advtrũq; (Sin ãt ſimplr hæc anima ſit, atq; hoc corpus).i.ſiqs ſocratis animã nõ vocauerit ſimplr formã ſocratis,vt vniuerſalis aĩa humana ſeſe habet ad corpus humanum vniuerſale,ſic ſingularis ad ſingulare.Si ergo vniuerſalis aĩa humana forma eſt corpis vniuerſalis humani, pfecto ſocratis anima,ſocratis corporis forma erit,ſin minus anima vniuerſalis humana forma eſt humani corpis vniuerſalis,ne ſingularis quidẽ aĩa,corpis ſingularis erit forma, ſed qm̃ phyſicæ munus eſt de formis q̃ habentur in materia diſputare.& ipſe p totũ librũ de hmõi formis diſſeruerat, idcirco velut ſibi in accuſatione tacita patrocinatus inqt (vtrũ pter materiã aliqm ſubſtantiaꝝ ſit alia?).i. an pter ſubſtantiam materialẽ ſiue pter formã, q̃ habetur in materia ſit alia.Et hmõi ſubſtantiã quærere oporteat,vt numeros. Appellat ãt numeros ideas vel quidpiã tale.Sed de hoc inquit poſtea cõſiderabimus. de hoc n.diſputabit ẽũ in hoc libro,tũ maxime in libro tertiodecimo.Qm̃ vt intelligatur inqt num pter eas,q̃ habentur in materia,aliæ formę habeantur,necne,de ſenſibilibus ſubſtantiis.i.de formis materialibus diſſerere conamur,neq;.n.ptinet ad primã phĩam de hmõi formis conſiderare.ſed ad ſecundã, q̃ naturalis appellat̃. Nã phyſici eſt non modo de materia diſſerere,ſed *multo ẽt magis deforma,vt ex ſcdo libro de phyſico audi*tu licet intelligere.Quin ẽtiã de definitionbus inquit poſtea cõſiderandum eſt, qũo q̃ habentur in definitione,partes definitionis ſint,& quo modo ſit vna definitio cũ ex pluribus conſiſtat.ex genere videlicet ac differentiis.Nã cum res hoc eſt definitum ſit vnũ ipſa quoq; definitio vna eſt.Oĩs ãt res partium cõpos haud dubie aliquo ipſam vnien te vna eſt.de his igitur diſſerendum eſt inqt.Ac de his ante oĩa diſputabit, vt q̃hactenus indiſcuſſa fuerint. Hæc effatus,q̃ pluribus verbis diſſeruerat,in pauca cõfert.& ait(Dictum eſt igr̃ vniuerſaliter de quiditate qnidnã ſit)ſubſtantiam .ſ. cum ſingularibus ordinatam,& cõprehenſim intellectam.& qũo quiditas ipſa p ſe conſiſtat .& quãobrem quorundam rõ quiditatis partes definiti cõtinet,vt de ſyllaba diximus,aliorum ſecus.vt de circulo, diximus pterea in ſubſtantiæ formæq; rõe partes vt materiam nõ ineſſe, vt in hominis definitione.Neq;.n,carnes & oſſa in hominis rõe cõtinentur. ppterea q̃ carnes & oſſa non ſunt illius ſubſtantiæ ac formæ.Sed cõcurſus.i. compoſiti ex materia & forma.Compoſiti autẽ ſubſtantię partim habetur definitio,partim ſecus. Nam ſm materiam,quæ habetur in ipſa,carnes dico,oſſaq;,& neruos,eius non eſt definitio.qm̃ materia eſt indefinita,indefinitoꝝ aũt non habetur definitio, ſecundum primam ſubſtantiam & formã habetur.Cũ.n.ſocrates homini ſubiiciatur, hominis autẽ habeatur definitio,ſocratis quodã modo definitio exiſtit. Sed cum definitionẽ ſm primam ſubſtantiam eſſe dixiſſet,quid ſubſtantia prima ſit exponit,dicens(Subſtantia.n. eſt ipſa forma quæ ineſt).i.nihil eſt aliud prima ſubſtantia,q̃ forma, quæ ineſt in materia,qd vero interiectum eſt(ceu hominis eſt ipſa ratio animę)hmõi eſt,ratio animę i.anima ipſa eſt hominis forma.ex qua anima & materia tota cõpoſitaq; ſubſtantia exiſtit. pro exẽplo autẽ conſtituit ex materia & forma appoſuit cauitatem, ex hac enim & naſo ſimus naſus exiſtit.& ſimitas oĩo in naſo ineſt. ſed cum ſuperius dixiſſet, explicatum eſſe totius ſubſtantię nõ haberi definitionẽ,multis interiectis cãm reddit,cur cõpoſitoꝝ definitio nõ habeatur, dicẽs (bis.n.in iſtis inerit naſus).i.de cõpoſitis dixĩmus,ſi definiãtur fieri,vt bis idẽ dicatur.in naſo autẽ ſimo & callia ineſt materia & forma,qd ſi veꝝ eſt,ipſoꝝ nõ erit definitio.fiet.n.vt bis idẽ repetatur.Neq; ſolum inquit de his eſt diſputatũ,ſed ẽt docuimus rẽ quãq; ac eius quiditatẽ in quibuſdam idem eſſe vt in ſubſtantiis primis. Quæ porro ſit prima ſubſtantia exponit dicens. (Atq; primam eam dico q̃ non ex eo dicitur,qa aliud in alio ineſt,& in ſubiecto velut materia)

Nam ſimul ac dico album,aliud in alio ſubiecto dico.eſtq; hō vel lignum quaſi ſubiectum.in quibus tanq̄ ſubiectis eſt albedo.cū vero hominē dico, nō dico aliud in alio, ſed rem q̄ per ſe cōſiſtere valet,& conſiſtit.Itaq; in ſubſtantiis vna quæq; res eſt idem, qđ ſua quiditas.q̄ vero ſunt vt materia,uel quaſi ſumpta cū materia,in his res & quiditas eius nō ſunt idem.ē aūt muſicū in ſocrate,vt in materia,vel vt ſimul ſumptum cū materia,quāobrem ſocrates & muſicum p accidens ſunt idem,nō autem p ſe.

Nunc autem primum id dicamus oportet,quod in reſolutiuis de diffinitione non diximus.Ea nanq; dubitatio quæ ibi non pertractata eſt, ad ea ſane quæ nunc de ſubſtantia dicimus accomodatur,uehementerq; conducit.Dico autem hanc dubitationem,propter quid res diffinienda eſt unū cuius rationem diffinitionem dicimus eſſe,ut hominis hoc,animal inquā bipes.Sit enim ipſius hæc ratio,propter quid igitur hoc unum eſt,ſed non plura animal & bipes,homo enim & album multa quidem ſunt, cum alterum alteri non ineſt. Sed cum ineſt, atq; ſubiectum id eſt homo albedine eſt affectum,eſt unum,tunc enim unum fit.atq; eſt albus homo. Hic autē alterum alterius non eſt particeps.Genus enim non particeps differentiarum eſſe uidetur.Idem enim contrariorum ſimul particeps eſſet. Quippe cum differentiæ ſint contrariæ,quibus differt genus.Quod ſi & eſt particeps,eadem erit ratio,ſi differentiæ plures ſint, ut greſſibile bipes expers alarum.Cur enim hæc unum ſunt, ſed non plura. Non enim propterea ſunt unum quod inſunt.hoc enim pacto ex omnibus erit unum. Sin autē unum oportet ea eſſe,quæ in ipſa ſunt diffinitione.Diffinitio nanq; ratio quædam eſt una ſubſtantiaue. Quare uniuſcuiuſq; ipſam rationem eſſe oportet.Etenim ſubſtantia unū quid,atq; hoc aliqd ſignificat uti dicimus.

(Nunc ār primum de definitionibus diſſeramus id qđ nobis in reſolutoriis ptermiſſum eſt)quia paulo ante dixerat(de definitionibus ār quonā pacto partes ſunt ea, q̄ in rōe ſumunt̄,& cur definitio vna ſit ratio.patet.n.ipſaꝫ rē vnū eſſe,& rē partes habentē vnum quidpiā eſſe poſterius eſt cōſiderandum)idcirco hoc in loco hanc q̄ſtionem diſſerit dicens.Qm̄ in reſolutoriis,hoc eſt in ſcđo libro poſteriorū reſolutoriorum, non exacte definitionum q̄ſtionem ſumus pſecuti,ideo qđ illic prætermiſſum eſt,nunc diſſeramus. Nam quæſtio q̄ illo in loco cū diſcuti debuiſſet,ptermiſſa eſt, ſi nunc fuerit diſputata,plurimū iuuamēti & cōmodi afferet ad ſermonem ,q de ſubſtantia, formaq; haberi debet,q̄ſtio aūt inquit hmōi eſt,cur tandē definitum,cuius rōnem definitionem eſſe dicimus,cū ex pluribus cōſtet, vnū tn̄ eſſe dicimus,nō plura. Nā ſit inquit exempli gratia hominis definitio animal bipes.cur igr̄ animal bipes vnū eſt,nō duo,& quis eſt hoc vnitor,& a quo efficiuntur vnum?Qm homo inquit & album ſi fuerint ſeparata inter ſe,nec albū in homine habeatur,nec hō ſit albedinis particeps,multa ſunt. Cū vero albedinis particeps homo fit,q̄ in eo ineſt,et patitur aliquid afficiturq; ab ea,tunc hō albus vnum efficitur et eſt,nō quidē p ſe,ſed quatenus afficitur qualitate.hic autem animal nō eſt particeps bipedis, vt animal bipes vnū ſit.Siquis aūt dicat animal bipede participare,ēt multipede participabit.& ſic erūt in eodē oppoſita.Pari rōe ſi animal fuerit particeps mortalis,immortali ēt participabit,qđ fieri nō pōt.vt oppoſita inſint in eodem.(Quippe cum differentiæ ſint cōtrariæ,quibus differt genus).i.quibus genus xxxv.

diuiditur.vel genus hoc in loco vt in pleriſq; aliis ſolet, pro ſpecie dicit.& ſic erit ſenſus. differentiæ quibus ſpecies differunt contrariæ ſunt.Obiectio igitur q genera differentiis non participēt hanc obiectionem contraria obiectione refellit dicens(quod ſi & eſt particeps)in qua oratione multa deſiderātur. Sed quantum ex iis,quæ adducit ſuſpicor ,quod dicere vult hoc eſt.Siquis autem dicat, genus nō participat contrariis differentiis ſed pedeſtri ac bipede , & inalato.quæ quidem non ſunt cōtraria. At ſi his participat, eadem iterum ratio redit.Si complures ſunt differentiæ, cur hęc vnū ſunt, & non plura? Si enim quoniam in genere inſunt,vnum eſſe dici debent,eadem ratiōe fiet,vt omne id in q̄ſ̄o aliqua inſunt cum iis,quæ inſunt vnum ſit.ita vinum & amphora vnum erit.item rhodius & grana tritici.Quinetiam ſi animal & pedeſtre & bipes,et inalatum vnum ſunt quoniam hæc inſunt animali, nimirum animal cum differentiis omnibus vnum erit,& ſic omnia erunt vnum.Nequis autem,anima & pedeſtre, & bipes vnum eſſe neget,adiicit (Oportet autem vnum eſſe , quęcunq; in definitione ſumuntur)Nam definitio vna quędā ratio eſt,ac vnius ſubſtantiæ.At ſi ſubſtantia cuius eſt definitio aliquid vnum eſt,& hoc aliquid ſignificat,vt diximus , nam quiditas & natura coordinata cuius eſt definitio,hoc aliquid eſt & vnū.ſi hoc igitur ita eſt,profecto ipſius ratio vna eſt.& ſic vnum ſint oportet,quæ habentur in ratione. Quo in loco nō erit ab re vt digredientes,de quiditate ac communi forma ſiue ſpecie pauca cōmemoremus . Intelligendum eſt igitur quiditatem & formam ſeu ſpeciem idem eſſe , niſi quod non eſt quemadmodum intelligitur. Intelligitur enim quiddam ab indiuiduis ei ſubiectis diuerſum , in ipſis tn̄ eſt collocata.nec vnq̄ ſine illis cōſiſtit, aut oīno abſq; materia.Definitio vero eſt rō quiditatis & formæ,atq; hæc quidē hoc in loco pmonendi ſumus.Ipſe vero ſic propoſita q̄ſtione , eius ſolutionē nimiū obſcure ſubiicit propterea qđ in ſecundo libro de anima eandē ſoluit . & hoc in loco cū poſt multa verba haud dubie ſoluat,tn̄ ſoluiſſe nō vr̄.Sed nos dictionē percurrentes qūo eā ſoluat exponemus.Et fortaſſe nihilo erit inutilius huius q̄ſtionis ſolutionē in memoriaꝫ reuocare. Scimus.n.neminē ſanum quæſiturum,cur æs & globus æneus idem ſit. Nā globus in ęre nihil aliud eſt,q̄ æs globoſum.atq; ęs quaſi materia habetur,rotundū quaſi forma. materia porro & forma vnū eſſe aptę ſunt nulla re ipſas diuellente .In hoc.n.materiæ poſitum eſt eſſe materiā,& formæ , formā eſſe,vt cum fuerit materia , & forma quam pōt excipere protinus vniant̄,vnūq; ſint. Atq; vt in his ſeſe res habet, ſic itē in naturalibus.hoc eſt in gñe ac differētiis.Nā in libro de demōſtratiōe, ſi recte memini oēs differētias cū gñe excepta vltima ſiſe quiddā hr̄e materię , vltimā vero differentiā formā eſſe teſtatus eſt.exēpli gr̄a aīal rōnis particeps,materia eſt hūanæ formę. Pari rōe aīal particeps rōnis mortale.Mentis aūt ac doctrinæ capax forma. & qm̄ forma & materia vnū eſſe ſunt aptę,idcirco hęc vnū ſunt.quinetiā vltimā differētiā formā eſſe,q̄ vero pcedūt materiā,ipſe paulo poſt explicabit.Eodē mō aīal pedeſtre materia eſt, bipes aūt forma. Atq; hęc qdē eſt ſolutio,quā,vt diximus,adducit ,licet nullā adducer̄ videatur, ſed nos ad cætera tranſeamus.

At qui primū de diffinitionibus p diuiſiones cōficiendis cōſiderare oportet,nihil.n.aliud in diffinitione eſſe vr̄,niſi id quod primo dr̄ genus,& differentiæ ipſæ.Cætera uero genera ſunt,primū inquā & differētiæ ſumptæ cū illo,ueluti primū qdē genus eſt aīal,hęret aūt aīal bipes,& poſt hoc rurſus eſt aīal bipes expers alaꝝ.Similis erit rō & ſi per plura dicat̄.Omnino n.nihil intereſt p multa,an p pauca dicat̄.Quare neq; & ſi p pauca ēt duo dicat̄, ubi alteꝝ erit differētia,alterum genus uelut huius aīal bipes , aīal

qdē est genus,alterꝙ uero est differētia.Si igit genus absolute nō est p̄ter ea q̄ sunt ut generis species,aut si est qdē,est autē ut materies,etenim uox qdē genus est & materia,differētiæ uero ipsas spēs elementaq; ex ipsa cōficiūt, patet diffinitionē rōnē eā esse q̄ ex differentiis cōstat,At uero differētia ēt in differentiā diuidat oportet,ceu differentia est aīalis pedes habere.Rursus igit aīalis pedes habētis,ut pedes hēt differētia pcipiat oportet.Quare nō est dicēdū habentis pedes,aliud particeps alaꝝ,aliud expers esse,si dicere qspiam recte uelit.At faciet hoc,si diuidere accomodate non possit. Sed hoc pacto dicatur oportet: aliud sectos pedes / aliud non sectos habere. Hæc enim ad pedem accommodata est differentia. Quippe cum pedum sectio quædam sit,vt patet differentia pedis. Atq; hoc pacto sem per proficiscendum est / quousque ad ea perueniant quæ differentia carent. Ac tot species tunc pedis emergent / animaliaq; pedes habentia: quot sunt ipsius differentiæ pedis. Quæ cum ita sint: patet vltimam differentiam substantiam rei, diffinitionemq; esse: si non oporteat sæpe cadē in diffinitionibus dicere,est enim superuacaneum sane:atq; id ipsum accidere sane videtur.Cū.n.dicit animal pedes habens bipes:nihil aliud dicit q̄ animal pedes habens/duos habēs pedes:& si hoc diuisione diuidat sua:psepe idem dicet:& totiens porro quot sunt differentiæ ipsæ.

(At qui primum de definitionibus per diuisiones conficiendis cōsiderare oportet)Ad quæstionem eiusque solutionem redit, aitq; disputandum esse primum de definitionibus conficiendis per diuisiones.i.quomodo definitiones ex partitione fiant (Nā nihil est inquit aliud in definitione q̄ genus primum appellatū et differentia) Subaudiendū est āt vltima.vt sit sensus in definitione hoc est definitio & qd ab ipsa explicatur, nihil aliud est,q̄ primum genus & vltima differentia.Exempli gratia homo quasi forma,est animal & mētis ac disciplinæ capax.cætera vero aīmali proxima.i.rationis particeps animal & mortale,genera sunt. Si vero genera, materia igitur,aut æmula materiæ. Itaq; animal rationis compos mortale sunt materia & genus,mentis vero & doctrinæ capax forma. Aspice vt his verbis obscurissime quæstionē solvit.Si.n.materia & forma cū sunt a seipsis vniri & vnū fieri sunt aptæ,est āt materia et genus animal rōnis cōpos mortale.forma vero mentis ac scientiæ capax,satis intelligitur quomodo animal rationis compos mortale mentis ac scientiæ capax vel animal pedestre bipes vnū sint, nō plura.quo in loco aristotelis ingeniū animaduerte,quo simul nobis quæstionis solutionem obscure innuit, simul genera & differentias quomodo diuidi oporteat ostēdit,ac mirabiliter aperit. Sed cum formam nihil aliud esse dixisset, q̄ primum genus id est animal vt in hoc exemplo persistamus,ad differentiam animalis rationis compotis,& animalis rationis compotis mortalis,nā & hæc genera sunt,sed proxima,& primo posteriora,exemplum subiecit ad dictorum explicationem. veluti primum inquit genus est animal,pximum atq; illud sequens animal bipes,his ēt nū posterius animal bipes inalatū.Sed quia tria dixerat,pedestre,& bipes,& inalatū,ait eadē est rō siue per plura siue p pauciora dicatur,aut omnino p duo.i.si plura sunt quæ dicunt, primum genus cum vltima differentia est forma, sin autem duo, alterum erit genus, alterum

xxxvi

differētia & forma.Exempli causa si sit animal bipes,animal erit genus,bipes vero differentia & omnino forma. hęc effatus sermonem repetit,atq; ait (Si igitur genus absolute non est præter ea, quæ sunt vt generis species) id est si genus non est præter suas species per se discretum,vt auctores idearum aiebant, sed est in ipsis, vt re uera est,& ipsi placet(aut si est quidem,separabile est tamen vt materia)& exemplo declarat,quomodo genus sit quasi materia.Nam vox inquit genus est & materia, differētiæ vero cum ipsa sunt formę. Sunt autem vocis formæ nomina & verba,atq; elementa à.b.c. & cætera.Nam & hæc vocis sunt formæ,vt quæ ex ipsa quasi ex materia differentiisq; constant. quoniam & hæc per differentias quasdam pronunciantur.Si ergo genus est quasi materia,differentia vero quasi forma,dubium esse non debet, quin definitio sit ratio ex differentiis.Si materia autem & forma cōiunctim vnum sunt,estq; ratio ac definitio genus & differentia .i.materia & forma, satis intelligitur animal pedestre bipes vnum esse,non plura. Sic igitur quæstione soluta ac prosolutionis, vt puto,conclusione subiecto illo(patet definitionem rationem eam esse,quę ex differentiis cōstat)quasi diceret,perspicuum est animal pedestre bipes vnum esse,quoniam genus est & differentia.i.materia & forma,eo reuertitur, vt doceat, quomodo generum ac differentiarum partitiones fieri debeant,dicens(At vero differentia in differentiam diuidatur oportet)Est autem sensus,Si definitiones cum primo gñe ac ultima differētia cōficere debemus,necesse est differentias in suas differentias qua differentiæ sunt secare.exempli gratia,si animal diuiditur in pedatum & depes, oportet animal pedatū in eo qđ pedatum est,in propriā differentiā diuidere.ne dicamus pedatū alterū est alatus, alterū inalatum, si recte diuisio fieri debet,neq;.n.hæ bipedis sunt differētię,sed oportet ipsum quatenus pedatū est diuidere & dicere. Pedatū aliud est fissipes,aliud solidipes.hę nāq; sunt pedis differētię.qm̄ pes fissus,pes quidā est,vt animal cōpos rōnis animal qđdā.Sed qđā ꝓpter imbecillitatē,& qa cuiusq; differētias ignorāt,hoc faciunt.i. diuidunt in differētias nō ꝓprias.Pedatū igr & siqd aliud ē,diuidere oportet in ꝓprias differētias,donec ad aliqua indifferentia pueniat,quæ nequeāt vlterius in alias differē tias secari. & tunc pedis tot erunt differētiæ,quot pedati vltima discrimina, q̄ in alias differētias nō partiunt.Nā si forma est,vt sępe diximus,genus cū vltima differētia, perspicuum est,totidē esse animalia pedata,quot sunt vltimę differentiæ.q̄ si vera sunt,dubitari nō debet,quin vltima differētia sit rei substātia & definitio. & hæc sola cū genere in definitiones assumi debeat,nisi idē sępe repetere ac nugari libeat. si.n.magis particularia secum inferunt vniuersaliora,& hæc ad particularia sequunt, profecto q̄ait mentis ac scientiæ capax,is rationis quoq; particeps & mortale dicit. quēadmodum q̄ dicit hominē,is animal quoq; dicit. quod si ita est,nō oportet dicere,hō est animal rationis cōpos,mortale mentis atq; doctrinæ capax. Fit enim vt dicatur homo est animal rationis particeps, mortale mentis ac scientiæ capax rationis particeps mortale. Rursus siquis ita definiat, homo est animal pedatum bipes,quoniam in bipede pedatū inest,cum bipedi qđ solum dicere debuit,adiūgat pedatum,nihil aliud dicit, q̄ animal pedes habens, duos pedes habens.Quin etiam si bipes diuiseris in fissipes & solidipes exēpli gratia,& dixeris animal pedatū bipes,fissipes.perinde fuerit, ac si dicas, animal pedes habens,duos pedes habēs fissos pedes habens.& quoties differentiæ diuisionē dixeris,toties fit,vt pedatum dicas,& bipes, & cætera,

Si igitur differentia differentię fiat:vna erit,ipsa inquam vltima species ipsa:atq; substantia rei. Sin vero per accidens diuisio fuerit, veluti si pedes habentis aliud album esse dixerit, aliud nigrum, tot differentiæ nimirum

quot ſunt diuiſiones emergent. Quare patet diffinitionem eam eſſe ratiónem: quæ ex differentiis conſtat: atq; harum ex vltima/ ſi diffinire volumus recte. Dilucidum autem fuerit, ſi quiſpiam ordinem huiuſcemodi diffinitionum peruerterit, veluti diffinitioné hominis, animal bipes pedes habens dicendo. Dicto nãq; bipede/pedes habens ſuperuacaneũ eſſe videtur, in ſubſtantia aũt ordo non eſt, quomodo.n. intelligere aliud poſterius, aliud prius oportet. Sed de diffinitionibus per diuiſionem conficiendis quales quædam ſunt, tot primo ſint dicta.

xxxvij

(Si igitur differentia differentiæ fiat, vna erit, ipſa inquã vltima, ſpecies atq; ſubſtantia rei) Genus cum vltima differentia formam & ſubſtantiam eſſe præfatus. ſi recte ſit definiendum, turſus ait (Si differentia differentiæ fiat). i. ſiquis differentiam, qua differentia eſt diuidat, & in proprias ipſius differentias, vltima differentia cum genere videlicet forma erit, ac ſubſtantia. Sin autem non per ſe, neq; in proprias differentias ſecet, ſed per accidens ad huiuſce modum, pedatum aliud eſt album, aliud nigrum; tot fuerint differentiæ ad formæ ſubſtantiæq; rationem aſſumendæ quot ſectiones fuerint. Exempli cauſa ſiquis hominem definire volens dicat, homo vel eſt pedatus uel depes, nõ eſt autem depes; pedatutus igitur. deinde pedatum aliud alatum eſt, aliud inalatu3, ſed homo non eſt alatus. eſt igitur inalatus. tum inalatum aliud bipes eſt, aliud multipes', homo autem non eſt multipes, bipes ergo. Homo igitur eſt animal pedatum inalatũ bipes, ſiquis igitur ad hunc modum definitionem moliatur, dubium non fuerit, quin cum partitiões tres ſint atq; ſectiones, totidem differentiæ ad definitionem aſſumant. Itaq; vt rationis compos & mortale atq; mentis & doctrinæ capax in hominis definitionem aſſumerentur, ex huiuſmodi cauſa factum eſt. Nam ſi partitio recte facta fuiſſet, ſatis erat animal mentis & doctrinæ capax dicere. Porro definitionem genere ac vltima differentia conſtare, perſpicuum fore ait, ſiquis huiuſmodi definitiones cõmutet. exempli gratia hominis definitionem dicens animal bipes pedatum. nam illud pedatum ſuperuacaneum eſt, cum bipes dictum fuerit. quoniam in bipede ineſt pedatum. Nequis autem dicat, quoniam definitionis partes ordinem quendam tenere debent, vt hæc præcedat, illa ſequatur, idcirco aliquid ſuperuacaneum contingere, adiecit illud, (Ordo autem non eſt in ſubſtantia) nec ob ipſum abſurdum accidit (quomodo enim intelligere aliud poſterius, aliud prius oportet?) Nam cum ea, quæ vltimam differentiam præcedunt, materia ſint, in materia autem qua materia, non ſit prius & poſterius, neq; enim in ære ſtatuæ, hæc pars prior eſt illa poſterior, quo modo in definitione dicere licet, hæc pars eſt prior, illa poſterior? Non igitur ob hoc accidit incommodum, ſed quia ſatis erat ad formam & ſubſtantiam vltima differentia cum genere. nec pedatum erat aſſumendum. & concludit dicens (Sed de definitionibus per diuiſiones cõficiendis, tot primo ſint dicta) qm̃ rurſus de ipſis quales nã ſint diſputabit.

Cum autem hęc conſideratio de ipſa ſubſtantia ſit, redeamus rurſus oportet, vt ſubiectum itaq;/& quiditas, & quod ex hiſce conſtat ſubſtantia dicitur, ſic & ipſum vniuerſale ſubſtantia dici ſolet: atq; de duobus iam diximus, de quiditate inquam, & de ſubiecto, quod quidem ſubiici dupliciter aſſeruimus aut in hoc aliquid, quo pacto affectibus ſubiicitur animal: aut vt materies actui. Videtur autem quibuſdam & vniuerſale cauſa maxime atq; principium eſſe: quapropter & de hoc ipſo pertractemus oportet.

Impoſſibile enim eſſe videtur, quoduis vniuerſalium ſubſtantiam eſſe. Primo nanq; ſubſtantia cuiuſq; rei propria cuiusq; eſſe videtur: quæ quidem vt patet nulli alii ineſt. Vniuerſale autem eſt commune, id enim vniuerſale dicitur, quod pluribus ineſſe eſt aptum. Cuius igitur ſubſtantia hoc ipſum erit: aut enim omnium, aut nullius erit: at omnium eſſe non poteſt, vnius vero ſi fuerit, & cætera ſane hoc erunt, nam aut omnium aut nullius erit profecto. Quorum enim ſubſtantia eſt atq; quiditas una: & ipſa etiam vnum eſſe videntur. Deinde id ſubſtantia dicitur: quod de ſubiecto non dicitur. Vniuerſale autem de aliquo ſubiecto dicitur ſemper. At hoc ne pacto non poteſt: vt quiditas in ipſo autem ineſt: ceu animal ipſum in homine atq; equo, igitur patet ipſius rationem aliquam eſſe, nihil autem refert, & ſi non omnium eſt ratio: quæ in ſubſtantia ſunt. Non.n. minus ſubſtantia cuiuſpiam hoc erit, vt ipſe homo hominis in quo ineſt. Quare idem eueniet rurſus: erit enim illius ſubſtantia: ceu animal ipſum eius ſpeciei, in qua vt proprium ineſt. Præterea & impoſſibile atq; abſurdum eſſe videbitur, ipſum hoc, & ſubſtantiam, ſi ex quibuſdam cõſtet: non ex ſubſtantiis neq; ex eo quod eſt hoc aliquid, ſed ex quali eſſe atq; cõſtare. Erit enim profecto non ſubſtantia atq; quale, ſubſtantia: & eo quod eſt hoc aliquid prius, quod quidem fieri nequit: neq; enim ratione: neque tempore, neque generatione affectus priores ſubſtantia eſſe poſſunt. Erunt enim ſeparabiles ſane. Propterea ſocrati qui quidem eſt ſubſtantia ſubſtantia erit vti patet, quare duabus ſubſtantiis ſocrates ſubſtantia erit. Omnino autem accidit ſi homo ſubſtantia ſit: & ea quæ hoc pacto dicuntur, nihil eorum quæ in rationibus ſunt ſubſtantiam eſſe cuiuſq; neq; ſeorſum eſſe ab ipſis: neq; in alio eſſe. Veluti non eſſe animal quicquam præter animalia ſingula: neq; aliud quicquam eorum quę in rationibus inſunt. Ex his igitur patet nihil eorum quæ vniuerſaliter competunt ſubſtantiam eſſe: & nihil eorum quæ communiter prædicantur hoc aliquid, ſed quale ſignificare. Alioquin aliaq; complura accident: & ipſe tertius homo. Inſuper & hoc pacto dilucidum eſſe videtur. Impoſſibile eſt enim ex ſubſtantiis quæ hoc inſunt pacto, vt ſint actu, ſubſtantiam vnquam conſtare: ea enim quæ ita ſunt actu duo: nunquam actu ſunt vnum: ſed ſi potẽtia duo ſunt, erit vnum: veluti duplum ipſum ex duobus dimidiis potentia conſtat. Actus enim nimirum ſeparat. Quare ſi ſubſtantia ſit vnum non ex ſubſtantiis ſane conſtabit: eoq; modo quem recte Democritus dicit: fieri enim non poſſe dicit: vt ex duobus vnum: aut ex vno duo conficiantur. Ipſas enim magnitudines indiuiduas ſubſtantias eſſe cenſet. Patet igitur & in numero rem ſimili modo ſeſe habere: ſi numerus vnitatum

sit compositio: vt a quibusdam asseritur. Aut enim dualitas vnum nō est: aut in ipsa non inest vnitas actu.

(Cum autem hæc cōsideratio de prima substantia sit redeamus rursus oportet) propo xxxviij
situm est demonstrare nullum vniuersale substantiam esse. nō hominem vniuersalē, nō equū, nec vllū aliud, sed vniuersalium qđq; abductionē esse a singulis & primum, ac maxime substantiis appellatis, atq; similitudinem, & ait, qm̄ de substantia proprieq; ente, huius.n. causę inuestiganē, disputationē suscepimus, in hanc rursus reuertamur. & inquit (vt subiectum itaq; substantia dicitur) vocat autem subiectum vel proximā cuiusq; materiam, vel omnino materiam & compositum. vt socratem, vt igitur subiectum dicitur substantia, similiter autem compositum, vt socrates substantia dicitur, atq; itē quiditas diciē substantia, nā & id qđ ex materia & quiditate cōsistit substātia vocatur, sic substantia vocatur vniuersale ipsum, qđ ex pluribus numero differētibus in quid est, prædicatur (Atq; de duobus iā diximus. i. de quiditate & de subiecto) Dictū est āt subiectū duplex esse. alterq; qđ ē hoc aliqd, vt animal, socrates plato, et hic equus q̄ affectionibus, vt albo, calido, & similibus subiiciunt, alterū materia q̄ actui formæq; subiicitur. Sed vniuersale inquit, quod quidam meteriæ expers esse dicunt, causa in primis, atq; principium nonnullis esse videtur. quapropter disputationem huius repetamus, dilpiciamusq;, num fieri possit, vt ipsum sit principium, aut omnino substantia. Nā fieri non posse videtur, vt substantia sit quoduis vniuersale. qđ in hūc modum colligit. Substantia sua cuiq; propria est, neq; in alio inest, vniuersale autem commune est, & pluribus adest. Nam id demum dicitur esse vniuersale, quod pluribus adesse est idoneum, vniuersale igitur non est substantia. Cuiusq; autē suam substantiam, esse propriam, nec aliis inesse in promptu est intelligere. alexandri enim substantia propria est alexandri, nec adest cuipiam alteri, sed in ipso inest. at si vniuersale substātia esset, substantia ipsius propria esset, & in ipso inesset non in alio, nunc autem inq̄ plurimis inest, non est igitur substantia, sed ex singulis abducta similitudo, in ipsis tamen consistens, nā similitudo nihil obstat, quominus in pluribus reperiatur. Ad summam vniuersale cuiusnam erit substantia? Nam vel omnium sit oportet, vel nullius, at omnium non potest, demonstratum est enim suam cuiq; substantiā propriā esse. qđ cum ita sit, quomodo si vniuersale est substantia, huius substantia in alexandro, socrate ac in aliis esse potest? quod tamen oportet, quando quidem in his consistit. Sed neq; vnius esse potest substantia ipsius vniuersalis. Nam si homo vniuersalis & quiditas in particularibus collocata, est substantia, in vno tamen inest, exempli gratia in socrate, profecto & alii homines. i. plato & alexander erunt in socrate. At quo modo aut fieri aut fingi potest, vt in socrate sint omnes homines? Vniuersale igitur, vt diximus, similitudo quædam est, quę in multis consideratur. Prçtera substantia vocatur, quæ de nullo subiecto dicitur, vt in predicamentis demonstratur, vniuersale autem de subiecto dicitur, vniuersale igitur non est substantia, sed vtrum inquit homo vniuersalis non perinde esse potest, vt quiditas, in ipsis tamen homine vniuersali ac vniuersali equo q̄dam substantia inest vt animal? quare haud dubie ratio quædam erit animalis, nec interest, omnium ne comprahenlorum in alicuius definitione ratio sit, an secus. nihilo enim minus animal substantia erit alicuius. exempli gratia hominis & equi in quibus inest. Si ergo vniuersalis homo est substantia, cur animal non erit substantia? porro si animal est substantia & in homine inest, substantia vero nullius est prætereā eius, in quo inest, animal pfecto substātia eius est in quo inest. i. hominis, in quo animal inest vt proprium. quo fiet, vt substantiæ substantia sit, itaq; homo vniuersalis erit substātia

socratis, qui est substantia & huius animal. porro si in animali ineſt animatum & sensuale, rursus hæc erunt animalis. i. substantiæ erunt substantiæ. Atq; iterum quæ in animato & sensuali insunt, erunt substantiæ animati & sensualis. i. substantiarum, quo fit vt in socrate qđdā quasi alueare substantiarū habeat. qđ fieri nō pōt. vna. n. in quoq; substantia est, q̄ quidē in ipso ineſt. Nā si alexandri substantia alexander est, alexander aūt plures esse nō potest. profecto in ipso non erūt substātię multę. Cū āt dixisset si in hoie vniuersali insit animal, homoq; vniuersalis sit substantia, fore vt animal quoq; sit substantia, hoc ipsum confirmat dicens. Ad hæc fieri non potest & est absurdū si hoc aliquid & substātia, vt loquuntur, qui aiunt hominem vniuersalem ex animali existit, animal non esse substantiam & hoc aliquid, sed quale. Nam cum aliquid constituentia priora sint eo, quod ab ipsis cōstituitur, homo autem istorum sententia, qui substātia est, constituitur ex animali, si animal sit quale, fiet vt quale atq; accidens prius sit, q̄ substantia & hoc aliquid. quod quidem fieri non potest. Neq; enim ratione nec tempore, nec generatione affectiones sunt priores substantia, alioquin vsu veniret, vt p se ab ipsa separatæ reperirentur. quod non est possibile. Animal igitur substantia est. At si animal est substantia, rursus substantiæ erit substantia, & omnino quæ dicta sunt. Sed fortasse cum ait (Præterea impossibile atq; absurdum esse videtur hoc aliquid & substantiam) non vniuersalem, sed particularem hominem significat. & tunc esset sensus, cum homo vniuersalis non esse substantia, sed quale demonstratus sit, fieri non potest, vt socrates existat ex homine vniuersali. i. substantia ex non substantia. Sed magis placet prior expositio. atq; eo magis quod sermo susceptus eo pertinet, vt appareat hominem vniuersalem non esse substantiam (præterea inquit socrati, qui quidem est substantia substantia erit, quare duabus substantiis socrates substantia erit). i. duæ substātiæ erunt in socrate, quod est absurdum. vnum quodq; enim vna substantia est, non duæ neq; plures. (Omnino autem inquit accidit si homo est substantia) appellans hominem hoc in loco ipsum particularem & indiuiduum. omnino igitur si ipsum per se animal siue homo indiuiduus est substantia (& ea quæ hoc pacto dicuntur). i. indiuidua, efficitur, vt eorum, quæ sunt in ratione ipsius nihil sit substantia, neq; sine ipsis indiuiduis existat. Si enim animal ipsum per se non est substantia, neq; pedestre, neq; bipes, perspicuum est hęc absq; indiuiduis non constare. (neq; in alio). i. idea, sed in indiuiduis. ut autem exponat illud (neq; seorsum esse ab ipsis) infert (veluti non esse animal quidq̄ præter animalia singula) quasi dicat cum nihil sine ipsis constare dico, hoc aio nullum esse animal præter quædam & singula animalia, neq; bipes præter singula neq; aliud quidq̄ ex iis, quæ in rationibus sumuntur. Demōstratum est enim nullum vniuersale substantiam esse. at si non sunt substantiæ, dubium esse nō debet, quin seperatim & per se consistere nequeant, sed in particularibus. Sic autem demonstrato vniuersalem hominem non esse substantiam, reliquum concludit & ait. Ex his considerantibus palam fit, nullum eorum quæ adsunt vniuersaliter substantiam esse, & nullū eorum quę communiter prædicantur hoc aliquid significare, sed tale vel quale, siquis autem vniuersale in hominem substantiā & hoc aliquid esse dicat, fiet, ut tertius pterea homo habeatur. Si enim homo substantia quædam est, & item socrates est substantia & vnus quisq; alius, in pluribus autē est quod de ipsis communiter prædicetur, erit igitur vicissim tertius quidam homo, qui de homine uniuersali, qui substantia est, deq; cæteris prædicetur. Præterea inquit ad hunc modum aperitur fieri non posse, vt ex substantiis actu existentibus substantia & hoc aliquid existat. Nunquam enim duæ substantiæ actu existentes vnam substantiam conficiunt, quæ actu valeat existere, vt homo hic non potest cum hoc homine ad vnius hominis constitutionem conuenire.

Sed ita demum duæ ſubſtantię componentur vnamq; ſubſtantiã actu conficient, ſi ali
qua duo poteſtate ſint ſubſtantiæ. Rurſuſq; ſi duplum ex duobus dimidiis exiſtit, nõ
ex actu dimidiis conſtat, ſed poteſtate, actus enim diſcernit, nec ſinit ipſum eſſe vnum
Nam ſimul atq; dimidia efficiuntur dimidia, duplum diuiditur, nec amplius eſt vnũ.
Itaq; ſubſtantia ſi vnum eſt, non conſtabit ex ſubſtantiis cõſiſtentibus, & quæ actu ſint
ſubſtantiæ, ſed ex facultate ſubſtantiis. Ex quo intelligitur manum, quæ cum toto eſt,
potentia eſſe non actu. tunc actu futuram, cum fuerit a toto diſiuncta. ac ne tunc qui
dem ſimpliciter, ſed ſi poſitum fuerit a toto diuulſam munus ſuum obire poſſe. Neq;
enim talis figura ſubſtanti i eſt, ſed cuiuſq; actus. Nam vt democritus fieri poſſe nega
bat, vt ex duabus atomis efficiatur vna, quoniam ipſas pati nõ poſſe tradebat, vel ex
vna duæ, affirmabat enim ipſas eſſe indiuiduas, ſic nos inquit fieri non poſſe dicimus,
vt ex duabus ſubſtantiis actu exiſtentibus fiat vna ſubſtantia. Sed ex potentia dunta
xat exiſtentibus. Sed quoniam muneri huic ſententiæ opponi poſſent, dicat enim ali
quis, vt numerus ſex conſtat ex tribus & tribus, vel quattuor & duobus, qui quidem
ſunt actu numeri, quid obſtat, quominus ſic vna ſubſtantia conſtet ex duabus ſubſtã
tiis actu exiſtentibus, hanc oppoſitionem ſoluit. negans dualitatem numerum eſſe, cũ
in numero ſex ineſt. quanq; ipſe non vtitur exemplo numeri ſex, ſed dualitatis. negans
vnitates in dualitate vnitates actu eſſe, ſed potẽtia. dum modo dualitas vnus numerus
eſſe ſtatuatur (aut enim ait dualitas vnum non eſt) id eſt vel dualitas non eſt vnus qui
dam numerus, aut ſi oino numerus eſt, vnitates in ipſa non ſunt actu, ſed potẽtia.
At enim id quod emergit dubitationem habere uidetur. Nam ſi neq; ex
uniuerſalibus ulla ſubſtantia eſſe poteſt, propterea quod non hoc aliquid
uniuerſale ipſum, ſed quale ſignificat. Neq; fieri poteſt, ut ex actu ſubſtan
tiis ulla compoſita ſubſtantia conſtet, omnis profecto ſubſtantia in com
poſita erit. Quare neq; ratio ullius erit ſubſtantiæ prorſus. At omnis eſſe
videtur. Noſq; iam dudum, aut ſolius ſubſtantiæ, aut maxime ipſius diffi
nitionem diximus eſſe. Nunc uero neq; ipſius eſſe concluſimus, ergo nul
lius vlla prorſus diffinitio erit. An modo quodam erit, modo quodam
non erit? Verum id quod dicitur ex his quæ poſterius dicẽtur, magis emer
get, ac pateſiet.

(At enim id quod emergit dubitationem habere videtur. Nam ſi neq; in vniuerſali xxxix
bus vlla ſubſtantia eſſe poteſt) poſtq; vniuerſale non eſſe ſubſtantiam docuit, neq; ex
vniuerſalibus poſſe ſubſtantiam exiſtere, propterea quod ex non ſubſtantiis ſubſtan
tia fieri nequit, quod ex dictis ſequitur non vacare quęſtione ait. & ipſum quod ſequi
explicat. Si enim inquit ſubſtantia ex vniuerſali fieri nequit propterea quod tale ſiue
quale ſignificat, non hoc & ſubſtantiam, ex quali autem, ſubſtantia exiſtere nõ poteſt,
ſi ergo hoc fieri nequit, neq; rurſus ex ſubſtantiis actu per ſe conſiſtentibus cuiuſmodi
eſt particularis homo exiſtere poteſt compoſita ſubſtantia, fit vt ſubſtantia ſit incom
poſita. Nam ſi ſubſtantia compoſita eſſe poteſt, vel ex ſubſtantiis actu exiſtentibus cõ
ſtabit, vel ex accidentibus, neutro autem modo conſtare poteſt, eſt igitur incompoſi
ta. quod ſi ita, & nullius ſubſtãtiæ habebitur ratio. definitiones enim ſubſtantiarũ ſunt,
quæ ex aliquibus conſiſtunt, non ſimplicium. vt hominis qui ex animali & pedeſtri
& bipede conſtat. At definitiones vel ſubſtantiarum duntaxat ſunt, vel ſi ẽt aliorũ po
tiſſimum tamen ſubſtantiarum. Nunc autem efficitur, vt ne ſubſtantiarum quidem.
Nullius igitur habebitur definitio. hæc effatus quæſtionem inſolutam reliquit, ſed

ſolutioni inuentionem pollicetur dicens, modo quodam ſubſtantiarum eſſe definitio
nem, alias nõ itẽ. quod quale ſit, partim hoc in libro, partim in proximo declarabit.
At qui patẽt ex ipſis id quod accidit, & hiſce qui debent ideas ſubſtantias
ſeparatas eſſe & ſimul formam ipſam ex genere differentiiſq; conficiunt.
Nam ſi ſint formæ, & animal in homine ſit atq; equo, aut eſt unum idemq;
numero, aut diuerſum. Ratione enim patet unum idemq; eſſe. Qui namq;
in utroq; ipſum diffiniet, eandem rationem utiq; aſſignabit. Si igitur eſt
quiſpiam homo per ſeipſum hoc aliquid ſeparatum, & ea ſane ex quibus
conſtat, vt animal atq; bipes, hoc aliquid ſignificare & ſeparata, ſubſtan
tiaſq; eſſe neceſſe eſt, quare & animal ipſum. Si igitur ipſum animal idem
eſt, & in homine, & in equo perinde atq; tu ipſe idem quod tu ipſe, quonã
pacto id erit quod ineſt in hiſce, qnæ ſunt ſeorſum. Et cur ipſum animal
non & a ſeipſo ſeorſum erit. Deinde ſi bipedis quidem multipediſq; parti
ceps ſit, impoſſibile quid euenire videtur. Ipſi namq; quod quidem unum
atq; hoc aliquid eſt, contraria inerunt ſimul. Sin uero non ita ſit quiſnam
eſt modus, cum ipſum animal bipes eſſe aut greſſibile dicitur. At compo
nuntur ne fortaſſe aut tãgunt, aut ſunt mixta. At omnia ſunt abſurda. At
in unoquoq; ne aliud ineſt. Igitur ut breuibus dicam, infinita erũt ea, quo
rum animal ſubſtantia eſt. Non enim homo ex animali per accidens con
ſtat. præterea ipſum animal plura erit. Eſt enim ſubſtãtia id animal, quod
unicuiq; ineſt. Non enim per aliud dicitur. Quod ni ita ſit, ex illo homo cõ
ſtabit, & illud genus ipſius erit. Et inſuper omnia ex quibus homo conſtat
erunt ideæ. Igitur non huius quidem idea, illius autem ſubſtãtia erit, quip
pe cum idipſum fieri nequeat. Vnum quodq; igitur animalium quę in ani
malibus inſunt, ipſum animal erit atq; idea. Præterea ex aliquo profecto
hoc erit, & quonam pacto ex ipſo erit animali. Aut qui fieri poteſt, ut hoc
ipſum animal ſubſtantia ſit præter animal ipſum, præterea in ſenſibilibus
hæc eadem euenire, & his abſurdiora uidentur. Quod ſi nequeunt hæc ita
ſeſe habere, patet ipſorum non ita eſſe ideam, ut quidam inquiunt eſſe.

xl. (At qui patet ex ipſis id quod accidit iis, qui dicunt ideas ſubſtantias ſeparatas eſſe)
oſtenſo vniuerſalia non eſſe ſubſtantias, ex his palam eſſe ait, quod incõmodum eos
ſequatur, qui tradunt ideas ſubſtantias eſſe ſeparatas. quiq; formam hoc eſt ideam ex
genere ac differentiis conſtare comminiſcuntur. Nam ſi ideæ ſunt, & animal eſt in
ipſihomine & ipſiequo vtrum vnum idemq; animal numero eſt in ipſihomine, & ipſi
equo & cæteris? vt alexander vnus eſt idemq; numero, an diuerſum? & perconctatus
anteq; ad quæſtionem per contradictionẽ propoſitam reſpondeat ait. Siquis numero
vnum eſſe negauerit, certe ratione vnum erit animal, quod habetur in ideis. qui enim
definierit eandem rationem in omnibus vſurpabit, nec aliam rationem reddet anima
lis quod ineſt in ipſihomine, aliã eius qđ in ipſiequo. hæc effatus ad priora reuertitur.
Siquis igitur homo inquit eſt, ipſe per ſe & hoc aliquid ſeparatũ vt ſocrates & callias,
neceſſe eſt, vt animal, & pedeſtre & bipes ex quibus ipſihomo conſiſtit, ſeparata ſint,

& ſubſtantias p ſe exiſtentes.quid enim obſtat ſi ipſihomo eſt,quominus ipſianimal & ipſibipes ſit.quod ſi ita eſt,aliqua profecto ſubſtantia ex ſubſtantiis actu & per ſe exiſtentibus conſtabit.qđ fieri non poſſe demonſtrauimus. Neq; vero hoc ſolũ eueniet, ſed idea ẽt ex ideis conſtabit.& pedeſtris atq; aīalis,& bipedis ideę priores erunt hois idea hoc eſt ideę alię aliis priores erũt.qđ negãt idearũ auctores.Cũ ſic igr̃ hoc fieri nõ poſſe interiectis verbis ſignificauit,reuertitur ad cõtradictionis quæſtionem,& ait.Si animal quod eſt in ipſiequo,& in ipſihomine idẽ eſt , & vnũ numero , vt ipſe tibi idẽ & vnus es numero , quo vnũ in iis , q̃ inter ſe diſcreta ſunt , numero vnũ eſſe poteſt? & ſi quæ ſunt diſcreta unum numero ſunt,cur animal ipſum a ſe non erit ſeparatum ? Si enim animalia,quę in alio & in alio inſunt,ſunt vnum numero,haud dubie animal ſine ſe ipſo poterit cõſiſtere.Deinde quomodo inquit,bipes eſt in animali vtrum partẽ cipatione,an alio quopiam modo? Si participatione,perſpicuum eſt,non bipede tantũ ſed aliis etiam differentiis participare.Cur enim huius erit particeps, illius non item ? Si ergo bipedis,& multipedis participatione formas ſiue ſpecies cõſtituit,fiet vt oppoſita in eodem & vno & qđ ſit hoc aliquid inſint. Si non participatione quo igitur modo? aut quo pacto hæc in ipſo reperiuntur,cum dicimus , animal bipes,vel animal pedeſtre,vel animal depes,ſed ais fortaſſe cum in ipſihomine ſunt. Cõfunduntur miſcẽturq; tanq̃ aceruus, animal atq; differentiæ.At hæc omnia incommoda ſunt,hic enim animalia non per compoſitionem & contactum eſſe notamus,ſed continentia & mutuo temperamento .ſiquis ergo animal quod in ſeparato homine & ſeparato equo, ac ęteris habetur,idem numero eſſe dixeris , hæc & plura incõmmoda ſequuntur . Sin autem in vno quoq; diuerſum,haud dubie non numero ſolum diuerſa hæc eſſe dicuntur,ſpecie vero eadem,nam rurſus idearum etit idea,ſed & numero & ſpecie diuerſa. & primum quorum animal eſt ſubſtantia , ea erunt infinita,& inter ſe diuerſa. vt forma diuerſa eſt ab equo,hic a leone,leo a boue,hic ab alio.quod qui fieri poſſit nõ video .deinde exponant illi,quæ natura ſit animalis,quæ habetur in ipſihomine, & eius quod ineſt ipſiequo.Si & numero & ſpecie diuerſa ſunt. Sed cum ea quorum animal ſit ſubſtantia,infinita prope modum fore dixiſſet , cauſam ſuggeſſit ,cur animal ſubſtantiam appellaſſet.Neq; enim inquit homo p accidens ex animali exiſtit,ſed tãquam ex ſubſtantia.quo fit vt animal ſubſtantia ſit.At cum idearum auctoribus ipſiſubſtantiam eſſe placeat , quæ ipſa per ſe conſiſtat,fit vt animal multa ſit ſiquidem animal qđ in ſingulis habetur,ſubſtantia eſt.Neq; enim vt cum album dicimus aliquid aliud dicimus exempli gratia lignum,vel hominem,ſic cum animal ſubſtantiã dicimus,aliud quiddam dicimus.& per illud aliud hoc dicimus ſubſtantiam.Sed per ſe ſubſtantia ẽ . quare animal multa erit ex ſubſtantia ipſa per ſe exiſtente & ex animali . Si vero animal per ſe ſubſtantiam eſſe neges,ſed per aliud,nimirum homo ex eo exiſtet, p quod animal dicitur ſubſtãtia.& illud erit hominis genus,non animal.Præterea cum homo diſcretus ſit & per ſe,haud dubie & bipes, & pedeſtre per ſe fuerint atq; ideæ.non igitr̃ animal & pedeſtre alterius ſunt ideæ,alterius ſubſtantiæ.quemadmodum ego non alterius ſum indiuiduus,alterius homo,fieri enim non poteſt,vt ego alterius homo ſim, non mei ipſius.Sic animal ipſum ſibi eſt & ſubſtãtia & idea,q̃q̃ ſit in ipſihomine.quẽadmodum ego mihi ſum & homo & indiuiduus q̃q̃ in loco conſiſtam.quare ſi animal ipſum ſibi eſt & ſubſtantia & idea,haud dubie vnum quodq; eorum ,quæ ſunt in animalibus.i.in ipſihomine ac cæteris ,ipſianimal erit ac idea,formæ autem diuerſarum naturarum ſunt,vt homo & equus.ipſianimalia ergo quæ in ideis habentur,diuerſarũ naturarum ſunt,quod eſt abſurdum . Præterea ſi multorum ac numero differentium eſt idea,animal autem,quod habetur in ipſiequo & quod in ipſihomine,ac in cæteris,

numero differunt vt demõſtratum eſt,ois.n.idea vna eſt numero , illoꝝ profecto erit idea.quare quẽadmodum p̃ter ſingulos,ac ſenſibiles hoies eſt alius homo p ſe exiſtẽs, ſic alia erit idea & aliud ipſum animal diuerſum ab ipſianimalibus , & ideis,& animal quod eſt in ipſihomine quodã modo erit ex hmõi ipſianimali.Ad hęc ſi ſenſibiliũ ſunt ideæ,hæc quæ dicta ſunt cõſequuntur & iis ẽt abſurdiora.Nam cum iſtoꝝ dictis conſentaneum ſit,eſſe ipſianimal ipſum p ſe,nimiꝝ quẽadmodum ipſihomo diuerſus eſt a ſingulis hoĩbus,ſic & ipſianimal a quibuſdã animalibus erit diuerſum,q̃ neq; hõ ſunt neq; equus neq; aliud quidq̃,ſed hoc ipſum animalia.At ſi non ſunt aliqua animalia,q̃ hoc ipſum ſunt,animalia dico vt hoĩes,hoc ipſum homines,nam cui unq̃ animal videre contigit,quod neq; hõ eſſet,neq; formica,neq; aliud quidq̃? vtiq; nec ipſianimal eſt. idea enim aliquoꝝ eſt idea, at ſi nõ eſt ipſianimal,haud dubie neq; ipſihomo erit,nec oĩo aliqua idea.Siquis autẽ ipſianimal eſſe affirmet,ſed nõ eſſe ideam animalium,eoꝝ quæ ſunt hoc ipſum animalia,ſed eius animalis qđ habetur in hoĩbus & in equis & in bobus,falſum dicet.Aīalis.n.quod in hominibus habeẽ,et omnino totoꝝ hominum, vt totorum ,ipſihomo eſt idea totus vt totus.& pari rõe ipſiequus totus vt totus idea ẽ particularium equorum totorum vt totorum,quare ſi eſt ipſianimal , & idea,animaliũ idea eſſe debet,q̃ nihil aliud ſint q̃ hoc ipſum.i.q̃ aīalia.Cũ ad hunc modũ in auctores ideaꝝ inuectus eſt,ipſoſq; cõuicit,cõcludit dicens . Si ergo fieri nõ poteſt,vt ad hunc modũ ſeſe habeant,profecto ſinguloꝝ formæ eſſe nõ poſſunt,vt quidã ſtatuere.

Cũ ãt ſubſtantia ſit diuerſa,totũ ipſum:& rõ,atq; illa ſubſtãtia rõ ſit cũ materia ſimul ſũpta,hęc vero rõ tm̃. Quę quidẽ illo pacto dicunt̃,eaꝝ eſt nimirũ corruptio, ipſaꝝ.n.eſt gñatio.Rõnis aũt non eſt hoc pacto vt corrũpatur,neq;.n.eſt gñatio.nõ.n.fit eſſe domus:ſed huius domus ſed ſine gñatione corruptiõeq; ſunt,& nõ ſunt.Demõſtratũ eſt.n.neminem hęc gñare: ac facere.Atq; ſubſtãtiaꝝ ,pptereа ſenſibiliũ,q̃ qdẽ ſunt ſingulares:nec diffinitio ẽ,nec demõſtratio,q; materiã hñt,cuius natura ẽ talis, vt eẽ atq; nõ eẽ poſſit.Quapp oĩa ſingularia,iſtiuſmodi ſubcũt corruptionẽ:vt patet. Qđ ſi demõſtratio neceſſarioꝝ ẽ,& diffinitio ad ſciam attinet,fieriq; nõ põt,ut aut demõſtratio,aut diffõ ſit eiꝰqđ aliter ſeſe hr̃e põt:ſed ẽ dũtaxat opinio. Quẽadmodũ neq; ſcĩa,interdũ ſcĩa interdũ ignoratio eẽ põt,ſed idipſum eſt opinatio,patet neq; diffinitionẽ,neq; demõſtrationẽ ipoꝝ eẽ:nõ.n.ſunt manifeſta ea q̃ corrũpunt̃:iiſq ſciam hñt,cũ nõ ſunt pñtia ſenſui.Atq; in aĩa ęq qdẽ ſunt rões,q̃ ſeruant̃:nulla ãt ipſoꝝ diffõ neq; demõſtratio erit.Quãobrem cũ qſpiã ſingulariũ quippiã diffinit,nõ ignoret̃ oportet talem ſemper aſſignationẽ tolli :atq; interire poſſe:fieri.n.nequit vt diffinitio aſſignet̃.

xli.

(Cum ãt ſubſtãtia ſit diuerſa totũ ipſum & rõ,atq; illa ſubſtãtia rõ ſit cũ materia ſimul ſumpta.)qa ſupra dixerat qditatis ac ſpecieꝝ definitiões haberi,nõ itẽ ſingulorꝝ, pollicitus ſe hoc demõſtraturꝝ,nunc pollicitũ p̃ſtat,ac ſingulorꝝ definitiones nõ haberi demõſtrat. prius tñ ſubſtãtię partitionẽ pſequitur.& quot modis dicaẽ exponit . vt qualis ſubſtãtię definitio nõ habeaẽ oſtendat.Ait igr̃,qm̃ ſubſtãtia diuerſa eſt, totũ ipſum & ratio .i. ſubſtantia alia eſt ratio cum materia ſumpta,alia ratio omnino & quiditas . quæ igitur ſubſtantiæ ſunt acceptæ cum materia , & omnino compoſitæ , harum interitus eſt atque ortus . rationis vero & formæ ,neque interitus eſt neq; generatio.Neq; enim eſſe domus , domusue forma generatur . Sed domus ipſa particularis in qua

forma ſine tempore ac generatione & efficitur & interit. quare ſenſibilium, ac ſingularum ſubſtantiarum neque definitio eſt, neque demonſtratio. propterea quod materiam habent, cuius materiæ natura, quia poteſt eſſe & non eſſe. i. quia non ſemper eandem formam retinere poteſt, ſed modo hanc, tum illam recipit, idcirco ſingula quæque ipſorum caduca ſunt. Quibus poſitis eo reuertitur vt oſtendat definiones nõ haberi ſingulorum. cæterum ſermo eius in ideis verſatur, nam ideę quoque ſingulę ſunt, vt demonſtratio procedat a maiore. Nam ſi harum quæ videntur eſſe ſempiternæ, tamen quia de numero ſingulorum ſunt, definitiones non habentur, multo minus eorum habebunt, quę ſingula ſunt, & ſenſibilia. prius tamen argumentatur concludens, neq; definitiones haberi ſenſibilium ac ſingulorum, neque demonſtrationẽ in hunc maxime modum. definitiones ac demonſtrationes neceſſariorum ſunt, & eorum, quæ aliter habere nequeunt, ſingula autem poſſunt aliter habere, ſingulorum igitur non habetur neq; definitio neq; demonſtratio. Nam vt ſcientia inquit non põt nunc eſſe ſcientia, nunc ignorantia, quemadmodum homo non valet modo animal eſſe, modo ſecus. quod enim poteſt modo eſſe vt ſcientia, tum ignorantia opinio ẽ, ſic demonſtratio ac definitio eorum eſſe non poteſt, quæ aliter habere poſſunt, ſed opinio. Sed & aliter ſingulorum non haberi neq; definitionem, neque demonſtrationem confirmat dicens. (Non enim ſunt manifeſta ea, quæ corrumpuntur, iis qui ſcientiã habent, cum non inſunt præſentia ſenſui.) Quod ſi quorum ſcientia habetur ac definitio, ea omni modo manifeſta ſunt, ſingula autem cum a ſenſu diſceſſerunt ſunt incerta, profecto ſingulorum non habetur neq; demonſtratio, neq; definitio. Itẽ aliter. Quorum demonſtratio definitioq; habetur, horum demonſtratio deletur, ſublato eo qui demõſtrationẽ habet, vel re cuius eſt demõſtratio vel vtroq; abolito. i. et eo q demõſtrationẽ hȝ, & eo qđ demõſtrat. vt in prĩo poſterioȝ reſolutorioȝ libro dictũ ẽ. At ĩ ſingulis, ſalua ct re, q̃ demõſtrat, & eo ſaluo q rõem ac demõſtrationẽ habet & ipa quoq; rõe, q̃ habet ĩaĩa, neq; effecta obliuiõe, accidit tñ vt neq; definitio ſit, neq; demõſtratio. Poſtq̃. n. id a ſenſu diſcedit, cui⁹ rõem habeo, ct me ſaluo, & re cuius habeo rõem ipaq; rõe exacte nullaq; intercepta obliuiõe, ignoro tñ an oio ſit. quãobrẽ inqt, qui erga definitionẽ. i. q ſunt in alicuius definitiõe occupati, ſiue q in cuiuſpiã rei indiuiduæ definitione cõſideranda verſant, ac vt eius quid eſt reddant elaborãt, ii nõ ignorent oportet, ſemp tollere licere. i. ſemp hmõi definitionẽ eſſe tollendam. Nã cuiuſq; ſingularis definitionem tollere licet. quare qui ſingula definit, is nihil aliud, q̃ occaſiones pbet, tollendi ſicui libeat atq; amoliendi hmõi definitiones.

At uero neq; ulla idea diffiniri poteſt, eſt. n. ut inquiunt ipſa idea ſingularis ac ſeparata. Rationem autẽ ex nominibus conſtare neceſſe eſt. At qui diffinit, non faciet nomen, erit enim ignotũ. Ea uero q̃ ſunt poſita, cõia cunctis ſunt. Et aliis ergo cõpetãt iſta neceſſe eſt, ueluti ſi & quiſpiã diffinierit aĩal dicet gracile, aut albũ, aut aliud quippiam, quod & alii competet. Si uero quiſpiam nihil prohibere dixerit, ſeorſum quidẽ omnia multis, ſimul autẽ huic ſoli cõpetere, dicẽdum eſt primo quidẽ ipſum aĩal bipes, & ambobus aĩali inquã bipediq; cõpetere. Atq; hoc in perpetuis, & neceſſe eſt eſſe, quia ſunt priora, & ipſius compoſiti partes. At ſunt etiam ſeparata, ſi quidẽ homo eſt ſeparatum, aut. n. nihil, aut utrumq;. Si igitur nihil, non erit præter ſpecies ipſum genus, ſi uero erit utrumq;, & differentia ipſa etiam erit. Deinde quia priora ſunt ipſo eſſe. Hæc autem non econtra tolluntur.

Prẽterea ipſę ideę ſunt ex ideis: ſunt. n. magis ea incõpoſita ex qbus qppiã cõſtat. pterea de multis & illa prædicentur oportet, ex quibus ipſa idea cõſtat, ut animal atq; bipes. Quod ſi non prædicentur, quonam cognoſcẽtur modo? Erit enim quædam idea, quam de pluribus quam uno impoſſibile eſt prædicari, at non uidetur, ſed omnis idea participabilis eſſe uidet. xlii. (At vero neq; vlla idea definiri poteſt, idea. n. de numero ſingulorȝ c.) in ideis vt diximus quẽſtionẽ pſequitur, docens idearum nõ haberi definitiones, propterea qđ ipſæ de numero ſingulorȝ ſunt. at ſi haȝ nõ habetur, ſenſibiliũ certe multo minus. Simulq; formas p ſe ipſas atq; ſeparatas nullas eſſe docet. Si enim inquit definitio ipſihominis, vt in hoc oratio verſetur habeat, neceſſe eſt nominibus vti. Nam ſine nominibus res ſignificantibus definitio nõ cõſiſtit. Si ergo qui debet ipſihominem definire vt noĩbus vratur neceſſe eſt, vel vtetur noĩbus cõſuetis atq; notis. i. noĩbus græcis, aut alia incognitaq; noĩa adhibebit, at non adhibebit diuerſa & ignota vocabula. Hoc. n. perinde eſſet, ac ſi nominibus nõ vteret, nec oĩo loqueretur, & quẽadmodum, qui nominibus nõ vtitur, neq; oĩo loquitur, nõ definit, ſic ne is quidem qui alienis nominibus vtit. Supereſt igitur, vt cõſuetis & cognitis nominib⁹ vtat, at nota vocabula & impoſita cõia oĩbus ſunt. multisq; cõueniunt. Exẽpli gr̃a, ſigs alexendrũ definiens dicat, Alexãder eſt animal gracile albũ, vel qđ̃ aliud, illud animal gracile albũ, nõ ſoli alexandro conuenit, ſed multis ct aliis. Itaq; rurſus nõ vnius eſt hæc definitio, ſed multorȝ alioȝ. Singulorum igitur nõ habet definitio. qđ ipſum in ideis quoq; vſu venit. Si. n. ipſihomo animal pedeſtre eſſe dicat, hæc definitio aliis quoq; conueniet, nõ igitur licet ideam definire. Si ergo definitiones iis tm̃ conueniunt, quoȝ ſunt definitiones, & definita ad definitiones conuertunt, & hæ ad definita, profecto ſi animal pedeſtre ſolius ipſihominis ſit definitio, aliis non cõuenit, ſed ad ipſum cõuertetur. at cõuenit, nec conuertit, ideã igit definire non licet. Sed ſiquis, inquit, dicat, animal & gracile & albũ ſeparatim quidem multis cõuenire, ſimul aũt nulli niſi exẽpli gr̃a alexãdro ſimiliter animal & pedeſtre ſeparatim multis congruere ſimul vero ipſihomini tm̃. vt animal & pedeſtre & bipes ſingula ſeparatim multis aptantur, ſimul ſoli homini, ſiquis igr̃ hæc dicat, primum inquit dicendũ eſt, vtrunq;. i. animal bipes cõuenire animali, ac viciſſim animal bipes bipedi. quo fiet, vt rurſus animal bipes nõ vni ſed duobus cõueniat. Nã cum animal a bipede ſit diuerſum, aĩal bipes ſeparatim bipedi cõueniet, & rurſus animal bipes ſeparatim animali qđ in alexandro apertius declarabitur. Cũ. n. alexander ſit gracilis pbus, albus, aphrodiſieus, illud gracile & pbus, & albũ, q̃ ſunt ab aphrodiſieo alexãdro diuerſa, oĩa. n. ſunt alexãder, ac nõ tria tm̃, cõuenient aphrodſieo alexandro. rurſus cũ aphrodiſieus & gracilis & philoſophus ab albo alexandro diuerſa ſint, cõuenient albo alexãdro. itẽ qm̃ pbus, & albus, & aphrodiſieus, diuerſa ſunt a gracili alexãdro, pari rõe gracili alexãdro cõuenient. Itaq; definitio q̃ ait alexander eſt gracilis, pbus albus aphrodiſieus, nõ eſt vnius definitio, ſed gracilis alexãdri, & albi alexandri, & pbi alexandri, & aphrodiſiei alexandri. qui quidem diuerſi ſunt. Nam gracilis alexander in eo quod eſt gracilis diuerſus eſt ab albo alexandro. Singulorum igitur non habetur definitio. Cæterum hæc argumentatio probabilis eſt, nec tam exacta q̃ cæteræ, illæ nanq; neceſſariæ, ac veræ ſunt. Sed cum dixiſſet, animal bipes ambobus, id eſt & animali, & bipedi cõpetere, adiecit. (atq; hoc in ſempiternis neceſſe eſt eſſe quia ſunt priora & ipſius cõpoſiti partes.) .i. neceſſe eſt, vt animal bipes ſeparatim inſit in bipede, rurſuſq; priuatim in animali. Nam cum ipſi animal & ipſi bipes p ſe ſint, quæ poſtea coeuntia fiunt partes compoſiti, hoc eſt ipſihominis, neceſſe eſt, vt animal bipes de

bipede prædicetur,qđ per ſe exiſtit,rurſuſq; animal,nã & ipſum p ſe eſt. quanq̃ illud (Atq; hoc in ſempiternis neceſſe eſt eſſe,quia ſunt priora & ipſius compoſiti partes) coniungi poteſt cum illo ſuperiore(& aliis ergo competant iſta neceſſe eſt).i.neceſſe eſt aīal & bipes cũ ſempiterna ſint & cõia,aliis cõueniant.nõ ſolum ãt animal & bipes ipſihomine priora ſunt,ſed etiã ſeparata,& p ſe.cũ ipſihomo ſeparatus ſit,& p ſe.aut.n. nihil eſt ſeparatum,aut ſi ipſihomo ſeparatus eſt,neceſſe fuerit, vt animal ſeparatum & p ſe ſit. Cum autem dixiſſet(aut enim nihil,aut ambo)rurſus ſermonem repetit,& ait,ſi nihil igitur eſt ſeparatum,non erit animal extra formas,ſed in ipſis. At ſi & forma & genus eſt ſeparatum,haud dubie differẽtia quoq; ſeparata erit. Atq; ipſihomine priora erunt ſecumq; tollent ipſihominem nõ ãt ſimul tollentur ab ipſo.hoc.n.ſignificat cum ait(hæc autem non contra tolluntur)ideæ igitur ideis erunt priores.Sed cum ſupra dixiſſet(ſiquis dixerit ſeorſum quidem oĩa multis,ſimul autem huic ſoli competere)& item illud(dicendum eſt primo quidem ambobus)nihil appoſuit,quod illi cõiunctioni(quidem)reſponderet,dicens, deinde autem.Sed dixit(præterea ipſæ ideæ ſunt ex ideis,ſunt enim magis incõpoſita)vt illud(præterea) loco dictionis(deinde) accipi debeat.Si enim homo eſt idea,eo magis & animal & bipes erunt ideæ,quo ſunt minus cõpoſita.Præterea animal,& bipes,aut ſiquid aliud in ideæ definitionẽ aſſumetur,neceſſe erit,vt de pluribus prædicetur.Secus enim quomodo ĩnoteſcet? Quoniã cum ideæ ex his noſtratibus rebus cognoſcantur, niſi quæ,vt diximus, aſſumi debẽt ad ideæ definitionem,de pluribus prædicentur,quomodo cognoſcentur?at ſi de pluribus dicuntur,dubitari non debet,quin multorum ſint, non vnius. ſingulorum igitur nõ habentur definitiones. Sed dicat aliquis non prædicabuntur de pluribus,q̃ ſunt ad ideæ definitionẽ aſſumenda. At ſi nõ p̃dicantur,cũ demonſtratũ ſit,ex quibus ideæ cõſiſtunt,ea quoq; ideas eſſe,aliquæ erunt ideę,q̃ de pluribus nõ prædicentur.quod non placet idearum auctoribus.qui omnẽ ideam a multis cõicari poſſe tradunt.

Vt igitur dictum eſt,Latet fieri nõ poſſe,ut diffinitio in perpetuis aſſignetur,maxime uero in hiſce quæ unica ſunt,qualis eſt ſol aut luna.non enim ſolum ex eo peccant,quia talia addunt,quibus ſublatis adhuc ſol erit, quale eſt circa terrã proficiſcens,aut qđ noctu cellatur. Si ſteterit.n.aut ſi uiſus fuerit,non ulterius ſol erit.At abſurdum videtur,ſi nõ erit,ſol enim ſubſtantiam quandam ſignificat.Præterea ſumunt ea quæ de alio etiam dici poſſunt,ueluti ſi alius talis fuerit patet illum continuo ſolem fore. Ratio ergo illa communis erit,at ſingularis ipſe ſol erat,perinde atq; ſocrates aut cleon,quod ſi rationes talium eſſe poſſint,cur ipſorum nemo diffinitionẽ affert ideæ,fuerit autem manifeſtum,ſi quiſpiam afferre aggredietur, uerũ id eſſe quod nunc eſt dictum.

(Vt igitur dictum eſt,latet fieri non poſſe,vt definitio in ſempiternis aſſignetur) Demonſtrato ſingulorũ neq; definitionẽ eſſe, neq; demonſtrationẽ,ignorari ait, vt dictũ eſt,fieri nõ poſſe,vt ſempiterna definiantẽ.ppterea q̃ ſingula ſint. pſertim inquit, quæ vnica ſunt.ſol,luna,terra(Nõ.n.ſolũ in eo peccãt,qa talia addũt gbus ſublatis adhuc ſol erit)At ſi eorũ,q̃ ad cuiuſpiã definitionẽ aſſumuntẽ vnũ auferat, definitũ nõ vĩ ſupereſſe.Si.n.pedeſtre aut bipes aut animal ex hoie tollas, vtiq; hõ nõ ſupſit.quare ſi q̃ ad ſolis definitionẽ aſſumũtur,ſubſtãtiã ipſius cõſtituunt, pfecto ſi horũ vnũ tollatur, ſol ipe ſublatus erit.At illo ſublato ſol tñ ſupeſſe põt.qđ incõmodũ ex eo accidit,quod xliii.

ſingulorum,quorum nullæ ſunt,definitiones reddere conantur.nõ recte igitur ſingula definiunt. Neq; vero tñ talia ſumunt,ſed ignorant etiam ſingulorũ non eſſe definitionem.quod ſi ſcirent omnino ab his definiẽdis abſtinerẽt,ex quo ipſis accidit,vt talia ſumãt.Ac ſubiicit ea,quæ perperam ad ſolis definitionem aſſumuntur. quod terram ambit noctuq; occultatur.Nam cũ terram ambire,noctuq; occultari aſſumãtur ad ſolis definitionem,dubium eſſe nõ debet,quin hæc ſolis ſubſtantiã cõſtituant.quare ſiqs a ſole terram ambire vel noctu occultari abſtulerit,ſol non amplius erit,vel omnino ſi ſol conſiſtat,neq; terrã ambibit,neq; occultabitur noctu.hoc ſi detur,ſol non erit. abſurdum autem eſt propter ea qđ ſol conſiſtat,vel qđ terram nõ ſubeat, vel noctu non abſcondatur,idcirco ſolem nõ eſſe. Sol.n.ſubſtãtia quædam eſt, occultari vero accidens. At põt,vt accidenti ſublato ſubſtãtia quoq; auferatur?fieri qui poteſt? Præſertim cum loca qnędam ſint ad verticẽ arcticum,quibus ſol nõ occultatur, & tñ ſol eſt. quẽ eſſe non oportebat,ſi occultari ad ſolis naturam quiditatẽq; pertineret.(Præterea inq; ſumunt ea,quæ de alio)ſenſus eſt. Si extra mundum hunc eſſent alii mundi,vt democrito placebat, haud dubie ſolis,qui in illis mundis haberentur,terrã ambirent,& noctu occultarẽtur. Itaq; huius ſolis ratio cõis eſſet,& illis quoq; conueniret. At poſitum eſt ſolem vnum eſſe.vt cleon,vel callias.& huius tantum eſſe definitionem.Si ergo hmõi ratio.i.quod noctu occultatur terramq; ambit,aliis ẽt congruit,dubium eſſe nõ debet,quin ſingulorũ definitio non habeatur.Poſtq̃ igitur ad hunc modum ſingulorum non eſſe definitionem docuit,idẽ teſtimonio cõfirmat eorum,qui ideas aſſerebãt. dicens.Cur nemo ipſorum definitionẽ reddit cuiuſpiã ideę?Sed oẽs indefinitas relinquunt?& negant ideaũ eſſe definitionẽ? An quia illis,quoq; ſingulorũ definitiones nõ haberi placuit.quare noſtra inquit ſentẽtia ideas quoq; aſſerentium iudicio confirmat: i.ſingulorum definitiones non haberi.

Patet autem & eorum complura quę ſubſtantia eſſe videntur,potentia eẽ, vt animalium partes:nulla enim ab iſtis eſt ſeparata: Cum vero fuerint ſeparatæ,tunc etiam ſunt,vt materia cunctæ,& terra,& ignis, ac aer. Nihil enim ipſorum eſt vnum,ſed vt cumulus anteaquam digerantur,& vnum quippiam ex ipſis emergat. Maxime autem partes animantium atque animæ prope ad hoc accedere quiſpiam arbitrabitur,aut actu ſint & potẽtia, proptrea quod ab aliquo motus principia in fluxionibus habent: Quocirca quædam animalium diuiſa viuunt, attamen cuncta potentia erunt, cum vnum ſunt continuumq; natura, ſed non vi, aut copulatione,tale enim eſt leſum.

xliiii. (Patet ãt eorũ cõplura,q̃ ſubſtãtia eſſe videnẽ,potẽtia eſſe)qm̃ eas res ſubſtãtias appellamus,q̃ p ſe exiſtentes officiũ ſuũ obire poſſunt,ſubſtãtia.n.nihil aliud eſt,q̃ id a quo munus cuiuſq; pficitur,vt anima ſocratis eſt ſubſtãtia & forma ſocratis. a qua ipſi ſuppetit,vt hominis,qua homo eſt,munere fungat,idcirco ex his palã fieri,ait, animaliũ partes manus & pedes q̃ ſubſtãtiæ in primis eſſe videnẽ,tñ nõ eſſe ſubſtãtias niſi potẽtia:Eſt enim ſubſtantiæ,vt p ſe exiſtens ope ſuo,p qđ eſt fungatur. Manus aũt a toto ſeiuncta nõ fungit munere manus in eo qđ eſt manus,q̃q̃ p ſe exiſtat. Neq;.n.manus eſt,quatenus talẽ figuram obtinet,ſed in eo qđ munus obeat cõueniẽs talẽ figuram habenti.Nã ſi cuiuſq; ſubſtãtia in hoc ſita eſſet,qđ talẽ haberet figurã,profecto manus ſtatuę manus eẽt,qđ nõ eſt.& pari rõe ſtatua eſſet hõ.At ſi cũ toto exiſtẽtes aĩaliu3 partes nõ ſunt actu ſubſtãtię,ſed ptãte,eas.n.res ſubſtãtias actu eẽ dicebam⁹,q̃ ipe p ſe ſunt,

& proprio munere funguntur,vtrum ſeparatæ,ac perſe exiſtentes ſubſtantiæ dicunt? an vt ſæpe diximus,quoniã manus pedisue ſubſtantia non conſiſtit in habenda hmõi figura ,ſed in poteſtate ipſis qua talia ſunt,ab anima tributa ad munus ſuum obeundũ. idcirco ſi a toto ſeiunctæ capaces eſſent facũltatis,quæ ab anima ſuppeditatur,& p hãc officio ſuo fungi poſſent,ſubſtantiæ vocarentur,ſed quia hoc fieri non poteſt,ideo qñ cum toto ſunt poteſtate ſubſtantiæ nuncupantur,ſeparatę vero non vocantur compoſitæ ſubſtantiæ quanq̃ compoſitæ ſint , ſed quemadmodum ignis ad ipſas ſeſe habet, ignis enim eſt ipſarum materia,ſic ipſæ ad ſocratem.hæ nanq; materia ſunt ſocratis q ex anima & corpore conſiſtit.nã corpus eſt materia,aĩa vero forma.Neq; vero manus ac ſimiliũ partium ſubſtantiam funditus negat.Sed vt in eisſubſtantiã quaſi materiã tribuit,ſic illam adimit,quæ ex materia & forma conſiſtit. quoniam cum res quæq; proprio actu ſpeciem ſeu formam ſortiatur,hæc tali actu ſunt expoliata . Cum ergo ingt partes fuerint ſeparatæ a toto & per ſe,omnes ſunt quaſi materia,& velut terra ignisq; & aer. Cur autem ſeparatæ non ſint ſubſtantiæ,cauſam ſubiecit dicens (Nihil enim ipſorum eſt vnum)quaſi dicat,quoniam ſubſtantia debet non ſolum proprio munere fungi,ſed etiam eſſe vnum actu,partes vero poſtq̃ ſeiunctę aceruatim iacent , nõ ſunt vnum actu,ſed potentia.Nam vt aureorum ſtanneorumue fruſtrorum aceruus,facultate vnum eſt,cum vero igni cuncta liquefacta ,& quaſi concocta vnumq; effecta fuerint,tunc actu ſunt vnum,ſic partes aceruatim congeſtæ vnum facultate ſunt nõ actu. Sed in quibuſdã exẽplaribus, pro cumulo ſiue aceruo legit̃ ſerũ,ſiue lac.Et tunc eſſet ſenſus quemadmodum lac, antequam coquatur . i . anteq̃ in caſeum concreſcat,non dicitur vnum actu , ſed potentia,poſtq̃ vero in caſeum concreuit ,tunc vnum appellatur,ſic in partibus ſeſe res habet.Maxime autem inquit partes animantium atq; animę nec horum omnium,ſed aliquorum prope ad hoc accedere quiſpiam arbitrabitur , vt exiſtentes cum toto & actu & potentia ſubſtantiæ eſſe dicãtur. Quia enim poſtquam auulſæ ſunt & perſe moueri valent atq; ſentire , idcirco & actu & potentia eſſe videri poſſunt.potentia quoniam ſunt cum toto,actu quia cum ſeparatæ moueãtur & ſentiant , tunc etiam cum in toto ſunt ,per ſe conſiſtere videntur, non toti eſſe continentes.Auulſas autem moueri multas animantium partes certum eſt . Serpentes enim in partes duas diſſectæ mouentur , & locuſtarum pedes,atq; phalangiorum , & multorũ aliorum poſtq̃ auulſæ conſtiterint ,ſi fuerint a quopiam contactæ ſentiunt atq; mouẽtur . Sed poſtq̃ dixit prope eſſe,vt hmõi partes poteſtate ſint,atq; actu.At inquit licet ſeparatæ mouẽantur & ſentiant,tñ quando cum toto ſunt,& ſunt vnum atq; continentes,tunc potentia ſubſtantiæ ſunt,non actu.Sed quoniam aliqua præter naturam ſunt continentia,vt multorum digiti , adiecit,non vi neq; copulatione , quaſi dicat ,ea proprie vnum eſſe dico quæ ex natura continentia ſunt,non vi aut copula,talia enim orbitates ſiue mutilationes ſunt,non ſm naturam.

Quoniam autem ipſum unum perinde atq; id quod eſt dicitur,ſubſtantia q; unius eſt una,& quorum eſt ſubſtantia numero una,ea ſunt numero unũ patet neq; ipſum unum , neq; id quod eſt , rerum ſubſtantiam eſſe poſſe, quemadmodum nec elementi eſſe principiiue ſubſtantia eſt cuiuſq̃. Sed quærimus quodnam ſit ipſum principium,ut ad magis notum proficiſcamur.Horum igitur id quod eſt ipſum unum magis ſubſtantia q̃ principium,& cauſa,& elementum eſſe uidetur,at neq; hæc ſunt, ſiquidem neq; aliud quicq̃ commune ſubſtantia ſit.Nulli enim alii ſubſtãtia cõpetit , niſi ſibiipſi,& ei qui habet ipſam cuius ſubſtantia eſt. Præterea ipſum unum pluribus in locis ſimul eſſe non poteſt,commune autem ipſum multis in locis eſt ſimul.Quare patet nihil uniuerſaliũ ſeorſum præter ſingula eſſe.

xlv. (Quoniam autem ipſum vnum perinde atq; id quod eſt dicitur ſubſtantiaq; vnius eſt vna,& quorum eſt ſubſtantia numero vna,ea ſunt numero vnum) demonſtrato hominem vniuerſalem,& ſimpliciter omnem formam non eſſe ſubſtantiam, docet neq; ens,neq; vnum ſiue vt idearum auctores loquuntur ipſiens,& ipſivnum non eſſe ſubſtantiam.ergo inquit quoniam ens dicitur vt vnum , in ſecundo enim huius operis libro ens & vnum docuit alterum alterius eſſe comitem.vt ſiquid unum ſit,idem ſit ens, rurſuſq; ſi ens idẽ vnũ.Cum igitur ens dicatur vt vnum,& ſubſtãtia vnius vna ſit.Nã cum ego ſim vnus,ſubſtantia mea vna eſt, neq; enim aliud ego ſum , aliud ſubſtantia mea.& rurſus cum quorum ſubſtantia vna eſt,ea ſint numero vnum,dubium eſſe nõ debet,quin neq; vnum,neq; ens rerum ſubſtantia ſint , ſed prædicationes tantum , & nomina quæ de rebus dicuntur. Vt enim elementum prædicatur de igne , nam ignis elementum eſſe dicitur,atq; item principium,nemo enim ſubſtantiam ignis in eo poſitam eſſe dicat,quod ſit elementum, cum ignis ſubſtantia ſit calidum & ſiccum,elemẽtum autem & principium prædicata quædam & nomina , quæ de igne dicuntur , ſic ens & vnum,mera nomina ſunt,quæ de rebus prædicantur,non autem rerum ſubſtãtiæ atq; naturæ.Nam ſi elementum vel vnum vel ens,rerum eſſet ſubſtantia,profecto cum elementum audimus aut vnum nõ inquireremus,quid eſt quod per vnum ſignificatur,aut per elementum,ſed animus noſter acquieſceret.Nunc autem cum vnũ audiuimus vel ens vel elemẽtum ,ſtatim quærimus,vt ad notum quidpiam reducamur. Cum vero quis ait,quod vnum dicitur id exempli gratia eſſe ignem,vel quod dicitur elemẽtum,eiſe aquam audita re cognita quieſcit auditor, nec amplius ſollicitus eſt de inquirendo .(Vnum igitur inquit atq; ens magis q̃ elemẽtum,& principium ſubſtantiæ eſſe videntur).i.vnum & ens magis ſignificant ſubſtantiam,q̃ elementum.Primũ quia ens & vnum in intelligibilibus ſenſibilibusq; ac ſimpliciter in rebus omnibus cõſideratur,elementum vero ne in ſenſibilibus quidem omnibus.Pari ratione neq; principium conſideratur in cunctis.Deinde quoniam elementum eſt eorum quæ ad aliqd dicuntur,vnum autem eorum quæ per ſe .quę autem per ſe dicuntur, ea magis ſignificant ſubſtantias propiuſq; ad ſubſtantiam accedunt,q̃ quæ ad aliquid . Cæterum q̃q̃ ſubſtantias ſignificent,non tñ ſubſtantiæ ſunt , non magis q̃ aliud quodvis vniuerſale.& argumẽtatur in hunc modum.Nullum cõe & quod de multis prædicetur eſt ſubſtantia,vt iam demonſtratum eſt,vnum aũt & ens cõia ſunt,& de multis prædicantur, vnum igitur & ens non ſunt ſubſtantię.Et aliter,nulla ſubſtantia in altero a ſe diuerſo ineſt,ſed ipſa in ſe eſt,& in ſe habẽte,vnum autem & ens in diuerſis inſunt,vnum igitur & ens non ſunt ſubſtãtiæ.Subſtãtiam vero non eſſe in diuerſo,ſed in ſe perſpicuũ eſt.Ego enim qui ſubſtantia ſum,nõ inſum in alio,q̃ in me ipſo, meaq; ſubſtantia in me eſt,nam ſubſtantia mea nihil eſt aliud ,q̃ ego.(Præterea ipſum inquit vnum pluribus in locis ſimul eſſe non poteſt).i.vna ſubſtantia , vt ſocrates vel callias non põt eſſe in lytio & in foro.Vnum autem cõe quod de ſingulis prædicatur , quoniam eſt ſingulorum ſimilitudo,idcirco,& ipſum & omne vniuerſale ſimul in pluribus locis ſunt athenis thebis, & in africa,breuiter in oĩ loco,vnum igitur cõe nõ eſt ſubanſtia.Sed in quibuſdam exemplaribus legitur(p̃terea ipſum ens)& tunc eſſet ſenſus,ens .i. qđ ſubſtãtia eſt,non poteſt ſimul multis in locis eſſe,cõe autem vnum & ens ſimul multis in locis ſunt , vnũ igitur & ens non ſunt ſubſtãtia.Itaq; ſi ſubſtantiæ p ſe ſeparatim

esse possunt, vniuersalia autem vt demonstratum est, non sunt substantiæ, sed singulorum similitudines, haud dubie nullum vniuersale extra singula seperatimq; consistit, sed in ipsis.

Sed qui formas inquiunt esse, partim recte dicunt seperantes ipsas, siquidē substantiæ sint, partim non recte, propterea quod ipsam vnam formam de pluribus prædicant, & causam huius hanc esse constat. Non enim reddere possunt, quænam sint tales substantiæ, quæ corruptionem non subeunt, quæque sunt præter singulas sensibilesue substantias. Faciunt igitur ipsas ab his quæ occidunt specie non differentes: ipsum hominem & ipsum equum. Hæc enim cognoscimus: hanc dictionem ipsum inq̄ rebus sensibilibus adiungentes. Et tamen si etiam stellas non vidissemus, non minus vt arbitror præter eas quas nos scimus substantiæ perpetuæ essent. Quare & nunc & si quænam sint videre non possumus, esse tamen aliquas fortasse necesse est. Patet igitur neque quicquam eorum quæ dicuntur vniuersalia substantiam esse, neque substantia ex substantiis vllam constare. Quid autem & quale quid substantiam dicere oporteat: rursus alio quasi principio sumpto dicamus. Ex his enim & de substantia illa fortasse patebit, q̄ a sensibilibus substātiis est seperata.

(At qui formas inquiunt esse, partim recte dicunt seperantes ipsas) quoniam substā- xlvi.
tiæ peculiare est per se consistere, qui autem ideas asserebant has substantias esse dicebant, idcirco quatenus ipsas seperabant ac esse per se dicebant, recte dicebant. Nā si formæ essent substantiæ, profecto suapte natura seperatæ essent & per se. In eo igitur quod formas substantias esse dicētes, seperatas ac per se esse statuebant, rēcte dicebāt, ediuerso tamen in eo quod formam unam exempli gratia ipsi hominem substantiā esse dicentes de pluribus prædicabant, in errore versabantur. Vt enim demonstratum est nulla substantia de pluribus prædicatur. Deinde causam suggerit, cur formas substātias esse dicentes de pluribus ipsas prædicabant, dicens. Idcirco qui has substantias esse dicunt, easdem prædicant de multis, quoniam interrogati, quænam sint huiusmodi substantiæ immortales & a singulis sensibilibusq; diuersæ cum respondere & quæ sint explicare nequerent, adducebant calliam & calippum, atq; phędonem, & hos vniuersalem hominem esse dicebant. propterea quod hi participatione ipsi hominis eēnt. Omnes enim particulares homines ipsi hominis esse participes. Itaq; ipsi hominem, et ipsi equum ideas easdem specie dicebāt esse atq; mortales homines & mortales equos. quoniam hominis sensibili adiicientes illam dictionem ipsi. hanc enim abutens vocabulo verbum appellauit, eligunt conficiuntq; vniuersalem hominem, ipsi hominem & ipsi equum appellantes. Nam si homini, vt dictum est addatur ipsi, fiet ipsi homo. At si reuera ideæ sint, atq; subsistant, nimirum ēt nobis non cernentibus essent, quid igt̄ attinet ipsas in sensibilibus monstrare? Rogāri enim quænam hæ substantiæ sint, respōderi ab istis debuit, ipsi hominem esse intelligimus quidem sed cum sit in mundo intelligibili, non possumus ipsum monstrare. nec oportuit singulis coactis dicere, hi sunt, homo vniuersalis, in his enim consistit, & illius participatione hi sunt. sed isti, vt credibile est, hoc efficiebant metuentes ne si ipsum non cerneremus, esse nullo modo posset. At vt cōplures sunt stellę, quas ipsi nō videmus vt canobus sic nihil obstat, si sit ipsi homo, quominus sit, nobis etiam non cernentibus. Itaq; nunc etiā si formas

videre nequeamus, necesse est tamen inquit quasdam esse substantias, non quales isti ideas esse comminiscuntur, incorporeas tamen & intelligibiles. Illud autem (fortasse) adiectum est, quia nondum demonstrauit esse aliquas substantias præter sensibiles, licet a nobis videri nequeant. his commemoratis atq; ostensis concludit dicens. nullum igitur eorum, quæ vniuersalia dicuntur esse substantiam ex actu substātiarum palam fit (Quid autem inquit & quale quid substantiam dicere oporteat, alio principio sumpto dicamus) Nam fortasse inquit ex his substantiis substantia illa corporis expers, & a sensibilibus seiuncta cognoscetur. quo in loco admirari licet, quam compediariā viā ingeniosissime diuinus hic vir excogitauerit ad primę substantiæ cognitionem fœlicitер ac varie pulchreue inuestigandam illius inquam omni honore dignissimi & cunctis votis expetendi ac omnium parentis dei. Inquirit enim hoc in loco quidnam illud sit, quod materiam ad formas recipiendas moueat. quod primam formam esse docet, quam substantiam quoq; licet appellare. At si forma est, quod in singulis materiam mouet, ipsamque in ordinem redigit, haud dubie aliqua forma est, quæ moueat, ordinet, ac in eo statu, quo sunt, hæc nostratia constituat. quæ quidem est deus optimus maximus.

Cum igitur ipsa substantia principium sit & causa quædam. hinc exordiamur oportet. Quæritur autem ipsum propter quid hoc semper pacto, propter quid aliud alicui alii inest. Quęrere enim cur musicus homo musicus est homo, aut est quęrere id quod est dictum, propter quid inquam homo musicus est, aut aliud. Quęrre igit̄ cur ipsum est ipsum, nihil est quærere. Pateat autem inesse atq; esse oportet: veluti lunam deficere. huius aūt cur ipsum est ipsum vna ratio in vniuersis ac vna causa est. Cur homo est homo, aut musicus musicus: nisi quispiā dicat qa ad seipsum vnū quodq; indiuisibile est. hoc autem est ipsius vnius esse. Verum hoc commune de omnibus est atq; breue. Quæsierit autem quispiam cur homo est animal tale. Atq; hoc patet illum non quærere cur qui est homo est homo. Ergo aliquid de aliquo quærit, cur illi competit. Pateat autem illud esse oportet, alioquin nihil quærit. Veluti cur tonitat, quare fit in nubibus sonus. Hoc enim pacto aliud est de alio id quod quæritur, & cur hæc, ceu lateres lapidesq; sunt domus. Causam igitur illum quærere patet, hæc autem est ipsa quiditas: vt differendi modo dicatur, quæ quidem in quibusdam esse id gratia, cuius cætera fiunt: vt in domo forsitā aut lectica, in quibusdam id quod primo mouit. Est enim & hoc ipsum causa, sed talis quidem causa quæritur: cum res fiunt & corrumpuntur, altera autem & cum sunt.

xlvii. (Cum igitur ipsa substantia principium sit & causa quædam, hinc exordiamur oportet.) His verbis, vt dixi, conquirit, quidnam id sit, quod materiam mouet vt res efficiantur. & ait (cum substantia) formam appellans substantiam (principium sit & causa, hinc exordiendum est.) quo in loco aduerte, vt sententiam suam dum præfatur ostēdit. Sed antequam dictorum enarrationem aggredimur, illud non erit alienum admonere, quæstionem quare in entibus, non in non entibus versari. Quærēs enim quare hoc petit, cur hoc illi adest. Itaq; quæstio quare de iis quærit, q̄ sunt, & in aliis insunt.

Ergo quæritur inquit,ipſum quare hoc ſemper pacto, quare aliud in alio ineſt,quære re enim quare muſicus homo eſt muſicus homo,vel idem eſt quærere. i.quare ipſum in ſe eſt,vel aliud.Siquis ergo dicat,quare muſicus homo eſt hoc ipſum muſicus homo!nihil quærit,at ſi per hanc quæſtionem,cur muſicus hō muſicus homo eſt,quęrat quare muſicus homo ſit muſicus, & cur muſicum in homine ineſt non adiiciendo illud homo,quæſtio non fuerit inepta. quærit enim cur aliud in alio ineſt.(quærere igitur cur ipſum eſt ipſum.).i.quęrere cur homo eſt homo,eſt nihil quærere.quæſtiones enim ſunt de natura eorum, quæ diuerſa in diuerſis ſunt. exempli gratia cur homo eſt animal!quoniam animal diuerſum eſt ab homine. Itaq; quæſtiões de diuerſis ſunt, non de eiſdem.Sed poſtq̄ quæſtiones de iis eſſe dixit, quæ alia in aliis inſunt,ſubiicit. (Pateat autem ineſſe atq; eſſe oportet.)eſt autem ſenſus. Cum quæritur quare, iam conſtare debet hoc in illo ineſſe, & ipſa eſſe.quia in iis,quæ non ſunt, non quæritur quare. Si enim quæratur, cur luna deficit,non debet eſſe dubium, quin in luna inſit hoc ipſum deficere. His igitur interiectis rurſus ad priora reuertitur,dicens(Nā cur ipſum eſt ipſuꝫ vna ratio in vniuerſis ac vna cauſa eſt.)quod autem inquit huiuſmodi eſt quęrere cur homo muſicus eſt,nō vacat ratione.(dicere autem ipſum cur ipſum.) i.homo cur eſt homo!& equus cur eſt equus!& bos quare bos!vna ratio & vna cauſa eſt in omnibus,reſpondebit enim aduerſarius quia homo eſt,& quia equus eſt, & quia bos eſt. At quorum eſt vna cauſa,ipſa quoq; vnum ſunt.quo fiet,vt bos,& homo idē ſit numero.hoc autem ratione vacat,nec fieri poteſt,non eſt igitur quærendum cur homo eſt homo. Sed fortaſſe inquit rogatus quiſpiam cur homo eſt homo,& cur equus eſt equus,non reſpondebit,quoniam homo eſt,& quoniam equus eſt,ſed idcirco homo eſt homo inquiet et equus eſt equus,quoniā ſibi quiſq; individuus eſt.dicere autē idcirco homo eſt homo,quoniam ſibi quiſq; eſt individuus, nihil eſt aliud q̄ dicere qa eſt vnus.At hæc cauſa communis eſt omnibus,& breuis,& nullam habens difficultatem. Conſentaneum eſt enim vt interrogati quare album eſt album, reſpondeamus, quoniam eſt vnum. & cur bos eſt bos, quoniam eſt vnus.quorum autem ratio,vt diximus,vna eſt,ipſa quoq; vnum ſunt. quæſi incommoda ſunt, nec fieri poſſunt, nō igitur interrogationes quæſtionesq; ad hunc modum debent proponi. Sed quærendū eſt,cur homo eſt animal tale.i.cur homo exempli gratia eſt animal album! aut bipes! Ergo qui hoc quærit,is profecto non interrogat,cur homo eſt homo,ſed cur bipes vel album,quod eſt ab homine diuerſum homini adeſt! hoc autē quod cur homini adſit interrogamus,oportet,vt ipſi adeſſe conſtet.Nam ſi vtrum adſit dubitatur,inepta ſit interrogatio. Igitur hoc quoq; in loco cū interieciſſet illud(pateat autem illud eſſe oportet.)rurſus exemplis declarat quæſtiones alia de aliis quærere dicens.(exempli gratia cur tonat!)quærentes enim cur tonat!hoc quęrimus, cur ſonus in nubibus efficitur! Sonus autem diuerſus eſt a nubibus. itaq; aliud de alio quæritur.i.ſonus de nubibus. Item cum lateres lapideſq; cur domus ſint interrogamus,aliud quærimus de alio.quęrimus enim cur forma ſit in materia. Ad hunc igitur modum oſtento quomodo ſit in re quaq; interrogandum,nō dubium eſſe ait,quin cum quęrimus,cur ſonus eſt in nubibus! hoc quæramus,quid eſt cauſa,quæ materiam mouit,vt fieret hoc,exempli gratia domus vel homo,vel tonitru. quæ quidem cauſa materiam mouens in quibuſdam inquit eſt cuius gratia & finis ſiue forma. Nam forma finis eſt,vt in domo, vel in lecto.Domus enim finis eſt,quæ in ipſa continentur, a furibus tuta conſeruare.quod ei a tali forma ſuppeditatur.Sic lecti finis eſt,vt homo in ipſa quieſcat.(In quibuſdam id quod mouit).i.cauſa efficiens.nam hæc quoq; cauſa eſt. ex quo intelligitur non ſolum id gratia cuius in domo atq; in lecto quæri,ſed etiam id quod mouit.Quęri enim poteſt quid græcos mouerit,ad bellum troianis inferendum!hoc autem eſt paridē helenam rapuiſſe. ac viciſſim qd lapides & ligna mouerit,ac domum effecerit! Illud aūt (forſitam)vbi ait(vt in domo forſitam)idcirco adiectum eſſe puto,quaſi diceret, modo fortaſſe quæreretur,cuius gratia,tum id quod mouit. Illud enim (Hæc autem eſt quiditas,vt differendi modo dicatur.)ſuperuacaneum eſt, & huic loco a quopiam extrinſecus adiectum .de hoc enim paulo poſt diſputabit. præfatus autem (eſt enim & hoc ipſum cauſa) efficiens videlicet,ait,(Sed talis quidem cauſa).i. efficiens in iis q̄ fiunt & intereunt quæritur. de domo enim quæ fit efficiens cauſa quęritur ſimiliter de ea quæ diſſoluitur. quæ ſit cauſa, quæ in eum modum lapides moueat. (Altera autem) id eſt formalis & de iis,quæ fiunt, & de iis quæ iam ſunt. Nam & cum homo fit, quæritur quid ſit cauſa,cur materia ad hunc modum moueatur,& ſimiliter cū homo eſt,interrogatur,quæ cauſa materiam mouerit, & effecerit, vt ipſa hoc aliquid fieret,exempli gratia ſocrates vel plato.

Latet autē id quod quæritur in hiſce maxime q̄ non accomodate dicuntur,ut homo propter quid eſt,propterea quod ſimpliciter non definite dicitur hæc aut hoc.Oportet ergo quærere definite,alioquin fiet ut aliquid & nihil quæratur.Cum autem ipſum eſſe,& habere,& competere oporteat patet materiam quærere propter quid eſt. Veluti cur hæc ſunt domus, propter quid hæc ſunt, quod erat eſſe domus, & cur homo eſt hoc, aut cur corpus hoc habet. Quare cauſa materiæ quæritur,hæc autem eſt forma, qua quippiam eſt hæc autem ſubſtantia ipſa. Patet igitur quæſtionem in ſimplicibus non eſſe,nec doctionem,ſed aliud eſſe quæſtionum talium modum.

xlviii (Latet autem id quod quæritur in iis maxime quæ non accommodate dicuntur.)prefatus quæſtione quare, cauſam quæri, quæ materiam mouerit, vt eſſet hoc aliquid, & id quod eſt, hoc latere dicit in iis,quæ nec recte neq; commode dicuntur.nec videri quæſtionem quare cauſæ quæſtionem eſſe, vt cum quæritur quid eſt homo.id eſt propter quid eſt homo. nam illud.(quid.)hoc in loco pro quare, ſiue propter quid accipi debet. Cū ergo inquit quæritur quare homo eſt! quia ſimpliciter dī non videt quæri hoc, quid ſit videlicet,quod materiam mouerit,vt homo efficeretur.quoniam igitur ſimpliciter dicitur, & non definite hæc hoc, idcirco non id quæri videtur. At oportuit,vt diſtincte quærendo ad hunc modum diceretur. Cur hæc manus inquam & pedes atq; carnes ſunt,hoc.i.homo.quod cum dicimus, haud dubie quærimus,qd eſt quod materiam mouerit, ac hominem effecerit. Siquis autem non definiat, nec dicat,cur carnes, & oſſa & nerui ſunt homo,ſed cur homo eſt homo. id profecto & quærere eſt, & non quærere,quęrit enim quatenus omnino quærit, qua vero perperam quærit,non quęrit.Sed in quibuſdam exemplaribus ſcriptum eſt ad hunc modū. (Latet autem id quod quæritur maxime in iis,quæ altera de alteris dicuntur.).i.in iis, quæ de aliis prædicantur, quando non prædicantur recte, cauſam quæri ignoratur. Cum autem qui de aliquo quærit, is teneat & cognoſcat oporteat hoc illi adeſſe,haud dubie cum quærit,id quærit, quomodo & a quo materia mota id facta fuerit, quod ē. Exempli gratia cum dicis,quare homo eſt hoc! vel non hoc. item quare corpus hoc eſt habens hoc! id quæris,quid eſt cauſa,quæ mouit hoc corpus, vt haberet hoc! & rurſus cum ais, cur domus hoc!id eſt cur ligna & lapides ſunt domus, id quæris,cur hæc ſunt id, quod domus eſt .i. quid eſt, quod hæc mouit, ipſaque domum effecit!

Ex quo intelligitur q̃stionem quare pręcipue in rebus naturalibus, causæ queſtionẽ eſſe. (hæc autem cauſa eſt forma, qua quidpiam eſt.). i. in qua materia eſt. hæc vero forma eſt ſubſtantia. quid igitur ſit ſubſtantia palam eſt factum, nimirum forma ipſa. Si ergo, vt diximus, forma eſt, quæ ordinat, atque efficit, dubium eſſe non debet, quin aliqua forma ſit, quæ mundum exornet, & ipſum in eo quo eſt ſtatu cõſtituat. Cum igitur quæſtio quare eius ſit, quod aliud in alio ineſt, haud dubie in ſimplicibus, & quæ ſolum formæ ſunt, quæſtioni locus non relinquitur, nec interrogationi quare. Sed alius eſt inquirendi modus, quę aũt inquiſitionis de ſimplicibus ratio ſit, ipſe eo in loco declarabit, quo de ipſis diſputare aggredietur,

Quoniam autem id quod ex aliquo conſtat, ſic eſt compoſitum, vt vniuerſum ſit vnum, at non vti cumulus, ſed vt ſyllaba. Atque ſyllaba non eſt elementa ipſa: neque eſt idem quod B, &, A: neque caro eſt ignis, ac terra. Diſſolutis enim hæc quidem nõ ſunt. Caro inquam ac ſyllaba. Elementa autem ſunt, & terra, ac ignis. Syllaba profecto eſt non ſolum elementa, vocalis inquam littera atque muta: ſed etiam aliquid aliud, & itidem caro non ſolum ignis ac terra, aut calidum frigidumque: ſed etiã aliquid aliud. Quod ſi & illud aut elementum, aut ex elementis eſſe neceſſe eſt: ſi elementum eſt: ratio rurſus eadem erit, ex hoc enim & igne, ac terra, & inſuper alio caro conſtabit. Quare in infinitum proficiſcetur. Sin ex elemento eſt, non ex vno, ſed ex pluribus, vt patet conſtabit, vel illud ipſum erit profecto. Quare rurſus eandem in hoc & in carne, vel ſyllaba rationem dicemus. Videbitur autem eſſe aliquid hoc: & non elementum & cauſa: vt hoc quidem ſit ſyllaba: hoc autem caro, & in cæteris ſimili modo. Atq; ſubſtantia quidem hoc eſt vniuſcuiuſq;, nam vt quæque res ſit, hoc eſt profecto cauſa prima. Cum autem quædam rerum non ſubſtantię ſint: ſed quæ ſubſtantiæ ſecundum naturam conſtant, hæc vtique natura ſubſtantia quibuſdam eſſe videbitur: quæ non elementum ſed principium eſt. Id autem eſt elementum in quod res diuiditur inſitum: vt materiã, quale eſt ſyllabæ A, ipſum & B.

xlix.

(Quoniã autem id quod ex aliquo conſtat, ſic eſt cõpoſitum, vt vniuerſum ſit vnũ.) hæc eo ſpectant, vt appareat a materia formam eſſe diuerſam ac omnino ipſum compoſitum. Sic igitur ait, qm̃ qd ex aliquo eſt cõpoſitum, id ſic exiſtit, vt omne vnum ſit, non vt cumulus per cõtactum, ſed vt ſyllaba ba, profecto ſyllaba. i. forma ſyllabæ conuncta cum materia, q̃ materia eſt elementa, b, & ,a, diuerſa eſt ab elementis. neq; ſyllaba eſt elementa, neq; b. &. a. idem ſunt, qd ba ſyllaba. Nã diſſoluta ſyllaba. b. &. a. ſupерſunt. b. a. ſyllaba non ſupereſt. quo fit vt forma ſyllabę diuerſa ſit ab elementis. Nã ſi eadẽ eſſent, prępoſito ct, a, & poſtpoſito. b. illud ab rurſus eſſet ba ſyllaba, at nõ eſt. nõ eſt igitur idem materia & forma. Pari rõe neq; terra & ignis idem ſunt, qd caro, & carnis forma. Diſſoluta. n. carne ignis & terra ſupſiunt, caro non item. Ex his ergo aperte intelligitur nõ ſolum vocalẽ hoc eſt .a. & cõſonantẽ. b. eſſe, ſiue non modo ignẽ & terram eſſe, ſed etiã aliquid præter ipſa, ſyllabam videlicet & carnem. Sic igitur fœliciſſime demonſtrato, formam & a materia diuerſam, & aliquid eſſe, eandem docet principium eſſe atq; cauſam. elementum autem inquit non eſt forma, forma igitur neceſſe eſt, vt

eſt, vt elementum ſit, vel ex elementis. Si quis ergo formam exempli gratia carnis elementum eſſe dicat, cum forma, vt demonſtratum eſt, ſit mouens materiam & efficiens id quod eſt, ſi caro ſit elementum, haud dubie mouebitur ipſa cum igne qui itidem elementum eſt ab aliqua forma, & ex ipſis vnum efficitur. Illa igit̃ forma aquæ ipſa mota fuerunt, eſt ne elementum, an ex elementis? Si elementum cum & ipſa, & caro & ignis elementum ſit, rurſus ab alia forma mouebuntur, & fient vnum: Tum illa forma eſt elementum, an ex elementis? & hoc ſine fine progredietur. (Ex hoc igitur inquit). i. ex eo quod motum eſt & ex igne ac terra caro conſtabit, rurſus ex illo & carne, aut quopiam alio conſiſtet aliud. vt intelligatur formam haud dubie non eſſe elementum. At ſi formam dicas ex elementis conſtare, cum id quod elementis cõſiſtit, non ſimplex ſit, ſed compoſitum, non ex vno, ſed ex pluribus conſtabit, q̃ illud, illud enim vnum eſt, itaq; præter illud, ſunt ea, ex quibus conſtat. at quæ præter vnum ſunt, vel ſunt duo, vel tria, vel alius numerus quiſpiam. quare ſi conſtat ex elementis, cum id quod ex elementis conſiſtit, ab aliquo fiat id quod eſt nimirum, quod fecit ipſum, non erit elementum. demonſtratum eſt enim formam eſſe efficientem, forma autem non eſt elementum. nam & hoc iam eſt demonſtratum. Si ergo illud ſit ex elementis, rurſus id quod illud efficit, ex elementis conſiſtit. & hoc in infinitum. quod autem de carne dictum eſt, hoc ad ſyllabam & alia cuncta accommodari poteſt. Forma igitur neq; elementum eſt, neq; conſiſtit ex elementis. hoc itaq; quod materiam mouet & carnem, ac ſyllabam facit, aliquid eſt, hoc autem eſt forma, & cuiuſq; ſubſtantia. hæc enim prima cauſa eſt, vt res id ſint, quod ſunt. Ergo demonſtrato formam neq; elementum eſſe, neq; ex elementis concludit dicens cum autẽ inquit quædam rerum non ſubſtantiæ ſint, album enim quod in homine habetur, non eſt hominis ſubſtantia, ſed ea ſint rerum ſubſtantiæ, quæ ſecundum naturam & a natura, & ad quiditatem ipſis conferunt, haud dubie natura hæc. i. forma ſubſtantia eſt, quæ non eſt elementum, ſed principium. Eſt autem elementum id in quod cum inſit quaſi materia res diuiditur. Habemus igitur quod ex illo inueſtigabamus. hoc ãt erat, quænam ſubſtantiarum ſint cauſæ. has enim formas eſſe compertmus.

Libri Sexti finis, qui latinis eſt ſeptimus.

Enarratio Alexandri aphr. in librum Septimum primæ philoſophiæ, latinis Octauum.

EX his igitur quæ dicta ſunt ratiocinemur: ſummaq; collecta finẽ ponamus oportet. Dictũ eſt itaq; ſubſtantiarũ cauſas principia elementaue quęri. Subſtantiarũ autem aliæ ab omnibus in rõe rerũ eſſe concedũtur, alię allatę à quibuſdam propria opinione fuere. Et primæ quidẽ naturales ſubſtãtię ſunt: ignis inq̃, terra, cæteraq; ſimplicia corpora. Deinde plantæ parteſq; ipſarũ: & animalia atq; animaliũ partes, & tandẽ cœlũ cœliq; partes. Secundæ vero formæ & mathematica ipſa. Alias præterea ex rationibus accidit ſubſtãtias eſſe:

quiditaté inquam: atq; ipſum ſubiectum. Et inſuper alio modo genus magis q̄ ſpēs & vniuerſale magis q̄ ſingularia ſubſtantiam eſſe. Vniuerſalis autē atq; generis & ipſæ ideæ conditionem ſubeunt. Eadem enim ratione ſubſtantiæ eſſe videntur. At cum quiditas ſubſtantia ſit: huius vero ratio ſit diffinitio: de diffinitione propterea & de eo quod eſt per ſe diffiniuimus. Cum diffinitio inſuper ſit ratio, ratio vero partes habeat: de parte etiam neceſſarium erat videre: quæ ſunt ſubſtantiæ, & quæ non ſunt ſubſtantiæ partes: & ſi eædem & diffinitionis ſint partes. Prætera neque vniuerſale ſubſtantia eſt, neque genus. Ac de ideis quidem ac mathematicis poſterius conſiderare oportet. Præter enim ſenſibiles ſubſtantias hæc quidem inquiunt eſſe. Nunc autem de hiſce ſubſtantiis pertractemus quas omnes eſſe fatentur, eæ vero ſunt ſenſibiles ipſæ ſubſtantię. Quas quidem materiam vniuerſas habere conſtat. Eſt autem ipſum ſubiectum ſubſtantia. Alio quidem modo ipſa materies atque materiam eam dico, quæ non actu hoc aliquid, ſed potentia eſt. Alio vero modo ratio atque forma: quod quidem eſt hoc aliquid, atq; ſeparabile ratione. Tertium autem eſt id: quod ex hiſce conſtat, cuius generatio ſolius eſt, atque corruptio: quodque ſimpliciter eſt ſeparabile. Subſtantiarum enim earum quæ ad rationem accommodantur: quædam ſeparantur: quædam non ſeparantur.

QVæ tum in ſuperiore, tum in tertio abhinc libro diſſeruerat, ea i. non quidem omnia, hoc enim eſſet eadem rurſus diſputare, ſed tamen potiſſima, quæque, nam hæc ſummam appellauit, repetit, atq; in pauca colligit, & cuius cauſa dicta ea ſint exponit. Ex his ergo inquit ratiocinemur oportet, quid autem ratiocinari ſignificet declarat dicens & collecta ſumma. i. potiſſimis quibuſq; collectis finem imponamus. Appoſite vero hic finem appellauit, proximo libro de potentia & actu & cæteris de quibus diſſerere inſtituit, facturus initium. dicta igitur in capita colligit dicens. (Dictū eſt itaque ſubſtantiarum cauſas, & principia elementaque quæri.) formas appellans cauſas, efficiens autem & finem principia, materiam vero elementa. Sed de ſubſtantiarum inquit quibuſdam, omnibus conuenit, de aliis nonnulli priuatas habuerunt opiniones. hæc vero quæ ſint deinceps commemorat. cœli vocabulo vniuerſum mundum appellans, partium vero globos & ignem, terramque & animalia, aut certe corpus omne circunlatum vocat cœlum, partes autem huic affixas ſtellas. Quæ porro a quibuſdam, id eſt a platonicis priuatim aſſerantur exponit, ideas ſcilicet & mathematica. (Sed alias inqđit præterea ex rationibus accidit ſubſtantias eſſe, id eſt quiditatem atque ſubiectum) materiam appellans ſubiectum. Neque vero non recte dixit (ex rationibus) ratio enim formam a materia ſeiungit. ipſa enim per ſe actu abſque materia eſſe non poteſt. Et inſuper inquit alio modo efficitur vt genus magis quam ſpecies ſubſtantia ſit, & vniuerſale, q̄ ſingula.

Sed hoc non dicit ex animi ſui ſententia. ipſe.n. ſupra demonſtrauit genera & ſpecies ac oīo vniuerſalia non eſſe ſubſtantias. Sed particularium ſimilitudines ac omnino qualia. non igitur hoc quaſi placitum ſuum afferens dixit, ſed quaſi diceret, præterea aliter fit, vt genera magis q̄ ſpecies ſubſtantiæ ſint, per eos qui hoc opinantur. Non dixiſſe autem hoc ex animi ſui ſententia, ſed vt concedentem, propterea quod nondum priuatim demonſtrauit non eſſe ideas, demonſtraturus, in libro duodecimo, ſatis intelligi poteſt ex verbis illis paulo poſt ſubiectis (præterea neq; vniuerſale ſubſtantia eſt, nec genus.) Sed poſtq̄ dixit (& inſuper alio modo genus magis q̄ ſpecies & vniuerſale magis q̄ ſingularia ſubſtantia eſſe.) ſuggerit (vniuerſali autem atque generi, ipſæ ideæ coniunguntur.) eſtq; puncto diſtingendum poſt illud generi. eſt autem ſenſus. ideæ coniunguntur. i. communicant, cum vniuerſali & genere. Nam quemadmodum vniuerſale & genus cum vnum ſit, in pluribus tamen conſideratur, ſic de ideis ipſarum auctores diſputant. Nam ipſi homo inquiunt in particularibus habetur. hoc eſt enim quod ait, (Eadem enim ratione ſubſtantię eſſe videntur. i. perinde enim vniuerſale in multis conſideratur, atq; ideę. Vniuerſalia autem non ſunt per ſe, neq; ſubſtantia, ergo ne ideæ quidem. Sed quoniam ſubſtantiarum cauſæ inquiruntur, quiditas autem eſt ſubſtantia, cuius quiditatis eſt definitio, idcirco de definitione diſputatum eſt & de perſe. Rurſus quia definitio eſt oratio, oratio vero partes habet, neceſſe fuit, vt de partibus diſſereretur, quales partes ſubſtantiæ formæq; ſint, quales non formæ, ſed materiæ. Neq; vero ſolum de his differere neceſſe eſt, ſed etiam de partibus definitionis atq; definiti. i. quiditatis eædem ne, an diuerſę ſint. Præterea inquit demonſtratum eſt, neq; uniuerſale, neq; genus eſſe ſubſtantiam. Cæterum de ideis atq; mathematicis poſtea ſe diſputaturum pollicetur. Nā cum ipſarum aſſertores ſubſtantias eas eſſe dicant, a ſenſibilibus diuerſas, operæpretium fuerit ſint, nec ne ſint conſiderare. Sed de his poſtea diſſeremus, nunc de ſubſtantiis de quibus inter omnes conuenit diſputemus. quæ quidem ſunt ſenſibiles ſubſtantiæ. Omnes porro ſenſibiles ſubſtantiæ materiam habent: Eſt autem inquit ſubſtantia, ſubiecta ſiue propoſita, hoc eſt ſenſibiles ſubſtantiæ de quibus habetur oratio. Sed aliter materia, aliter ratio eſt ſubſtantia. Materia enim eſt ſubſtantia tanquam ſubiectum & indefinitum. ratio vero & forma, vt prædicatum ac definitor. Præfatus autem aliter materiam, aliter rationem eſſe ſubſtantiam, ipſe exponit quid materiam appellauerit, dicens. (Atq; materiam eam dico, quæ non actu hoc aliquid, ſed potentia aſt.) neque vero primā tm̄ & informē materiā dicit, ſed ēt alias. Nā vt illa non eſt hoc aliqd actu, ſed potentia. ſic ne ęs quidē eſt hoc aliqd, vt ſtatua actu ſed potētia, cui cęterogę ſimilis eſt rō. Aliter igr̄ materia eſt ſubſtātia, aliter rō atq; forma. q̄ cū hoc aliqd ſit, rōe ſeparari poteſt, actu non item. Tertia ſubſtantia eſt concretum ex materia & forma. cuius tantum generatio habetur, & interitus, vt demonſtratum eſt, & quod proprie ſeparatur, & per ſe eſt, non ratione ſolum vt forma. Poſtquam vero formam ratione tantum ſecerni poſſe dixit, ait (ſubſtantiarum ſecundum rationem) vocat autem ſubſtantias ſecundum rationem, vt ſæpe diximus, formas (hæ quidem illæ vero non) id eſt quædam ſeparari poſſunt ratione, aliæ ſimpliciter. Nam cum anima cuiuſque ipſius forma ſit, talis enim forma nunquam eſt ſine materia, anima vero non omnis ſeparatur, ſed particeps tantum rationis, idcirco quaſdam ſeparari ait, quaſdam ſecus. fortaſſe non hoc de forma dictum eſt, q̄q̄ id verum ſit, nunquam enim martalis forma abſq; materia eſſe poteſt, ſed de animis rationis expertibus has. ſ. non ſeparari, ſed eas ſolum quæ rationis ſunt compotes.

Patet autem & materiã ſubſtantiam eſſe. In vniuerſis autem oppoſitis mutationibus & aliquid qđ mutationibus ipſis ſubiicitur: vt in loco id qđ eſt hic, & poſtea alibi: & in accretione id qđ nũc tm̃, poſtea vero maius eſt aut minus: & in alteratione ẽt id qđ nũc quidẽ eſt ſanum: poſtea vero ægrotat. Similr & in ſubſtantia id qđ nunc generationi: nunc corruptioni ſubiicitur & nunc quidem ſubiectum eſt: vt hoc aliqd: ruſus autẽ ſubiectũ: vt ſub priuatione. Et ſequunt̃ igr̃ hãc certe mutationes. Ipſa aũt vt vnã cęteraꝝ nõ ſequitur: aut duas. Nõ. n. ſi quippiã habeat materiã loco accõmodatã: id & generationi ſubiectã habere corruptioniue neceſſe eſt.

(Patet aũt & materiã ſubſtantiã eſſe.) formam & materiã, & ex his cõcretum, ſubſtantiam eſſe præfatus, ex cõpoſitione confeſſaꝝ ſubſtantiaꝝ docet materiã eſſe ſubſtantiam. Vt. n. ſocratẽ ſubſtantiã vocamus, propterea q̃ oppoſitis mutationibus ſubiiciẽ ac illis, & aduenientibus & abeuntibus, ipſe pſiſtit, ſic qm̃ materia formis ei aduenientibus & abcedentibus ipſa manet, illę nõ item perſiſtunt, dubitari nõ debet, quin materia ſubſtantia ſit, & quidẽ hac rõe magis q̃ forma q̃q̃ alias forma ſit magis in honore. tum quia ipſa materiã definit, tũ quia res a forma appellationes mutuantur. Vt igiẽ ſocrates mutationi loci ſubiicitur, & nũc eſt athenis, tum vero thebis, & iam augeſcit, iam minuitur, & modo recte valet, modo egrotat, ſic materia ſubiicitur ſubſtantiæ q̃ per generationem paritur, & iam eſt in generatione, & efficitur hoc aliquid hanc formam accipiens, rurſus eſt in interitu, & formæ illius, quam acceperat abiectione. Et iã eſt ſubiectum vt hoc aliquid. Nã cum eſt coniuncta formæ, quia compoſitum, ſubiectum eſt albedini & nigredini, atq; morbo & valetudini, tunc dicimus materiam his vt hoc aliquid ſubiici. Cum vero abſq; forma intelligitur, ſubiici formæ tanq̃ priuatio dicitur. Poſtq̃ vero materiã nunc in generatione, nunc in interitu eſſe dixit, alias quoq; mutationes hanc ipſam conſequi ait. eſt autem ſenſus. quæ cũq; materiam habeãt quæ generari ac interire poſſit. i. ortui ac interitui ſubiectam, hæc materiam habent accretionis imminutionis mutationis loci, ac alterationis. Nam forma, ipſa enim vt in libro de generatione monſtratur, eſt quæ augeſcit quæq; imminuitur, non autem materia, forma igitur tanq̃ materia accretioni, atq; imminutioni ſubiicitur, quin etiam quibus adeſt huiuſmodi materia ea & locum mutant & alterantur. i. quæ natiuam & mortalẽ materiam habent. (& hanc inquit materiã). i. huiuſmodi materiã habentia cæteræ mutationes conſequũtur. Aliarum vero vel vnã vel duas, hæc nõ cõſequitur. i. ex aliis mutationibus vnam mutationem nõ conſequitur vel duas. quod perinde eſt ac ſi diceret. Habentibus autem alias mutationes vel vni vel duobus accidit, non tm̃ omnibus. Habenti ergo materiam accretionis & imminutionis, neceſſario accidit, vt materiã ortus & interitus habeant. Habenti vero materiam mutationi loci ſubiectã, nõ eſt neceſſe, vt ortus & interitus materiã habeat. Sol enim materiã habet loci mutationis, mouetur enim a meridie in ſeptentrionẽ, & in oppoſitum reuertitur, idẽ tm̃ materia vacat, q̃ ortui ac interitui ſit obnoxia. At luna q̃ materiã habet loci mutationis, habet itẽ alterationis. accipere enim lumen a ſole, hoc ipſum eſt alteratio, non tamen naſcendi & intereũdi materiam obtinet. Itaq; duas mutationes non conſequitur ortus & interitus, mutationem loci, & alterationem. neq; has oẽs ſed quaſdã, accretionẽ vero & imminutionẽ naſcẽdi & intereundi mutatio cõſequitur. Ipſe tm̃ cũ loci mutationem nõ cõſequi generationis & interitus mutationẽ dixiſſet, illud neq; alterationẽ prætermiſit.

Quid igr̃ intereſt inter ſimplicem gñationem atq; non ſimplicẽ: in naturalibus libris eſt dictum. Cum aũt eã ſubſtantiã q̃ vt ſubiecta eſt & materies, omnes eſſe fatentur: atq; hæc eſt ea quæ eſt potentia cuncta. Reſtat vt ſenſibilium eam ſubſtãtiam quæ eſt vt actus: quæ nam ſit deinceps dicamus. Democritus igitur putare videtur tres differentias eſſe: ſubiectum enim corpus ipſam materiam vnum idemq; eſſe cenſet: figura vero, poſitione, ordineq; differre. Multæ autem differentiæ eſſe videntur: alia nanq; materiæ compoſitione dicuntur: vt ea quæ mixtione conſtant: quale eſt mulſum. Alia vinculo, vt faſcis. Alia glutino: vt liber. Alia clauo, vt archa. Alia horum pluribus. Alia poſitione, vt limen ac ſuperliminare. Hæc enim poſitione differunt tali. Alia tempore: vt prandium atq; cæna. Alia loco: vt venti. Alia affectibus ſenſibilium, ceu duritie, mollitudine, denſitate, raritate, humiditate, ac ſiccitate. Et alia quibuſdam hoꝝ, alia vniuerſis. Et oĩno alia exceſſu: alia defectu. Quare patet & ipſum eſt tot dici modis. Eſt enim limen ex eo: quia ſic eſt ſitum, & eſſe ipſum ſic eſſe ſitum ſignificat. Et glaciem eſſe: hoc pacto eſſe denſatam. Eſſe autem ipſum nonnullorum & his vniuerſis diffinietur: ex eo ſane quia, alia ſunt mixta, alia cõplexa, alia ligata, alia denſata, alia aliis differentiis vtuntur: vt pes aut manus. Differentiãrum igitur genera ſunt ſumenda, hæc enim principia erunt: vt vnumquodque id ſit quod eſt: vt ea quæ intenſione remiſſioneue talia ſunt: aut denſitate raritateue & iſtiusmodi cæteris: hæc enim omnia exceſſio eſt & & defectio. Si vero quippiam tale eſt figura, aut leuitate, duritieue, id omne tale eſt rectitudine, curuitateque. Quorundam etiam eſſe erit mixtum eſſe: non eſſe vero oppoſitum, Ex his igitur patet ſi ſubſtantiã cauſa ſit, vt vnumquodque ſit tale: in hiſce quęrendum eſſe, quidnam ſit tale, cauſa, vt vnumquodque iſtorum ſit. Atque quanquam nihil eſt horum ſubſtantia: neque ſi ſimul ſumatur. In vnoquoq; tamen eſt ſimilitudo rationis: Et vt in ſubſtantiis id quod de materia prædicatur eſt ipſe actus: ſic eſt & in cæteris diffinitionibus maxime: veluti ſi limen oporteat diffinire: lignũ aut lapidẽ ſitum ſic eſſe dicemus: & ſi domum lateres ac ligna hoc poſita modo. An in quibuſdã & id eſt gratia cuius cõficiuntur. Sin vero glaciẽ congelatã eſſe aquam: aut denſatã hoc pacto dicemus: concentus ẽt acuti grauiſq; mixtio talis dicetur: & de cæteris modo codẽ.

iii. (Quid igitur intereſt inter ſimplicem generationẽ, atq; non ſimplicem in naturalibus libris dictum eſt.) oſtenſo materiam eſſe ſubſtantiam, cum quæ materiam habent ortui ac interitui obnoxiam, ea auctioni & diminutioni, cæteriſq; mutationibus opportunam materiam habere dixiſſet, nec eſſe neceſſarium, vt quibus materia inſit locum mutandi, iis ea quoq; inſit, quæ generari poſſit & interire, quia cõſentaneum erat, qđ ſit & ſimpliciter generati, & non ſimpliciter exponere, ac omnino quæ hoꝝ habeatur

differentia edocere,idcirco ait,de his in libris naturalibus esse disputatum. Quoniam in opere de physico auditu,sed latius in libris de generatiõe docuit,mutationem a deterioribus formis in prestantiores,vt ab aere in ignem,simplicem esse generationem, interitum vero quendam . quæ vero a præstantiore forma ad ignobiliorem fiat, hanc simplicem esse interitum , generationem vero quampiam . Sed reddita causa cur hæc hoc in loco prætermittat , ait . Cum autem eam substantiam , quæ vt subiecta est , & quasi materia ,omnes substantiam esse fateantur , hoc enim demonstratum est,vel nõ hoc dicit,sed illud. quoniam substantiam vt subiectam & vt materiaiam quæ quidem potentia est omnia,esse in rebus omnium est consensus & ab omnibus dicitur , atque cognoscitur,omnes enim physici de materiali causa mentionem fecere , cum formalis ab omnibus vel omnino neglecta fuerit vel magna ex parte,sequitur,vt ex sensibilibus,quenam substantia sit actu disseramus.appellat autem cuiusq; formã sensibilium substantiam actu,prius tamen more suo veterũ de forma sententias ediserit & sic placitum suum declarat . Democritum igitur ait subiectum & materiam vnum esse tradidisse . corpuscula enim indiuidua materiales causas esse statuebat,tres vero differentias, quæ formam efficerent fluxum ,quod est figura,conuersionem , quod situs , contactum ,quod ordo.quibus positis ipsum redarguit . quod perperperam existimauerit tria tantum esse discrimina formas efficientia . Neq; enim tantum ea,quæ ab ipso dicuntur,discrimina,sed alia complura esse ait,quæ in democriti discrimina nõ redigantur. Vt mulsum inquit ex mellis & aqua compositione informatur.Formæq; mulsi efficiens est compositio,quę quidem compositio neq; figura est,neq; ordo,neq; situs.aliud est enim situs, aliud cõpositio,situs enim dicitur,cum aliquid supra vel infra, aut e regione aliquoue alio modo iacet.Compositio vero , cum aliqua vel specie vel numero diuersa mutuo debellata continentur , esse autem in mulso compositionem perspicuũ est. Nam cum ipsum sit compositum, dubitari non debet,quin in ipso habeatur compositio. Aliqua igitur informantur cõpositione, alia vinculo. Forma enim fascis vinculum est.alia vero glutino vt siue liber,quædam clauo vt arca,non nulla clauo simul & vinculo ,ac omnino pluribus,sunt quę positione, siue situ vt limen inferum & limẽ superum.horum enim forma est huiusmodi situs.Nam si limen inferum ponatur vbi est superum,& hoc ad locum illius transferatur,nimirum limen inferũ fiet superliminare.& superũ subliminare.ex quo intelligiẽ tali situ,& quod sic iaceãt informari.alioquin q̃q̃ aliter,ac nunc habet statueretur ,non tamen inferum limen esse desineret, vt intelligatur talem positionem esse subliminaris formam.Alia formam a tempore sortiuntur.vt cęna & prandium . Hæc enim tempore solum inter se differunt. aliqua a loco vt venti.a locis enim ex quibus spirant,hi aquilones vocãtur,illi austri,alii fauonii, quidam subsolani.Materiæ nãq; nullum est discrimen . Cum exhalatio sicca sit omnis venti materia.vt in meteoris demonstratur.Alia vero sensibilibus qualitatibus , siccitate humiditate ac similibus .(quibusdam harum)vt aqua frigiditate ac humiditate, alia vero pluribus.& omnino quædam excessu & defectu. Raritas enim excessus quidam est,densitas vero defectus. Ex quo inquit palam fit ipsum est .i.esse cuiusq; ac formam tot dici modis.forma enim liminis inferi eiusq; esse est ipsum ita iacere. & glaciei esse, sic esse concretum.ac simpliciter.his omnibus quædam definiuntur,quod sint ad hunc modum commista vt mulsum,alia quod ita colligata.vt fascis & manus . Nam & huius esse in huiusmodi colligatione consistit.his commemoratis, sumenda esse ait differentiarum genera,hæc enim principia erunt & causæ cuiq; ,vt sit,quod est . Exempli gratia quibusdam ipsum magis erit principium informans . vt Thales dicebat,aquam magis rarefactam acrem fieri , & magis etiam nunc rarescentẽ effici ignem . Hæc aũt inquit omnia.i.magis & minus,rarumq; ac densum ,& similia excessus sunt,atq; defectus. Siquid autem est inquit,quod figura informetur vt mathematica, hæc enim figuris informantur,estq; materia ipsorum corpus mathematicum,vel si non figura , certe læuitate ,vt specula,nam hæc leuitate informatur,vel si nõ leuitate,at asperitate,vt molares lapides,siqua igitur sunt,quæ huiusmodi rebus informentur, nimirum hæc omnia informantia,leuitas,& figura,& asperitas,reducentur ad rectum & curuum. Nam leue dicitur ,quod partes in rectum quodam modo sitas habet,asperum vero, qđ non sic,sed cauitates quasdam vel omnino anfractus & inequalitates . Aliis esse in mistura consistit,vt mulso non esse autem in eo,quod mista non sint.Si ergo substantia & forma causa est ,vt res sit haud dubie quid vnum quodq; sit in his est inuestigandum . & quæ sit causa,vt sit vnum quodq; .vt siquis inquirat , quæ causa sit , cur speculum hoc sit,quod est.hoc in recto & in curuo,ac cæteris inquirat, inuenietq; vnum ex his causam esse cur speculum sit, id quod est.rectum videlicet ,et in cæteris pari ratione.Sed cum dixisset,si substantia causa est,vt vnumquodq; sit,in his esse querendum,subiecit, horum igitur nihil est substantia.i.neq; leuitas,neq; asperitas ,neq; limen ,non dico lignum hoc enim constat esse substantiam,sed liminis formam. Nam si liminis forma, substantia esset,minime loco commutato,protinus limen esse desineret , cum ei nihil accidisset noui,pręterquam vt locum,vbi erat , commutaret . Non igitur liminis forma per se intellecta substantia est ,neq; cum ligno copulata . Pari ratione nulla forma artificiosa substantia est. Et tñ inquit quia proportionem habent ad substantias ac ipsarum æmulæ sunt .quoniam quam rationem forma humana formaq; equi ad sibi subiectam materiam habent,hanc dispositio huiusmodi hoc est liminis forma ad lignum sibi subiectum.statuæ ad æs,speculi ad ferruꝫ.& cætera similiter ad sua subiecta. Cum igitur eandem rationem habeant, consentaneum est,vt quemadmodum in reddendis substantiarum definitionibus non definimus compositum,sed formã,sic in his formas definiamus,non composita.quare si limen placet definire, liminis formam definiamus oportet.Si domum,domus formam.in hunc modum,domus est tutamen,quod ab imbribus ac ventis defendit . Sed in quibusdam inquit,non forma definitur,sed id cuius gratia .vt si arculam vas esse definiamus ad numos reponendos accommodatum , id cuius gratia est explicamus.numos enim conseruandi gratia artifex huiusmodi materiæ formã arculæ imposuit.his interiectis rursus ait(sin autem glaciem definimus congelatam esse aquam dicimus aut densatã hoc pacto.)Si vero concentum,talẽ mistionẽ esse dicemus acutoꝝ grauiumq; sonoꝝ,simili cęteroꝝ rõ est.Ac sensus quidem dictorum hmõi est.Dictio aũt,q̃ ait,(In vno quoq; tñ similitudo rationis est,& vt in substãtiis,id qđ de materia prędicatur est ipse actus sic est in cæteris definitiõibus maxime.) paulo obscurior habetur , sensus autẽ hmõi est,hoꝝ qdem nullũ est substãtia ct si cũ materia coniungatur , tñ in hoꝝ quoq;.i.in limine & in cęteris similitudo rõis est. i. hæc ꝓportionem siue similitudinem habent ad substantias.& quemadmodum in substantiis id qđ de materia prædicatur,nil est aliud q̃ ipse actus.i.ipsa forma ,quam definimus,hoc enim subaudire oportet,sic in aliis definitionibus non substantiarum , sed artificiosoꝝ,formas ipsas oportet definire .

Ex his igitur patet aliam materiam , alium actum , ac rationem habere. Quorundam enim est compositio,quorundam mixtio,quorundã aliquid iam dictorum.Iccirco diffinientium domum,qui quidem lapides ipsam inquiunt esse,lateres atq; ligna,ii eam dicunt quæ est potentia domus,hæc n. materia sunt,ut patet.Qui vero vas inquiũt esse qđ tegere suppellectilẽ

ac corpora pōt:aut aliud quippiam tale addētes:ii dicunt actum. At qui hæc ambo componunt: ii tertiam ſubſtantiam dicunt, & eam quæ ex his ipſis conſtat. Nam ea quidē ratio quæ per differētias fit,formæ ac actus, ea vero quæ ex his quæ inſunt extruitur: materiæ magis eſſe videtur. Similiter ſeſe habent & eæ diffinitiones:quas Architas probabat. Sunt enim ex vtriſque: veluti quid eſt vacuitas venti. Quies in aeris multitudine. Aer enim materies, quies actus: atq; ſubſtantia eſt: quid eſt tranquillitas. Aequalitas maris:atq; mare quidē eſt ſubiectū:vti materies:æqualitas aūt actus ac forma. Patet igitur ex hiſce quæ dicta ſunt:quænam ſit ipſa ſenſibilis ſubſtantia:& quo ſit pacto. eſt enim alia vt materies:alia vti forma, quippe cū actus ſit,& tertia ex hiſce duobus conſtat.

(Ex his igitur patet, aliam materiam alium actum habere.) Nam cum glaciei materia ſit aqua,non triticum,acerui triticum,non aqua.domus ligna & lapides, non aqua & mel,hæc enim ſunt materia mulſi,dubitari non debet,quin alius actus aliaq; forma aliam materiam habeat aliaq; aliam. ac viciſſim alia materia alio informetur actu. aquę enim ac mellis actus formaq; eſt compoſitio,granorum autem tritici & ordei mixtio & aliorum alia. Et quoniam omnis forma tum naturalis tum artificioſa in materia eſſe obtinet, idcirco quidam per materiam definiunt. vt qui aiunt, Domus eſt ligna,& lapides atq; lateres. Vel ira eſt feruor ſanguinis circa cor. qui ergo ad hunc modum definiunt,ii domum quæ potentia eſt, & iram quæ eſt facultate definiunt. Materia enim domus ſunt ligna & lapides,iræ vero ſanguis. Itaq; definit quæ domus eſſe poſſunt,& quod ira. Qui vero aiunt domus eſt receptaculum ad opes & corpora tuēdum accommodatum.vel aliquid tale adiiciunt,ii formam actūq; definiūt,atq; dicunt. At qui aiunt domus eſt ligna & lapides receptaculum ad opes & corpora tuendum idoneum,ii domum ex materia & forma conſiſtentem definiunt. Ratio enim ex differentiis, eſt formæ definitio,ex lignis autem & lapidibus materiæ, quæ vero ex vtriſq; fit,compoſitæ domus definitio eſt. quales archytes quidam conficiebat. Qui definiens ſerenitatem aiebat ſerenitatem tranquillitatem eſſe in aere copioſo. Aer enim eſt materia,tranquillitas autem actus & forma. Similiter Malacia eſt lenitudo maris, ſubiectum quaſi materia eſt mare,lenitudo vero forma. His igitur accurate, ac diuina quadam ratione diſputatis concludit dicens(Patet igitur ex iis, quæ dicta ſunt, quænam ſit ipſa ſenſibilis ſubſtantia. & quo ſit pacto. eſt enim alia vt materia, alia vt forma & actus,tertia quæ ex his conſtat.

iiii.

Non ignorare autem oportet interdum latere:vtrum nomen ipſum ſignificet compoſitam ne ſubſtantiam:an & actum & formam. Veluti domus: vtrum cōis ipſius ſit ſignum,tegminis inquam ex lapidibus atq; lateribus ſic poſitis extructi:an actus formæq;:tegminis inquam. Et lineam,vtrum dualitatem in longitudine,an dualitatem. Et animal vtrū animam in corpore,an animam pari modo ſignificet. Hæc enim ſubſtantia & actus cuiuſdam corporis eſt. Dicetur autem animal & de vtriſq; non vna ratione, ſed vt ad vnum. Verum hæc ad aliquid quidem aliud conferunt: ad ſubſtantiæ vero ſenſibilis inquiſitionem nihil conferre videntur. Quiditas. n.

formæ atq; actui competit, nam anima quidem,& animæ eſſe eſt idem:hominis autem eſſe,ac homo nō idem eſt:niſi & anima homo dicatur: hoc vero pacto cuidam competet,cuidam non competet.

v.

(Sed non ignorare oportet, interdum latere vtrum nomen ipſum ſignificet)quæſtionem hanc aperte explicare proponit,tamen non ſoluit propterea quod ſolutio eius eſt manifeſta. Quærit enim vtrum nomina compoſitorum ne ſigna ſint ;an formarū.exempli gratia,linea num ſignificet dualitatem in longitudine,quod eſt compoſitum. Dualitas enim eſt forma,longitudo vero materia. Lineam autem appellat dualitatem,quoniam vt in numeris primum interuallum ſiue extenſio eſt dualitas; ſic in longitudinibus linea. Linea igitur, vtrum ſignificat dualitatem in longitudine, an dualitatē.i. formam tantum. Et animal vtrum ſignificet compoſitum; hoc eſt animam in corpore,an ſolum animam. Hæc enim eſt ſubſtantia actusq; & forma corporis cuiuſdam: Sic igitur ſciſcitatus,quæſtionem inſolutam reliquit. Ceu nequeat dubitari,quin nomina formarum ſigna ſint, non compoſitorum. Nam cū nomen illud ſignum ſit, quod per definitionem explicatur,formæ autem per definitionem explicentur,ſatis intelligitur nomina formarum eſſe ſigna. Sed cum dixiſſet,vtrum animal ſignificet animā, an compoſitum adiecit.(Erit autem in vtriſq; animal).i.animal dicetur de anima,dicetur item de compoſito,non tamen vt vna ratione dictum, ſed quaſi ad vnum. Nam cum habeat anima facultates appetendi, quas ipſum quoq; compoſitum habet, ad hoc ſpectantes ambo vocamus animalia. Sed quæſtionem hanc,vtrum animal compoſitam ſubſtantiam ſignificet, an animam intelligens nihil ad propoſitum pertinere,ait(vere hæc ad aliquid aliud conferunt).i.ad quæſtiones dialecticas conducit intelligere, compoſitū ſignificet nec ne.ad quæſtionem vero ſubſtantię ſenſibilis nihil facit. Huiuſmodi ergo quęſtione ommiſſa de forma differit dicens,quiditatem non in compoſito dici ſed in forma actuq; ineſſe,nam in ſimplicibus inquit,idem eſt eſſe aquæ,& aqua ipſa. Similiter anima & eſſe animæ. Homo vero non eſt idem, quod hominis eſſe. Nā cū hominem dicimus ſocratem intelligimus vel platonem,ac omnino compoſitum,cum autem hominis eſſe; quiditatem & formam.quod vero ait (niſi & anima hō dicatur) huiuſmodi eſt: Siquis inquit animam hominem appellet,homo prædicatur de anima quare cum anima & eſſe animæ idem ſignificent idem erit homo & eſſe hominis, ſin aliter,non idem.(Atq; hoc pacto inquit cuidam competet,cuidam non competet).i. ſiquis animam hominem appellet, idem erit homo & eſſe hominis; ſi vero cum hominem dicit, compoſitum intelligit ex anima & corpore,hoc eſt ex forma & materia non idem erit homo & eſſe hominis. Sed partim hoc erit,vt in anima,partim ſecus, vt in homine compoſito.

Quærentibus igitur neq; ſyllaba ex elementis cōpoſitioneue, neq; domus lateres compoſitioq; eſſe videtur,atq; hoc recte quidē. Neq; enim compoſitio neq; mixtio ex iis eſt,quoꝝ eſt cōpoſitio aut mixtio. Similiter neq; cæterorum quicq;, veluti ſi limen eſt poſitione: poſitio non eſt ex hoīe: ſed limen potius eſt ex illa,neq; igitur homo animal eſt & bipes, ſed aliquid eſſe oportet quod pter hæc eſt: ſi hæc materia ſunt: quod neq; elementum eſt: neque ex elemento: ſed ſubſtantia ipſa, quod excipientes materiam dicunt. Si igitur hoc cauſa eſt ipſius eſſe atque ſubſtantiæ, hoc ſane ſubſtātiam ipſam dicerent eſſe.

Quærentibus igitur neque ſyllaba ex elementis cõpoſitioneue eſſe videtur.)Oſtenſo vi
in libro ſuperiore ſyllabam .i.formam ipſam ſyllabæ, diuerſam eſſe ab elementis, &
formam neq; elementum eſſe neq; ex elementis,rurſus harum rerum quæſtionẽ ediſ
ſerit dicens ſyllabam,hoc eſt formam ipſam ſyllabæ non conſiſtere ex elementis & cõ
poſitione. Neq; enim vt mel & aqua quæ per ſe conſiſtunt,cum coiere, mulſum conſi
ciunt,ſic compoſitio,quæ per ſe exiſtat,& elementa conuenere ad ſyllabam conficien
dam.Syllaba igitur non conſiſtit ex compoſitione ac ex elementis,neq; domus ex late
ribus & compoſitione,ſed ſyllabæ forma eſt effectus, qui ex.a.&.b.exiſtit,& ba.i. ſyl
laba nihil eſt aliud,q̃ huiuſmodi elementorum compoſitio, nõ tamen ſyllaba ex com
poſitione atq; elementis conſtat. (Haud enim compoſitio vel miſtio ex iis eſt inquit
quorum eſt compoſitio aut miſtio.)quæ obſcura & manca interpretatio eſt.nam ſub
audire oportet(alicuius.)illud autem (ex iis) pro (cum iis)accipi debet. vt ſit plena
oratio huiuſmodi.Neq; enim eſt compoſitio,neq; miſtio alicuius cum iis,quorum eſt
compoſitio,vel miſtio. Eritq; ſenſus. Si compoſitio eſt,aquæ gratia exempli, & mel
lis,non coiuit miſtio cum horum aliquo,cum aqua inquam aut melle, aut cum ambo
bus ad conficiendum mulſum. Si enim miſtio res quædam eſſet, ex iis quæ perſe va
lent conſiſtere,nõ eſſet alienum dicere,ipſam cum horum aliquo.i.cũ aqua vel melle
aut cum ambobus coeuntem mulſum efficere. cum autem non ſit,ne hoc quidem di
citur .Sed mulſum eſt ipſa miſtio. Ipſe vero in exemplum ac expoſitionem dictorum
adduxit limen dicens (veluti ſi limen eſt poſitione,poſitio non eſt ex limine, ſed limẽ
potius ex illa .) .i.ſi limen, hoc eſt liminis forma eſt ſitus, & ſic iacere, poſitio nõ eſt
ex limine, ſed hoc potius ex illa. quoniam huiuſmodi ſitus limen informat. Non igi
tur inquit homo eſt animal & bipes, ſed quod ex his perficitur, quod eſt præter ipſa
Hæc enim ſunt materia,quod vero ex ipſis exiſtit homo,quod ipſum, quod eſt inquã
præter animal & bipes,neq; elementum eſt neq; ex elemẽtis. aliquid autem eſt præter
animal & bipes ſubſtantia.i.forma,quam proprie ſubſtantiam vocant excipientes ra
tione ac ſeparantes materiam,fortaſſe tamen illud(excipictes materiam dicunt) de iis
qui aſſerunt ideas dictum eſt.quoniam formam a materia ſeparantes & per ſe eſſe di
centes ipſam appellant ſubſtantiam.Si ergo forma vt ſæpe confirmatum eſt,cauſa eſt,
quæ materiam mouet, ac efficit id quod eſt, haud dubie ſiquis omniho ſubſtantiam
dicat,nihil aliud dicet,q̃ formam.

Hanc igitur aut æternam eſſe: aut caducam ſine corruptione, & ortam
ſine generatione neceſſe eſt. Demonſtratum autem eſt in aliis declara
tumue: neminem facere generareque formam: ſed efficitur hoc atque fit
id quod ex his conſtat. Si vero rerum earum quæ corrunpuntur ſubſtan
tiæ ſint ſeparabiles, nondum dilucidum eſt. Patet tamen nonnullarum
eſſe non poſſe, quæ præter ipſa ſingula nequeunt eſſe, quale eſt vas & do
mus. Fortaſſe igitur neque hæc ipſa ſubſtantiæ ſunt :neq; cæterorũ quicq̃
quæ non natura conſtant. Naturam enim quiſpiam ſolam eorũ quæ ſunt
in hiſce quæ corrumpuntur ,ſubſtantiam eſſe ponet.

(Hanc igitur aut ſempiternam eſſe oportet aut caducam.)Poſtquam formam cauſam vii.
eſſe dixit, ut materia moueatur, ac fiat id quod eſt, & ſiquis ſubſtantiam dicat, hunc
formæ abſq; dubio ſubſtantiæ nomen imponere, ait neceſſe eſſe hanc vel ſempiter
nam eſſe.vel mortalem non intereundo, & natiuam non naſcendo .i.interire ſine in
ſcritu, & eſſe abſq; generatione,in libro enim ſuperiore demonſtratum eſt, formã a

nullo neque fieri, neq; generari.ſed hanc formam fieri, exempi gratia globum. & om
nino id quod ex forma & materia exiſtit. Ac formam quidem nõ fieri perſpicuũ eſt.
ſint ne tamen ſubſtantiæ ſeparatæ, ac ideæ nondum eſt conſtitutum. quamquam il
lud certum eſt in quibuſdam ideas eſſe non poſſe. Neq; enim ipſidomus eſt, neque
ipſiarca. Sed fortaſſe inquit formæ ab arte confectæ ſubſtantiæ non ſunt,nec eç omni
no, quæ a natura nõ conſtituuntur. Sed naturam tantum quiſpiam vere ſubſtantiam
eſſe dicat,& formam rerum mortalium.i.naturalem formã,& quæ in ſingulis ac mor
talibus ineſt.porro ſi artificioſæ formæ ſubſtantiæ non ſunt, haud dubie ne ideæ qdẽ
ipſarum habentur.quandoquidem ideæ ſubſtantiarum ſunt.

Quare ea dubitatio quam antiſtenis ſequaces, & tales ineruditi ho mines
dubitabant: nunc ſolui poteſt. Qui quidem diffinitiones aſſignari non
poſſe cenſebant:diffinitionem enim longam orationem eſſe dicebant.Sed
fieri quidem poteſt, vt doceas quale quid quippiam eſt. Vt diffinias ve
ro minime fieri poteſt. Et enim quid nam ſit argumentum nõ dixeris vnq̃
at eſſe tale quale eſt ſtãnum dicere potes. Quare cuiuſdã quidẽ ſubſtantię,
ceu compoſitæ, ſiue ſit ſenſibilis, ſiue intelligibilis, diffinitio atq; ratio eſſe
põt:ſed corũ ex quibus hæc primis conſtant eſſe non poteſt. Si diffinitiua
ratio quippiam de quopiam ſignificare videtur:atq; alterum vt materiã:
alterum vt formam eſſe oportet.

viii. (Quare ea dubitatio,quam antiſthenis ſequaces,& tales ineruditi homines dubitabãt occaſionem habet) ſubaudiendum eſt ,vt ex iis quæ diximus ſoluatur. vt ſit plena oratio (quare dubitatio quam antiſthenis ſequaces dubitabant occaſionem nacta eſt, vt ex iis, quæ dicimus ſoluatur. Nam cum demonſtratum ſit, alias eſſe formæ par
tes, alias quaſi materiæ, antiſthenis ſequacium dubitatio ex his ſolui poteſt.qui quidẽ dubitabant,ne nullius haberetur definitio, cuin definire non liceret. quod ad hunc modum confirmabant. Definitio inquiunt non eſt nomen,ſed ex pluribus conſiſtit. Hoc eſt enim quod ait (orationem longam) quoniam animal rationis compos mor tale, mentis ac diſciplinæ capax, oratio longa eſt, non vt nomen homo. Cum igi tur definitio non ſit nomen,efficitur, vt ne liceat definire. Dicunt autem cum animal rationis compos aimus,compoſitum quiddam ex materia & forma dici.ex animali,vt ex materia, ex rationis compote, vt ex forma. Præterea mortale, quod adiicitur com poſitum eſſe.quod ſi ita eſt, compoſita obimus & quali numeramus quot nam ſint.cũ animal rõnis cõpos dicimus, & rurſus animal rõnis cõpos mortale,nõ aũt definitio nem reddimus. Ariſtoteles igr̃ ex iis,q̃ dicimus quęſtionẽ ſolui ait. Nã cũ demõſtra tum ſit,animal pedeſtre,bipes,formæ,nõ materiæ partes eſſe,qũo animal materia eſſe dici põt,cõpos vero rõnis forma:Nã ſi animal & mortale,& cõpos rõnis,materię par tes eſſent,cõſentaneũ eſſet hęc dicere.animal.ſ. & rõnis cõpos eſſe materiam,morta le vero formã.Et q animal mortale diceret,is ꝓpoſitũ diceret ex materia & forma.Nũc cũ nõ ſint materiales ,nõ dicit eõpoſitũ,ſed partes formæ.Itaq; definitio eſt. Nõ igitur inquiũt definire licet,ſed qualis ſit hõ,& qualis bos demõſtrare licet.nõ item definire. Itaq; definire ac explicare quid ſit argentũ nõ licet, quale autem ſit, demonſtrari põt. i.interrogati quale ſit argentũ:dicere poſſumus,quale ſtannum. Quare rationem aiũt ſubſtantiæ ex materia & forma dicere poſſumus, formæ definitionẽ, aut mate riæ ex quibus compoſita ſubſtantia exiſtit, reddere nequimus. Sed cum ſubſtantiæ cõpoſitę definitionẽ reddi poſſe dixiſſet,adiecit (ſiue ſit ſenſibilis, ſiue intelligibilis :)

Esse autem sensibiles substantias compositas certum est. Sed intelligibiles quoq; cõpositæ sunt. Mathematica enim ex materia & forma, consistunt. Nam circulus intelligibilis pro materia interuallum habet, pro forma talem figuram. quanquam non qđ ita sentiret, mathemata vocauit substantias, sed quia fortasse antisthenes ita dicebat. Substantiæ igitur compositæ, siue intelligibilis sit siue sensibilis, definitio reddi potest, non autem eorum ex quibus hæc substantia consistit. Siquidem animal rationis particeps ac oĩo definitio aliqd de aliquo significat, quoꝝ alterũ est forma alterũ materia. Patet etiam & cur si substantiæ sint aliquo modo numeri hoc pacto sunt: & non vt quidam inquiunt vnitatum multitudo. Nam diffinitio numerus est quidam: est enim diuisibilis, & indiuisibilia diuisio ipsius accedit: quippe cum rationes non sunt infinitæ, talis autem & ipse numerus esse videtur: atque vt si quid eorum ex quibus numerus cõstat: sublatum a numero, aut additum fuerit, non idem numerus, sed diuersus emergit: etiam si minimum fuerit illud, sic neque diffinitio, neq; quiditas vlterius eadem erit: si ablatum ab ea quippiam: aut additum ei fuerit vti patet. Esse præterea quippiam oportet: quo ipse numerus est vnum: quod quidem assignare non possunt. Nam aut vnum non est: sed vti cumulus est, aut si sit dicendum est, quidnam sit id quod ipsum efficit vnum. Ex multis identidem & diffinitio vna est, at neque in hac illud dicere possunt: idque merito accidit. Et enim eadem ratio: & substantia hoc pacto est vnum, sed non vt asserunt quidam: qui vnitatem quandam, aut punctum inquiunt esse: sed actus est quæque atque natura quædam. At vt numerus non magis minusue numerus est: sic neque ea substantia quæ ad formam accommodatur: sed si est, ea est quæ cum materia est: sed de generatione corruptioneue substantiarum quo pacto esse potest, & quo pacto esse non potest: & de reductione diffinitionis ad numerum sit eousque determinatum.

(Patet etiam & cur, si substantiæ sunt aliquo modo numeri, hoc pacto sunt.) Postquã formam esse proprie substantiam docuit, dixitq; omnino, cum substantiam dicimus, formam dicere, quoniam numeri similitudinem quandam habent ad formam & substantiam ait, si quoniam numeri similitudinem habent ad formas, idcirco formas appellant numeros, ac proinde substantias, profecto ipsorum dictum non abhorret a ratione. atq; hoc recte traditur, sin aliter, quoniam numerus est vnitatum multitudo, non recte aiunt. Et commemorat similitudines numeri ac definitionis. quanquam cũ definitionem ait haud dubie definitum quoq; dicit. Definitio inquit numerus quidam est. Nam vt numerus ĩ vnitates indiuiduas secatur, sic definitio diuiditur in indiuidua. Licet enim animal diuidaĩ, in rationes animati & sensibilis, non tamen hoc in infinitum fiet. Sed in aliquid incidemus, quod in rationes non diuidatur. Et quẽadmodum si numero vel minima pars dematur, aut adiiciatur iam non persistet numerus, si enim numero octo vnitatem vel dempseris, vel adieceris, non amplius manebit octo, sic si a definitione siue quiditate cuius est definitio, quidquam abstuleris eive addideris, iam non manebit idem. Et quemadmodum aliquid sit oportet, quod vniat numerum, & per quod

ix.

per quod numerus sit vnus, sic in definitione ac quiditate. qđ quid sit dicere nequeunt, qui numerum substantiam esse aiunt. idcirco, quod numerum vnit, atq; ipsum efficit vnũ. vel enim inquit numerus nõ est vnus, nisi tanq̃ aceruus, aut si est, explicare oportet, quid ex multis vnum efficiat. At isti neq; numerũ quid vnum efficiat, nec quid definitionem vnam dicere possunt. quod merito eis vsu venit, siquidem ratio eadem est. Ex qua enim ratiõe causaq; eis accidit, vt dicere nequeant, quo numerus existat vnus, ex eadem efficitur, vt idem in definitione explicare non possint. Cęterum substantiam & quiditatem vnum esse certum est, non tñ vt quidam dicunt, propterea quod vnitas quædã sit, aut punctus. Plato.n. formam vnitatem, materiam vero dualitatem appellabat, sed vna quæq; substantia vnum est actu & natura quædam, nõ autẽ potentia. Et quẽadmodũ numerus nõ habet magis, nullus.n. numerus est magis numerus q̃ alter, sic ne substantia quidẽ, q̃ per formam intelligitur magis habet neq; minus. neq; magis substantia est, q̃ altera forma. Licet.n. forma magis substantia sit, q̃ substantia materia vocata, non tñ q̃ substantia q̃ est forma. quibus cõmemoratis cõcludit, de ortu dicens, & interitu substantiarũ appellatarum qũo fieri possit explicatum esse. Cõpositam .s. generari, formã non itẽ. Præterea de reductiõe in numeꝝ. proxime nãq; qũo definitiões in numeros reducere oporteat explicauit. Qua vero re numerus vnus sit, atq; itẽ definitio & quiditas in ꝓsentia ꝓtermittit, disputaturus de ipso in calce huius libri. vbi ait, de dubitatione autẽ dicta circa definitiones ac numeros & cætera quæ sequuntur.

De materiali vero substantia non lateat hoc oportet: esse inquam cuiusq; propriam materiam quandam: & si ex eodem omnia primo: aut ex eisdem aut primis fiunt: eademque materies est: vt principium vniuersis quæ fiunt. Sunt enim dulcia quidem, aut pinguia, pituitæ materia prima: amara autem, aut alia quædam, bilis. At hæc ex eodem forsitam fiunt. Eiusdẽ aũt plures materiæ fiunt, cum altera alterius materies est, veluti pituita fit ex pingui, ac dulci, si pingue ex dulci fit. Ex bili vero propterea quod in materiam primam bilis resoluitur. Dupliciter.n. hoc ex hoc fieri solet: aut cum profectione ad anteriora: aut cum resolutione ad principium itur. Fit autem vt vna ex materia, diuersa: ob mouentem causam oriantur: ex ligno enim arca fit, & lectica. Quorundam etiam diuersorum materiam necesse est diuersa: veluti serra non fiet vnquam ex ligno: neque hoc est in potestate mouentis causæ situm: non enim vnquam ex lana aut ligno conficiet serram, quod si idem diuersa ex materia effici potest. Patet idem principium eandemque artem esse mouentem. Nam si materia sit diuersa: & mouens item diuersum: id etiam quod efficitur diuersum non idem erit. Cur igitur quispiam quæ nam sit causa quærit, quoniam multis modis causa dicitur: vniuersæ quæ possunt esse causæ dicantur oportet. Veluti quæ nam sit causa hominis vt materies. Menstruus sanguis: quæ vero vt mouẽs. Semen: quæ præterea vti forma: quiditas ipsa: q̃ insup vt id gr̃a cuius cętera fiunt, finis. Atq; hęc ambo sunt forsitã idẽ. Causas ãt ꝓpinquissimas assignare oportet: vt materiã propriã non terram non ignem.

(De materiali aũt ſubſtãtia nõ lateat hoc oportet)cõcluſis q̃ de materia,& forma dicta ſunt,cũ dixiſſet(de generatione ſubſtantiaꝝ et interitu)& q̃ ſequunt̃,ait,non aũt ignognare oportet.ćt ſi cuncta ex informi materia vt ex prima generatione,& hæc ſit,quaſi principiũ materiale vel potius ex eiſdẽ vt primis,appellat ãt prima,quattuor elemẽta, licet ergo,q̃ generant̃ ea ex his fiant tanq̃ ex primis tñ cuiꝙ ſua eſt & ꝓxima materia. Nã vt æs proxima eſt ſtatuæ materia ,ſic dulcia & pinguia ſunt prima proximaq; materia flegmatis ſiue pituitæ.Materia enim pituitæ eſt dulce & pingue,bilis autem amarum,vel tale quidq̃.(Atq; hæc) inquit.i.dulce & pingue,atq; amaꝝ (ex eodem forſitam ſunt).i.ex quattuor elementis .Illud autem(forſitam) vel propter materiam primam adiectum eſt,ex hac.n.exiſtunt elementa, vel quia non eſt propoſitum nunc diſputare num dulcia & pinguia ex quattuor elementis fiant, necne. Sed q̃q̃ ſua ſit cuiꝙ materia ,accidit tñ ,vt eiuſdem complures ſint materiæ.cum materię habetur materia. vt ſi ex dulci fiat pingue,ex pingui pituita,pituitæ duæ fuerint materię .i. pingue proxima,dulce remotior.Prćfatus aũt pituitã ex pingui fieri , addit ex bili quoꝙ fieri.proꝑterea qđ reſoluitur in bilim tãꝙ in primã materiã.Nã cum bilis humor ſit , qui magis informatur , q̃ pituita,eſt.n.pituita humor oĩo incoctus,idcirco pituita prius generat̃ ex ciborum cruditate. ex quattuor igitur elementis dulcia pinguiaq; gignuntur,ex his pituita,ex pituita bilis.Si ergo vſu veniat,vt bilis reſoluatur in elementa,fiet haud dubie ex bili pituita ex hac elementa.Sed intereſt,qm̃ proceſſus a pituita in bilim eſt generatio ſimplex,interitus vero quidam.a bili vero in pituitã,interitus ac oĩo reſolutio vt in materiã primam.Itaq; aliter pituita fit ex dulci & pingui,aliter a bili . Ex dulci. n. ac pingui pituita fit ,tanq̃ forma ex materia & priuatione,ex bili vero,quaſi materia ac oĩo priuatio ex forma & habitu. Dupl'r .n.inquit hoc ex hoc fieri ſolet,aut proficiendo.i.cum ex deteriore forma,q̃ priuationis ęmula eſt,ꝓceditur ad potiorẽ.(aut cũ reſolutione ad principiũ itur).i.qñ potior forma reſoluitur in deteriorem. Eſtq; mutatio aquæ in aerem ,pfectus , mutatio vero aeris in aquam reſolutio in principium.Neque vero ſolum accidit,vt vnius formæ ſint plures materiæ,ſed etiam vt ex vna materia diuerſæ formæ efficiantur propter principium mouens. Et enim qm̃ complures formæ inſunt in anima fabri ęrarii,idcirco ex vna materia,vt ex ære lebetem,aſciam atq; ollã efficit,quæ formæ interſę diuerſę ſunt .q̃q̃ non omnium diuerſorum ,materia eadem eſt.Immo aliquorum diuerſorum materia neceſſario eſt diuerſa .Serra enim ac lectus diuerſa ſunt,& materiam diuerſam neceſſario habent.Neq; enim ſerra ex ligno efficitur niſi ęquiuoce,ſed ex ferro.Neq; eſt in artificis poteſtate ſerrã ex lana vel ex ligno conficere . Quod ſi idem inquit ex alia & alia materia effici poteſt,haud dubie hoc ab eadem arte efficietur.Nã ſi põt aſcia ex ære fieri atq; ex argento , proculdubio eadem ars hoc efficiet.Qm̃ ſi materię ſunt diuerſę,& item quæ materiam mouent,hoc eſt artes vel artifices,nihil.n.refert,ea quoꝙ quæ fiunt ex diuerſis & artibus & materiis erũt diuerſa . Quod ſi tum figulus tum etiam faber ærarius ollam efficiunt alter ex terra,ex ære alter,cum materię diuerſæ ſint atq; item artes,tamen non prorſus artes ſunt diuerſæ . Sed quatenus faber ærarius forcipem & aſciam conficit , figulus non item, & figulus amphoram non autem faber ærarius , diuerſæ ſunt . In eo vero quod vterque ollam efficit , eædem eſſe intelliguntur . Sed id duntaxat quod vtraque ars efficere poteſt. His commemoratis ad diſputandum de cauſis aggreditur . & cum quadruplĩciter cauſa dicatur , ſiquis inquit cauſam petat , omnes quęcunque eſſe poſſunt explicandæ ſunt . non autem remotæ , ſed proximæ. vt ſiquis quærat hominis cauſa vt materia , quæ ſit , non eſt reſpondendum , quattuor elementa , ſed menſes muliebres , cauſa vero vt mouens ſemen genitale . Neque enim quattuor elementa ſunt

hominis in eo quod homo eſt elementa,ſed in eo qđ eſt corpus cõpoſitum.Rogatus aũt quæ ſit cã vt forma,quiditatem reſpõdere debet,ea vero cuius gratia, finis.Intelligendum eſt tñ id cuius gratia & formam idem eſſe in naturalibus , in artificioſis non idem.Neq;.n.idem eſt arcæ forma & id cuius gratia arca fuit effecta . Sed forma eſt talis figura,finis vero conſeruatio ſupellectilis .

Circa igitur naturales ſubſtantias, generabileſque ita verſari neceſſe eſt: ſi cui curæ eſt recte verſari,ſi hæ & tot ſunt cauſæ , vt cognoſcere eas oportet. In naturalibus autem perpetuisue ſubſtantiis alia ratio eſſe videtur. Quædam enim materiam fortaſſe non habent: aut non talem ſed ſolum mobilem loco,ea etiam quæ natura quidem ſunt:ſubſtantiæ vero nõ ſunt: materiam non habent:ſed ſubſtantia eſt ſubiectum veluti quæ nam eſt defectionis cauſa.Atq; non eſt vlla materies aſſignãda:quippe cum non ſit: ſed luna ſit id quod patitur . Quid nam eſt cauſa vt id quod mouit lumẽ q;'corrũpit:terra . Id vero gratia cuius cætera fiunt fortaſſe nõ eſt:at cauſa quæ eſt vt forma:eſt ipſa ratio:ſed non manifeſta eſt:niſi cum cauſa fit. Veluti quid eſt defectio : priuatio lucis . Quod ſi additum hoc fuerit a terra intercedente:hæc erit ea quæ eſt cum cauſa ratio . Obſcurum autem eſt de ſomno quid eſt,quod patitur primum.Quod ſi animal quiſpiam dicat, ſit ita:at quonam patitur ipſum:& quod patitur primum dicat oportet. Cor ne:an aliquid aliud . Deinde a quonã patitur . Poſtea quæ nam illius & nõ ipſius totius eſt paſſio . Quod ſi ſit immobilitas talis, ſit ita:at addatur:oportet:hoc ipſo q; aliquid patitur ipſum primum. Qm̃ aũt ſine generatione quædam corruptioneue ſunt & nõ ſunt:vt puncta ſi ſint:& formę omnino:nõ enim ſit ipſum album:ſed lignum album:ſi omne quod fit ex aliquo/atq; aliquid fit . Nõ omnia ſane cõtraria ex ſeſe mutuo ſunt . Sed alio modo albus homo ex homine nigro:& alio mõ album ex nigro . Neq; cuiuſlibet materies eſt:ſed eorum quorũ eſt generatio mutua mutatioue.

xi. Quæ uero ſine mutatione ſunt/aut nõ ſunt:ea materiem nõ habent.

(Circa igitur naturales ſubſtantias generabileſq; ita verſari neceſſe eſt.) Poſtq̃ dixit cũ cauſæ quattuor ſint,quattuor cauſas intererrogantibus eſſe reddẽdas, de naturalibꝰ natiuiſq; non ſempiternis ſubſtãtiis neceſſario ita eſſe diſſerendũ tradit , ꝓximaſq; cãs reddi oportere.Siqs recte velit diſputare. At cum cauſas reddi a nobis oporteat,non ẽ cõmittendum ,vt cauſas ignoremus.Nam quod ignoras,id explicare , qui poſſis ? In naturalibus enim ac ſempiternis .i. in vniuerſa octo ſphęrarum vnitate, alia ratio eſt, fortaſſe enim materiam nõ habet . Nam ſi caret materia, non poteſt in ea cauſa materialis explicari. Adiecit autem illud (quædã) quoniam licet corpus circũlatum quiſq̃ materia carere neget , defectus tamen lunæ , qui naturale quiddam eſt , quid tandem materiam eſſe dicat ? Sed cum dixiſſet fortaſſe non habet materiam, addit , vel ſi habet,non tamen natiuam & mortalem,ſed loco tñ mobilem.Non igitur eorum eſt materia ,quæ licet natura ſint,non ſunt tamẽ ſubſtantię,ſed affectiones.his nãq; ſubiectũ quidem eſt ,at non materia.Neq; enim quidquid eſt alicui ſubiectũ,id eius cui ſubiicitur,eſt materia . Nam defectus lunæ quæ poteſt eſſe materialis cauſa ? profecto nulla.

ſed luna ſubiectum eſt ipſius,materia vero nihil. Nam ſi luna materia defectus eſſet, forma ipſe defectus,vtiq; ceſſante defectu,ne luna quidē ſupereſſet.Sublatis enim formis, res quoq; tolluntur,quæ per ipſas ſunt. At tunc etiam cum nullus eſt defectus, luna nihilominus eſt,haud dubie igitur neq; defectus eſt forma lunæ,neq; luna materia defectus,ſed defectus materiali cauſa vacat,ergo ne habet quidem gratia cuius vt huiuſmodi cauſas reddere non ſit elaborandum. Cauſa vero efficiens eſt terra,quę lumen intercipit, forma autem defectionis eſt quidem ratio, ſed incerta,niſi forte ſit cū cauſa. vt ſiquis defectum priuationem luminis eſſe dicat, incertum eſt, an hæc ſit ratio, atq; forma defectionis. Nā tenebræ ſunt quidem priuatio luminis,nec tamē ſunt defectio.Quod ſi dicas defectus eſt priuatio luminis,q̄ ſub terram in medio ſit,hęc ratio defectionis eſt cum cauſa. In ſomno etiā dubium eſt, quid ſit primum,qđ patitur, vt rō ipſius explicetur.ſiquis aūt dicat,animal eſt primum qđ patitur, is explicet oportet,hoc animal qua parte affectum obdormit.aut eoꝝ,quæ in ipſo ſunt,quid primo affectum ſomnū induxit. aliquid.n.aliud prius affectum inducit ſomnū animali. Num igitur illud cor ſit dubitatur,vt ipſi placet,an cerebrum,vt viſum eſt platoni. Ariſtoteles.n.principium aīalis cor eſſe ratus,ait,qūcadmodum in mundo vapores elati ac refrigerati in aquā concreſcunt,ac rurſus deferuntur,ſic in aīalibus,vapores ex cibis dū coquuntur exhalantes cerebrum ſubire, & ab hoc natura frigido refrigeratos deſcēdere & cor ipſum impetere,cuius calore ſtincto, ſed non pęnitus,dormire animal,donec illi diſcreti rurſus reducātur,ad hunc igī modum e ſomno animal excitatur.Ergo dubium eſt inquit in ſomno,quid eſt qđ primum afficitur,& a quo, & q̄ eſt illius affectio.i.quæ ſit affectio patientis,non totius animalis immobilitas huiuſmodi .quaſi dicat, ſi cui ſomni definitionem reddere libeat,ne dicat,ſomnus eſt immobilitas ſenſuū animalis .hoc enim de omni totius animalis quiete dictum eſt,& toti animali cōgruit, non ſomno. At ſomni definitio ſoli ſomno conuenire debet. Sed fortaſſe illud (immobilitas talis)de ſomno dictū eſt, vt ſit ſenſus oportere ſommi affectionem explicare, ac dicere ſomnus eſt immobilitas talis (& hæc quoniam primum aliquid patitur) id eſt & hæc immobilitas exponatur, ſic ſomnus efficitur, quoniam primum aliquid patitur. quod ſomnus efficitur .i. explicetur quid primum patitur, quod ſomnus eſt effectum,num cor an aliud quidquam! His commemoratis rurſus quorum habeatur materia, & quorum ſecus apertius ediſſerit dicens, quædam abſque generatione & interitu ſunt & non ſunt, vt puncta & cōtactus, ac omnino formæ,forma enim abſq; tempore, & momento indiuiduo fit. vt docuit in libro ſeptimo de phyſico auditu. quod ipſum hoc in loco confirmat,formam dico non generari,dicens.(Non enim fit ipſum album, ſed lignum album).i.lignum albeſcit, album autem indiuiduo momēto ingeneratur. Quoniam igitur aliqua ſine generatione ſunt,ac rurſus abſq; interitu non ſunt,omne autem quod fit, ex aliquo fit,& aliquid efficitur album .ſ. vel homo, profecto non omnia contraria ex ſe mutuo fiunt,ſed aliter homo albus efficitur ex homine nigro, aliter album ex nigro. quoniam homo albus ex homine nigro efficitur, vt ex materia,album vero ex nigro,vt hoc poſt illud .quemadmodum cęna poſt prandium. Sed neq; omnis rei materia eſt,ſed earum tantum quibus eſt mutua alterius in alteram mutatio. Nam quæ ſine mutatione & ſunt & non ſunt, vt contactus, horum non eſt materia.

Exiſtit aūt dubitatio,quomodo cuiuſq; materies ſeſe habet ad diuerſa cōtraria.Ceu ſi corpus potētia ſanū eſt,& morbus eſt cōtrariū ſanitati,eſt ne vtrūq; potentia.Et item aqua potentia vinum, atq; acetum. An alterius

quidem habitu formaque materies eſt:alterius autē priuatione corruptio neue præter naturam.Dubitatio inſuper quędā emergit:& cur vinum nō eſt aceti materies: neque potentia acetum: & tamen fit ex ipſo acetum: & is qui viuit, potentia cadauer ſimili modo. An ita non eſt ſed per accidens ſunt ipſæ corruptiones. Animalis enim ipſa materia per corruptionem potētia eſt cadaueris: materieſue:& aceti ſimiliter aqua. Fiunt enim ex hiſce perinde atq; ex die fit nox. Et quæ igitur hoc pacto mutationem mutuam ſubeunt: ea redeant in materiam ipſam oportet. Veluti ſi ex cadauere animal oriatur: primum in materiam cadauer reſoluatur oportet deinde hoc pacto fiet: acetum identidem reſoluatur in aquam deinde vinum oriatur oportet.

xii. (Exiſtit autem dubitatio quomodo cuiuſq; materies ſeſe habet ad diuerſa contraria.) Cum valitudo & morbus contraria ſint, ſitq; corpus facultate ſanum, vtrum inquit potentia quoq; ægrotum eſt! & aqua facultate vinum & acetum! & perconctatus reſpondet dicens. (An alterius habitu formaque materies eſt)id eſt vtrum corpus valetudinis eſt materia vt habitus & formæ,morbi autem vt priuationis,& interitus præter naturalis .Similiter aqua materia eſt vini,vt formæ,aceti vt priuationis. (Sed dubitatio inquit quædam emergit,cur vinum non eſt aceti materies!neq; eſt potētia acetum!& tamen fit ex ipſo acetum.) Ex vino enim acetum efficitur.Item viuens cur nō eſt potentia mortuus!& eſt materia mortui!& ſoluit quæſtionem dicens. (An ita non eſt,ſed per accidēs ſunt ipſæ corruptiones.)eſt autem ſenſus,neq; vinum eſt aceti materia,neq; viuens mortui, ſed per accidens ſunt interitus, interitus porro vocat deteriores formas,q̄ viæ ductis ad ſe materiā hñt formas potiores.Animalis.n.materia p interitum & priuationē materia eſt & potentia mortui.nō aūt ipſum animal. Nam vt animal mortui materia eſſe dicatur,materia cauſa eſt,quę in ipſo habetur. Nam quia materia animalis poteſt mortui effici materia,idcirco ex accidenti dicitur materia mortui.Cui ſimilis eſt ratio in vino.Quia.n.aqua,quę vini materia eſt,Poteſt eſſe aceti materia,ideo vinum ex accidenti aceti materiam eſſe dicimus.Nam vt ex die nox efficiatur;non tamen dies noctis eſt materia,Sic ex animali mortuus,& ex vino acetum. Si vero inquit ex mortuo debeat animal generari,mortuus in quattuor elementa reſoluetur,& ſic ex ipſis naſcetur animal,& pari ratiōe acetum in aquam,quę materia vini eſt, & ſic vinum generabitur.

De dubitatione autem iam dicta circa diffinitiones ac numeros:quænam ſit cauſa vt ſint vnum:deinceps dicendum eſſe videtur. Eſt enim profecto cauſa quædam:vt id omnē ſit vnum, quod plures partes habet,& nō eſt vniuerſum, vt cumulus, ſed eſt quid ipſum totum præter partes, ex quibus conſtat. Nam & corporum quibuſdā tactus: quibuſdam viſcoſitas:aut aliquid aliud ſimile cauſa eſt vt ſint vna:Diffinitio autem oratio eſt vna :non coniunctione vt ilias:ſed quiā vnius eſt. Quid igitur eſt quod facit hominem vnum. Et cur vnum eſt ſed non multa, animal atq; bipes, præſertim ſi ſit vt quidam inquiunt ipſum quid animal ipſumque bipes: Cur enim homo non eſt illa ipſa. Atq; erunt homines non homines vllius participatione :ſed duorum animalis inquam & bipedis,& homo omnino

non erit vnũ:ſed plura :animal atq; bipes .Patet igr̃ eos qui diffinire dice⸗reque ſolent,reddere non poſſe atque ſoluere dubitationem.Si vero ſi,vti dicimus vnum vti materies :alterum vti forma ,& alterum potentia, alterum actu:nulla id quod quæritur dubitatio videbitur eſſe . Eſt enim hæc dubitatio eadem , & ſi veſtimenti diffinitio rotundum æs erit , hoc enim nomen ſignum huius erit orationis . Quare id quod quæritur eſt:quæ⸗nam eſt cauſa vt æs atque rotundum ſit vnum. Non igitur dubitatio vl⸗terius eſſe videbitur : propterea quod alterum eſt materies , alterum for⸗ma.Quid igitur huius cauſa vt id quod erat potentia , ſit actu,præter id quod fecit :in quibus eſt generatio . Nulla eſt enim alia cauſa vt ea quæ potẽtia erat ſphæra :ſi actu ſphæra:ſed hoc erat quiditas vtriuſq;. Eſt aũt materies alia ſenſibilis,alia intelligibilis :& rationis ſemp pars,eſt materia pars actus:ceu circulus figura eſt plana.

(De dubitatione autem iam dicta circa definitiones quæ ſit cauſa vt ſint vnum) in li⸗ xiii.
bro ſuperiore hanc quæſtionem propoſuerat , & inſolutam reliquerat,& in hoc rur⸗ſus eiuſdem mentionem fecit,nihilo magis explicata ſolutione , quare quæſtionẽ bis propoſitam, ſolutam vero nunquam,hoc in loco ſoluit. Eſt autem quæſtio,cum defi⸗nitiones ex pluribus conſiſtant ,quid nam eſt quod hæc vnit,atq; efficit vnum! Merito enim quærat aliquis,quid eſt quod animal & pedeſtre,& bipes efficit vnum ! Nã quę⸗cunq; partes complures habent,neq; ſunt omne,vt aceruus , ſed continuum & totum a partibus diuerſum , totum enim diuerſum eſt a ſingulis ſuis partibus,horum inquit aliqua cauſa eſt, vt vnum ſint.hoc enim in dictione deſideratur . Nam vt in corpori⸗bus,quibuſdã contactus cã eſt,vt vnum ſint, aliis vero teriacitas , vt enim viſcus vnũ fit,nec diſſoluatur aut diſluat more terræ vel aquæ,tenacitas eſt in cauſa,ſic definitio cũ ſit vna non vinculo vt ilias , ſed quia vnius cuiuſpiam eſt , quid nam eſt id a quo effi⸗citur vnum & ipſa & id cuius eſt definitio. & per quod non plura ſunt animal pede⸗ſtre bipes.Præſertim inquit ſi vt aiunt auctores idearum , eſt ipſianimal , & ipſibipes , quid eſt id a quo hæc vniuntur ,ac vnum fiunt . Ipſe vero cum dixiſſet,præſertim ſi ſit ipſianimal & ipſibipes,ſubiecit,cur enim ipſihomo nõ eſt illa ! & quæ ſequuntur. vt ſit interrogatio p conceſſionem. quaſi dicat . At ſi nequeunt explicare , quo fiant vnum ipſianimal,& ipſibipes,cur ipſihomo non erit hæc! & ſic homines noſtrates,erunt par⸗ticipatione non hominis vnius.i.erunt participatione non ab ipſihomine . Ipſianimal enim & ipſibipes interſe diſtincta ſunt,quæ ſi vnita eſſent ipſihomo perficeretur ex ip⸗ſis,& ſi fieret,vt homines noſtrates participatione ipſihominis eſſent .cum autẽ diſcre⸗ta ſint , & ponatur hæc eo modo ipſihominem conſtituere ,homines erunt non parti⸗cipatione vnius cuiuſpiam hominis,ſed duorum,hoc eſt animalis & bipedis.& ſic ho⸗mo non erit vnum ,ſed plura animal.ſ.& bipes . quid eſt ergo id a quo hæc vniuntur! ſic igitur concedendo,vt puto,perconctatus,perſpicuum eſſe ait,quęſtionem ſolui nõ poſſe ex iis,q̃ definiunt ac ſtatuunt de definitionibus , qui participationes quaſdam & neſcio quæ alia comminiſcuntur . At ſi vt nos aſſerimus , omnia ex materia & forma conſiſtunt,& hoc eſt poteſtate , atq; materia,illud actu & forma , quæſtio nullam ha⸗beat dubitationem.Cui enim dubium eſſe poteſt, propter quid æs , & forma globi , q̃ in ipſo habẽt eſt vnũ! Nam ſi forma ipſa ſeparatim per ſe eſſet ,vt idearum aſſertorib⁹ placet,& ſimiliter materia ,tunc re vera dubium eſſet,a quo quæ ſeparata ſunt,& p ſe⸗

vnirentur.Nunc cum forma non ſit per ſe in ſubſiſtentia , ſed materia exempli gratiã ære,ab artifice mouenda ſine tempore ingeneretur,hoc quam poteſt habere dubitatio nem,a quo hæc vniantur & fiant vnum! (Eſt enim inquit hęc dubitatio eadẽ ac ſi veſti menti definitio ſit æs rotundum .) Eſt aũt ſenſus , ſiquis æneo globo imponat nomen veſtimentum & tunc definiens dicat veſtimentum eſt æs rotundum . Nam veſtimen⸗tum nomen ſignificare poteſt æs rotundum.vt nomen hõ ſignificat,animal pedeſtre bi⸗pes,quæſtio igitur,q̃ petit,a quo animal pedeſtre bipes vnum fiat cadẽ eſt,atq; ea quæ inquirit quid eſt id qd æs globoſum vnum effecit , nec difficultatem habere videtur : alterꝝ.n.i.animal pedeſtre,eſt materia,alterꝝ vero forma vcꝫ bipes. Itẽ æs materia eſt. rotundũ vero forma.Nihil eſt igr̃ aliud cã,efficiens vnum,niſi cauſa efficiẽs,in iis,in quibus eſt generatio.qd̃ ergo materia,quæ poteſtate erat,hoc aliqd,efficit vt eſſet actu id quod erat potentia,exẽpli gratia æs,qd̃ potentia erat globus,vt actu globus fieret , ẽ artifex & nihil aliud.quin vt materia quę porentia erat animal,actu animal fieret,nullã aliã cauſam nouimus,q̃ ipſam naturã,quæ ipſam ſic effinxit , & alterauit . At ſi forma eſſet p ſe qũo cum materia vniri poſſet,ne intelligi quidẽ poteſt oĩo. Sed cũm dixiſſet nihil aliud eſſe cauſam,vt quod potentia globus erat,actu globus fieret adiecit : (Sed hoc erat quiditas vtriuſq; .) vtrumq; dicens hominem & globum de quibus mentio⸗nem proxime fecerat. hoc autem eſt quod ait,ſed hoc erat quiditas vtriuſq;.i.hominis quiditas eſt animal pedeſtre bipes,globi autem talis figura.vel igitur hoc dicit,cum ait (Sed hoc erat quiditas vtriuſq;)vel vtriuſq; quiditatem eſſe actum.Actus.n.materiæ; quæ potẽtia eſt globus,eſt globi quiditas,& materiæ q̃ potẽtia eſt animal,actus eſt ani⸗malis quiditas.At ſi materiæ actus eſt ipſa quiditas,nõ decet ignorare,materiã aliã eſſe intelligibilẽ,aliã ſenſibilem.Nã cum genera ſint ęmula materię,animal materia eſt in⸗telligibilis,& materia formę,caro autẽ & oſſa materia ſenſibilis.ac viciſſim figura ma⸗teria intelligibilis,ęs ãt ſenſibilis.Cæterꝝ figura eſt materia rõnis & formæ, æs autẽ cõ⸗poſiti ex ære,& tali figura,vt oſſa & nerui hominis compoſiti.

Quæ vero neque intelligibilem,neque ſenſibilem materiam habent : eorũ vnumquodque continuo vnum quid proprie eſt ,quemadmodum & ens quid proprie:ſubſtantia inquam,qualitas quantitas:atque non ſunt in eo quod eſt : & in vno tanquam in genere . Idcirco & in diffinitionibus nec id quod eſt nec ipſum vnum accipitur. Quiditaſque vnum quid eſt conti⸗nuo : quemadmodum & quippiam ens . Quapropter & nil aliud eſt cauſa vt vnum quodq; iſtorum ſit vnum ,aut etiam ens : Continuo enim vnũ⸗quodq; iſtorum,& vnum quid,& ens quid etiam eſt:non tamen a ſingula⸗ribus ſeparabilia ſunt . Propter hanc autem dubitationem quidam parti⸗cipationem cauſam vnitatis inquiunt eſſe :ſed quænam ſit participatiõis cauſa,& quid ſit particeps eſſe dubitare videntur.Quidam animæ copula⸗tione:vti Lycophron ſcientiam,copulationem ſciendi atq; animæ eſſẽ di⸗cebat . Quidam ipſum viuere compoſitionem aut coniunctionem animę in corpore eſſe cenſent: & tamen eadem in vniuerſis eſt ratio.Valere enim aut copulatio aut coniunctio,aut compoſitio animæ,aut valitudinis erit. Et ęs eſſe triangulum eris ,atque trianguli compoſitio :& album itidẽ eſſe ſuperficiei compoſitio atq; albedinis . Hæc autem propterea dicunt , q⸗

rationem vnitatis effectricem potentiæ atque actus,& differentiam quę runt. Est autem vti dictum est vltima materia, formaque idem, & alte rum potentia, alterum actu. Quare simile est quærere quidnam sit ip sius vnius causa: & vt sit etiam vnum. Est enim vnumquodque quid vnum,& id quod est vnum, & id quod est actu, vnum aliquo modo sunt. Quare nulla est alia causa :præter eam quæ ad actum ex potentia mouit. Quæ autem expertia materię sunt:ea proprie vnum quid sunt:& proprie ens quid vniuersa.

(Quæ vero neq; intelligibilem,neq; sensibilem materiam habent)facta iterum men xiiii.
tione de materia,neq; id temere,sed vt de decem prædicamentis disputaret,præfatus materiam alium esse intelligibilem,aliam sensibilem ait,quæ vero neq; intelligibilem, neq; sensibilem materiam habent, eorum quodq; vnum quiddam est, & simpliciter vnum,atque proprie vnum.quemadmodum ens. Cætera enim singula quæ constant ex materia & forma propter suam continentiam vnum dicuntur, quæ vero materia tum sensibili,tum intelligibili vacant,simpliciter vnum sunt. Quæ si materiam haberent,vnum essent propter continentiam,vt quæ ex materia & forma consistunt.nũc cum non sint in materia,sed eius expertia nudaq; sint,simpliciter ac proprie vnũ sunt. quæ porro sint,quæ neq; sensibilem ,neq; intelligibilẽ materiam habent, exponit hoc i. substantia,quale,quantum. his autem ne intelligibilem quidem materiam suppetere certum est. Nam cum genera materiam intelligibilem esse dicamus,horum autem nullum sit genus,sunt enim genera generalissima,nec est vlla natura,a qua superetur, haud dubie illis non suppetit materia intelligibilis.Sed neq; sensibilis. Materia enim sensibilis compositorum est,& sensibilium,nõ simplicium & intelligibilium. Hæc aũt i.hoc,& quantum,atq; quale & reliqua,materia vacant,& intelligibia sunt. quanquam cũ talia sint,non tñ separari possunt,vt ipsi subsstantia,& ipsiquale,sed in sensibilibus ac singulis habentur. Neq; vero quoniam sunt in singulis ,idcirco materiam habere putari debent. Nam & si substantia hæc materiam habet ,& subiectum hoc, tamen substantia simpliciter materia caret.quippe quæ in incorporeis, & materiæ expertibus reperiatur. Ac sensum quidem horum verborum huiusmodi esse puto. Dictio autem p excellsum legenda est ad hunc modum.(quæ vero neq; intelligibilem,neq; sensibilem materiam habent, eorum vnumquodq; continuo vnum quid proprie est,quẽadmodũ & ens qd proprie hoc inq̃,quale & q̃tum)dende(atq; nõ sunt in ente & in vno tãq̃ ingñe.)tũ (idcirco in definitionibus neq; ens neq; vnũ)& q̃ sequunt̃.vsq; ad illud(continuo.n.vnũquodq; istorum vnũ quid & ens quid est)& sic illud (nõ tñ a singularibus separabilia sunt.)Sed licet hoc inquit & quale,atq; q̃tum sit ens quid & vnum quid,tñ neque ens,neq; vnum ipsorum est genus .cum ipsa genera generalissima sint.Sed ens & vnum de ipsis ,vt sæpe dictum est prædicantur ,vt quæ ab vno,& ad vnum dicuntur.Et quoniam neq; ens,neq; vnum ipsorum,est genus, idcirco non sumitur in ipsorum definitionibus.quo in loco descriptiones appellat definitiones. Nam definitiones ex generibus constant, & differentiis,horum autem nulla sunt genera, quare ne definitiones quidem. Estq; substantiæ ,& quanti ac cæterorum quiditas statim vnũ quiddam esse,& quoddam ens,quare.i.quia ipsorum quiditas est quoddam vnum,& qddã ens,non est alia causa horum cuipiam vt vnum sint, atq; ens. Nam si ens vel vnum genus esset substantiæ ,vel quanti,vt animal est hominis genus,nimirum aliqua causa esset,vt ipsa vnum sint, atq; ens. Cum autem statim ens quiddam,& quiddã vnum

sint,nulla causa est, vt sint vnum, vel ens. Sed quanquam substantia,quale & quãtum, talia sint, tamen non possunt, a sensibilibus separari. Sed in ipsis sunt. his explicatis rursus ad priora reuertitur dicens. (Propter hanc autẽ dubitationem)quę.s. inquirit, quæ causa est, vt animal pedestre bipes vnum sit? (quidam participationem dicunt) vt plato, qui participatione idearum nostratia esse tradebat. (Sed quænam sit participationis causa, ac omnino quid sit particeps esse)& quomodo fieri hoc possit, dubitant, nec explicare valent. (Quidem inquit animæ copulationem, vt lycophron sophista, qui scientiam esse dicebat ipsius scire, atq; animæ.)scriptura tamen apertior esset, si se ad hunc modum haberet, scientiam esse copulam ipsius scire atq; animæ. Rogatus enim lycophron quid est causæ, cur scientia & anima vnum sit, respondebat, copula. Alii vero viuere vinculum esse dicebant animæ in corpore. At hoc inquit in omnibus similiter dici posset. Nam siquis me interroget, quid est causæ? cur superficies & album vnum sint, in promptu erit respondere, vinculũ albi atque corporis. beneualendi autem vinculum vel copula siue compositio animæ,atq; valetudinis. At hoc ridiculum est. Nam compositio eorum esse dicitur, quæ prius actu separata erant, deinde fuerunt composita. vt fit in mulso. Valetudo autem,quæ per se ac separatim non est, quomodo potest, cum anima componi. Illud enim stultum est, triangulum æneum, æris ac trianguli compositionem esse dicere. cum triangulus esse per se nequeat, neque cum ære componi, quin potius ære sic mouendo efficitur triangulus. Causa vero inquit, cur hæc dicunt est, quoniam inquirentes causam, quæ ęs quod erat facultate triangulus, effecit actu triangulum, nescie bant rationem vnientem reddere, id est causam & differentiam, cur vnum sint. Si enim reperire ac explicare potuissent rationem & causam vnitatis effectricem, id est vnientem id quod erat potentia, siue materiam, & actum hoc est formam, nunquam in hunc errorem deflexissent. Sed vt sæpe dictum est,materia vltima,id est proxima, hanc enim nunc appellat vltimam, atque forma vnum sunt. Ita vt hæc vnum sint, non est alia causa, q̃ ea quæ materiam ex potentia in actum mouet. Quæ vero materia vacant, vt dictum est, ea singula simpliciter & proprie vnum, atque ens sunt. Quo in loco diuinum viri huius artificium admirari licet, quo a posterioribus, neque enim aliter hoc fieri posset, nobisque notis viam ad deum optimum maximum ac oĩum parentem & conditorem cognoscendum nobis cum ratione aperit,docens ,vt faber ærarius causa est,vt æs & globus vnum sit, sic facultatem vnitricem ipsius ac effectricem causam esse rerum omnium, vt sic habeant, quemadmodum sese habent.

Finis libri septimi, Octaui latinis.

Enarratio Alex. Aphr. in Octauum lib. primę philoſophię. Latinis Nonum. Intreprete Io. Geneſio.

DIctum eſt igitur de ſubſtantia quæ quidem eſt primum ens, & ad quod omnia prædicamenta ipſius entis cætera reducuntur. Ratione nanque ſubſtantiæ quantitas, qualitas: & cætera quæ hoc pacto dicuntur, entia dici ſolent. Vniuerſa enim ſubſtantiæ rationem habebunt: vt in prioribus ſermonibus diximus. Cum autem id quod eſt, partim ſubſtãtia, aut quantitas, aut qualitas: partim potentia, atque actu dicatur, de potentia etiam & actu determinemus oportet. Atque de potentia primo: quæ maxime quidem proprie dicitur, non tamen ad id quod nunc volumus confert. Ad plura enim ſeſe extendit potentia atq; actus q̃ ea quæ tantummodo per motum dicunt̃. Sed ſi de hac dixerimus in hiſce quæ & de actu determinabimus: de cæteris etiam declarabimus. Multipliciter igitur potentiã dici, ac ipſum poſſe in aliis a nobis eſt diffinitum. Harum autem eæ quæ potentiæ dicuntur æquiuoce, omittantur. Nõnullæ nanq; ſimilitudine quadã dicunt̃ quẽadmodum & poſſibilia & impoſſibilia quędã in geometria dicũtur, ꝓpterea ꝙ aliquo modo ſunt, aut non ſunt.

i. ISputato in ſexto ſeptimoque libro de ente per ſe, conſentaneum eſt, vt in hoc de eo quod actu eſt ſiue potentia diſſerat. Nam cum ens de eo quod actu eſt dicatur, deq; eo quod eſt potentia, hæc autem doctrina de ente conſideret, merito in hoc libro diſputat de potentia & actu. De actu vero neceſſario diſputat, propterea quod, vt oſtendet, prima cauſa, quam hic inquirimus, nihil eſt aliud q̃ actus. Admonet aũt nos eorum, quæ dicta demonſtrataque ſunt, dictum ſcilicet eſſe de primo ente, quod quidem eſt ſubſtantia, propterquã cætera quoq; prædicamenta dicuntur entia. (Ratione nanq; ſubſtantiæ) .i. propter ipſam ſubſtantiam, ipſa nanq; ſubſtantia ratio ſubſtantiæ eſt, cætera omnia entia dicuntur. & ſuggerit cauſam, cur omnia propter ſubſtantiã entia dicantur, dicens. (Vniuerſa enim ſubſtantiæ rationem habebunt, vt in prioribus ſermonibus diximus.) Siquis enim quantum, aut quale aliud ue quodpiam prædicamentum accurate definiat, neceſſario in ipſorum definitionem ſubſtantiam aſſumet. vt ad ſimilitatis definitionem naſus aſſumitur. quod ſi ita eſt, dubitari nõ debet, quin ꝓpter ſubſtantiam entia dicantur. De his igitur ſupra diſputatum eſt. (Cum autem inquit ens partim ſubſtantia aut quantitas, aut qualitas, partim potentia atq; actu & opere) illud actu & opere pro eodem dicens. (de potentia & actu determinemus oportet) appellat autem proprie potentiam materiam primam & informem, eſt enim facultate omnia, quæ quanq̃ prima potẽtia ſit, non eſt tamen ad id quod hic petimus ad modũ

vtili. Cũ quiddã expers materię ſimplexq; & incorporeũ inueſtigemus, non materiale neq; cõpoſitum. qđ vero ait. (Ad plura. n. ſeſe extendit potẽtia, atq; actus, q̃ ea quæ tm̃ modo p motum dicuntur.) hmõi eſt. quod potẽtia eſt & actu latius patet, q̃ id qđ potẽtia ſolum eſt. Illud. n. habet vtrunq;. i. actum & potentiã, hoc vero potentiã tm̃. qđ autẽ duo attingit, id latius patet, q̃ qđ vnum. Neq; ſolũ hoc qđ potentia & actu eſt latius patet, q̃ potentia ſolum, ſed ẽt q̃ actu tm̃, potentiã vero hoc in loco motum nuncupauit. aut certe actum vocauit motum, vt ſit ſenſus. Latius patet potentia & actus, q̃ ea, quę p motum. i. p actum tm̃ dicuntur. Eſt autem potentia tm̃ prima informiſq; materia, potẽtia vero & actu ignis, terraq; & cætera eius ordinis. nam quod actu eſt ignis, id facultate eſt aer. At licet qđ potentia eſt actu, latius pateat, q̃ qđ eſt potentia tm̃, vel quod ſolũ actu eſt, tamen de potentia, q̃ proprie intelligitur, in q̃ſtione de actu diſputantes, de cęteris inquit facultatibus edocebimus. Cæteꝝ potentiam, & poſſe, multifariã dici, nihil attinet hoc in loco demonſtrare. Supra. n. definitum eſt, ſed potẽtiarum inquit, eas omiſſas faciamus, q̃ dicuntur æquiuoce, q̃dam. n. ſimilitudine quadã dicuntur, vt in geometria. in hac. n. dr̃, ſi hęc recta linea dupla illius ſit, quadratũ qđ poteſt, quadruplum ẽ eius, qđ alia põt, qđ in numeris fiet perſpicuũ. Nã numerus quattuor, qui duplus duorum eſt, quadratum ex quattuor, hoc eſt ſexdecim efficit quadruplũ eius, qđ ex duob⁹ efficitur. qui eſt numerus quattuor. hoc autem dicitur p ſimilitudinem quandam potẽtiæ proprie dictæ. Quia. n. proprie potentia cuncta põt, & recta linea poteſt aliquid, id circo hęc quoq; potentia nuncupaẽ. eſſe igitur quodã modo vel nõ eſſe dicuntur poſſibilia & impoſſibilia per ſimilitudinem. Nã cũ recta linea eſt dupla, quadruplum poſſe dicitur, cum aliter, non poſſe.

Quæ vero ad eandem ſunt formam: eæ omnes principia quædam ſunt: & ad primum vnum dicuntur: quod eſt mutationis principium in alio, vt aliud eſt. Quædam. n. potentia eſt patiendi: quæ in ipſo patiente principium eſt paſſiuę mutationis ab alio, vt aliud eſt: quædam eſt habitus impaſſibilitatis in deterius corruptioniſue: quæ ab alio, vt eſt aliud proficiſci tur a principio mutatiuo. In his. n. omnibus diffinitionibus ratio ipſius primæ potentiæ ineſt. Hæ rurſus aut faciendi patiendiue tantum potentiæ: aut bene faciendi vel patiendi dicuntur. Quare fit vt & in horum rationibus rationes quodãmodo potentiarum priorum inſint.

ii. (Quæ vero inquit ad vnam ſunt formam, eę omnes principia quædã ſunt: & ad vnã primum dicuntur.) Qm̃ materia vt dictũ eſt, potentia nũcupatur, Sunt aũt eiuſdem complures materię, vt pituitę diximus dulcia & pinguia, hę materię pingue ac dulce, principia quædam ſunt, & potentię eiuſdem formę, hoc eſt pituitę et potentię nũcupantur propter primam & vnam potentiam. i. propter materiam informem, quæ principium eſt, & cauſa vt id in quo eſt mutetur. Quod in cera manifeſto declarabitur. Cera. n. in alio exẽpli gratia in ſtatua cerea principium & potentia eſt, vt ſtatua mutetur ac perpetiatur ab alio ipſam diſcindente ſiue liquefaciente: illud aũt (vt aliud eſt) adiecit: quoniã fieri poteſt, vt aliquis ęgrotans ſibi ipſe medeatur. In quo ipſo poteſtas eſt; vt idem ſic perpetiatur. Hoc tamẽ nõ ſuppetit ei per ſe, ſed quatenus eſt aliud. At quoniam potẽtiarũ quędaꝫ cauſę ſunt, eorum in quibus ſunt cõmutandorũ in peius, alię vero non, idcirco de ipſis differit dicens. (Nam quędam eſt patiẽdi potentia, quę in ipſo patiente principium eſt paſſiuę mutationis, ab alio vt aliud eſt) .i. potentiarũ quędam eſt in ipſo patiente, vt principium mutationis non quidem non perpetiendi, Sed ꝓpetiendi ab alio, vt de ſtatua cerea dictũ eſt, quædã igitur ex potentijs huiuſmodi

eſt,alia non eſt principium perpetiendi ,ab alio,ſed habitus potius non perpetiendi im peius .Siccitas enim in ferro habitus eſt,vt ferrum ne perpetiatur & aboleatur ab alio. Sed quoniam ſunt ,quæ perpetiantur , vt luna quæ radios excipit a ſole , quod tamen non eſt interitus,idcirco adiecit illud(in deterius)quaſi diceret, potentia quæ quaſi ha bitus dicitur,non eſt cauſa non mutandi in melius ,ſed ne res ab aliquo principio mu tante,in deterius commutetur. Sed poſtq̃ dixit principium & cauſam patiendi perin de potentias nuncupari,atq; principium non perpetiendi,hoc ipſum oſtendit,dicens. (in his.n.oĩbus definitionibus rõ ipſius primæ potẽtiæ ineſt).i.in omnib⁹ potẽtiæ ad iectis definitionibus ineſt rõ ac definitio primæ potentię.eſt.n.primę potẽtię rõ,prin cipium mutationis in alio, vt aliud eſt,mollitudinis autẽ principium mutationis paſ ſiuæ ab alio,vt aliud eſt .Itaque in ratione hac ratio ineſt primæ potentiæ,& in aliis ſi militer,quod ſi ita eſt ,recte potentiæ nuncupantur . Rurſus potentiarum quædã ſunt perpetiendi ſolum ,aliæ vero recte perpetiendi.quam quæſtionem nos in quarto hu ius operis libro latius diſſeruimus.Cum de potentiæ intellectibus verba faceremus . Perſpicuum eſt igitur in potentiarum rationibus , primarum potentiarum quodam modo rationes ineſſe . Illud autem (quodam modo)adiectum eſt , quoniam non eo dem modo , ac vt ita loquar ,immutabiliter , ratio primæ potentiæ ineſt in mollitudi nis ratiõe . Illius enim ratio eſt,principium mutationis in alio,vt aliud eſt, mollitudi nis autem principium mutandi .

Patet igitnr partim vnam eſſe potentiam efficiendi ac patiendi. Eſt enim poſſibile ,& quia ipſum habet potentiam patiendi:& quia ab ipſo aliquid pati poteſt : partim aliam . Alia nanq; eſt in patiente :etenim quia prin cipium quoddam habet : & eſt ipſa materia principium quoddam : ideo patitur ipſum patiens : ab alioque aliud patitur. Pingue nanq; vri poteſt & quod hoc pacto cædit : id præmi poteſt:ſimilis eſt & in cæteris modus. Alia in efficiente : vt in eo quod calefacere poteſt eſt calidum & in ædifica tore facultas ędificandi.Quare nullum copulatum a ſeipſo patitur:qppe cum ſit vnum : & non aliud : vti patet . Impotentia autem quæ tali po tentiæ eſt contraria : priuatio eſt , quare eiuſdem atque per idem omnis potentia eſt impotentia ſane . Priuatio vero multis dicitur modis : & id enim quod non habet : & quod aptum eſt habere ſi non habeat:aut om nino , aut quando eſt aptum habere . Aut hoc pacto veluti penitus : aut aliqua ex parte priuatum dicimus eſſe:nõnulla inſuper ſi apta quid habe re:ob vim illud non habeant :priuata dicimus eſſe.

iii. (Patet igitur partim vnam eſſe potentiam efficiendi atq; patiendi .)Vt enim via quæ thebas ducit ab athenis quodam modo eadem eſt,atq; ea ,quæ athenas a thebis, quo dam modo vero diuerſa . Eſt enim ſubiecto eadem,ratione non item , ſic actus & via a docente ad addiſcentem ſubiecto eſt eadem,ratione diuerſa . Nam conſiderata vt a docente procedit ad diſcipulum,doctrina nuncupatur , ab hoc autem ad præceptorẽ diſciplina , ſic efficiendi ac perpetiendi potentia vno modo eadem eſt,alia vero diuer ſa . Nam ignis potentia hoc eſt calor ,qui aquæ ab ipſo confertur ,eſt idem & eſt non idem. conſideratus enim vt ab igne ſuggeritur aquæ , effectio nuncupatur , e diuerſo autem perpeſſio. Eſt igitur inquit potentia efficiendi & patiendi modo quodã eadem.

non poſſibile

ſiue potens dr̃,vel q̃n ipſum habet potentiã perpetiendi ab alio,vt aqua quæ vt ab igne caleſcat facultatem obtinet , vel quoniam aliud ab ipſo pati poteſt . Ignis enim poſſibilis potensve dicitur,quia potentiam habet , vt aqua perpetiatur ab ipſo . Cæterum potentiarum quædã eſt in patiente.Patiẽs.n.patit̃ , quiã potentiã quã dam & principium habet,& oio q̃n materia principium quoddã eſt , & aliud ab alio perpetitur.Nam pingue cõburibile eſt,qd̃ vero certo modo cedit,eſt fragile , q̃n po tentiam quandã & materiam habet,alterũ, vt cõburatur ,alterum vt infringat̃.Et potẽ tiarum alia eſt in patiente , alia in efficiente. Calor.n.in igne eſt,ars cæmentaria in ip ſo artifice,qui ſunt efficientes ,quare ſi efficiens diuerſum eſt a perpetiente, haud du bie qd̃ cõpactum eſt & vnum atq; continuum,nõ ppetietur a ſe ipſo,vt ignis qui vnũ eſt & continuum,nõ ppetietur a ſe,quod enim patitur,diuerſum eſſe debet , ab eo qd̃ efficit.vt aũt potentia & poſſibile ſiue potens habitus eſt , ſic impotẽtia,q̃ huic potẽtię opponitur,eſt priuatio.Itaq; eiuſdẽ & ſm idẽ oĩs potentia eſt ipotẽtia . nã potẽtia qua ignis calefacit ,impotentia eſt . nõ.n.põt non calefacere.quæ pxima ei ſunt,vel admo uentur :itaq; impotentia eſt,nõ poſſe non calefacere. Impotens nanq; id dicimus , ac impotẽtiam habere,qd̃ non habet potentiam certum quiddã efficiendi. Atq; ignis po tentia perq ̃am nõ facile ſecari poteſt,impotentia eſt,& ſimili modo cæteræ. quodam igitur modo ſunt potentiæ , aliæ vero impotentiæ. Vt autem potentia plurifariam di citur,ſic item priuatio.Nã quod non habet id ,ſiue habere aptum ſit,ſiue non,priuatio nem habere dicitur.& talis diſpoſitio in ipſo priuatio nuncupatur . atq; item quod ha bere eſt aptum,ſi non habeat,vel q̃n habere eſt idoneum ,vel ſic.i.omnino vel vtcũq; Oio autem priuationẽ viſus habet, qui vtroq; oculo caret,& nullo modo videt.vtcũq; vero priuationem habere dicitur ,qui videt quidem ,male tamen videt . Rurſus in q buidam ſiquæ habere apta ſunt ,per vim expolientur ,eo quod habere ſunt apta,hæc illo priuata eſſe dicimus.

Cum autem talia principia , partim ſint in rebus inanimatis , partim in animatis ,atq; in anima ,& in animæ ea parte quæ particeps eſt rationis, patet & potentiarum , alias eſſe rationis expertes , alias eſſe cum ratione. Quapropter omnes artes , omneſq; ſcientiæ effectiuę potentiæ ſunt. Sũt enim principia mutandi in alio vt aliud eſt . Atque omnes eæ potentiæ quæ ſunt participes rationis , contrariorum eædem ſunt effectrices . Ex pertium autem rationis quæque vnius eſt principium ſolum . Calidum enim calefaciendi tantum principium eſt . Medendi vero facultas ægri tudinis eſt , & ſanitatis effectrix ; idque ex eo fit, quia ſcientia ratio quæ dam eſt . Eadem autem ratio & rem & priuationem oſtendit, non tamẽ eodem modo . Et partim eſt utriuſq;,partim eſt magis ipſius rei . Quare tales quoq; ſcientias contrariorum quidem eſſe neceſſe eſt,vnius tñ per ſe, alterius nõ per ſe.etenim ratio alterius quidem p ſe,alterius aũt quodãmo do p accidens eſt,negatione.n.ablationeue contrariũ ipſum oſtendit.Pri uatio nãq; prima contrariũ ipſum eſt,hęc aũt ablatio eſt vt patet.Cũ autẽ contraria fieri in eodẽ nõ poſſint,ſcientia vero potẽtia ſit cũ rãtione, atq; anima principium habeat motus , ſalubre quidẽ ſanitatẽ, & id qd̃ calefa cere põt caliditatem,& id quod frigefacere põt frigiditatem efficit ſolum.

Sciens.n.vtrũq; facit:eſt.n.ambor̃ ratio,& ſi non ſimiliter,& in anima ip
ſa,quæ quidẽ motionis principium habet. Quare ambo ab eodẽ princi
pio mouebit ad idẽ coniuncta.Quapropter ea quæ poſſunt p̃ rationẽ,con
traria hiſce quæ ſine ratione poſſunt efficiunt. Vnum.n. a rõe principiũ
cõtinetur. Patet aũt & potẽtiã tantũmodo faciendi vel patiendi ad eam
ſequi potentiã,quæ principium eſt benefaciendi vel patiendi: ad hanc aũt
illam nõ ſemp. Is enim qui bene facit,faciat quoq; neceſſe eſt ,at eũ qui ſo
lum efficit ,non neceſſe eſt & bene etiam facere.

(Cũ autẽ talia principia partim ſint in rebus inanimatis.)Q̃m inquit potentiarũ, ſiue iiii.
facultatũ q̃dam principia ſunt in rebus inanimatis ,vt calor in igne,aliæ uero in rebus
animatis & anima, idq; in parte animæ rationis non experte,ſed compote , vt medici
na,ſatis intelligitur facultatum alias eſſe rationis expertes , alias cum ratione . Itaque
omnes artes tum effectrices,vt ars domus, vel naues ædificandi , tum etiam ſcientiæ
facultates ſunt.Cõmuniore autem vocabulo ſcientias vocauit artes,ſunt enim princi
pia mouendi in alio . Nam ſcientia in parte animæ rationis compote exiſtens ,mutat
ac mouet animam ad aliquid conſiderandũ & inquirendum,ſi ergo facultas omnis eſt
actus facultas,ſcientiæ autem & artes animã ad aliquid agendum mouent ,merito ip
ſas facultates appellauit.hoc autem intereſt facultatibus rationis expertibus,& iis quæ
ſunt cum rõe,q̃ omnes rationis participes efficiunt oppoſita, vt medicina valetudinẽ
ac morbum,rationis verò expertes vnum ſingulç. Caliditas enim calefacit ſolũ,quæ
ſi quandoq; refrigerat,hoc tñ non efficit per ſe,ſed ex accidenti . accidit enim ipſius ab
ſentia ,vt frigus efficiatur.Cauſa vero cur facultates rationis compotes ſint oppoſitor̃
effectrices eſt inquit : quod ſcientia ratio quædam eſt.i.facultas cum ratione,cognitio
quædam eſt,vt ita loquar ſcientifica,ratio autẽ & cognitio ſcientifica oſtendit , cogno
ſcitq; non modo rem atque habitum , ſed etiam priuationem , rem dico & habitum ,
vt valetudinem,priuationem,vt morbum.niſi quod non ambo eodem modo. Sed ha
bitum, per ſe priuationem per accidens .& modo quodam ratio vtrunq; cognoſcit ,
ſed modo quodam & magis ipſum eſſe , ſiue habitum . Itaque huiuſmodi ſcientiæ ,
id eſt quæ rationis ſunt comites,oppoſitorum ſunt . ſed habituum quemadmodum
diximus, per ſe,priuationũ non per ſe . (Et enim ratio alterius quidem per ſe , alte
rius autem quodam modo per accidens eſt . negatione enim ablationeue) id eſt pri
uatione , quoniam ablatione pro priuatione dixit . (Contrarium cognoſcit.) cogno
ſcens enim per ſe valetudinem eſſe temperamentum calidorum & frigidorum, quæ
habentur in animali , priuatione huius,id eſt intemperamento morbum cognoſcit .
Si enim affirmatio vel habitus valetudinem efficit , haud dubie negatio vel priuatio,
neque enim refert , quo nomine appelletur , morbum efficiet . Priuatio enim prima
contrarium eſt . dicit autem primam actus priuationem , ſi res cum , & quomodo ,&
quod habere eſt apta , non habet . Secundam vero priuationem omnino non ha
bere . Dicere enim lapidem viſu eſſe priuatum , ſecunda priuatio eſt , prima igi
tur inquit priuatio contrarium eſt habitui . hæc autem eſt ablatio habitus . hunc
enim appellauit alterum . His commemoratis rurſus ſermonem recipit & ait. quo
niam contraria fieri in eodem non poſſunt , nihil enim ſimul eſt album & nigrum ,
ſcientia vero facultas eſt habenda ratione, id eſt in eo , qui rationem habet ,vel ſcien
tia eſt facultas habenda ratione .i. ſcientia eſt facultas propterea q̃ rationem habet &
ſãm ſui ſcibilis,atq; aĩa principium habet motus,ſcientiã videlicet,quç ipſam,vt dixi

mus ,mouet ad cõſiderationes quaſdã & inuentiones,pfecto ſalubre valetudinẽ ſolũ
efficit,calidum calefacit tñ.doctus vero vtrũq;.q̃ rõ quæ in ſciente ineſt , ambo co
gnoſcit,q̃uis non ſimiliter. Eſt autẽ hmõi ratio.i. ſcientia in anima , quæ quidẽ anima
rõem ſiue ſcientiam habet principium motionis.quare aĩa vtrunq; .i.habitum & priua
tionem ab eodem principio mouebit,ac efficiet ad idem contingẽs.idem aũt dicit par
tem cõſideratricem.Cõtingens igr̃ inquit ambo.i.habitum & priuationẽm anima , ad
idem.i.partem cõſideratricem ab eodem principio. i . a potentia conſideratrice efficiet
tum valetudinem tũm ẽt morbum. Ac ſcribet recte & non recte . Et ſic facultates cum
ratione oppoſitum efficiunt,q̃ rationis expertes. Si enim facultates rationis compotes
vtrunq; poſſunt, rationis expertes non vtrunq;, ſed alterum,oppoſita proculdubio fa
ciunt.quod enim duo poteſt efficere, ei quodam modo aduerſatur , quod non poteſt
duo efficere,ſed vnum. Ita cum priuatio & habius ſint in vno principio , hoc eſt in ra
tione ſiue in conſideratrice facultate , nimirum anima efficiet vtrunq;. (Patet autem
inquit potentiam tantummodo faciendi ad eam ſequi potentiam ,quæ principium eſt
bene faciendi.)Siquis enim recte ſcribit , ſequitur vt idem ſcribat ſaltem non autem
ſiquis ſcribat ſolus protinus ſequetur, vt recte ſcribat,q̃m illi facultas ſuppetit vtriuſq;,
ſcribenti duntaxat,non item .

Sunt autem quidam veluti Megarici : qui dicunt cum quandoque poſſe
ſolum cum operatur : cum vero non operatur,non poſſe , ceu non ædifi
cantem ædificare non poſſe, ſed ædificantem quando ædificat,& in cæte
ris ſimili modo . Quibus ea quæ eueniunt abſurda , non difficile eſt vide
re. Patet enim ædificatorem non fore , ſi non ædificet , eſſe nanque ædi
ficatoris in potentia ædificandi conſiſtit , & in cæteris artibus ſimili mo
do . Quod ſi fieri nequeat vt huiuſmodi quiſquam habeat facultates niſi
aliquando didicerit atque acceperit , & non habeat rurſus niſi quandoq;
amiſerit , aut obliuione , aut morbo quodam , aut etiam tempore . Non
enim amittet re ipſa corrupta . eſt enim ſemper , cum quiſpiam operari
ceſſauerit, artem ſane tunc non habebit . Continuo autem rurſus ædifi
cabit , quonam quæſo pacto tunc arte ſumpta ? Inanimata etiam ſimili
modo ſeſe habebunt . Neque enim calidum , neque frigidum , neque dul
ce,neq; oío quidq̃ ſenſibile erit:ſi nõ ſentiatur. Quare fiet vt idẽ cenſeant ,
quod Protagoras aſſerebat. At vero neq; qdq̃ ſenſum habebit,ſi nõ ſentiat
nec operetur. Qd̃ ſi cæcum id eſt quod viſum nõ habet:aptum autem eſt ha
bere , & quando eſt aptum,ac ſuper iidem ſane vno in die cæci ſępius erũt
ac ſurdi. Præterea ſi id eſt poſſibile quod potentia caret:id quod nõ fit erit
impoſſibile ortum ſubire . Qui vero id quod ortum ſubire non poteſt ,
vel eſſe vel fore dicit , falſum dicet profecto , hoc enim impoſſibile ipſum
ſignificabat . Quare hæ ſententiæ motum generationemq; tollunt . Sem
per enim & id quod ſtat,ſtabit,& id quod ſedet,ſedebit. Non enim ſurget:
ſi ſedet. Fieri.n.non poteſt:vt hiſce ſurgat:qui ſurgere nequit. Quod ſi hęc
dici non poſſunt:patet potentiam & actũ diuerſa eſſe. At illę ſententię po
tentiam & actũ idem faciunt. Quapropter & non parũ qd tollerẽ quęrũt.

Quare contingit quippiam posse quidem esse: tamen non esse, & posse nō esse, attamen esse, & cæteris in prædicamentis simili modo, posse quippiam ambulare, & tamen non ambulare, & item non ambulare: & tamen ambulare posse. Id autem est possibile: cui si is euenerit actus cuius potētiam dicitur habere, non erit possibile quidquam. Dico autem hoc pacto, si quispiā sedere poterit. is si sederit nullū euenire ipossibile, & simili modo si moueri aut mouere, & esse aut fieri: & nō esse aut nō fieri potest.

(Sunt autē quidam vt megarici, qui aiunt eum solum posse cum operat.) Megaricos v. appellat zenonē eiusq; sequaces. hic enim megaris docuit phiam. Megaricis igitur potentiā & actum idem esse placere ait. Tunc.n. ædificatorē facultatem ædificandi habere dicebant, cum ædificaret. eundem ædificare non posse, cum non ædificaret, neq; tunc habere huiusmodi facultatem. Nam idem esse potentiam & actum, ac de cæteris similiter differebant. His positis in promptu esse ait, incōmoda quæ hos cōsequantur perspicere, qui primum cōem omnium sententiam tollunt. Omnes.n. vt sit quispiam ædificator, in hoc positum esse aiunt, quod potest ædificare, ex dictis aūt istorum dubitari non potest, quin cum non ædificat, non sit futurus ædificator. At hoc absurdū est dictu, qui non ædificat, hunc non esse ædificatorem, nec hmōi potentiā obtinere. hæc effatus, ad hanc opinionem refellendam pronuntiata quædam assumit manifesta. vnū fieri non posse, vt homo quisq; ædificandi aliamve artē habeat, quam nunq; didicerit, neq; per disciplinam acceperit. Nemo enim omnino, qui non didicisset ædificare, artem habuit ædificandi. Aliud pronunciatum est huiusmodi. fieri non posse, vt qui tempore, vel obliuione, aut morbo vehementi artem quam habuit, non amiserit, is artem ipsam non habeat, quod quidem oppido manifestum est. quod enim habes, nec abiecisti, hoc quin retineas, cui dubium esse potest? quod vero ait. (Non enim re abolita) huiusmodi est. Tunc contingit, vt ars non habeatur cum obliuione, tempore, aut morbo amittitur ab eo, qui habebat, nō si res & materia aboleatur. Si enim lapides oēs sublatos esse finganus, non protinus fiet, vt ædificator ædificandi artem amittat. Sed retinebit ēt tunc lapidibus nullis extantibus. cui similis est cęteroꝝ ratio, quod autem dicit. (Si enim est) perinde est, ac si dicat, si vera sunt q̄ dicimus, nec fieri potest, vt qui nō didicerit artē habeat, ac vicissim ne habeat, qui nō amiserit, & nō est necesse vt materia, quę cuiq; arti subiicitur, abolita, cōtinuo ars ipsa abiiciatur, sed hac ēt nō existente, nihilominus ars retinetur, qūo si cum ædificator cessat ædificare per istorū opinionem atque doctrinam, non habet artem ædificandi, quo inquam modo ædificandi arte recepta rursus ædificabit? positum est enim huiusmodi arte præditum esse non posse, qui eam non didicerit. Ipse autem simul atque destitit ædificare, nulla recepta doctrina, statim rursus ædificat. At si postquam ædificare destitit, iterum protinus ædificat, haud dubie etiam dum non ædificaret, artem habebat ædificandi. atque ædificare poterat. Si enim vt istis placet, simul atque desistit ædificare, ædificandi facultatem amisit, quomodo rursus ædificat, neque discens, neq; per disciplinam recipiens facultatem? hoc enim assumptum est. Præterea cum positum sit, tunc non habere artem, cū tpe, obliuione aut morbo aliquo ameserit, ædificatori autem nihil huiusmodi acciderit, qui fieri potest, vt cum non ædificat talem facultem non habere dicantur? quod in rebus inanimatis similiter contingit. mel.n. vel frigidum, calidum ve cum nihil in sensibus nostris agent, nō erunt p istos neq; mel dulce, neq; frigidum frigidum. Ex quo sequitur id qđ protagoras dicebat. qui negabat esse dulce,

aut quidquam aliud: sed tales esse res quasq;, quales esse a sensū iudicētur. qui si supra in hoc opere conuictus est falsitatis, dubium esse non debet, quin isti quoq; fallantur. dum negant huiusmodi facultatem otiosis inesse. ex quo error protagore cōsequitur. Itaque per istos aīalia dum dormiunt, nec sentiunt, nec quidq̄ sensibus efficiunt, carebunt sensu. Nā si tunc demum potētias habemus, cum sumus in opera, nimiꝝ cū dormimus, nec vtimur visu, tunc potentia caremus iterum videndi. Quare si cęcus est, qui aptus est habēr visum, eo tū caret. cū habere est aptus & adhuc est, nec interit, iidē sępe in dic'cęci erunt. Ego.n.q hac ętate aptus sum habere visum, & exto, nec interii, si coniueam nec videam, nec in hoc efficiā, cęcus sim. qđ quidē est absurdū. Pręterea si facultate vidēdi priuatus, videre nō pōt, profecto p istos quod non fit, hoc ne fieri qdē pōt. quia.n. cum nō efficit aliquid, potentiā non habet, qđ vero non habet potentiā, id non pōt hoc efficere, cuius potentiā non habet. qđ aūt non potest, id impossibile est. At qđ fieri est impossibile, id nunq̄ efficietur. Si hoc igitur verum est, & stet quispiam; nec efficiat in sedendo, is potentia sedendi carebit. Si autē nō pōt, impossibile est sedere. porro si impossibile est hoc fieri, qui dicit vel esse vel fore hoc est vel sedet vel sedebit, falsum dicet. Impossibile nanq; hoc ipsum significat, qđ fieri nō est possibile, quare qui stetit, is semper stabit. quippe qui potētia sedendi careat, & qui sedet, semper sedebit, qm̄ stare non pōt, qui autem stare non potest, is nunq̄ stabit. Semper igitur sedebit. Neq; vero solum in hæc incidunt, quæ proculdubio absurda sunt, videmus. n. qui sedebat stare, ac vicissim sedere, qui stabat, sed etiam motū & generationē tollunt. Sic enim dictio p excessum legenda est. Tolli autē ab istis generationem certum est. omnis nāq; generatio ex eo quod est potentia procedit. Nam mēses muliebres, qui habent facultatē vt hoc aliquid fiant, illud efficiuntur. Isti vero potentiam tollentes, generationē tollunt, ac proinde motum. Nā quæ mouentur, ea cū moueri possent, ante q̄ mouerentur mouentur. Si hæc igitur fieri non possunt, satis intelligitur potentiam ab actu diuersam esse. isti autem talia tradentes potentiam & actum idem efficiebant. Dicere enim cum operans munere fungitur, tunc posse, hoc est quod actum & potentiam idem efficere, quare qui talia tradunt, non tenuē quiddam, sed maxima quæq; tollere moliuntur, generationem & motum. Ex his ergo patet, quod esse est possibile, id fieri posse ne sit, exempli gratia fieri potest, vt ego vadam, non tamen vado, sed ibo, qm̄ huius potentiam habeo. Nam qui non vadit, vadere idem potest, & qui vadit, idē nō vadere. hæc effatus quid possibile sit definit dicens. (Id autem est possibile, cui si is euenerit actus, cuius potentiam dicitur habere, non erit impossibile quidq̄.) Siquis.n. sedere potest, huic si sedere contingat, nihil sequetur impossibile. Similis est iacendi standique ratio.

Actus autem nōmen, & ad perfectionem ipsam, & ad cætera ex motibus maxime ipsis accessit. Motus enim actus maxime esse videtur: quapropter & hisce quæ non sunt non motum, sed alias quasdam prædicationes tribuere solent. Intelligibilia aūt illa, & desiderabilia dicunt esse. Mouri aūt non dicunt. Idq; propterea quod actu quidem non sunt: esse autem actu possunt: quædam enim eorum quæ non sunt: potentia sunt: nō sunt autem ex eo quia non actu sunt.

vi. (Actus autem nomen & ad perfectionē ipsam, & ad cætera ex motibus maxime ipsis accessit) qm̄ actus bifariā dicitur, vno modo fines ipsi, nam finis dealbationis q quidē est ipsum albū in quo cessat, & cōsistit dēalbatio, actus dī, & pari ratione cæterorum

motuum fines actus nũcupantur, quos quidẽ fines ipſe proprie nominat entelechias, vno igitur modo actus ita dicitur, alio vero actus dr ipſe motus. exempli gratia dealbatio, ne ab hoc exẽplo diſcedamus, quæ quidem & potentia eſt & actu. potẽtia quia non dum ad entelechiam ac finem peruenit, actu vero qm̃ aliquid habet actus entelechiæ & finis. Siquidem in dealbatione, aut certe in re quæ albeſcit, aliquid albi ineſt atq; entelechiæ. Cum igitur actus dupliciter dicatur, actus inquit entelechiæ, atq; fini conueniens. i. vt entelechia vocetur actus ex motibus deductum eſt. Nam quia motus proprie dicitur actus, in motu enim actus conſideratur, motus autem cuiuſpiam finis eſt motus, idcirco finis quoq; dicitur actus. propterea, vt dixi, qđ actus, qui conſideratr in motu, propter finem efficitur. Illud autem (& ad cætera) ob artificioſa adiectum eſſe puto, quaſi dicat. Non ſolum quę motum in ſe ac mouens principium habent, actus nuncupantur, ſed cætera etiam, quibus motus extrinſecus affertur, quomodo autẽ alia quoq; nomen actus fuerint mutuata, expoſuit dicens. (Motus enim actus maxime eſſe videtur.) Et merito. qm̃ in fine quies maxime ineſt, non motus, & actus. Sed quoniam quidquid mouetur, aut munere aliquo fungitur, ens quiddam eſt, idcirco domum, quæ nondum eſt, aut animal nõ exiſtens, nõ dicimus moueri aut efficere. Nã ſi id qđ mouetur, aut agit, ens eſt, nimirum non ens neq; mouetur, neq; agit, quam ob cauſam generatio, vt in phyſica demonſtratur, non eſt motus. Nam quod generatur, nõ dum eſt. quæ igitur non ſunt, vt dictum eſt, ea non dicimus moueri, quibus tñ alias quaſdã tribuimus prædicationes? vt intelligibilia & expetibilia. quia domus etiam non exiſtentis intelligentiam habemus, & fortaſſe deſiderium, ſi ipſa non eſt, nobis indigentibus, moueri autem ipſa negamus quoniam non ſunt actus, q̃q̃ actu eſſe poſſint, idq; quoniam non entium quędam facultate ſunt, neq; enim omnia. ſi quidem hircoceruus nõ eſt facultate, vt actu poſſit exiſtere. ſed quanq̃ non entium, quędam potentia ſint, tñ eſt de ipſis prędicatur. nõ quod ſint, neq; enim ſunt, cũ non ſint actu, ea nãq; eſſe dicimus, quæ actu ſunt, ſed qm̃ fieri poſſunt & eſſe.

Quod ſi id quod diximus eſt id quod poſſibile eſt: ad quod ſequitur actus: patet fieri non poſſe quo vere quiſpiam dicat: poſſibile quidem eſſe hoc, non autem fore. Alioquin nos prætereunt ea: quæ impoſſibilia ſunt: veluti ſi quiſpiam diametrum dixerit menſurari poſſe: non tamen menſuratum fore. Non animaduertentes id quod impoſſibile eſt eſſe: ex eo quia nihil prohibet: vt quippiam poſſit quidem eſſe vel fieri: non ſit autem neq; fiat: ſed illud ex ſuppoſitis ſequatur neceſſe eſt: ſi ſuppoſuerimus id eſſe aut fuiſſe, quod non eſt quidem: poteſt autem eſſe nullũ emergere impoſſibile. At emerget ſane: eſt enim impoſſibile diametrũ menſurari: non eſt enim idem falſum ac impoſſibile: te nanq; nunc ſtare: eſt quidem falſum: at non impoſſibile.

(Quod ſi quod diximus poſſibile eſt quatenus ſequitur, patet fieri non poſſe, vt vere quiſquam dicat, poſſibile quidem eſſe hoc, non autem fore.) præfatus ea dici poſſibilia quæ non quidem ſunt, fieri tñ poſſunt, ait. Siquod diximus poſſibile eſt, quatenus ſequitur. i. ſi poſſibile dicitur, quatenus fieri poteſt, & ipſum conſequitur agere, non eſt verum dictu, aliquid eſſe poſſibile, non tamen fore, nec poſſe in actum peruenire. ea nanq; poſſibilia dicuntur, quæ poſſunt in actum peruenire eius quod poſſunt. Siquis autem dicat eſſe aliquid poſſibile, quod tamẽ fieri nequeat, neq; in actum exire, fugiat vii

nos lateatq;, quidnam ſit poſſibile. Nam ſi poſſibile id eſſe dicimus, quod non eſt, tñ ſi eſſe ponatur, nihil eueniet impoſſibile, impoſſibile vero quod neq; eſt, & ſi eſſe ponatur, aliquid impoſſibile ſequitur, dicat autem aliquis quidq̃ eſſe poſſibile, non tamẽ fore, nec in actum exire poſſe, quomodo poſſibilis & impoſſibilis diſcrimen agnoſcemus? Exempli cauſa. Cum poſſibile ſit lignum comburi, ſiquis dicat lignum comburi poſſibile quidem eſt, ſed nunquam comburetur, & idem dicat, dimetientem quoque menſurari poſſibile eſt, ſed nunq̃ menſurabitur, quid hoc ab illo diſcrepabit? cũ ambo impoſſibilia eſſe dicantur, ſed nunq̃ futura? Itaq; perinde dimetiens erit menſurabilis, vt lignum combuſtibile, quod ſi ita eſt, nimiꝝ, quid impoſſibile ſit ignoramus. Vtrum dimentientem menſurari, an lignum cõburi. Ergo qui non animaduertit inquit, neq; intelligit, quid ſit impoſſibile, & quo differat a poſſibili, is dicet fortaſſe: nihil obſtare, quominus quod eſt poſſibile eſſe vel fieri, id neq; ſit nunc, nec in poſterum. Nam ſi naturam impoſſibilis cognoſceret, non adeo incõſiderate, ac temere diceret diametrũ cõmenſurari eſſe poſſibile, ſed nunq̃ eſſe menſurandum, & lignum comburi, nunquã tñ eſſe cõburendum. Sed diametrum menſurari eſſe impoſſibile declararet, & nunq̃ eſſe menſurandum, lignum vero confirmaret cõburi poſſe, & cõburendum eſſe. Sed hęc fortaſſe diceret qui ignoraret quid ſit impoſſibile. Illud vero ex iis, q̃ poſita ſunt, eſt manifeſtum, poſitum eſt aũt, quod poſſibile eſt id aliqñ futurum, qđ ſi ponamus, id eẽ qđ non eſt, fieri tñ poteſt, nihil accidet impoſſibile. Nã ſi cum tu ſedes, ac deambulare potes, te deambulare ponamus, ex hac poſitiõe nihil ſequetur impoſſibile. Si hoc igr verũ eſt, & quiſpiam dicat, hic q ſedet, poteſt quidem deambulare: nunq̃ tñ deambulabit, ſimiliter dimetiens menſurari poteſt, ſed nunq̃ menſurabitur, ſi hoc ergo nihil ab illo differt, profecto quemadmodũ in illo nihil impoſſibile contingit, ſic ne in diametro quidem. At ſi detur diametrum menſurari, ſequitur, vt paria imparibus æqualia ſint, quod eſt admodum impoſſibile. quod ex eo accidit, qđ natura nõ perſpicitur, neq; diſcrimen poſſibilis, & impoſſibilis. & qđ impoſſibile eſſe poſſibile dicitur, ſed nunq̃ fore. Ex hoc igitur palam fit, ſi quid poſſibile eſt, id omnino fore. Accidit autẽ hoc impoſſibile, vt paria inquam imparibus æqualia ſint, non præter poſitionem illam, quæ ait, demus diametrum menſurari, nam ſi pręter hanc poſitionem ſequeretur, nimirum impoſſibile in eo quoq; accideret, qui ſedet, ſed deambulare dicitur: in quo tñ quod colligitur falſum eſt, ſed non impoſſibile, in diametro vero falſum eſt & impoſſibile. Itaq; ſi idem eſſet falſum, & impoſſibile, poſitio, quæ ſedentem deambulare ponit, nihil ab ea differret, quæ diametrum menſurari ait. nunc cũ diuerſa illa ſint, poſitiões quoq; ſunt differentes.

Inſuper etiam patet ſi cum A, eſt, neceſſe eſt B, eſſe: ſi poſſibile eſt, A, eſſe: & B, neceſſario poſſibile eſt eſſe, ſi enim non neceſſe eſt poſſibile eſſe: nihil prohibet vt non ſit poſſibile eſſe. Sit igitur ipſum A, poſſibile. Cum igitur ipſum A, poſſibile eſt eſſe: ſi poſitum fuerit nullum impoſſibile eſſe: accidet B, autem neceſſe eſt eſſe. At impoſſibile erat. Sit igitur impoſſibile: ſi igitur ipſum B, impoſſibile eſt eſſe neceſſe eſt & A, impoſſibile eſſe. At primũ eſt, ergo ſecũdũ. Si ergo A, eſt poſſibile, & B, poſſbile erit: ſi ita ſeſe habebãt. Vt cum A, eſt neceſſarium ſit & B, ipſum eſſe. Si igitur A, & B, ita ſeſe habẽtibus: B, non ſit hoc pacto poſſibile: neq; ipſa A, B, ſane ita ſeſe habebũt, vti poſita ſunt. Quod ſi cum A, poſſibile ſit: & B, poſſibile eſſe neceſſe eſt:

si est A,necesse est & B,esse. Possibile enim esse necessario B, ipsum esse: si A,possibile sit, hoc sane significat:si est A,& quando est possibile: & vt est possibile esse:& illud tunc & ita necessario esse.

viii. (Insuper etiam patet si cum .a.est,necesse est.b. esse.) Demonstrato quod põ aliquid fieri,hoc fore id,cuius potentiam habet,quod demonstrauit docens, siquis dicat quod fieri aliquid est possibile id nunq̃ futurum,hunc idem efficere impossibile atq; possibile,& nobis impossibile quale sit ignotum fieri,hoc igitur demonstrato ex eo palam fieri ait,si cum.a.est sequitur necessario vt.b.sit,si.a.possibile sit.b.quoq; possibile esse, si necessarium.b.quoq; necessarium. & si existat.a.perinde.b. extiturum. Siquis autem occurrat dicens .a.existente necessario consequitur,b.non tamen si.a.est possibile,erit ẽt.b.possibile,nihil obstat inquit,quominus.b.sit nõ possibile.Est ãt,sensus si cũ. a. est possibile b.nõ est possibile.erit vtiq; impossibile.hoc.n.opponitur possibili.Sit inquit.a. possibile,cum ergo sit possibile,si existat, positio falsa erit,non tñ impossibilis. existat igitur .a.positum est aũt si a. sit,esse item.b.si ergo est .a. Item.b. est per primam positionem,sed & non est.nam quod est impossibile,id profecto nunq̃ fiet.At si esse & nõ esse.b.est impossibile,falsa est positio ex qua hoc fuit consecutum,quæ quidem ea est, quæ ait,si.a.sit possibile.b.comitem ipsius non fore possibile. Perspicuum est igitur, si a.est possibile.b.quoq; possibile fore.si ita sese habebant,a.& b.& subiicit, quomodo sese haberent,vt cum a.est,necessarium est b,esse. vbi ergo demonstrauit,si a.sit possibile,b.quoq; comitem eius necessario esse possibile,ostendit,si a.sit b. itidẽ fore.postq̃ vero dixit .(si ergo a.& b. ita sese habentia,habebunt,vt positum est). i. si a.&.b.sese, vt positum est,habebunt, addit(ac si cum a.sit possibile,necesse est b.esse) quod perinde est,ac si diceret:si positũ est atq; demõstratum,si a.sit possibile.b.quoq; possibile fore,si hçe igitur ita sese habent,dicimus inquit si a.sit vt b.quoq; sit,esse necessarium.Dicere enim si a.sit possibile,necessario consequi,vt etiam b.sit possibile, hoc enim significauit,cum diceret(si cum a.possibile sit &. b.possibile esse necesse est)dicere igitur si a,sit possibile: necessario sequi, vt b.possibile sit,hoc significat.si sit a,& qñ fuerit, tũc esse b. Illud aũt(& vt est possibile esse)æquipollet huic.Et si a.est necessariuꝫ.b.quoq; necessarium erit.& possibile,si a. possibile fuerit.

Cum autem potentiarum aliæ natura insint vt sensus:aliæ consuetudine, vt modulandi facultas:aliæ disciplina ut artes:eæ quidem quæ consuetudine comparantur rationeve,per operationes antecedentes habeant̃ necesse est. Quæ vero tales non sunt,& quæ patiendi potentiæ sunt: eas non necesse est hoc pacto haberi. Quoniam autem ipsum possibile aliqd potest: & quandoq;:& aliquo modo & quæcunq; alia in definitione sunt adiungenda: & alia per rationem mouere possunt: potentiæq; ipsorum cum ratione sunt. Alia sunt expertia rationis & potentiæ ipsorum: rationis identidem sunt expertes. Et illas quidem in animante: has autem in vtrisq; esse necesse est. Talibus quidem potentiis passiuum atq; actiuum cum sunt vt possunt principia:alterum agat:alterum patiatur necesse est: at illis nõ est necesse.Harum enim omnium quæq; vna vnius est effectiua. Illarum vero quæq; contrariorum. Quare faciet contraria simul: quod quidem fieri nequit. Aliud ergo quippiam habeat auctoritatẽ necesse est.

Id autem est appetitus: aut electio. Verum enim appetierit, id sane faciet cum est vt potest, atque propinquum est ipsi passiuo: quare id omne quod per rationem potest, id agat cum appetit cuius potentiam habet, & vt habet necesse est. Habet autem ita, vt agat præsente, atque sic se habente passiuo alioquin agere profecto non poterit. Hoc enim nullo inquã externorum prohibente, non est vlterius adiungendum. Ipsam nanque potentiam habet, vt est potentia faciendi, at est non omnino, sed aliquo modo sese habentibus, in quibus & ea quæ probent foris comprehendi tur. Hoc enim eorum nonnulla quæ in definitione insunt auferre videt: Quocirca neque faciet duo simul, aut cõtraria,ẽt si simul ipsa velit,aut pcupiat facere. Non enim ipsorum hoc pacto potentiam habet:neque est ipsa potentia simul agendi facultas: nam quoꝫ est ita faciet illa:

ix. (Cum autem potentiarum aliæ natura insint, vt sensus) hçe verba eo pertinent, vt appareat,quæ facultates absq; operibus antegressis non existant,& quæ secus.Sic igĩ ait,cum facultatum omnium, quædam cognatæ sint.i.nobiscum generentur,atq; condantur,sensus enim nobiscum nascuntur,non genito animali ingenerantur.(aliæ consuetudine) nam facultas,qua tibicen tibia personare potest, non est ipsi cognata, sed ex consuetudine ingeneratur ei. (Aliæ disciplina)vt ars ædificandi, & simpliciter artes,facultates igitur,quæ consuetudine uel ratione existunt, non ingignuntur absque antecedentibus operibus. Quę vero siue agendi siue perpetiendi facultates, rationis expertes sunt,eas nihil est necesse,vt opera præcedant. Neq; enim ignis prius effecit, & sic ei potentia est ingenerata comburendi,neq; lignum vt comburi possit.Sed simul atq; ignis est,proxima quæq; adurit,& lignum aduritur si admoueatur. Sed quoniam possibile,quod aliquid possit,possibile dicitur(& quandoq;) neq; enim quouis modo ignis adurit,sed cum admouet̃ combustibili & cum a nullo prohibetur,quæcunq; p rationem mouere possunt,horum facultates cum ratione sunt ac vicissim quæ absque ratione,vt ignis,corũ facultates expertes sunt rationis. facultates porro cum ratione in re animata sint necesse est. Rationis vero expertes vtrobiq; inesse possunt.i.tum in re animata,tum etiam inanimi. Animæ nanq; quæ habentur in expertibus rationis facultates sine ratione sunt in re animata, item per facultates absq; ratione,cum id qd agere potest accessit ei,quod pati necesse est,vt alterũ efficiat,vt efficere potest, alteq; vt pati potest patiat̃. quod in rationis compotibus non est necessarium. Neque enim est necesse, vt quoties præceptor cum discipulo congreditur, alter doceat alter addiscat. Et facultates rationis expertes proprie vnius tantum sunt effectrices. vt facultas ignis calefaciendi.adieci autem proprie,quoniam ignis per accidens refrigerat,si auertatur,& absit. Rationis vero compotes oppositorum etiam effectrices sunt: vt medicina valetudinis,& morbi. Siquis autem dicat facultates quoq; cum ratione simul atque accedunt alteram efficere,alteram pati,vt rationis expertes,ignis enim simul atq; comburendis admouetur comburit, siquis igitur hoc dicat,& facultatibus cum ratione necessitatatem tribuat, vt rationis expertibus,hic nihil aliud q̃ opposita eidem adesse cẽseat. Nam ut ignis, qui potest adurere simul atq; comburendis appropinquat, ex necessitate ipsa comburit,sic medicus cum possit valetudinem ac morbum afferre,si necessario simul atq; appropinquat, efficit,q̃ potest,nimirũ simul & valetudinẽ afferret, & morbũ.quod fieri non potest. Quamobrem in facultatibus cum ratione quidam

quasi dominus est, qui opposita non sinit efficere, sed alterum quod scilicet appetit. hic autem est appetitus vel electio. Quidquid enim dominus appetierit, id efficiet. cū adest, vt potest, & passiuo appropinquauit. Exempli gratia si potest vt valetudinē, sic morbum afferre, vtrum appetierit, id vt potest efficiet, non vt non pōt. Itaq; omne qđ per rationem possibile, cum id appetit, cuius habet facultatem ac vt habet, ipsum efficiat necesse est. Si enim facultatem habet valetudinem afferendi, hoc ipsum efficiet, habet autem medicus facultatem afferendi valetudinē. præsente igitur passiuo. i. homine, ac sic se habente hoc est ęgrotante, ipsum sanabit. Sin autē sanandi faculte careat, non sanabit. Hoc est enim quod ait. (alioquin agere non poterit.) Præfatus vero possibile cuius potentiam habet ac vt habet effecturum in passiuum, quoniam huic definitioni adder oportebat, nullo externo prohibēte, ut oratio plena esset hmōi, possibile id cuius potentiam habet: ac vt habet, & nullo externo prohibente, efficiet. Nam si potententiam habeat efficiendi, a quopiam autem prohibeatur, omnino non efficiet quoniam hæc igitur dixerat, nec apposuerat ut diximus, illud nullo externo prohibēte, ait (hoc enim nullo inquam prohibente non est vlterius adiungendum.) Dicentes enim vt habet complexi sumus & illud nullo externo prohibente. Nam vt est facultas efficiendi, sic ipsam habet. habet autem non vtcunq; & omnino, sed cum sic habet (in quibus). i. in his verbis vt habet & sic habens comprehenditur, nullo externo prohibente. Qui enim dicit efficiens efficere, vt potentiam habet: & sic habens, is nullo etiam prohibente dicit. Nam quædam eorum, quæ in hac definitione adsunt, vt illud habet, vel sic habet, complectantur illud nullo externo prohibente aut impediente. Itaq; tollit hæc: nullo inquam prohibente aut impediente, nec patitur in definiōe inesse. Et quoniam efficiens sic efficit, vt habet, & vt potest, medicus non efficiet simul morbum & sanitatem, vt medicus est. Neq; enim sic habet potentiam, vt simul hæc efficere possit, sed vt viciſſim. (Nam quorum est) id est quorum habet facultatem, vt simul ipsa efficiat: sic efficiet, id est simul, ac vt habet efficiendi facultatē.

Cum autem de ea potentia dictum sit, quę ad motum accommodatur, de actu deinceps determinemus oportet: quidnam sit ipse actus, & quale quid sit. Nā si diuiserimus ipsum, simul & ipsum possibile sane patebit. Non solum inq̄ id possibile dici, quod aptum est aliud mouere aut ab alio moueri: aut simpliciter, aut aliquo modo, sed alio etiam modo. Qua de re quærentes: & de hisce quoq; transigemus, Est itaq; actus rem non ita sese habere: quemadmodum potentia dicimus esse. Dicimus autem potētia esse vt mercurium in ligno: & dimidiam lineam in tota, propterea qđ auferri ab ea potest, & scientem eum etiam qui non cōtemplatur: si contemplari possit. Aliud autem actu esse. Patet autem in singulis inductione id quod dicere volumus: & non cuiuslibet quærere diffinitionem oportet: sed ipsam quoq; similitudinem rationis animaduertere: veluti vt ędificans sese habet ad ædificatiuum: & vigilans ad quod dormit: & videns ad id quod claudit quidem oculos, visum autem habet: & id quod a materia est seiūctum ad materiam ipsam, & id etiam quod est extructum: ad non extructum: sic & quippiam est, ad quippiam, & differentiæ huius altera parte actus: altera id quod potest sit definitum. Atq; non omnia actu

similiter esse dicuntur: nisi similitudine rationis, hoc pacto vt hoc in hoc, aut ad hoc, sic hoc in isto, aut ad istud. Alia enim vt motus ad potentiam, alia vt substantia ad aliam materiam dicuntur.

x. (Cum autem de ea potentia dictum sit, quæ ad motum accommodatur, de actu deinceps determinemus.) Differuit de facultate quæ pertinet ad motū, hæc autem est prima informisq; materia, nunc de actu disputat quod & cuiusmodi sit. Sed quæstione inquit huiusmodi differenda, illud simul de possibili apparebit, non id solum possibile nuncupari, quod aliud mouere idoneum est, ignis enim, vt in hoc exemplo versemur, calefacere aptus est, aqua vero moueri, & calefieri ab igne, aut ab alio, quod vim habeat calefaciendi. Illud vero (simpliciter aut aliquo modo) adiectum est, quoniam in quarto huius operis libro in quæstione de possibili docuit, quot modis ipsum dicatur, possibilia videlicet vel cum simpliciter ac vtrumq; possunt, siue in peius ac interitum, siue in melius possibilia nuncupari, vel cum in peius non vocari possibilia; tunc vocari, cum in melius, itaq; (simpliciter) dictum est pro utcunq; ac in determinate, illud vero (aliquo modo) p determinate siue aliter. Differentes ergo inquit de actu, illud quoq; aperiemus, non id modo possibile nuncupari, quod aliud mouere potest, vel ab alio moueri, sed etiam alio modo dici possibile, quare disputātes inquit de hoc quod aliter possibile dicitur, de aliis quoq; differemus, quæ mouere, moueri ve possunt quasi ex hoc illud sit in aperto futurum. Hæc effatus incipit de actu differere dicens. Actus est cum res existit, non vt ne agat cum possit agere (sed quod actu) id est sed illud est actu, quod sic est actu & agit, vt cum prius non ageret, agere tamen posset iam agat. Atq; hic quidem est ordo auctorum, & ad hunc modum legi debet. deinde illud (dicimus autem potentia esse, vt mercurium in ligno.) quibus verbis exponit illud (non ita se habere, quemadmodum potentia dicimus.) quomodo autem potētia esse dicimus suggerit dicens, vt in ligno mercurii formam non habente, mercurium inesse dicimus, propterea quod mercurii formæ sit capax. & in diametro medietatē inesse, quoniam potest ab ipsa diametro diuelli, & esse actu per se. & scientē eum, qui non contemplatur, potest tñ contemplari, cum ergo dixisset, actus est rem ita esse, nō vt potētia dicimus, & nō efficere, sed qđ actu et iam operat̄ ait, (patet āt in singulis inductione id quod dicere volumus, & non cuiuslibet rei quærere definitionē oportet.) Neq; enim omnia definitionibus cognoscimus, quoniam ne habentur quidem omniū definitiones, vt in sexto huius doctrinæ libro demonstratum est, sed aliqua per inductionem ac similitudinē siue proportionem conspicimus cognoscimusq;. quod si ita ē, nimirum ex singularibus, atq; inductione non definitione actum cognoscere oportet. quod vt fiat apertius sit actus & agere, quod explicare volumus, socratem scribere. hoc igitur per rationis similitudinem & particularia in hunc modum exponemus. vt ædificare & iam efficere sese habet ad ædificatorē & non efficere, qui tamen potest ędificare, & vigilans ad dormientem, qui potest vigilare, & videns ad coniuentem, qui visum habet, & a materia secretum ad materiam, quod quidem obscure dictum est, videtur enim formam a materia separatam dicere, sed non dicit, neq; enim ipli placet naturalem formam aliquando esse a materia seiunctam, sed a materia seiunctum vocat; vt agamus pingui minerua, statuam comparatione æris, quod statuæ formam nunquā habuit, sed habere potest, item vt arca confecta se habet ad informe lignum, quod elaborari & arca fieri potest, vt hæc igitur sese habent, sic & quidpiam est. i. sic socrates se habet ad non scribentem; si sic ergo dicamus, haud dubie actus, quem Socrates agit expositus fuerit. i. ipsum scribere. Et differentiæ huius inquit, differentiā appellā

copulam ſimilitudinis, qualis eſt illa vt videns ſeſe habet, ad cõniuentem, & illa vt vigilans ad dormientem, huius igitur differentiæ altera pars erit actus videre. ſ. atque vigilare, altera poſſibile, conniuens & dormiens. quoniam ille videre, hic vigilare poteſt. Cum ergo actus dixiſſet definitionem quærendam non eſſe, ſed inductione qualis ſit actus explicandum, & quomodo id faciendum eſſet docuiſſet, ait q̃q̃ omnia, quæ actu ſunt per rationis ſimilitudinem dicere oporteat: non tamen ſimiliter omnia dici, ſed quædam vt motus ad facultatem, alia vt ſubſtantia ad materiam. vt ſi dicas, quemadmodum ambulans ſe habet ad ſedentem, ſic Alexander ad menſes muliebres. Ambulans enim dicitur vt motus ad potentiam .i. vt affectio ad affectionem. Alexander ad menſes muliebres, vt ſubſtantia ad materiam. Nam menſes muliebres ſunt hominiſ materia. In eo vero quod interiectum eſt (niſi ſimilitudine rationis .hoc pacto, vt hoc in hoc, aut ad hoc) illud (in hoc & ad hoc) commemoratio eſt ſimilitudinis. quaſi dicat, quæ ratiõis ſimilitudine ſiue analogia dicuntur, quo modo autẽ ſimilitudine rationis dicantur exponens ait, vt hoc in hoc. exempli gratia, vt viſus in oculo: intellectus in anima, & vt ædificans ad id quod ædificatur, & ſcribens ad id quod ſcribitur vel ad hoc, ſic hoc in hoc, vel ad hoc, quæ igitur analogia dicuntur ea non omnia ſimiliter dicuntur, ſed quædam vt motus ad potentiam, quædam vt ſubſtantia ad materiam.

At qui alio modo & infinitũ ipſum, & vacuum, & quæ ſunt iſtiuſmodi potentia atq; actu dicuntur & alio modo cõplura eorum quæ ſunt: vt vidẽs, & ambulans, & quod videtur, etenim fit vt hæc & ſimpliciter quãdoq; vere dicantur. Dicitur enim videri aliud quia videtur, aliud quia videri poteſt. At infinitum non hoc pacto potentia eſt, vt actu ſeparatum tãdem euadat, ſed cognitione, hoc enim diuiſionem inquam nunquam deficere, præſtat quidem vt potentia ſit iſte actus, vt ſeparetur autem non præſtat. Quid igitur eſt atque quale actu quippiam eſſe, ex his & iſtiuſmodi manifeſtum ſit nobis. Quando vero vnum quodq; potentia eſt: & quando non eſt, determinandum deinceps eſſe videtur. Non enim quãdouis potentia eſt, veluti eſt ne ipſa potentia homo. An non eſt. Sed potius cum iam fuerit ſemen. Et neq; tunc modo quodam fortaſſe. Quẽadmodum neque a medendi facultate quoduis, neque a fortuna ſanabitur, ſed eſt quippiam quod eſt poſſibile, atque id eſt potentia ſanum. Diffinitio autem eius quod ex eo quod eſt potentia a mente fit actu, ſic aſſignari poteſt. Eſt ne id quod fit cum voluerit, id quod agit, nullo eorum quę ſunt extra obſtante. Ibi autem in eo quod ſanatur, cum nihil eorum prohibet quæ ſunt in ipſo, ſic eſt & quippiam potentia domus. Nam ſi nihil eorum quæ ſunt, in hoc, & in materia prohibeat, vt domus fiat, neque quidquam ſit adiungendum: aut auferendum, aut mutandum, id eſt, profecto potentia domus, & in cæteris ſimili modo. Quorum foris eſt principium generationis, & quorum in ipſis eſt, quæ quidem nullo prohibẽte externo per ſeſe operabuntur. Et ſemen nondum potentia dicitur, ſic

enim in alio atq; mutetur oportet. Qñ vero per ſuũ principium iã tale eſt, id iã potẽtia eſt. Illud aũt alio principio indiget. Quemadmodum terra nondum eſt potentia ſtatua: ſi mutabitur. n. æs erit patet.

xi. (Atq alio mõ infinitũ ipm, & vacuũ, & q̃ ſunt hmõi dicũt,) qm̃ qbus infinitũ eẽ placebat, ii in qbuſdã facultate ipz eẽ dicebãt. Nã vt in leuib⁹ corpib⁹ actu, ſic ĩ grauib⁹ facultate infinitũ eẽ, tradebãt, idcirco facultate & actu aliter ait in pleriſq; rebus ineſſe dici. Excẽpli gra in videre ac ambulãre, itẽq; in nõ videre, & nõ ambulãre aliter ineſſe dr̃ potẽtia & actu, nõ vidẽs. n. videre dr̃, qa põt efficere & fieri actu videns. Simil'r videns nõ videre dr̃, qm̃ fieri põt actu nõ vidẽs. Aliter ergo in his potentia dr̃, aliter in infinito & inani. Magnitudo. n. potẽtia dr̃ ĩfinita, nõ q̃ actu fieri poſſit, ſed qa in ĩfinitũ ſecari põt. Nã neq; infinitũ, neq; inane in rebus eẽ, in phyſica demõſtratũ eſt. (qm̃ qd vr̃ inquit, quia vr̃, aliud aũt, qm̃ videri põt). i. nã qd vr̃ nõ videri dr̃, qm̃ qd vr̃ põt nõ videri, ſic n. locus hic accipi debet: qd vero nõ vr̃, videri dr̃, qm̃ videri põt. At infinitũ non hoc pacto vt ſeparatũ ſit futurũ ſiue actu p ſe, ſed cognitione. Intelligimus. n. in infinitũ & numeros augeſcere, & magnitudinẽ ſecari, actu vero nũq̃ fit, & cãm cur potẽtia ſit ſemp vt infinite diuidat ſuggerit dicẽs. (Nã diuiſionẽ nunq̃ deficere pſtat, vt potẽtia ſit iſte actus). i. poſſe magnitudines agere p diuiſionẽ in infinitũ pſtat, qd aũt eſt pſtaris nẽpe hoc, diuiſionẽ nõ deficere, qa. n. ſectio nõ deficit in magnitudinib⁹, ſed q̃uncq; magnitudo deſ, põt in partes duas ſecari ex eo ſuppeditat & quaſi manat, vt magnitudines ſecari poſſint infinite, propter qd nõ deficit. (vt potẽtia ſit iſte actus). i. magnitudines potẽtia habeat agẽdi quaten⁹ infinite diuidunt, nõ aliunde ipis ſuppeditat, q̃ qd diuiſio nũq̃ deficit. Nã ſi diuiſio bipartita in magnitudinibus deficeret, nõ ſecarent in infinitũ. neq; potẽtia hui⁹ obtineret, at qm̃ nõ deficit, idcirco facultatẽ hñt, vt ſecent in infinitũ. & hoc ipm, vt ſecent inq̃ in infinitũ, ex eo ſuppetit, q̃ ſectio nõ deficiat, a quo tñ non ſuppeditat, vt in infinitũ ſeparet & actu exſtat. (Eſſe igr̃ actu qd et quale ſit ex his et talibus manifeſtũ ſit nobis) qm̃ libro. iiii in mctione actus & potẽtię dixerat, qñ igr̃ talia potẽtia dicunt & actu, & qñ ſecus alió ĩ loco diſputãdũ eſt, idcirco nũc cũ cõcludẽs de actu dixerit (eẽ igr̃ actu qd & quale ſit ex his & talib⁹ manifeſtũ ſit nobis) qd illic pollicitus eſt nũc dicit (qñ vero vnaqdq; potẽtia eſt, & qñ nõ, determinãdũ eſt. nec. n. q̃cũq; dicunt) ac niſi fallor, pximi cuiuſq; materiã potẽtia id eẽ ait qd põt, nõ itẽ remota. q̃rit igr̃ vtrũ hõ facultate ſit & pcõ, tatus rñdet dicẽs, an nõ? i. nõ eſt, ſed potius cũ facta eſt ſemẽ genitale, ac ne tũc qdẽ potẽtia hõ eſt, ſed cũ fuerit in fęmina cõiectũ. neq; hoc fortaſſe, niſi recẽpta cũſũ ſit idoneũ. Vt. n. nõ oĩa poſſunt a medico ſanari neq; fortuitu nã neq; ligna neq; lapides pñt, quare ligna ſanabilia eẽ negamus, ſic ne terrã qdẽ hoiez eẽ facultate dicimus. hęc etiãtus qm̃ eoz q̃ potẽtia ſunt, q̃dã ab intellectu in actũ reducũt, vt artificioſa, nõnulla fortuitu, qd. n. ſanari põt, id nõnũq̃ fortuitu ſanat, docet nosq̃ definire oporteat, nõ ſolũ id qd a mẽte in actũ reducit, qd reduci põt, ſed et id qd effici tur, ſic igr̃ ait (definitio aut eius, qd ex eo qd eſt potẽtia a mẽte fit actu). i. qd ex potẽtia in actũ trãſit idq; nõ fortuitu, ſed ab intellectu definiri põt in hũc modũ. ac definitionẽ ptinus ſubiũgit, cũ aliq̃d auctore volẽte in re nulla extẽna phibẽte. quaſi dicat, qd ab intellectu reducit in actũ, id qd in actũ reducit. cũ vult ipm reducẽs, re nulla exteriore obſiſtẽte. vt medicus qñ vult ex potẽtia in actũ reducir egrotantẽ, ſi re nulla externa phibeat. i. loco, tpe, vel quopiã alio. ſiqs igr̃ actũ efficiẽtis ab intellectu definire velit, ſic dz definire. q vero patietis, in hũc modu. cũ nihil internũ obſiſtit. Tũc. n. egrotans ab intellectu ſanari dr̃, eo eoz q̃ in ipo habent, nihil ipſi obſtat quominus cõualeſcat. ſed oẽs ipius partes opportunę ſunt recipiẽdę valetudini. Simil'r ligna, & lapides potentia dicunt dom⁹, ſi nihil phibet ingr eoz q̃ ſunt in hoc, & qd illud hoc ſignificet exponit

dicēs & in materia, quasi dicat, tūc hęc ptāte dicunt domus cū eoꝝ, q̄ sunt in materia nihil phibet, neq; in ea qdq̄ est qd sit vel adiiciendū, vel cōmutādū. Si.n. ligna vel lapides adderē oporteat vel demere: si forte redundēt, aut cōmutare si cum rudia sint secari indigeāt, atq; expoliri nō dicunt ptāte domus. Sin aūt materię nihil neq; addere neq; demere opus sit, neq; mutare, tūc & sunt, & dicunt potētia domus. cui similis est rō cæterorum tū qbus principiū gnonis extrinsecus adest, qualia sunt artificiosa, tū quibus c̄ in ipis cuiusmodi sunt naturalia. ptāte.n. dicunt (cū nullo ingt externo phibente erūt per se). i. cū res p se efficit, si naturalis est. Nā illud p se nō dz ad vtraq; referri ad artificiosa dico, & naturalia. Sed ad naturalia dūtaxat. vt semē exēpli gra tritici granū cū vase cōtinet nō dr ptāte spica. in alio.n. vt in terra excipiat oportet, ac cōmutetur. Cū vero in terrā ceciderit, & iā p sibi intūm principiū fuerit tale, vt. s. germinare queat, tunc potentia dr spica, illud autem granū inq̄ tritici quod vase continetur non dicitur potētia spica, qm̄ indiget altero principio hoc est terra. Neq; terra facultate dr statua, cum nō fiat statua cōmutando, sed æs, æs autem dr statua potētia qa mutādo efficitur statua.

Vr aūt id qd dicimus nō hoc eē, sed illiusmodi vt arca nō lignū, sed lignea, neq; ipm lignū terra, sed terreū. Terra rursus si hoc mō nō aliud, sed illiusmodi, sit semp illud p otētia simplr ē, qd posterius est. Velut arca nō terrea neq; terra, sed lignea est, hoc.n. est potētia arca, materiaq; ipsius hoc simplr quidē eius q̄ est simplr, huius aūt lignū hoc. Qd si quippiā sit primū, qd nō vlterius p aliud dr illiusmodi: hoc est materia prima, veluti si sit aerea terra, aer aūt nō ignis, sed igneus. Ignis est materia prima, q̄ quidē hoc aliqd est, in hoc.n. vniuersale subiectūq; differunt, qd alterꝝ hoc aliquid est, alterꝝ nō est, vt hō quidē & corpus ac aīa subiectū est ipsorꝝ affectuū. Affectus āt est musicū, atq; albū. Illud itaq; cū orta fuerit musica, nō musica, sed musicum dr, & hō nō albedo, nō ambulatio, sed albū & ambulās, vt ipsum illiusmodi dr. Quę igr hoc pacto dicunt, in his vltimū est substātia. Quæ vero nō hoc pacto dicunt, sed forma q̄dā, atq; hoc aliqd est id qd p̄dicat, in iis vltimū est materies, substātiaq; materialis. Et recte igr fit, vt ipm illiusmodi & p materiā & p affectus dicat. Ambo sunt vt patet indefinita. Qñ igit quippiā dicēdū est potētia esse, & qñ nō est dicendū satis iam diximus.

xii.

(Vr aūt id qd dicimus nō hoc esse, sed huius. vt arca nō lignū, sed lignea, nec lignum terra, sed terreū.) Qm̄ materia ptāte est formæ ipsę, & a forma diuersa, idcirco cōpositum nō appellatur materiæ noie. neq;.n. arcā lignū appellamus, sed deriuato vocabulo ipsam illius eē dicimus hoc est ligneā. vel fortasse nō est hic sensus hoꝝ verboꝝ, sed ille, materiā remotā potētia esse nō dici. ꝓpterea qd res non denominant ex ea, sed ex proxima. Siquidē arcā ligneā esse dicimus, nō aūt terreną. Aut ne hic quidem sensus est, sed docet nos opinor qua regula materiā vltimā dignoscamus, & qua nō sit altera prior, in hāc sententiā. Quæ ex aliis denominantur, ea sunt ꝓximę materiæ, & qbus nulla posterior est. sed ea vltima est, q̄ hmōi occurrit, vt nō denominetur ex alia. quoꝝ verboꝝ hunc esse sensum ipse exposuit dicens. (Terra rursus si hoc modo, nō aliud) i. si denominando dicatur, exepli gratia aerea, nec dicat aliūd. i. terra simplr, qd aliud dr & nō illius, hoc simplr & ꝓprie posterius est. exēpli gratia primū si ad arcā spectes est lignū, posterius vero terra. sed neq; simplr posterius hæc est, sed extrema materia

Si ergo: vt diximus: est aliqd primū, nā quod supra vocauerat vltimū, id nūc appellat primū alia ratione, incipientibus.n. ab infimo primū est. si quid est ergo primū, neq; dicit, ab alio, nec denoīatur a quopiā, id materia prima est, exēpli gratia terra est aerea, aer igneus, ignis nō denoīatur ab alio, ignis erit materia, prima q̄ hoc aliquid est, neq; dicit ab aliquo. (In hoc.n. ait vniuersale subiectūq; differūt) vniuersale nūc simplr appellans oē predicatū, siue substātia id sit, siue accidēs, subiectū vero substātiā, hoc igit ea differunt, qd subiectū est hoc aliquid, & ab affectionibus denoīatur, affectiones ex ipsis nō itē. & si musica in anima fuerit ingenerata, aīa non vocat musica, ipsa videlicet disciplina, sed musicū, & hō nō appellatur albedo, sed albū, nec ambulatio, vel motus, sed ambulans & moueri dicit. Et simpliciter qucadmodū dicit illud (illius) sic album secūdū. hunc intellectū. nā & ipm denoīatiue dr. albū.n. idē pollet, atq; ligneū, quasi ex albedine. & quęcūq; sic dicunt: vt albū, vel musicū. Et oīo q̄ perinde dicunt, vt q̄ scdm affectiones, hoꝝ vltimū atq; subiectū substantia est, (q̄ vero ingt nō sic, sed forma q̄dā dicunt, atq; hoc aliquid est id qd p̄dicatur) nā cum dico album, non formā quāpiā, aut hoc aliquid dico, cū uero statuā, statua forma q̄dam est & hoc aliqd, similiter imago & domus, subiecta vero statuę vel domus, vel imaginis, nō quasi formę subiiciunt eis, sed tanq̄ materia, & substātia materialis. Ex qbus intelligit eoꝝ, q̄ tanq̄ formę dicunt & eoꝝ q̄ quasi affectiones, hoc esse discrimē, ꝙ ex affectiōibus subiecta dicunt. a musica.n. musicus dicitur, ab albedine albus. affectiones aūt nō dicuntur ex subiectis, nisi per accidens. siquidē albū hominē per accidens esse dicimus, nō aūt perse. cōtra vero in iis quę tanq̄ formę dicuntur. formę.n. ex materia, subiectoq; nuncupātur. Nam statuā dicimus ęneā, nō ęs statuā, & arcā ligneā, non lignū arcā. Hęc effatus infert, recte illud (illius) dici secūdū materiā & affectiones. Nam cū affectiōes a subiecto definiantur, albū.n. per se indefinitū est, siquidē oīo absq; subiecto consistere nequit, similiterq; materia a forma, merito illud illius quod de alterutro dicitur, itidē dicitur de altero.

Cū aūt sit distinctū quot modis ipsum prius dicat, patet actū potētia eē priorē: atq; nō solū ea potētia definita: q̄ principiū mutā di in alio, vt est aliud dicit, sed oīno oī principio motiōis, atq; qctis. Etenim natura in eo dē est genere in quo est & potētia ipsa. Est,n. principiū mouēdi, at non in alio, sed in ipso, vt ipsum est. Omnē igit talē potētiā ipse actus rōne atq; substātia antecedit, tpe uero partim est prior partim nō prior. Atq; rōne qdē esse priorē patet, ex eo nāq; passibile est id quod primo potest, qa agere potest. Aedificatiuum enim id est quod ædificare potest, & visiuum id quod videre, & visibile id quod videri potest. Eadē est & in cæteris ratio.

xiii.

Quare rationem antecedere cognitionemue cognitionem, necesse est. (Cum autem definitū sit, quot modis prius dicatur) propositum ei est actum potentia priorem esse demostrāre tum ratione. i. cognitione, tum etiam tempore, atq; natura, & ait, qm̄ supra constitutū est in libro. s. quarto huius operis, quot modis prius dicatur, dubitari non debet, quin actus q̄ potentia prior existat, non solum ea, quę paulo ante definita est, cum potentiam esse diceret principium commutandi in alio: vt aliud est, sed omnino q̄ omnis potentia mouendi vel consistendi. vocat autem naturam principium mouendi & consistendi. qm̄ in physica naturam principium esse definiuit motus & quietis eius in quo est primum & perse non per accidens. sed cum naturam principium mouendi vocasset, priusq̄ facultatem principium esse mouendi dixisset, adiecit (&.n. natura in eodem genere est in quo est & potentia ipsa) quasi diceret, actus q̄

natura prior eſt.ſed quia potentia & natura in eodem genere ſunt,& genus eſt princi-
pium mouens potentię atq; naturę,loco naturæ dixit principium mouens . Natura ve
ro hoc differt a potẽtia,q̃ potentia in alio exiſtẽs,vt aliud eſt ,in illo ineſt,natura vero
in quo eſt,non vt eſt aliud,in eo exiſtit,ſed vt ipſum & perſe, Natura.n. dionis quate-
nus is talis eſt in ipſo ineſt atq; perſe . Omni ergo potẽtia ingt tum ea q̃ ſupra definita
eſt,tum ẽt natura,potentiã appellans naturã,propterea qđ eſt in genere potentię vt di
ximus,actus prior eſt rõne atq; natura,tẽpore vero mõ quodam prior , alias vero po-
ſterior.& protinus ratione priorem eſſe in hunc modum confirmat. Primũ inquit poſ
ſibile.i.proxĩa potentia,ſiue materia proxĩa,poſſibilis ſiue potẽs dicit̃, qm̃ efficere põt.
Aes.n.ſtatuã fieri poſſe dicimus,ꝓterea q̃ actu effici ſtatua põt . Pari ratione ædifi-
cator dicitur,qui põt ædificare,& in hoc efficere.& facultatẽ habere videndi quod vi-
dendo efficere poteſt.& ſimiliter cętera.Si ergo potẽtia per actũ cognoſcitur , neceſſe
eſt,vt ratio cognitioq; actus,potẽtiæ rationem,cognitionemq; præcedat.Id.n. p quod
res addiſcitur,prius eſt,q̃ res ipſa quæ addiſcitur.vt cauſa prior eſt effectu. quod hinc
quoq; intelligi poteſt,quoniam id poſſe dicimus,quod agere poteſt,& per actũ poten
tiam declarare nitimur.vt dubium non ſit,quin actum vt notiorem prioremq; poten-
tia ad potentiæ cognitionem aſſumamus.cum oĩs doctrina omniſq; diſciplina intelle
ctualis ex cognitione antecedente fiat.vt in poſterioribus reſolutoriis docuit.

Tempore autem in eiſdem quidem ſpecie prior eſt : antecedit enim
id tempore:quod idem efficit ſpecie: in eodem vero numero ſequitur .
Dico autem hoc pacto:hoc homine qui quidem actu iam eſt : & tritico ac
vidente:materies,& ſemen,ipſumq; viſum tempore prius eſt . Quæ ſa-
ne potentia quidem ſunt:homo:triticum: atq; videns:ſed nondum actu:
At his alia tẽpore ſunt priora : q̃ actu ſunt:a quibus hæc ipſa ſunt orta.
Semper enim ab eo quod iam eſt actu: ex eo quod eſt potentia : ens actu
fieri ſolet : vt homo ab homine:muſicus a muſico ſemper mouẽte aliquo
primo.Id vero quod mouet actu iam eſt.In ſermonibus autem de ſubſtã
tia diximus:oẽ quod fit ex aliquo atq; ab aliquo fieri: idque ſpecie idẽ eẽ.
Quapropter & impoſſibile eſſe videtur ædificatorem eſſe quem̃q; ſi non
antea quicq̃ ædificauerit:aut citharedũ ẽt , niſi antea pulſauerit citharã.
Qui nãq; pulſare diſcit:pulſando diſcit pulſare:& cæteri ſimili mõ. Vnde
& redargutio illa ſophiſtica emergebat:qua quempiã non,haben tẽ ſcien
tiam:id cuius eſt ſcientia facturum inferebatur. Qui nãq; diſcit: non ha-
bet:ſed quia eius quod fit aliquid factum eſt: & eius omniõ quod moue
tur aliquid motum eſt:quod quidem in libris de motu patuit demõſtra-
tum:ideo diſcentem etiam fortaſſe neceſſe eſt ſcientiæ quid habere. Verũ
& hinc actum hoc: quoquo pacto potentiam priorem eſſe generatione
atq; tempore patet.

(Tempore autem prior hoc modo , quod ſpecie idem efficit, prius eſt) poſtq̃ xiiii.
actum priorem eſſe ratione quam potentiam docuit, oſtendit tempore modo quo-
dam actum quam potentiam priorem eſſe, alio vero non, ad cuius demon-
ſtrationem pronunciatum quoddã ſiue aſſumptum oppido q̃ manifeſtũ aſſumit. qđ.ſ.

ſpecie idem efficit prius eſſe . Sophroniſcus enim qui ſocratem fecit, qui ſpecie idem
eſt atque ſophroniſcus , non autem numero , prior eſt q̃ ſocrates . Nam ſophroniſ-
cus & ſocrates ſpecie idem ſunt , non autem numero , quod aũt effectum fuit , quod
vnum eſt & idem numero poſterius eſt. Quod igitur idem efficit ſpecie,vt diximus,
prius eſt . quin etiam granum tritici ,quod in terram coniectum alterum granum ꝓ
creauit , ſpecie idem atq; efficiens prius eſt q̃ quod eſt procreatum . cui ſimilis eſt cæ
terorum ratio. quo præſumpto ait,ſi ad id quod procreatum eſt atq; effectum ſpectes
ſemen & materia , ac omnino potentia , nam materiam vocat potentiam ,prior eſt,q̃
forma atq; actus . quandoquidem ſemen genitale & menſes muliebres , quæ poten-
tia ſocrates erant , nondum vero actu , priora ſunt tempore q̃ ſocrates . & materia hu
ius grani tritici, quod potentia erat hoc granum, prior eſt tempore q̃ ipſum . Ergo ſi
ad materiam ,vt diximus,atq; potentiam ſpeties, potentiam reperies priorẽ eſſe actu.
Sed quoniam ſemen ex homine , qui actu erat eſt effectum,& videndi facultatem ha
bens ex vidente , & ſimiliter cętera , idcirco actus prior eſt tempore, q̃ potentia,at his
inquit.i.materiis ac potentiis alia quæ actu exiſtunt tempore ſunt priora.ex quib⁹ acti
bus potentiæ ſunt effectæ . Nam licet ſemper ex ſemine & menſibus , quæ potentia
ſunt homo fiat,homo actu , contra tñ ſemen & menſes ex hominibus actu fiunt . Si
quidem homo ex homine actu , & muſicus ex muſico fit,& ſemper quæ fiũt ex aliquo
primo mouente fiunt . In ſexto autem libro , illic enim de ſubſtantia diſputauit , di-
ctum eſt ,omne quod fit ex aliquo fieri aliquid.& hoc quod fit naturaliter,non artificio
ſe ſpecie idem eſſe , atq; mouens . vt intelligatur actus prior eſſe q̃ potentia . quod
ſi oc quod fit,efficitur aliquid,& ab aliquo primo mouente fieri nõ poteſt, vt ſit quiſpiã
ædificator,qui nihil ædificauerit aut citharedus qui cithara non perfomerit.Nam qui
cithara canere diſcit,is cithara canendo,cithara canere diſcit. Ex hoc igitur ꝓ oc quod
fit ex aliquo primo mouente ac exiſtente actu fit ſophiſticis captionibus data eſt occa-
ſio . Interrogabant enim ſophiſtę ,atq; adeo nunc interrogant , nunquid non habens
ſcientiam,alicuius ſcientiam efficiet. & prius ſcientiam accipiunt vt habitus intelligi-
tur , qui eſt in anima , poſterius vero cum dicitur (ſcientiam efficiet) pro ſcibili, qđ
per ſcientiam dicitur . quo in loco artes appellat ſcientiarum nomine . Cum ſic igitur
interrogantibus ab aduerſariis reſponſum eſſet , non efficiet , qui enim arte caret ſta-
tuam conficiendi is profecto ſtatuam nunquam conficiet , ſic igitur perconctati taliq;
accepta reſponſione ſophiſtæ inferebant , qui cithara canere diſcit , is non habens
ſcientiam cithara canendi cithara canit , nam ſi haberet,non addiſceret . ergo non ha
bens cuiuſpiam rei ſcientiam efficiet & non efficiet , quod eſt ſcientiæ. quod quidem
eſt abſurdum . Et ſoluit ſophiſma dicens . (Sed quia eius quod fit aliquid factum eẽ
& eius omnino quod mouetur , aliquid motum eſſe) & ſubaudiendum eſt demon-
ſtrauimus , vt ſit plena oratio huiuſmodi , ſed quia nos demonſtrauimus eius quod
fit aliquid factum eſſe : & eius omnino quod mouetur aliquid motum eſſe . ſophiſma
diſſoluitur . In vltimis enim libris de phyſico auditu , nam illos vocat de motu:oſten
dit omne quod mouetur prius eſſe motum , & omne quod motum fuit prius fuiſſe
motum . quod ſi ita eſt , qui cithara canere diſcens , canit , is prius cecinit . Cecinifſe
autem , quieuiſſe eſt in aliqua parte cantus. Itaque habens aliquid ſcientiæ prius, licet
non totam, cithara canit , & omnino id quod efficit habet . licet non abſolutum per-
fectum ſit . non igitur quod non habet efficit , ſed quod habet . Ex his ergo ait intelli
gitur manifeſto actum priorem eſſe , quam potentiam generatione & tempore,
propterea quod ante ipſum fieri præcedit factum eſſe. quod quidem finis eſt alicuius
generationis .

At vero ſubſtantia quoque eſt prior, primo quidem ex eo, quia quæ poſteriora ſunt generatione, forma atque ſubſtantia ſunt priora, vt vir puero & homo ſemine. Alterum enim iam habet formam, alterum non habet. Deinde ex eo quia omne quod fit ad principium proficiſcitur atq; finem. Id enim gratia cuius cætera fiunt principium eſſe conſtat. At generatio finis ipſius eſt gratia, & ipſe actus eſt finis, & huius gratia potentia ſane ſumitur. Non enim animalia vident, vt habeant viſum, ſed vt videant viſum habent. Simiter & vt ædificent ac contemplentur edificandi contemplandiq; facultatem homines habent. Sed non contemplantur vt habeant facultatem, niſi qui meditantur. Atque hi non contemplantur, ſed aut hoc pacto, aut talis non indigent contemplationis. Præterea materies eſt potentia: propterea q; ad formam accedere poteſt. Cũ eſt aũt actu, tũc eſt in forma. Simile eſt in cæteris, & quorum finis eſt motio. Quapropter vt ii qui docent, cum diſcipulum operantem oſtenderint, finem iam reddidiſſe arbitrãtur. Alioquin ille mercurius erit paſſonis. Erit.n. incertum, ſi ſcientia intus an extra ſit perinde vt ille, ſic & ipſa natura facit. Nã ipſum opus eſt finis, ipſa aũt opatio eſt ipſum opus, idcirco & nomẽ ipſum opatio ab opere dicitur, atq; ad actũ attendit.

(At vero ſubſtãtia quoq; eſt prior. Primo quidem ex eo, quia quę poſteriora ſunt generatione, forma atq; ſubſtantia ſunt priora. (Natura quoq; & fine actum q̃ potentiam priorem eſſe demonſtrat. quod quidẽ categorice oſtẽdit in prima figura ad hũc modũ. Actus q̃ potentia generatione poſterior eſt, quę generatione pòſteriora ſunt natura & fine ſunt priora, actus igitur forma atq; ſubſtantia & fine prior eſt q̃ potentia. Eſſe autẽ natura priora, quę poſteriora ſunt generatione, perſpicuũ eſt. Vt.n. architectus prius domum in ſe ipſo format, & tunc fundamenta iacit, deinde parietes ac tectum ædificat, ſic natura ad virum exempli gratia, quaſi ad ſignum ſpectans, quippe cum gratia cuiuſpiam efficiat, vt in tertio libro de phyſico auditu demonſtratum eſt, primum ſemen genitale ac menſes muliebres efficit, deinde cor, tunc iecur, poſt hoc carnes, neruos & oſſa, deinde infantem, tum puerum, poſt adoleſcentem, deinde virum. Ita quæ poſteriora ſunt generatione, natura ſunt priora, natura vero poſteriora vt ſemẽ & menſes, nobis priora ſunt. Ergo vir q̃ puer prior eſt natura, puer q̃ ſemẽ. At puer iam formam habet atq; actum, ſemen non habet, ſed habere poteſt. Quod ipſum alter oſtendit dicens. Cuius gratia cuncta fiunt, id finis eſt & in ipſum tanquam in principium & prius quæ fiunt contendunt, fiunt autem actus gratia cuncta, actus igitur finis eſt & prior, q̃ potẽtia. nam potentia & generatio propter actum eſt. Haud dubie igitur & forma & perfectione prior eſt, q̃ potentia. Eſſe autem potentiã actus gratia, ac proinde actum priorem potentia. nam id cuius gratia vt perfectum prius eſſe, q̃ quod eſt ipſius gratia, perſpicuum eſt, animalia enim viſum habent. i. videndi potẽtiam, videndi agendiq; gratia, non autem vident & agunt, vt viſum ſiue potentiam videndi habeant. Pari ratione facultatẽ hoc eſt artem ædificandi habent, vt ædificent, nõ autem ædificant, & actum habent, vt habeant artem a dificandi. & contemplatricem facultatem vt contemplẽtur, non ediuerſo contemplantur. vt contemplandi obtineãt xv.

facultatem. Sed quoniam qui meditantur, agunt, vt poſſint contemplari, idcirco dicat fortaſſe aliquis hunc meditandi actum eſſe gratia potentiæ conſiderandi, ac proinde falſum eſſe dictu potentias actuum gratia conſiſtere. Sed hos potius eſſe propter potentias: quod ſi ita ſit, potentiam priorem eſſe q̃ actum. Nam id cuius gratia prius eſt, q̃ quod eſt gratia alicuius, hæc igitur quæ dictis obiici poterant, ſoluens. Meditantes inquit non contemplantur. Nam ſi contemplarentur, cõtemplari dici poſſent; vt potentiam haberent contemplandi, nunc autem cum non contemplentur, ne licet quidẽ hoc dicere. Hanc igitur oppoſitionem cum ſoluiſſet, per inſtantiam, eandem per affirmationem ſoluit dicens. (Sed autem hoc pacto). i. meditantes vel quodammodo contemplantur, vel nõ indigent contemplari. quaſi dicat vel non indigent contemplatione meditationis. Sed hæc meditantium contemplatio, cum imperfecta ſit, & prope nihil perfectiſſimæ, atq; potiſſimę contemplationis gratia efficitur. Præterea materia potentia eſt, atq; dicitur, quoniam ad formam peruenire poteſt, cum autem peruenit, & actus eſt, in forma conſiſtit. vt hac quoq; rõe actus q̃ potentia prior eſſe dicatur, tanq̃ res appetenda & ordinatrix & in ornamentum perducens. Similiter inqt ſeſe res habet in cæteris quorum finis eſt motio. Artis enim ſaltandi finis nihil aliud eſt, q̃ ita moueri. in his igitur actus prior eſt potentia. quare vt præceptores tunc diſcipulũ ad finem doctrinæ veniſſe putant, ac finem reddidiſſe, cum ipſum per doctrinam agere oſtenderint, nam ſi actus eſt opus, opus autem finis, actus nimirum finis eſt. quare cum operatur, tunc ipſum finem habere putant. hic enim eſt ordo dictionis, hic natura tunc quod fit nactum eſſe finem arbitratur; cùm ad actum peruenit: Nam illud (alioquin ille mercurius erit paſonis) cum illo cohęret. (quapropter vt ii qui docent, cum diſcipulum operantem oſtenderint) eſt autem ſenſus alioquin. i. niſi præceptores diſcipulum operantem oſtentauerint, ſed dixerint, a ſe fuiſſe doctum, licet non operetur, dubium eſt habeat necne habeat ſcientiam. Nam cum ex operibus artificem quoq; atq; ſcientem iudicemus, ſi non operatur, quomodo habeat, an non habeat doctrinã intelligi poteſt? Erit enim incertũ num intus ſententiam habeat an extra. i. habeat, nec ne. vt paſonis mercurius intra an extra lapidem ſit ignoratur. Paſonis autem hiſtoria ſi cui nouiſſe placet, huiuſmodi eſt. Paſon ſtatuarius in lapide quodam mercurii formam expreſſit, & in lapide mercurius videbatur, ſed intra lapidem ne, an extra eſſet incertum erat. Extra eſſe dici non poterat, quoniam ſi eſſet extra, vt lapis eſſet ſculptus oportebat & inęqualitates haberet, at ille totus erat lęuis more ſpeculorum. Ob hoc igitur extra eſſe dici non poterat. Sed neq; intra. nam ſi lapis in quo mercurius erat, iuncturas aliquas vel commiſſuras haberet: in prõptu erat dicere, in altero lapide mercurium expreſſum extra, deinde impoſitis leuiſſimis lapidibus incluſum fuiſſe, ſed videri per traſparentes ac per lucidos lapides coſdemque leues impoſitos. vt ſiquis formam quampiam ex cera effingat eiq; vitrum aliudue perlucidum corpus extrinſecus imponat, forma cerea intus videbitur, ſi hoc igitur eſſet, hæc non immerito dici poſſent, at cum lapis vndiq; continuus eſſet, atq; vnus, & nullam haberet cõmiſſurã, hoc dicere nõ licebat. Itaq; incertum erat mercurius extra eſſet, an intra lapidem, extra propter lapidis æqualitatem, intra qm̃ intelligi non poterat, quomodo intra lapidem continuum mercurius eſſet effectus.

Quanquam autem in quibuſdam vltimũ eſt ipſe vſus, vt videndi potẽtiæ viſio, vbi nihil aliud a viſu fit opus. In quibuſdã fit aliquid prẽter vſum, vt ab extruendarum ædium facultate præter ædificationem fit domus. In vtriſq; tamen actus erit potentiæ finis, & ſi magis in illis finis eſſe vi-

Etenim ædificatio in eo eſt quod ædificatur, & fit, atq; eſt vna cum ædibus ipſis. In quibus igitur aliud quippiam eſt quod fit præter vſum, eorum actus in eo quod efficitur ineſt, qualis eſt ædificatio atque actus texendi, illa enim in eo quod ædificatur hic in eo quod texitur ineſt. Et in cæteris itidem quæ talem ſubeunt rationem. Atque omnino motus ipſe in eo eſt quod mouetur.

(Quanq̃ in quibuſdam vltimum eſt ipſe vſus vt viſus ipſa viſio,) Anteq̃ ad dictorũ xvi.
expoſitionem accedamus aliqua ſunt nobis commemoranda, ex quibus intelligentia illorum aperiatur. Intelligendum eſt enim viſum per quem cernimus & potentiam eſſe, & actum. potentiam ii ad viſionem ſpectes. Eſt enim viſus facultas, qua videre poſſumus, viſio vero eſt actus. Reſpectu igitur viſionis potentia eſt, ſin autem ad eũ ſpectes, qui viſum non habet, accipere tamen poteſt, actus eſt, & habitus. Cum.n. qui viſu caret, obtinere tñ poteſt, is viſum habere poſſe dicatur, cum vero habet, non dicitur habere poſſe, dubium non eſt, quin viſus ſit actus. Ars quoq; ædificandi & potentia eſt & actus. potentia reſpectu ædificationis, actus ratione priuationis quam ædificator habebat, anteq̃ haberet artem ædificandi, nam ex facultate ædificatore ædificator actu fuit effectus. Neq; vero id ſolum de habitibus dicitur, ſed etiam de iis, q̃ habitus habent. geometra .n. non operans reſpectu operantis, facultate geometra eſt, actu vero comparatus puero, qui geometra fieri poteſt. Sed de his ego in libro de aĩa latiſſime diſſerui. quæ nunc dictorum explicandorum gratia breuius ſunt cõmemorata. Ariſtoteles igitur: hoc per verba ꝓpoſita dicit. Cum in quibuſdam vltimum & finis ſit vſus, vſum appellans actum, & præter actum nihil efficiatur aliud, viſus enim vſus atq; actus eſt ipſum videre neq; aliud efficiatur præter viſionem, quemadmodũ inſaltandi arte nihil efficitur præter ſaltationem. In quibuſdam vero fiat. Artis enim ædificandi vſus & actus eſt ædificatio, ſed aliud quiddam efficitur præter ædificationem, domus videlicet. Cum hæc igitur inquit ita ſint, tñ in his nihilo ſecius eſt aliqs finis, in quibus præter actum nihil eſt. Immo vt finis eſt eorum, quoq; quidq̃ eſt ꝓter actionem, ſic & eoq;, quorum nihil eſt præter vſum. Eſt igitur inquit & hic finis .i. in arte ædificandi, ſed & hic .i. in viſu magis finis q̃ potentia, potentiam appellans videndi facultatem, ipſum dico viſum, finem vero & actum viſionem, quod quale ſit ſtatim explicauimus. Itaq; illud (hic autẽ finis magis q̃ potentia) perinde eſt ac ſi diceret, viſus eſt ille quidem finis, tñ viſio magis eſt finis, q̃ potentia .i. q̃ viſus. quomodo autẽ viſio magis q̃ uiſus finis exiſtat, ex ſimilitudine docet artis ædificandi, dicens. (Et .n. ædificatio in eo eſt, quod ædificatur & fit atq; eſt vna cum ædibus ipſis) quali dicat. Vt ædificatio ſeſe habet, ad artem ædificandi, ſic viſio ad viſum, ædificatio aũt finis ẽ magis, q̃ ars ædificandi ergo viſio q̃ viſus. Aſſumptionis vero huius, ædificatio autẽ finis eſt magis, q̃ ars ædificandi, cõfirmatio eſt illud (& enim ædificatio in eo eſt quod ædificatur, & fit atq; eſt vna cum ædibus ipſis.) Nã cum domus ædificationis opus ſit, atq; ædificatio fiat & ſit, ſimul cum domus efficitur, niſi enim domus fiat, ne ædificatio quidẽ efficitur, neq; domus, niſi ædificatio. cumq; opus facultatibus præſtantius habeatur, propter opus cum facultatem habemus, ſimul autem cum opere ſit actus poteſtia vero vt ars ædificandi tunc etiam ſit cum nulla domus efficitur, dubium eſſe non debet quin actus q̃ potentia prior ſit, & magis finis, ac proinde viſio q̃ viſus. nam viſio ad viſum quemadmodum paulo ante diximus, ſic ſe habet, vt ædificatio ad artem ædificandi.

In quibus autẽ præter actum non eſt aliud quicq̃ opus: in iis ipſis eſt ipſe actus: nã viſio in eo eſt ſane quod videt: & contemplatio in eo quod contemplatur, & vita in anima. Quapropter & fœlicitas ipſa, quippe cum ſit vita quædam. Quare ſubſtantiam ipſam ac formã actũ eſſe patet. Et hac igitur ratione dilucidum euaſit, actum ſubſtantia potẽtia ipſa priorem eſſe. Et vti diximus, tempore ſemper alium actũ alius antecedit, vſq; ad primi ſemper mouentis actum.

. xvii. (In quibus aũt præter actum nõ eſt aliud quidq̃ opus. in iis ipſis eſt ipſe actus) poſtq̃ quorum præter uſum nullus eſt finis: in iis quoq; actus potius: q̃ potentias fines ac ꝓſtantiores eſſe docuit: nunc exponit quorũ actus in efficienda re: quorum in efficiẽte cõſiſtant. Sic ergo ait, qm̃ edificatio & textio ſimul eſt cũ re quæ ædificatur & que texitur, haud dubie ædificatio & textio in ipſis exiſtit. Nã ſi ædificatio eſſet in ædificante, non in eo quod ædificatur, nimirum ædificatio ẽt tũc eſſet: cũ nihil ædificaretur, quod fieri non poteſt, ædificatio igitur in re ineſt: quæ ædificatur. & textio in ea, quæ texitur, quare cum id quod ædificatur præſtet arti ædificandi, ſatis intelligitur ædificationem arte ædificandi, viſionem viſu potiorem eſſe. Quorum igitur præter vſum aliquid eſt, horum actus in eo quod fit conſiſtit, quorum autem nõ eſt quidq̃ aliud præterea, horum actus eſt ipſis efficientibus. Nam viſio in vidente ineſt: non in re quæ videt. Item vita in anima, vita enim actio animæ eſt. vt viſio ipſius viſus, ex quo intelligitur fœlicitas cum vita quædã eſſe intelligatur: in anima ineſſe ꝑrſus, vt ex dictis dubitari nequeat quin ſubſtantia formaq; actus exiſtat. ſi enim tunc fœlicem fœliciter agere dicimus, cũ formã fœlicitatis, hoc ẽ ipſã fœlicitatẽ accepit, & mẽſes muliebres hoĩs muniũs agere ſiue obire, cũ formã hoĩs acceperũt, quid attinet aliud, diuinare niſi formam eſſe actum, & concludit totum ſermonem dicens. Ex hac igitur ratione palam fit, actum ſubſtantia priorem eſſe q̃ potentiam, & vt dictum eſt ſemper tempore actũ actus alter antecedit: vt ante ſocratem, qui actus eſt, ſophroniſcus actus fuit, & ſic ſemper vſq; ad primi mouentis actum, quoniam illum actum nullus actus antecedit. ſed ipſe primus omnium eſt & cauſa exiſtendi:

At vero magis etiam proprie prior ipſe actus potentia eſſe videbitur. Res enim perpetuæ priores ſunt eis ſubſtantia: quæ oriuntur & occidunt: eſt autem res perpetua potentia nulla. Ratio cuius hæc eſſe videtur. Omnis potentia nimirum ſimul eſt contradictionis. Quod enim eſſe nequit, id nulli competet vnq̃. Fieri autem poteſt, vt poſſibile omne non operetur: fieri ergo poteſt: vt id & ſit & non ſit, quod eſt poſſibile eſſe, at vt id non ſit quod poſſibile eſt non eſſe, fieri ſane poteſt. Quod autem fieri poteſt vt non ſit: id corruptibile eſt: aut ſimpliciter: aut hoc ipſo quo fieri poſſe dicitur, vt non ſit, aut loco: aut quantitate, aut qualitate, Abſolute vero ſubſtantiæ ratione. Nihil enim eorum quæ ſimpliciter corruptionem non ſubeunt; potentia eſt abſolute. Vt aliqua vero ex parte ſit: nihil obſtare videtur, veluti quale vel vbi. Actũ ergo ſunt vniuerſa, neq; eorum quæ neceſſario ſunt, at hæc ſunt prima. Si enim hæc nõ eſſent nihil eſſet profecto. Neq; igitur motus is eſt potentia, qui ſempiternus eſt

Neq; si quid perpetuo mouetur, potentia motu cietur, nisi ea ratione, qua ex hoc in hunc terminum proficiscitur huiusce uero nihil prohibet materiam esse. Quo circa sol atq; astra semper operantur atq; mouentur totumq; cœlum. Atq; non est pertimescendum ne tandem stent, mouerique desinant, quod quidem naturales philosophi pertimescunt. Neq; id agentia, defatigantur. Motus enim ipsis non vti rebus caducis, atq; mortalibus circa contradictionis potentiam competit, vt laboriosa sit ipsa continuatio motus. Huius enim causa substantia est ea, quę materies est atq; potentia, & non actu.

(At vero magis etiam proprie, res enim sempiternæ mortalibus substantia priores xviii
sunt) demonstrato actum priorem esse q̄ potentiam ratione, tempore, & causa, nunc docet, non simpliciter sic esse priorem: sed magis proprio siue nobiliore modo: procedit autem confirmatio per quendam locum in topicis traditum, qui ait: quæ potioribus præstantioribusq; insunt, ea potiora sunt, & præstantiora, quod si verum est actus autem in sempiternis inest, facultas in non sempiternis, & sempiterna præstantiora sunt & potiora, profecto actus, qui in sempiternis existit, potior est facultate, quę in non sempiternis inest. sempiterna igitur inquit mortalibus substantia priora sunt. Sempiternorum autem nihil est facultate: sed actus sunt vt dictum est in libro de enūciatione. quare si sempiterna sunt actus, potior est actus, qui habetur in potioribus, q̄ potentia. prefatus autem potentiam non esse in sempiternis, idem confirmat dicens. Ratio & causa cur facultas non sit in sempiternis, sed omnia sempiterna sint actus, hæc est. omnis potentia est contradictionis. qui quidem omnium est consensus. nam qui recte valendi potentiā habet, idem & non recte valēdi, cui similis est in cæteris ratio. Si ergo omnis potentia est contradictionis, & quod esse nequit, nulli potest adesse. omne autem possibile contingit nō agere: nec. n. qui recte valere potest, is semper recte valet, haud dubie cōtinget esse & nō esse, qđ aūt nō esse cōtingit idē & esse & nō esse pōt, porro quod esse & nō esse potest, id mortale est vel simpliciter: vt aqua & natiua oīa, occidit. n. aqua cum efficitur aer, & hic cum trāsit in aquā vel non est simpliciter mortale: sed quod esse dicitur, idē nō esse pōt secundum locum, quātum ve aut quale: sol. n. simpliciter non est mortalis. tñ cum est in capricorno, esse pōt in ariete: & hac rōne est nō ens, atq; mortalis. sed nō simpliciter, vt diximus: sed quatenus cum possit esse, nō est in ariete. Itē planta cubitalis: quę sex cubitorum esse pōt, mortalis dicit̄ ac ne hoc qdē simplr, sed qm̄ qđ esse pōt, id nō est. qđ. n. esse pōt, sed nondum est: id quo dāmodo deletum esse dicimus, quod album esse potest cum non sit, id non simplr est mortale, sed quali. Id aūt simpliciter est mortale, quod substātia deletū esse pōt. quare si possibilia partim dicunt̄ q̄ simpliciter interire possunt: alia q̄ quodammodo, profecto sempiternorū, & simpliciter īmortalium nihil simpliciter est potētia, prorsus vt natura & substantia eius interire valeat. Ac supermūdana quidē cūcta neq; simpliciter potentia sunt. neq; secundum quid, circulata vero & diuina corpora nihil obstat, quo minus secundum quid sint possibilia. exempli gratia: secundum quale: vel secundum locum. secundū quale qm̄ luna semiplena lumine plena effici pōt. scdm locū, qa sol cum geminos tenet, in taurum transire potest. simpliciter igitur īmortalia haud dubie actu sunt: non potentia, ergo neq; simpliciter sempiternorum: nec eorum quæ sunt necessario, vllum est potentia. si. n. quæ esse possunt, ea & esse & non esse cōtingit: necessaria vero semper se eodem modo habent, vtiq; necessariorū nullum erit potentia

Quod vero ait. (At hæc sunt prima) hæc appellās sempiterna huiusmodi est. At hæc prima esse dictum est, supra enim est dictum. Nam cum dixisset in primis & immortalibus non esse potentiæ locum, idq; demonstrasset, suggessit, at hæc prima sunt: quasi diceret, quæ cum prima sunt, in iis non est potentia: sempiterna autem prima sunt, in ipsis ergo non est potentia. Porro sempiterna prima esse, causam subiecit dicens. (Si enim hæc nō essent, nihil esset profecto.) qm̄ nisi essent sempiterna, nihil eorum esset, quæ sempiterna nō sunt. Neq; vero solum in sempiternis substantiis non est potentia sed ne in motu quidem si quis est sempiternus, neq; si quid motu sempiterno cietur, id potentiam vt non sit habet, sed potentiam vt hinc illuc moueatur duntaxat. Sol enim vt diximus dudum, ex ariete in taurum transit, & cum sempiternus sit, non tamen prohibetur potentiam huius habere. vt de loco inquam in locum moueatur: At qm̄ potētiam simpliciter non habet, sed tantum de loco ad locum, idcirco sol semper agit, atq; luna. nec timor est, vt Empedocli eiusq; sequacibus videbatur, ne quando consistat. Neq; enim sol aut cœlum mouendo fatigatur, cum ipsorum motus non sit in potentia contradictionis. Neq; enim cum moueri possint, possunt etiam non moueri, vt res mortales, quarum motus est laboriosus, cum cœli solisq; motus irrequietus oīs laboris sit expers. (huius enim causa substantia est ea quæ materies est atq; potentia) ī. materialis substantia siue materia causa est huius. i. vt laboretur, & potentia contradictionis habeatur. Circūlata vero atq; diuina corpora nō habent materiam, quæ cōtraria possit. quare ne laborant quidem mouendo.

Rerum autem eæ quæ corruptionem mutationem ve subeunt, vt terra, vt ignis, res ipsas perpetuas imitantur: etenim semper operantur, per se enim motum & in se ipsis, habent. cæteræ vero potentiæ de quibus est definitum, contradictionis sunt vniuersæ. Quod enim hoc pacto mouere potest, potest & non hoc pacto mouerē. Dico autem eas omnes, quæ sunt participes rōnis. Expertes vero rationis psentia nimiq; absentiaq; potentiæ contradictionis eædē erunt. Quod si naturæ q̄dā substantięq; sunt tales: quales ii qui circa doctrinas versati sunt: ipsas ideas inquiunt esse. Longe magis quippiā sciens, q̄ ipsa scientia, & quippiā itidem qđ moueatur, q̄ motus erit. Hæc enim magis, actus: illa potentia sunt istoq;. Actū igitur potētia principioq; omni mutandi priorem esse, ex hisce quæ dicta sunt perspicuum iam euasit.

xix. (Rerum aūt q̄ corruptionem mutationē ve subeūt, vt terra, vt ignis.) Exposito in sempiternis non esse simpliciter dictæ potentiæ locus, sed loci ait, q̄q̄ in rebus mortalibus insit potentia, ipsa tñ quæ in mutatione versantur, immortalium æmula sunt. qualia vero sint mortalia quæ sempiterna imitantur exponit, vt terra & ignis. item quomodo imitentur explicat. vt enim circumlata corpora in motu & opera sunt, ita hæc semp mouentur, & per se motum quendam semper habent. quoniam ignis cum lunari sphæra siue vniuersi latione cōuoluitur, terra vero rarescit aut densatur, vel omnino patitur. vt appareat ipsa p hūc continentē motum sempiternoq; æmula esse. Neq; solū p continentē motum mortalia sunt sempiternoq; æmula, sed etiam p immortalitatē. Si quidem vniuersitates corporum substuna contentorum ignis, aeris, aquæ, terræ immortales sunt, sed corpora cœlestia, vt diximus non habent cōtradictionis potentiam, cæteræ vero potentię ex quibus, id est de quibus est disputatum contradictionis sunt.

Nam medicina potentiam habet & valetudinem & morbum afferendi, & similiter cę
tęrę facultates rationis comites, quæ hoc differũt ab expertibus rationis, quod in his
non necessario simul atq; adsunt quod efficere potest & quod pati, alterum efficit, al-
terũm patitur. expertes vero ratiõis simul atq; adsunt, efficere possunt, ac si non adsunt
non efficere. quod enim vim habet calefaciendi, simul ac rei calori opportunæ admo
uetur, alterum calefacit, altera calore afficitur. Sed quoniam plato hominum, equoq;,
& scientiarum ideas esse tradebat. nam ipsi scientiam, vt ipsi hominem dicebat, hominũ
autem scientium, & aliorum hominum ad summam & eorum quæ sunt ex accidenti
ideas esse negabat, hanc opinionẽ ex iis, quæ dicta sunt nititur refellere. & ait, quod si
naturæ quędam substantiæq; sunt, quales ii, qui in rationibus. i. in mathesibus sunt ver
sati, nimirum aliquod animal longe magis esse scientiam, q̃ ipsi scientia. (Hæc. n.) i. qđ
mouetur & sciens substantiæ sunt & actus (illa) scientia & motus, facultates sunt scicti,
& eius qđ mouetur, quæ p̃ se consistere, nequeunt

At præstabiliorem etiam potentia studiosa honorabilioremque esse, ex
hisce patere potest. Vnumquodq; cum eorum quæ posse dicuntur, idẽ
contraria potest, ceu idem est, quod dicitur sanum esse posse, & ægrota
re, ac simul. Est enim eadem potentia sanitatem morbumque suscipien
di, & quiescendi subeundique motum, & eadem facultas extruendi de
struendiq; domum, & eadem item potentia, qua extrui domus atque de
strui potest. Posse igitur contraria, simul est vti patet. At vt cõtraria si
mul sint, minime fieri potest, ceu sanum esse ac ægrotare. Quare alterum
horum sit bonum necesse est. At posse æque est ad vtrunq;, vel ad neutrũ
sane accommodatur. Actus ergo potẽtia præstabilior esse videtur. In ma
lis autem finem actũve potentia deteriorem esse necesse est, idem est enim
quod ambo contraria potest.

(At præstabiliorem etiam atque honorabiliorem esse ex his patere potest) postq̃ actũ xx
q̃ potentiam priorem esse docuit, & concluſit dicens, palam est igitur actum priorem
esse facultate & omni principio conmutandi, hoc est omni potentia atq; natura, hoc
demonstrato, rursus ostendit actum non modo non studiosa potentia priorẽ esse, sed
etiam studiosa. Esse autem potentias quasdam studiosas, alias non studiosas nemini
dubium est, Nam quarum potentiarum actus studiosi sunt, æs potentiæ quibus act⁹
huiusmodi obiri possunt, studiosæ sunt. Sed tamen (vnum quodq; inquit eorum, quæ
posse dicuntur idem contraria potest, nam qui recte valere potest idem simul ægrota
re) neq; hoc dicit, eundem simul ægrotare, ac recte valere, sed simul habere potentiã
ægrotandi & recte valendi, eadem est enim potentia recte valendi & ęgrotandi, quie
scendi, & mouendi. Ac vt dictum est contrariorum facultas simul inest, ipsa vero cõ
traria hoc est actus contrarios simul esse ĉ impossibile. fieri enim non potest, vt simul
quis valeat, & ęgrotet, quare inquit contrariorum alterum bonum sit necesse est. Exẽ
pli gratia calidum bonum, frigidum malum. Valetudo bonum, morbus malũ, ad sum
mam quæ formam & habitum æmulantur, bona sunt, quæ priuationem negationẽq;
mala. Cum ergo dixisset necesse esse contrariorum alterum esse bonum, subiecit.
(At posse similiter vtrunq;, vel neutrum, actus ergo, q̃ potentia præstabilior est.)
quę verba vt puto pertinent ad confirmandum actum potentię, etiam studiosę pferri.
Sed verba perobscura sunt, & q̃ apolline indigeant interprete. Est aũt illius oõnis

(at posse

(at posse similiter vtrumq; vel neutrum) sensus huiusmodi: quod potentiã habet exem
pli causa recte valendi, hoc perinde habet etiam ęgrotandi, alioquin neutrius. cur. n. si
recte valendi potentiam habet, non ex ęquo habeat ęgrotandi? Cęterum sic ostenso
amborum potentiam similiter haberi, quomodo hinc actum etiam studioso potentiæ
pręstare colligatur obscurissimum est, tamen nisi fallor in hunc modum colligitur.
Locus quidam ab ipso in topicis est traditus, q̃ ait. quod peioris est expers: hoc melius
ac prestantius est eo, quod est cum peiore cõmistum. quod si verum est, & studiosa po
tentia cõmista est cum potentia peioris, nam qui est facultate studiosa præditus, & per
ipsa magit, ac studiosis actibus fungitur, hic non amisit, sed retinet etiam nunc faculta
tem peioris: ex quo studiosę potentiæ admista esse peioris facultas intelligitur, actus
autem melioris non consistit cum peioris actu, sed purus est & immistus, præstat igiẽ
studiosæ potentiæ. propterea quod ĩmista, vt locus testatur, mistis potiora sunt. Cõtra
vero in malis actus mali peior est, q̃ potentia. quoniam potentia mali cõmista est cum
boni potentia. actus vero mali nullam boni actus mistionem habet.

Patet ergo malum ipsum non esse quid præter res ipsas. Malum nãq; po
tentia posterius est natura. Nec iniis ergo quæ sunt perpetua mali quicq̃
est: aut peccati, aut corrupti. Etenim mali rationem corruptio subit.

xxi. (Patet ergo malum ipsum non esse præter res ipsas) Quoniam plato sic aiebat cum
bonum natura quædam sit, quemadmodum homo vniuersalis, qui de singulis ho
minibus prædicatur, diuersus est ab ipsis, sic ipsi bonum a singulis bonis est diuer
sum, ac de ipsis dicitur, contrariorum autem vno existente, alterum existit, est igi
tur malũ quod de singulis malis prędicatur, diuersum ab ipsis, id circo Aristoteles palã
esse ait ex demonstratis, demonstratum est autem: malum peius esse q̃ potentiam,
ex demonstratis ergo inquit intelligitur malum non esse a rebus diuersum. nam
quæ actus sunt, eorum aliquid a singulis diuersum esse dicimus, malum autem tan
tum abest, vt actus sit, vt peior etiam sit, quam potentia. cõmune autem in actibus
accipi certum est. nam hominem vniuersalem dicimus singulorum hominum, quã
actus sunt. & vniuersalem æquum, & in cæteris pari ratione. non autem dicimus
vniuersalem non hominem vel non equum. quoniam non homo priuatio hominis
est, equi non equus. q̃ si malum priuatio boni est atq; actus, & rebus subest ob
materiæ ineptitudinem. hæc enim cum ad actum & bonum accipiendum spectet,
cum id non fuerit nacta, malum habet ac priuationem, nimirum præter res nihil erit
malum. At si malum propter materiam & potentiam ipsis rebus subest: & potentiæ
peccatum est, in sempiternum autem potentia non esse demonstratur, sunt. n. actus,
in ipsis ergo nec malum est nec peccatum neq; interitus. siquidem interitus de nume
ro malorum est.

Inueniuntur autem & ipsæ designationes geometricæ actu: diuidentes
enim inueniunt. Quod si essent diuisæ: essent vtiq; manifestæ: nũc autẽ
potentia insunt. Cur triangulus suos angulos duobus rectis æquales
habet. Quia anguli qui sunt circa vnum punctum: sunt duobus rectis
æquales. Quod si æque distans a latere esset perducta: continuo pate
ret videnti. Cur is angulus qui est in semicirculo rectus est absolute.
Quia tres sunt æquales: duæ in quas est basis diuisa: & ea quæ est erecta
e medio super illam. Quæ si is viderit qui id antea sciuit quod inde se
quitur: illud sibi profecto cotinuo patefiet. Quare patet ea quæ sunt

potentia inueniri: si redigantur ad actum, & causa est in promptu: ipse enim actus est intellectio, quare ex actu potentia ipsa deducitur: & iccirco facientes cognoscunt: is enim actus qui eiusdem est numero: posterior est generatione.

(Inueniuntur autem & ipsæ designationes Geometricæ actu, diuidentes enim inueniunt.) Refutat eorum sententiam, qui mathemata actus esse dicebant atq; substantias. negans esse actus, sed potentias, potentias vero non esse substantias. Designationes igitur inquit geometricæ diuidendo inueniuntur, i. intellectus cum egit, ac partionem fecit, ipsas inuenit, ipsisq; tribuit quiditatem. cum ante operationem potentia sint. Quod si essent diuisæ. i. si essent actu, simul atq; angulum in semicirculo videres: ipsum esse rectum intelligeres. Nam vt domus cum est actu, simul atq; videtur, cognoscitur esse domus, nec diuisio demonstratioue ad eius cognitionem desideratur, sic mathemata si actu essent, cum primum duo solida parallelepipeda. i. æquidistantibus planis contenta cerneremus, notum nobis esset, bases altitudinibus esse reciprocas. ac vicissim vt se altitudo habet ad altitudinem, sic se basim ad basim habere. nunc autem non ita fit, sed diuidimus, & aimus. sint rectæ lineæ basibus impositæ ad angulos rectos. sitq; recta linea altera alteri æqualis. & alia quædam diuidimus & dicimus. & in hunc modum paulatim diuidendo ac demonstrationibus per partitiones conficiendis designationum geometricarum cognitio nobis contingit. Itaq; non sunt actu, sed potentia. quod si verum est, ne substantiæ quidem sunt. siquidem substantiæ etiam nullo in ipsas agente, nullo demonstrante sunt. hæc autem nisi intellectus in ipsa egerit, ac omnino inuenerit, ac eis esse tribuerit, non possunt esse. Ac totus quidem dictorum sensus huiusmodi est. cæterum quomodo quodq; dicatur, ac vt habeat dictio quæq; dispiciendum est. (Cur inquit duo recti triangulus?). i. cur trianguli tres anguli duobus rectis sunt æquales? interrogati, respondemus, quoniam anguli circunstantes vnum punctum æquales duobus rectis sunt. sit igitur triangulus. a b c. siquis roget, cur tres anguli sunt pares duobus rectis, respondemus, quoniam duo qui circunstant vnum punctum, duobus rectis sunt æquales. quibus trianguli tres anguli pares sunt. si ergo ille præuiderit angulos, qui vnum punctum hoc est. c. circunstant duobus rectis æquales esse ac lineam b c produxerimus ad. d. hoc enim significat cum ait, (q; si æque distans a latere esset producta) ac demonstrauerimus angulos b a c. a c b. c b a pares illis, a c b, a c d, hoc perspecto statim intelligitur: trianguli tres angulos duobus rectis esse pares. descriptiones igitur non sunt actu, si enim essent, statim perspiceretur videnti triangulum, tres angulos duobus rectis esse pares. vt domum conspicientibus statim domum esse. notum efficitur. quod non fit nisi demonstratum fuerit circunstantes vnum punctum duobus rectis esse pares. Item rogati cur angulus, qui est in semicirculo, rectus est, ac in vniuersum cur rectus est? quasi dicat vel sic rogari possumus, quare angulus, qui est in semicirculo rectus est, vel sic vniuersaliter quare angulus rectus est. Interrogati ergo sic respondemus (si æquales tres basis duæ & recta quæ in medio consistit videnti manifestum est). i. qui præcognouit si tres rectæ lineæquæ, superposita est, & duæ quæ a medio procedunt æquales sint, ex hoc necessario probari rectum esse angulum, qui est in semicirculo. huic si partitionem fecerimus & lineas rectas esse ostenderimus, planum fiet angulum esse rectum. Sed quoniam exemplum tenebris est inuolutum, & instar ænigma





xxii.

tis pp familiarē ipsi sermōis breuitatē, nos explicabimus, quō ab Euclide in tertio elemēto demōstrat, rectū esse angulūq; est ī semicirculo, aut inde locus hic fiat nobis illustrior. Sit circulus a b c. centrū vero e dimetiēs b. c. & producat linea b a & c a tum linea a e applicetur lineæ c b ad angulos rectos, & linea b a producatur ad z. cum igitur linea e b sit æqualis e a, procedit enim a centro, triangulorum autem æquicrurium anguli ad basim pares sunt interse, angulus igitur e a b pars est anguli a b e propter hæc igitur, angulus e c a angulo e a c totus igitur b a c æqualis est angulis a b c & b c a. Angulus autem z a c externus trianguli a b c æqualis est duobus a b c & a c b quæ autem eidem sunt æqualia, hæc interse quoq; æqualia sunt. ergo b a c æqualis est z a c, quod si recta linea super rectam existens consequentes siue proximos angulos æquales fecerit, anguli recti sunt, rectus est igitur b a c & z a c cum pares esse demonstrati sint. Ad hunc igitur modum illic demonstratur angulus in semicirculo rectus esse. Ipse autem dixit si tres sunt æquales. & quæ nam sint exposuit basis duæ. i. b c trianguli a b c. diuiditur enim in duas æquales e b & e c. quoniam est centrum est, & quæ est erecta e medio recta. i. atq; si a e recta linea ex medio, hoc est in medio siue in centro insisterit ad angulos rectos, (videnti palam est, ei qui illud sciuit). i. manifestum ei fit, qui præsciuit, q; si rectæ lineę sic se habeant, demonstrabitur angulum in semicirculo rectum esse. Perspicuum est igitur mathemata potentia esse, ac intellectu ergo ipsa operante inueniri. hic enim causa est, a qua reducuntur in actū. Quare inquit ex actu potentia. i. mathematum potētia ex ipso agere reducitur in actum. & ob hoc efficientes cognoscunt. Ex his ergo palam fit, actum facultatibus quæ, specie eadem efficiunt, priorem esse qui vero secundum numerum facultate posteriorem. siquidem pauloante dictum est, actus qui specie idem efficiunt, priores esse potentiis, vt de sophronisco & socrate dicebamus, numero vero posteriores.

Cum autem id quod est: & id quod non est, partim per figuras prædicamentorum: partim per potentiam: aut actum istorum: aut contraria: partim propriissime aut verum: aut falsum dicatur. Idq; in rebus sit ipsis compositione: aut diuisione: quibus efficitur vt verum quidem is dicat: qui diuisum diuisum: cōpositūue compositū esse putat. Falsum autem hisce qui contrario modo sese habet: atq; res ipsæ se habent, quando est id atq; non est: quod vt verum dicitur: aut falsum: hoc enim considerandum est quid nam dicimus. Non enim quia te nos album esse vere putamus: ideo tu es albus: sed quia tu es albus: ideo nos qui hoc diximus, verum dicimus. Si itaq; quædam composita semper sint: diuidiq; minime possunt. Quædam perpetuo sint diuisa componiq; nequeant: quædam subire contraria possint: esse quidem est compositum esse: ac vnum: non esse vero compositum non esse: sed plura esse. Circa igitur ea quæ subire contraria possunt: eadem opinio atq; oratio vera fit atq; falsa: & fit vt interdum verum: interdum falsum dicatur. Circa autem ea quæ aliter sese habere non possunt: non interdum fit verum:

interdum falſum: ſed ſemper hæc vera ſunt atq; falſa.

xxiii. (Quoniam ens & non ens partim per figuras prædicamentorum) cum res partim huiuſmodi ſint, vt in eis verum & falſum dici contingat, partim vt ſemper verum, quædam vt ſemper falſum: propoſitum ipſi eſt conſtituere, quæ ſint ea in quibus verum ſemper dicimus, & quæ in quibus iam verum, modo falſum, & quæ in quibus ſemper falſum. Primum autem veritas quando fiat, & quando falſitas ſimpliciter ac in vniuerſum docet, & ſic ad propoſitum diſſerendum aggreditur. Quoniam ergo inquit ens & non ens partim per figuras prædicamentorum dicuntur, vt ens dicitur ſubſtantia & quantum, & quale, ac cætera prædicamenta, quædam vero entia vocantur per horum vel potentiam vel actum. Quoniam ens & album dicitur, id quod non eſt album, album tamen effici poteſt. Sed & album dicitur id, quod iam actu eſt album. Item aer dicitur & quod nondum eſt aer, effici tamen poteſt, & quod iam eſt aer. Neq; vero ſolum quod non eſt, ſed album eſſe poteſt, & quod non aer, ſed eſſe poteſt, entia dicuntur, ſederiam contraria. i. ſed etiam dicuntur nõ entia. nam quod non eſt album ſed fieri poteſt, id non ens quoq; dicitur. At propriiſſime verum eſt ens, falſum vero non ens. ſi quidem ſedente ſocrate dicere ſocratem ſedet, quod verum eſt dictu, propriiſſime ens eſt. non ſedere autem falſum & nõ ens. Quamq̃ aliter in rebus vere ens eſſe intelligitur, aliter in oratione. Cum enim ſocrati ſedere ſuppetit: huiuſmodi verum eſt ens etiam in re. In oratione vero, cum ego quod ei ſuppetit, id ipſi ſuppetere dico. exempli gratia cum ſocrate ſedente, ſocratem ſedere dico. Itaq; verax ſum, cum quod abeſt, nec ſuppetit ſocrati, id ei non ſuppetere puto, quod ſi adeſſe rear falſus ſim. cum hæc igitur ita ſint, quando eſt, aut non eſt, quod verum dicitur, aut falſum. i. quando affirmatio, vel negatio vera eſt, & quando non? Neq; enim q̃ nos vel putemus, vel dicamus ſocratem ſedere, vel album eſſe, ideo hæc ipſi ſuppetunt. ſed contra idcirco nos verum dicimus, quia hæc ipſi adſunt. Nam vt in libri de enuntiatione lectione ſecunda demonſtratur, non res propter orationes ſunt, ſed orationes propter res veræ aut falſæ efficiuntur. His igitur in hunc modum diſputatis ait. Si ergo quædam compoſita ſemper ſunt, & diuidi minime poſſunt, nam globoſum ſemper eſt cũ ſole cõpoſitum, & incõmenſurabile cum diametro, nec fieri poteſt vt hæc ſeparentur, quædam autem diuiſa ſunt, nec componi poſſunt, ſiquidem inanimatum, ſemper eſt ab homine diuiſum, nec poteſt cum eo coaleſcere, alia vero oppoſita recipiunt. Nam ſedere licet cum ſocrate compoſitum ſit, ab eo tamen diuidi poteſt. Eſt autem eſſe atq; verum, vt hæc rurſus memoremus, prædicatum cum ſubiecto componi, & vnum eſſe. non eſſe autem & falſum, non conuenire, ſed plura eſſe, atq; inter ſe diſcreta: ſi ergo quædam vt dictum eſt ſemper conſiſtunt, alia ſemper ſunt diſcreta, ſunt quæ contraria recipiant, nimirum in ea quæ recipiunt oppoſita eadem opinio falſa efficit atq; vera, & poteſt iam verum, iam falſum dicere. Exempli gratia ſi te ſedente, ego te ſedere putem, verax ſum, ſin autem ſtante in eadem ipſe opinione perſiſtam, eadem opinio vera effecta eſt, atq; falſa. vera prius cum te ſedente ego id ipſum arbitrabar, poſt hæc falſa. At quæ aliter habere nequeunt: ea non valent modo vera eſſe modo falſa. ſed ſi globum ſolem eſſe opiner, ſemper ero verax, cum hæc figura nunq̃ ab eo ſeiũgi queat, vt ego hac opinione decipiar. quemadmodum ſi tu ſedere deſinas, fallar te ſedere putans, ſed ſol ſemper eſt globus, quare hoc ego ſemper putans ſemper ero verax. non aliquando, aliquando ſecus. ſimiliter qui diametrum lateri cõmẽſurabilem eſſe opinatur, is ſemper errat. cum nequeat ille fieri cõmenſurabilis. vt aliquando hęc opinio poſſit eſſe vera.

At circa ea quæ non ſunt compoſita: quid eſt eſſe atq; non eſſe: & verum ac falſum. Non eſt enim quicq̃ compoſitum: vt ſit quidem cum eſt compoſitum: non ſit autem ſi ſit diuiſum: perinde atq; album lignũ: aut diameter incommenſurabilis coſtæ: neq; verum ac falſum in illis ſimiliter erit. An vt neq; verum in his eſt idem: ſic neq; eſſe eſt idem: ſed eſt quidem verum tangere atq; dicere. Non eſt enim idem affirmatio atq; dictio. Eſt autem falſum id ignorare: non tangere. Non enim fit vt quiſq̃ circa ipſum quid eſt decipiatur: niſi per accidens: Similiter res ſeſe habet & circa ſubſtantias non compoſitas: non enim fit vt quiſq̃ decipiatur & non potentia ſed actu ſunt vniuerſæ. Generantur enim atq; corrumperentur: nunc autem ipſum quod eſt non generantur neq; corrumpitur: ex aliquo nanq; generaretur. Quæ igitur quid proprie ſunt atq; actu: circa ea non fit vt quiſq̃ decipiatur: ſed fit vt aut intelligat ipſa: aut non intelligat ipſa. Sed de ipſis quæritur ipſum quid eſt: ſi talia ſint nec ne.

xxiiii. (At circa ea quæ non ſunt compoſita quid eſt eſſe atq; non eſſe & verum ac falſum.) Quomodo eſſe ac verum & non eſſe atq; falſum incompoſitis dicantur explicatum eſt, in ſimplicibus autem & incompoſitis ac de quibus nihil prædicatur, nam ſi prædicaretur, omnino eſſet compoſitum, quomodo inquit eſſe & non eſſe conſiſtunt ideſt quomodo in ipſis eſſe & non eſſe ineſt. ſiue quomodo ſe ſecundum eſſe & non eſſe habent, & quomodo verum & falſum in ipſis accidit. Neq; enim ſimplicia compoſita ſunt, vt cum prædicatum & ſubiectum conſiſtunt, tunc ſi conſiſtere dicamus, verum dicamus falſum autem ſi nõ cõuenientibus idem dicamus, vt in albo ligno, cæteriſq; compoſitis omnibus vſu venit. In his enim dicentes lignum album eſt, verum dicimus, non album vero, falſum. In ſimplicibus autem & incompoſitis non id accidit. neq; verum & falſum perinde exiſtet in his, atq; in illis. i. compoſitis. Sed alio. ſ. modo. ſi enim perinde in vtriſq; exiſteret, ipſa interſe nihil differret. quod ratione vocat, quandoquidem inter compoſita & incompoſita magnum diſcrimen intercedit. Ad hunc igitur modum perconctatus reſpondet dicens. (An vt neq; verum in his eſt idem, ſic neq; eſſe eſt idem,) quod æquipollet huic. quemadmodum in nõ compoſitis aliter verũ dicimus, quã in ipſis compoſitis ſic eſſe aliter eſt ĩ ſimplicibus q̃ incõpoſitis. Quia. n. vt ſeſe res habent, ſic oratio & veritas ipſarũ ac viciſſim vt ipſarũ veritas ſic & ipſæ verę erit cũ intellectus ipm attigerit, cũ nõ attigerit, falſum. i. ignorantia. qñquidẽ abuſus vocabulo falſum appellauit ignorãtiam. quod ipſe expoſuit dicẽs. (Sed eſt quidem verum tangere atq; dicere). i. verum eſt contingere ac dictionem habere, non autem affirmationem aut negationem. (ignorare vero non tangere. Itaq; falſum pro ignorantia ſumptum eſt. In ſimplicibus igitur, vt diximus, vel intellectus ipſa conſequitur, ac naturam ipſorum quemadmodum eſt ac ſimplici iniectu ſiue animaduerſiõe contingit vt, viſus colores. Et verum dicit non aliquid de ipſis affirmans, ſed quaſi conſpiciat ipſa. quem

admodum visus colores. neq; enim visus quidq̃ de coloribus affirmat, sed aspicit duntaxat. Cum igitur intellectus hæc quasi cernit, tũc ipsorum dictionem habet, non affirmationem. affirmatio enim de composito dicitur ex subiecto & predicato. siue ergo assequitur & contingit ipsa, verum dicit, siue non attingit nec quasi cernit, nec quidq̃ in ipsis intelligit, ignorantiam ipsorum habere dicitur, non tamen falli. Nam nẽ visus quidem cum noctu colores non cernit, falli dicitur, sed ipsos ignorare. falli n. in cõpositis vsurpatur qñ qd nõ est qddã, dr eẽ ipm. vt si lignũ qd non est albũ, albũ esse dicat. aut qd est dicat nõ esse. vt hominẽ nõ esse aial. Itaq; intellectus erga simplicia verum dicit, quando ea quemadmodum se habent, & simplicibus aduersionibus attingit. Verum ergo dicere in simplicibus est, ab intellectu ipsa contingi ac ipsorum dictionem haberi: non affirmationem. falli autem vel decipi erga ipsa non licet. Nam deceptio & falsitas in compositis versatur, cum quod abest cuipiam, id cũ ipso esse dicitur, aut quod adest, abesse. Sed potq̃ fieri negauit, vt circa quid est, ac definitiones quisq̃ decipiatur, propterea quod definitiones non separantur ab its, quorum sunt, vt sedere ac scribere a sedentibus & scribentibus, ait ne circa incompositas quidem, simplicesq; substantias de quibus modo dicebamus decipi licere fieri tamen posse, vt per accidens quisq̃ decipiatur, si cui non attingere deceptionem libeat appellare. Omnes autem simplices substantiæ actus sunt, non potentia. Primum quia si potentia essent, fieret. vt erga ipsas deciperemur. si enim de simplici substantia intelligentiam haberem, ipsam esse hoc, ea vero cum sit potentia certũ quid, mota esset in id quod potest fallere, qñ quemadmodum fallar, si qui nũc sedet, hunc cum stabit sedere putem, sic in substãtia simplici vsu veniret. Deinde si potentia essent, efficerẽtur vtiq; & interirent. Nam quod fieri hoc aliquid potest, illud effici ur, vt potest. At si fierent, profecto ex quopiam efficerentur, & hoc ex alio & sic in infinitum. (Nunc autem inquit ens ipsum non generatur). i. proprie ens & simplex ac, vt ita loquar, supersubstãtialis substantia, & quæ immobilis mouet, hoc est deus optimus maximus non gignitur, neq; interit. Aut certe illorum verborum (nunc aũt ipsum ens non generatur neq; interit) sensus est huiusmodi. Nunc autem ens, ac substantia rei simplicis qualiscunq; res sit, neq; gignitur, neq; deletur. Quidquid enim fit compositum est. Sed entia inquit, quæ sunt esse atq; actu. i. quæ sunt entia & actu, hoc est, quæ sunt actus & formæ, circa ea non fit, vt quispiam decipiatur, sed vt intellectus vel contingat ipsa & verum dicat, vel non attingat, & hoc non est deceptio. sed de ipsis quæritur ipsum quid est, non vt aliquid de ipsis prædicemus, sed vt intelligamus duntaxat & quasi cernamus. hoc autem vt ipsa quasi videant, contingit iis qui ad doctrinæ verticem peruenere, ac optime vixerunt.

Ipsum autem esse vt verum, & non esse vt falsum, vno modo est si compositum sit atq; ita dicatur, & si compositum non sit atq; non ita dicatur. Est enim illud verum hoc falsum, alio modo si proprie sit hoc pacto est, si non hoc pacto sit, non est, sed intelligere quidem ipsa est verum, falsum autem non est, neq; deceptio, sed ignoratio non talis qualis est cæcitas. Cæcitas enim perinde est, atq; si intelligendi quispiam potentiam omnino non habeat.

(Ipsum autem esse vt verum & non esse vt falsum si compositum sit) Ens inquit vt xxv.

verum, & non ens vt falsum vno modo accipitur si vt prædicatum cũ subiecto componatur, & ipsum componi dicamus: id sit ens vt verum, sin minus componatur, dicatur autem componi, non ens sit quasi falsum. (vnum autem). i. alio modo (si proprie ens hoc pacto). i. si simplex est, sic est veritas in ipso, non quod de ipso quidq̃ affirmetur, sed quod intelligitur per dictionem, ac velut cernitur. (si non hoc pacto, non est). i. si non est simplex non, id est verum dicere in ipsum, id attingere duntaxat, quod ipse declarat dicens (sed intelligere quidem ipsa est verum, deceptio aũt erga ipsa nõ est, sed ignoratio, ignoratio aũt nõ qualis est cæcitas) vt nũq̃ ipsa possit intelligere, sed qualis est ignoratio cum quispiam de aliquo non considerat. Nam cæcitas similis est ignorantiæ, cum intelligendi potentia penitus abest. qua si quis careat, is intelligere nunq̃ possit. vt ne is quidem videre, qui sit luminibus orbatus.

Patet autem & de immobilibus non interdum esse deceptionem, si quis illa immobilia esse putet: veluti triangulum si non mutari ipsum existimet, non interdum duobus rectis æquales habere angulos, interdum nõ habere putabit, mutaretur enim profecto, sed quippiam putabit, quippiam non putabit, veluti primum quidem parem numerum nullum esse aut quosdam non esse putare potest. Circa vero unum numero non potest, non enim quendam putabit, quendam non putabit, sed verum aut falsum dicet, propterea quod ita se habet semper.

xxvi. (Patet autem de immobilibus non interdum esse deceptionem, si quis illa immobilia esse putet,) si deceptio secundum quandoq; versatur in rebus, quæ aliter habere possunt, immobilia vero ac sempiterna nequeunt aliter habere, profecto in ipsis nõ erit locus deceptioni secundum quandoq;. Sed vt paulo ante diximus, vel semper decipietur, vel semper verum dicet. Nam si quis non putet triangulum mutari posse, sed immobilem esse duxerit, is nunq̃ opinabitur, tres illius angulos quandoq; pares esse duobus rectis, quandoq; secus. si hoc enim intelligeret, nimirum & illud opinaretur, posse etiam commutari. At positum est ipsum putare immutabilem esse non igitur hoc opinari potest (sed quidpiam putabit: quidpiam non putabit). i. fieri potest, vt nullum numerum parem primum esse putet, vel quosdam numeros pares primos esse, quosdam secus, illud autem fieri non potest, vt numerum duo ipsum per se modo primum parem esse putet, modo secus. Illud vero (non enim quendam putabit, quendam non putabit.) huiusmodi est. Qui numeros perinde immobiles esse putat, atq; triangulum, is non putabit numerum, qui primus sit, forte aliquando non primum. qui vero numeros ipsos mobiles esse crediderit, huic facile hoc erit persuasum. Itaq; vel erit verax: si duo numerum parem esse putauerit, aut semper decipietur, si hunc aliter sese habere censuerit. Ac octauum quidem librũ primæ philosophiæ hactenus enarrauimus.

Finis libri octaui latinis noni.

Enarratio alexandri aphi. in librum nonum primæ philosophiæ latinis decimum interprete Io. Genesio.

MVltis quidē modis ipm vnū dici solere: in hisce sermonibus dictū est antea: in qbus vnūquodq; quot modis dr explicauimus. Cū aūt multis modis dicat: modi primorū & eoꝝ q̄ per se vnum dicitur: nō p accidēs quatuor esse videntur: si in summā atq; capita redigātur. Dicitur enim vnū continuū ipsum: continuū autē aut simpliciter: aut id maxime qd est natura: & non tactu: neq; ligamine tale. Et hisce magis id est vnū priusue: cuius motus est indiuisibilior: magisq; simplex. Pretercā vnū est atq; magis totū ipsum habens aliquā spēm atq; formā: & maxime si qppiā est tale natura: & nō vi: vt ea q̄ glutine talia sunt: aut vinculo: aut clauo: sed in seipso vt cōtinuum sit sibi cām habet. Tale aūt est ex eo: qa motus est vnus: & idiuisibilis tpe: atq; loco. Quare patet si qppiā primū motus principiū habeat primi: qui qdē est cōuersio: hec. n. lationū est prima: id esse primā magnitudinē vnā. Quędā igit hoc pacto sunt vnū: aut cōtinuū: aut totū. Quędā aūt vnū dicunt: si rō eoꝝ sit vna: Talia vero sunt ea: quoꝝ est intellectio vna. Et talia sunt ea, quoꝝ diuisibilis est intellectio. Eius aūt est indiuisibilis intellectio, qd est indiuisibile specie: aut nūero. Atq; numero qdē est indiuisibile ipm singulare. Spē aūt id qd cognitiōe est scientiaq; idiuisibile. Quare vnū erit prio: qd est cā substātiis vnitatis. Tot igit modis dr ipm vnū cōtinuū nā, totū: singulare: atq; vniuersale. Hec aūt uniuersa ex eo sunt vnū, quia quorūdā motus, quorūdā intellectio, vel rō est indiuisibilis vti patet.

QVoniā idearū auctores ipsiunū inducebant, hoc ipm naturam eius eē tradētes: eiusdēq; substātiā eo ꝓsistere qd vnū sit. Neq; n. vt socrates cū vnū, sit ipe subiicit, & vnū de ipo ꝓdicat, sic isti natura, q̄piā ipsiuni subiici dicebāt, deq; illa ipiunū ꝓdicatri. Neq; physicoꝝ more vnū principiū statuētes ignē ei vel aquā aerēue substituebāt, sed eius substātiā in eo positā eē, qd sit vnū, atq; vnū eiuseē nām idēq; vnū tm nō ēt ens appellātes. quoꝝ scientiā si cui diligētius cognoscere cordi est, dialogū legat platonis, q parmenides sive de ideis inscribit. qm igitur isti ad hunc modū de vno differebant, idcirco aristoteles in hoc libro disputare proponit, num tale quiddam vnum habeatur, an secus. sed prius partitionē vnius exeqtur, q̄ sunt eius proprię notiōes exponens & quo modo interdum in sensibilibus accipiatur. Atq; vnum quidem vbiq; vt mensuræ principium vsurpari tradit. tum in numeris, tum in magnitudinibus, tum etiam in cōcentibus. Dicim nanq; cōcetuū principiū efficimus. De his igit & similibus prima est huius libri cōmentatio. primū ergo inquirit, an hmōi idea esse possit quidq̄, cuius natura sit vnum, deinde contraria quæ sint, & omnino de oppositis, & quomodo sint inuestigat. Atq; hæc quidem sunt de quibus est nobis differendum. Sed iam ad dictorum enarrationem accedamus. (Pluribus quidem modis vnum dici solere in hisce sermonibus dictum est antea, in quibus vnum quodq; quot modis dicitur explicauimus.) in quarto huius operis libro de intellectibus vnius differuit inter alia, quę quot modis dicerentur, illic explicauit. quorum intellectuum nos rursus admonet, dum testatus se illic vnum multifariam dici declarasse. (Modi inquit primorum: & eorum quæ per se vnum dicitur & non per accidens (quattuor esse videntur) .i. modi primi significandi vnius, non qui per accidens dicuntur: hi enim quamplurimi sunt, primi ergo modi sunt quatuor, hi autem qui sint exponit, cum ait dicitur enim vnum continuum, ipsum vero continuum aut simpliciter. i. vniuersaliter dicitur. continuum porro simpliciter non proprie dicitur, quod tactu, & colligatione, conglutinationeue cohæret. continuum ergo dicitur. vel quod simpliciter est continuum, vel id quod maxime natura est. sunt vero continentia natura, animalia & stirpes, & omnino quæ natura fiunt. non quæ ab arte procedunt. Ac eorum rursus quæ natura continentia sunt, id maxime ac propriissime vnum vocatur, cuius motus minus est diuiduus, magisq; simplex, cuiusmodi est corpus, quod in orbem versatur, motus enim animalium non sunt simplices, nec indiuidui. qua. n. statibus interpellantur, simplices non sunt. qua vero non simul omne ipsum animal, neq; omnes simul partes mouentur, dum. n. dexter pes mouetur procediteq;, sinister consistit, ac vicissim dexter stat, vt sinister progrediatur diuidui sunt, quippe cum in statibus diuidantur. At cælum cum neq; articulos habeat, & vnum sit, atq; continuum, non potest vna parte moueri, altera consistere sed omnes eius partes simul mouentur. quo intelligitur circumlatum corpus, q̄ nostraria magis proprie vnum appellari. hoc autem se proprie vnum vocare ipse paulo post declarabit. (Præterea inquit tale & magis). i. præterea vnum dicitur & magis vnū quod totum est, & aliquam formam & speciem habet. & per hoc primum omnes naturales magnitudines complexus est, tum quæ in orbem mouentur, tum quæ infra lunam continentur. sed quoniam & nauis & domus forma quædam est, idcirco dixit (& maxime si quidpiam est tale natura & non vi. vt ea quæ glutino talia sunt. aut vinculo aut clauo) clauo vnum esse dicitur exempli causa nauis, aut arca. vinculo fascis, glutino liber. Quæ igitur formā & speciem habent natura, nō ui, vt quę clauo cohæresc ūt, quemadmodum nauis, sed in se continuitatis causam habent, vnum dicuntur. Ea vero causam in se habent, vt continua sint, quorum motus vnus est atq; indiuiduus tum loco, tum etiā tempore. Si. n. hoc in vno loco, illud in alio mouetur, necesse est, vt motus sit diuiduus. quemadmodum sese habet ingressus animantium. In alio. n. tempore pes dexter mouetur, in alio leuus. (Quare inquit patet si quidpiam primum motus principium habeat primi, id esse primam magnitudinem vnam,) sensus est. In libro octauo physici auditus motus loci omnium motuum primus esse demonstratur accretione, decretioneq; & cæteris aliis prior. tum motuum loci circularis esse primus. his igitur eo in loco demōstratis, quoniam circūlatum corpus circularis motus in se principium habet, circularis autem motus est primus motus loci, qui motus loci prior cæteris habetur, idcirco corpus circumlatum primam haud dubie magnitudinem esse ait. Motus. n. partium ipsius non fit in diuersis temporibus. sed omnes eodem tempore mouentur. quo patet, vt diximus, circumactum priorem esse latione. ac proinde magnitudinem, cui principium huius adest, priorem ea esse: quæ lationis habet principium. (Quædam igitur inquit hoc pacto sunt vnum aut continuum aut totum) totū aūt quale sit, dictum est in quarto libro. (Quędā aūt inqt vnū dicūtur: si rō eoꝝ sit

Enar. pri.

vna.)eorum vero rationem vnam esse ait,quorum intellectus,& scientia vna est. Rursus eorum intellectum vnum esse,quorum intellectus est indiuiduus,indiuidui porro ac proprie vnius indiuiduum esse intellectum vel forma vel numero. quibus verbis declaratur,hominem vniuersalem & equum ac omnino species specialissimas, tũ etiam Socratem & Platonem & simpliciter indiuidua vnũ esse,animal vniuersale nõ item,propterea quod diuiditur in animal volatile,pedestre & aquaticum.quorum intellectiones & scientiæ diuersæ sunt. Alia est enim intellectio atq; doctrina volatilis, alia pedestris animalis.homo autem species specialissima non secatur in alias species Singuli vero homines multominus in homines diuiduntur.Si ergo vnum ea esse dicimus,quorum est motus vnus,& quorum intellectio ac scientia eadẽ est, quæ quidẽ per formam contingunt,vtiq; vnum primum erit,quod substantiis est vnitatis causa hoc autem est ipsa forma. post hæc dicta in pauca colligit dicẽs. (Tot igitur modis dicitur ipsum vnum.continuum natura & totum)Nam qui vnam tantum habet manũ est ille quidem continuus,non tamen totus.Itaq; licet differãt, singulare & indiuiduũ & vniuersale ac species,hæc tamen omnia vnum dicuntur:quia vel motus est indiuiduus:vel intellectio:aut ratio & forma.

Intelligere autem oportet,non esse sumendum modo eodem dici, quæ/nam vna dicuntur,& quid est esse vnius,& quænam ipsius est ratio. Dicitur enim ipsum vnum tot modis,& quodq; dictorum,cui modorum istorum aliquis competit,vnum erit. Esse vero vnius nunc horum alicui,nũc alii,quod etiam magis propinquũ est nomini competit. Illa autem potẽtia sunt vnum. Quemadmodum & si de elemento causaq; opus sit dicere,res distinguere,& nominis assignare diffinitionem oportet. Forsitan enim ignis,aut ipsum etiam infinitum, aut aliquid tale partim perse est elementum,partim non est. Non est enim esse ignis & elementi idem, sed vt est res quædam ipse ignis atq; natura est elementum. Nomen autem significat hoc ipsum accidisse,esse inquam aliqd ex hoc primo ea lege vt insit,sic & in causa:& vno,& in istiusmodi vniuersis res sese habere videtur. Quapropter & esse vnius,est esse indiuisibilis ,pprie huius entis atq; inseparabilis,aut loco,aut specie,aut mẽte,aut etiã ipso toto,ac definito. (Intelligere autem oportet non esse sumendum modo eodem dici,quænam vna dicuntur,& quid est esse vnius:& quænã est ipsius ratio)quoniam vnius natura diuersa est a natura eorum,de quibus,vnum prædicatur,aliud est.n.Socrates, aliud vnum quod de Socrate dicitur, idcirco intelligendum esse ait, aliam esse quæstionem inquirentem,quænam res naturales vnum dicantur,aliam quæ vnius esse. rationemq; ac naturam vnius inuestigat. quo posito vnum tot modis dici ait,quot definitum est, definitũ est autẽ dici quadrupliciter.& oĩs res cui definitorũ modorũ quisq; adest,vnũ dicitur.(Esse vero inquit vnius nunc horum alicui competit)hæc appellans cõtinuũ natura & totum,quod formam & speciem habet.& cætera cõmemorata. Iam vero natura vnius alii cuipiam adest,quod diuersum sit a cõnumeratis.quod etiã magis propinquum est nomini,i.quod magis q̃ cætera ad vnum accedit,& vnius naturæ proximius illis est & de quo vnum proprius dicitur. estq; medium inter vnius naturam : & naturam totius ac continentis,& talium. hoc autem quod ad vnum magis accedit, quale sit paulo post explicat vbi ait(Maxime vero esse vnius in hoc con- ii.

sistit, vt sit generis cuiusque prima mensura, & propriissime quanti.) est igitur aliud quod ad nomen propius accedit (illa vero,) quæ connumerata sunt (potentia sunt vnum) hoc est naturæ quẽdã de quibus vnum prædicatur,illud quoq; a cæteris diuersum quod propius ad nomem accedit, natura quædam est, deq; ipso vnum prædicatur. neq; enim substantia eius in eo posita est, quod vnum sit. quare satius esse videtur, vt hçe verba (illa autem potentia sunt vnum) in hunc sensum accipiantur. illa continuum .s. & cætera ei comparata, quod propius accedit ad vocabulum. potentia vnum sunt. illud vero per se. Nisi forte quia vnum, vt ipse declarabit, quod nomini propinquum est, nihil aliud esse intelligitur, quam mensura & principiũ quantitatis in eo q; quantitas est,præsertim quantitatis discretæ,quæ quidem mensura est vnitas. propter quam diesis vnum dicitur & mensura, atq; principium sonorum, ponderis autem libra, nisi forte inquam ob hæc a longe sub obscure significauit, quoniam vnitas nomini propinqua est. idcirco alia. i. diesim & libram & pedalem lineam, & cætera quæ illic commemorauit potentia ac non perse vnum esse. Illud autem (quemadmodum & si de elemento causaq; opus sit dicere, res distinguere) & cæterea cum illo superiore coniungitur (intelligere autem oportet) & reliqua. vt omnis continuitas orationis sit huiusmodi. (Intelligere autem oportet non esse sumendum modo eodem dici, quænam vna dicuntur, & quid est esse vnius: & quænam ipsius ratio. quemadmodum de elemento & causa. (Neq; enim parui refert naturam quæras & orationem elementi, qua id exempli gratia esse definitur ex quo primo minimo res componitur, & in quod vltimum minimum resoluitur.an hoc perconcteris, elementum ac huiusmodi natura de quibus prædicetur. & cui accidit esse elemento. num igni? an cuipiam alteri? Esse autem huiusmodi quæstiones diuersas, hinc intelligi potest, quod aliter rem, aliter nomen definimus. quo in loco nomen appellat ipsum prædicatum hoc est elementum. quoniam elementum de igne prçdicatur. ignis enim elementum esse dicitur. Atq; ignis inquit quodam modo elementum est, alias non. Cum enim ipse vt ignis consideratur, & quæ sit natura eius a quopiam inquiritur, vt est .s. calida & sicca, nihil laborante ex eo ne quidq̃ generetur, an secus, tunc non est elementum. cum vero vt res & natura quædam, ex qua gignuntur alia, & in quam dissoluuntur, tunc elementum esse dicitur. Aut ignem quodammodo esse elementum, quodammodo secus,idcirco dixit. quoniam cum proprie primumq; principium ac elementum omnium sit materia informis, ignis si cum hac conferatur, non est elementũ. sed idem elementum quodammodo est, propterea quod omnia composita ex ipso & terra aereq;, & aqua proxime constituuntur. Nomen autem. i. elementum quod de igne prædicatur, significat esse aliquid, quod effectum sit ex hoc primo igne, existente igne in eo quod ex ipso effectum est, Nam quia igni accidit hoc. i. vt aliquid existat ex ipso insito primo rebus quæ efficiuntur ex ipso, idcirco elementum nuncupatur. Illud autem. (Est autem fortasse secundũ se & infinitum) adiectum est, quoniam quibus vnum elementum esse placebat, ipsum infinitum esse statuebant. fortasse igitur inquit est infinitum elementum. quasi dicat licet huius magna quæstio sit, nunc tamen demus elementum esse. vt igitur in elemẽto, sic in causa & vno & cunctis similibus rem intelligere oportet. Sed verba illa (quapropter & esse vnius est esse indiuisibilis) nisi fallor, minime cohçrent cum proxime dictis, sed est, vt puto repetitio eorum quæ de vno dicta sunt, vt appositc illud vnum quod ad nomen proxime accedit, quale sit doceatur. Erit igitur sensus esse vnius siue vnius natura hoc est, quod esse indiuiduum, quod quidem vnum non est separatum,

ſed hoc aliquid.exempli cauſa vnus homo,aut lapis quidq̃ ve aliud, quod priuatim ſeparatum eſt:ſiue indiuiduum loco:vel forma,vel mente aut toto & indiuiduo hæc autem quæ ſunt plerumq; dictum eſt.

Maxime vero eſſe vnius in hoc conſiſtit,vt ſit generis vniuſcuiuſq; prima menſura, & propriiſſime quanti.Hic enim & ad alia acceſſiſſe videtur.Eſt enim id menſura quo cognoſcitur quantum.Cognoſcitur autem quantum,vt quantum eſt,aut vno,aut numero.At numerus omnis cognoſcitur vno.Quare omne quantum vt quantum eſt,vno ſane cognoſcitur,& id ipſum eſt vnum quo cognoſcitur primo.Quapropter ipſum vnum numeri principium eſt,ea ratione qua numerus eſt.Hinc & in cæteris menſura dicitur id, quo primo quodq; cognoſcitur, atq; menſura vniuſcuiuſq; eſt vna in longitudine,in latitudine,in profunditate:in põdere,in celeritate.Pondus enim atq; celeritas cõmune eſt in contrariis.

Duplex eſt enim ipſorum vtrumq;,veluti pondus eſt,& quod quantum vis habet momentum, & quod exceſſum habet momenti, & celeritas itẽ & quæ quantumuis habet motum,& quæ motus habet exceſſum. Eſt.n. quædam & ipſius tardi celeritas,& pondus etiam leuioris.

iii. (Maxime vero eſſe vnius in hoc conſiſtit,vt ſit generis cuiuſq; prima menſura,& propriiſſime quanti)præfatus eſſe vnũ hoc eſſe quod indiuiduum eſſe,vel loco vel forma,& cætera,quæ cõmemorata ſunt, ſed maxime inquit vnius eſſe: vniuſq; natura eſt eſſe menſurã primam cuiuſq; generis et ſubiecti:potiſſimum vero vnum eſt prima menſura quanti.Nam &ſi ſonorum & concentuum habetur menſura propriiſſime tamen,vnum & menſura quanti eſt.Atq; hoc quidem eſt vnum,quod pauloante proxime ad nomen accedere dicebat .hinc.n.alia deducta ſunt & vocantur vnum ſtadiumq; menſura dicitur centum ſtadiorum.Sonorum dieſis,ponderis ipſa libra.Metrum igitur & proprie vnum eſt:quo quantũ dignoſcitur.cognoſcitur autem quantũ in eo quod quantũ,vel vno vt numerus decẽ vnitate:vel numero. vt numerus centũ numero decem.vt qui vnitas ſit cum centum comparatus.ſed magis proprie vnitate numerus quiſq; cognoſcitur.Si ergo cognoſcitur vnitate perſe patet vno cognoſci ſin autem numero:vt cẽtum numero decẽ:haud dubie rurſus decẽ quaſi vnum vſurpamus.vt dubiũ non ſit,quin oẽ quantum in eo quod quantũ vno mẽſuretur:& quocunq; primo quãta ſunt quæ numerata ſunt ſeu viginti:ſeu centum ſiquiſue alius numerus cognoſcitur:id vnum eſt:aut vnius ꝓportionale.Itaq; ſtadiũ ſi hoc cẽtum ſtadia cognoſcãtur:vnũ eſt ac idcirco vnũ numeri qua numerus,principiũ eſt,hinc autẽ .i.a numero in cęteris,mẽſura dicitur:quo primo vnumquodq; cognoſciẽ atq; menſura vniuſcuiuſq; eſt vnum & vtimur menſura vt vno.qm̃ in lõgitudinibus,quo primo menſurata longitudo cognoſcitur:id quaſi vnum vſurpamus.quę ratio eadem eſt in latitudine & altitudine pondere ac celeritate.Cum autem dixiſſet(in longitudine, in latitudine:in profunditate)adieciſſetq; (in grauitate & velocitate)cauſam reddit, cur cum tria interualla cõmemorat,longitudinem latitudinem ac profunditatẽ,tñ grauitatem dicens:non adiungit leuitatem, neq; tarditatem in mentionem velocitatis .dicit ergo(Pondus.n.atq; celeritas cõmune eſt in cõtrariis)quaſi dicat idcirco cum grauitatẽ dicerẽ,nõ adieci leuitatẽ,neq; tarditatẽ cũ celeritatis meminiſſem:qm̃ grauitas leuitatẽ ſignificaꝝ põt,idq; vtriuſq;.i.grauitatis & leuitatis eſt cõe &,pari rõne tarditas

in celeritate intelligi poteſt ac protinus grauitas quomodo & ſe & leuitatem ſignificet exponit,cum ait(duplex eſt.n.ipſorum vtrumq;)graue.n.dicitur tum quod eſt alio grauius,tum quod grauitatem qualencunq; habet.Et velox non modo quod eſt aliquo velocius,ſed etiam quod velocitatem utcũq; obtinet. Quæ ſi vera ſunt:graue terram ſignificabit:quæ ſimpliciter eſt grauis:atq; item aerem,qui ſi ad aquam ſpectes eſt leuis idem grauis ſi ad ignem.vtrumq; igitur ſignificat.i. terram, quæ ſimpliciter eſt grauis,& aerem,qui ſi cum ipſa comparetur eſt leuis.Celeritas quoq; motum ſignificat inerrantis globi, eademq; Socratis motum declarat,qui Socratis motus & ſi tardiſſimus eſt & prope nullus,ſi cum illo alio conferatur,tamen quia eſt alio celerior teſtudineo videlicet motu,idcirco etiam ipſe celer eſſe intelligitur:quo planum fit,celeritate tarditatem etiam ſignificari:grauitas igitur nuncupatur & id quod inclinatiõem vtcunq; & grauitatem habet,& quod exceſſum habet atq; aliquo grauius eſt ac viciſſim celeritas,quod qualicunq; motu ac celeritate cietur,& quod motus exuperantiam habet,eſtq; aliquo celerius .eſt.n.quædam & ipſius tardi celeritas vt Socratis & pondus leuioris vt aeris.

In his autem vniuerſis mẽſura atq; principium vnum quid eſt & indiuiſibile,Nam & in lineis ipſa pẽdali vt indiuidua vti ſolent.Vbiq; enim vnũ quid ipſum menſuram atq; indiuiſibile quærunt,hoc autem ſimplex,aut qualitate,aut quantitate eſt ſimplex. Vbi igitur fieri non poſſe videtur, vt auferatur quicq̃,aut addatur,hoc eſt exacta menſura, Iccirco numeri menſura eſt exactiſſima.Quippe cum vnitatem diffinientes indiuiſibilem eſſe penitus dicant.In cæteris autem tale per imitationem ſumunt. In paſſu namq; ac libra ſemperq; in maiore magis latere poteſt, ſi quippiam ablatum atq; additum fuerit q̃ in minore.Quare a quo primo id fieri ſenſu non poſſe putant,id omnes & humidorum & ſiccorum menſurã & ponderis ac magnitudinis faciunt.Atq; quantum ipſum ſcire tunc arbitrantur,quando per menſuram hanc ſciũt.Motum quoq; ſimplici motu velociſſimoq; menſurant,breue enim hic tempus habet. Quapropter & in aſtrologia tale vnum principiũ eſt & menſura .Cœli namq; motum vniformem eſſe, celerrimumq; ſupponunt,quo cæteros iudicãt motus. Muſica etiam menſura eſt primus ſenſibilis ſonus,quia minimum eſt, & elementum item in voce. Atq; hæc omnia hoc pacto ſunt vnum, non vt

liii. commune quid ipſum vnum de iſtis dicatur,ſed vt eſt dictum.

(In his autem omnibus mẽſura atq; principium vnum quid eſt & indiuiſibile) cum docuiſſet vnum in lõgitudine, latitudine & profunditate principiũ atq; mẽſurã eſſe, cauſamq; reddidiſſet,cur in mentione grauitatis & celleritatis, leuitatem & tarditatẽ reticuiſſet, in his inquit omnibus.i.in grauitate & cæteris, vnum & indiuiduum eſt menſura & principium:in cunctis autem menſuram & principium quaſi indiuiduũ vſurpari exemplo pedalis lineæ confirmat.(Nam & in lineis inquit ipſa pedali vt indiuidua vti ſolent)itaq; non dicit pedalem lineam indiuiduam eſſe,cum omnis linea ſecari valeat,vt pote quæ non conſiſtat ex punctis,ſed indiuiduam exiſtimari oportere comparatam lineæ magnitudi:quæ pedali menſurarur. Nam quemadmodum numerus decem ad cẽtũ comparatus inſtar eſt vnitatis,ſic pedalis linea,ſi hac mẽſuretur

linea,quæ ab athenis ad ęgyptum vſq; pertineat,indiuidua videri poteſt illi collata, & punćti rationem obtinere.vt terram tam vaſtæ magnitudinis, tamē ad globum inerrā tem comparata punctum eſſe putatur.quo fit,vt menſura vbiq; vt vnum quiddam, ac indiuiduum quæratur.(hoc autem ſimplex).i.hæc autem menſura, quæ vt indiuidua quæritur,ſimplex eſt vel quali,vel quanto.quanto enim vnitas eſt ſimplex. quali vero dicit,quoniam humidorum ſiccorumq; & alborum naturas metimur. quorum menſu ra ſimplex eſt quali,non quanto.Nam quod eſt quāto ſimplex indiuiduum eſt, at ſicca & humida diuidua ſunt. quin & album diuiduum eſt ex accidenti.propterea.ſ.quod id cui adeſt diuidi poteſt.hæc fatus quale ſit proprie & ad amuſim vnum quaſi indiui duum exponit,& quale ſecus.(vbi igitur inquit fieri non poſſe videtur, vt auferatur quidq̄ aut addatur,hoc eſt exacta menſura)& vnum ſimpliciter ac indiuiduum.(Idcir co inquit numeri menſura eſt exactiſſima) vnitas.ſ.huic enim nec addi quidq̄ nec de mi poteſt.vt quæ indiuidua eſſe ſtatuatur. ab ſtadio vero & talento,ſemperq; a maiore plus auferri poteſt,q̄ a minore. Ab ampliore nanq; plus demere valeas,quam a bre uiore.quod ſi plus demi poteſt,vtiq; & plus adiici valebit.omnino enim quod dempſe ris adiicere valeas.Illud vero(in cæteris autem tale per imitationem ſumunt.)interie ctum eſt.cuius hic eſt ſenſus.A numeri menſura hoc eſt ab vnitate, cætera indiuidua eſſe dicuntur atq; menſuræ.pedalis.ſ.linea & ſtadium.quod quomodo ſit indiuiduum declarauimus.Nam horum quodq; comparatum magnitudini, quam metitur indiui duum eſſe putatur.vt omnis terra cum globo inerranti collata. (Quare a quo primo id fieri ſenſu non poſſe putant).i. quod primum inſenſibile expers & indiuiduum, & omnino diuidi non poſſe putant,id menſura eſt.quomodo autem indiuidua dicantur dictum eſt ſupra.collata.ſ.cum iis quæ menſurantur.libra.n.rhodio coloſo aut cauca ſo monti comparata,nullius ponderis ſenſum efficit.ſed inſenſibilis omnino eſſe vide tur.& tunc quantitatem nouerunt ſiccitatis vel grauitatis, cum per hanc menſuram q̄ expers & inſenſibilis eſſe videtur,quantum ſit quod menſuratum eſt intelligunt.(Mo tum quoq; ait ſimplici motu velociſſimoq; ac breui menſurant)in aſtrologia.n. huiuſ modi motus eſt vnum & principium atq; menſura.Eſt autem motus ſimplex & velo ciſſimus,ac proinde breuiſſimus,inerrantis ſphęrę motus,hic ergo mēſura eſt et vnū. Et dieſis in muſica.Eſt autem dieſis minimus qui ſide editur ſonus.quē primum ſenti mus.& quo ſi quis eſt alius breuior minorq; is ſub ſenſum noſtrum non cadit. In vo ce quoq; elementum eſt menſura.quę omnia vnum ſunt,vt indiuidua.Neq; vero vnū de ipſis vt cōmune quoddam & genus dicitur,ſed vt vox æquiuoca. quemadmodum dictum eſt.vel potius,vt quæ ab vno & ad vnum dicuntur.

Non ſemper autem menſura vna eſt numero: ſed interdum & plures: vt plurimi ſenſibiles ſoni duo:qui nō ad auditū:ſed ad rationes accomodā tur:& voces plures quibus metimur. Diameter quoq; duabus menſuris: & latus itidem:omneſq; magnitudines menſurātur. Sic ipſum igitur vnū omnium eſt menſura,propterea q; cognoſcimus ea ex quibus ſubſtantia conſtat:diuidentes aut per quantitatem:aut per formam. Et iccirco ip̄m vnum indiuiſibile eſt:quia primum ſingulorum indiuiſibile eſt. Non ſimi liter autem omne indiuiſibile eſt:veluti pes atq; vnitas,ſed aliud eſt peni tus:aliud ad ſenſum indiuiſibile ſumi ſolet. Vt iam ātea diximus. Omne nanq; continuum fortaſſe diuiſibile eſt, ſemper autem mēſura generis eſt eiuſdem.Magnitudinum enim magnitudo eſt vt patet menſura: & ſingu

larum longitudinis longitudo,latitudinis latitudo,vox item vocis, pon deris pondus,vnitas vnitatum.Sic enim dicere oportet, ſed non nume rum dicere numerorum eſſe menſuram,oportebat tamen ſi ſimiliter mē ſura eſt aſſignanda.Sed qui hoc cenſet,non ſane ſimiliter cenſet,ſed perin de atq; ſi vnitatum vnitates menſuram,ſed non vnitatem cenſeret, nu merum autem vnitatum multitudinem eſſe conſtat. Dicimus & ſcientiā ob idem ſenſumue rerum eſſe mēſuram,quia aliquid per ipſa cognoſci mus,nam menſurantur, potius q̄ menſurant. Verum id nobis accidit, perinde atq; ſi alio nos metientem ipſi quāti ſumus ex eo cognoſcimus, quia cubitum totiens nobis accomodauit Protagoras vero menſuram omnium hominem eſſe dixit,perinde atq; ſi ſcientem aut ſentientem di xiſſet, & hos propterea quod alter ſenſum, alter ſcientiam habet, quæ quidem ſubiectorum menſuras dicimus eſſe.Nihil itaq; egregium dicēs aliquid dicere uidetur.

v. (Non ſemper autem menſura vna eſt numero, ſed interdum & plures,vt dieſes duæ quæ non ſecundum auditum,ſed in rationibus intelliguntur.)Menſura duplex eſt,ra tio.ſ.menſuræ,ipſaq; menſura.exempli gratia ratio vlnę ipſiuſq; ſpecies in anima no ſtra contenta, & vlna ipſa lignea. Similiter dieſis duplex eſt, ratio & ſpecies dieſeos & ſonus ipſe,qui auribus percipitur.Item diameter tum ſpecies diametri, tum linea ipſa intelligitur,in quadrato deſcripta,quæ ratio in cæteris quoq; valet. quamobrem menſura inquit nō ſemper vna eſt numero,ſed interdum plures. Dieſes enim ait duæ ſunt,non quod ſit duplex,quæ auditu percipitur,ea nāq; vna eſt numero,ſed quia hæc vna eſt,altera quæ per rationem ac ſpeciem intelligitur. (Et voces inquit) voces hoc in loco appellans vocum elementa a.b.c.& cætera. (plures ſunt) ipſum a & quod in hac charta ſcriptum eſt,voces autem elementorum vt principia & mēſuras vſurpari, propterea quod minimę ſint,manifeſtum eſt.hęc enim vox ſocrates deambulat,diuidi tur in ſocrates vocem,& in deambulat.& rurſus hæc vox ſocrates ſecatur in ſo & cra & tes.ſyllabas,quæ diuerſę ſunt. Tum ſo ſyllaba diducitur in.ſ.& o. eſtq; ſonus ab o editus diuerſus a ſono.ſ.at ſonus o non diuiditur in alium. Itaq; his quæ minima ſunt & punctorum inſtar, voces metimur.Nam vt puncta,ſic ab his editi ſoni ſunt indiui dui (Diameter quoq; duabus menſuris menſuratur.) Si enim digito gratia exempli menſuretur,digitus eſt duplex,quiditas.ſ.& forma digiti,& digitus ipſe, qui diametrū metitur.latus item duobus menſuratur.quæ magnitudines ſunt diameter.ſ.& digitus. Ex cunctis igitur planum fit,menſuram omnium eſſe vnum. demonſtratum eſt enim quidquid pro menſura ſumatur,id quaſi vnum vſurpari. Nam diuidentes rem quam metimur in menſuram,vt decem vlnarum magnitudinem in decem vlnas partientes, cognoſcimus quot ſunt vlnę,quibus ea magnitudo patet.Magnitudo autem vlnarum decem diuiditur vel ſcdm formam,vel ſcdm quantum.ſecundū formam, vt cū ipſam diuidimus in ea,ex quibus conſtituitur,ignem terramq; & interiecta elementa: aut in magnitudinem talem.ſecundum magnitudinem vero, vt cum in decem vlnas ſeca tur. Atq; ad hunc quidem modum prćceptor noſter locum enarrabat.ſed fortaſſe quo niam, vt diximus, vlna duplex eſt.i.forma ratioq; vlnę, atq; ipſa particularis ſenſibi liſq; vlna, idcirco decem vlnarum magnitudinem diuidi ait vel in rationes vlnarum decem contentarum in ipſa,cum ſit indiuidua ſcdm magnitudinem atq; vnum.vel nō

in rationes,ſed ſcđm magnitudinem diuiſa iã non eſt vnũ & continens,ſed plura ,vt, ſi ſocrates diuidatur in animal & pedeſtre & bipes,vnus ipſe atq; continuus perſiſtat idem ſi in caput & manus non cogitatione,ſed re vera ſecetur, non iam vnus fuerit, ſic in decem vlnarum magnitudine ſeſe res habet.Vnum igitur indiuiduum eſſe dubium non eſt,cum omne primũ ac menſura quęq; indiuiſibilis accipiatur. quamq̃ nõ perinde linea pedalis,atq; vnitas indiuidua eſſe intelligitur. ſed vnitas prorſus indiuidua,pedalis vero linea cum ad magnitudinem ab ipſa menſuratam & ad ſenſum ſpectatur,comparata enim magnitudini menſuratę inſenſibilis,vt ſupra diximus, & partibus vacare videtur.Nam per ſe vt magnitudo in infinitum diuidi poteſt.(fortaſſe diuiſibile eſt)fortaſſe dixit vel propter eos,qui magnitudines ex indiuiduis cõſtare tradunt,aut propter inſtrumenti ineptitudinem,quo ad animal diſſecandum vtimur, oĩs n.magnitudo ſuapte natura diuidua eſt.Sed menſura inquit ſemper eſt eius generis cuius menſuratum.Neq;n.dulcedine,ſed magnitudine magnitudinem menſuramus. & vocem voce,pondere pondus.vnitates deniq; ipſas vnitate.(Sic.n.dicere oportet, ſed non numerum dicere numerorum eſſe menſuram.)Nam hoc eſſet vnitatem quę numeri eſt menſura,numerũ appellare.(ſed qui hoc cenſet) .i.qui vt vocum vocem, ſic numerum numerorũ menſuram eſſe putat,(nõ ſane ſimiliter cenſet.) Nam quemadmodum erraret,ſi quis vnitatum vnitates nõ vnitatẽ menſuram eſſe diceret,ita ſi qs numerum numerorum eſſe mẽſuram.Numeri.n.vnitates ſunt,vnitatum autem menſura numerus eſſe non poteſt,ſed vnitas.At quia menſuram id eſſe dicimus,quod nobis rerum affert cognitionem,hoc autẽ pręſtat tum doctrina tum etiam ſenſus, idcirco vtrumq; menſuram eſſe dicimus.Nam re vera ſcientia & ſenſus menſurantur potius a rebus,q̃ menſurent ipſas.ſcientia.n.& ſenſus quaſi terminis & anguſtiis a ſcibilibus ſenſibilibuſq; præſcriptis continentur.quos pretergredi eis nõ datur.Nam in rebus difficilibus cum ſcientia ad quampiam velut metam procedere permittatur, vltra progredi conata repellitur ac preterire vetatur,a rebus potentiam eius menſurãtibus. & quo poteſt procedere eo pertinere patientibus,vltra vetantibus. quod ipſum in ſenſu quoq; vſu venit.quo fit vt menſurentur, nõ metiantur.quod perinde accidit, ac ſi ego a quopiam mẽſuratus,me duorum exempli cauſa cubitorum eſſe cognoſam.propterea quod ille mihi bis cubitũ impoſuerit, ac deinde dicam ego me ipſum menſus ſum.propterea.ſ.quod ego quantus ſim cognoui.Nam re uera ego mẽſuratus ſum.ad hunc igitur modũ ſcientiã menſurare dicimus,quia rerũ præbet cognitionem, cũ tamen a rebus menſuretur.(Protagoras vero menſuram oĩum hominẽ eſſe dixit.pinde atq; ſi ſcientẽ & ſentientẽ dixiſſet eſſe mẽſurã,& hoc ꝓpterea quod alter ſenſum, alter ſcientiã habet.q̃ quidẽ ſubiectorũ menſuras eſſe dicemus.) Ita cũ hominẽ menſuram eſſe dicit,ſcientiã intelligit & ſenſum,in quo cũ aliquid egregie ac ſapienter dicere videatur,nihil tñ dicit tanta laude dignum . quid.n . oportuit hominem menſuram eſſe dicere,& non potius ſcientiam,atq; ſenſum?

Eſſe igitur vnius maxime eſſe per id nomen quod ſegregant: menſuram quandam & propriſſimam quãtitatis:deinde etiam qualitatis, dilucidũ iam ex hiſce quæ diximus fuit.Erit autem tale aliud ſi quantitate: aliud ſi qualitate diuiſibile ſit.Quapropter vnum ipſum indiuiſibile eſt:aut ſimpliciter:aut vt rationem vnius ſubit.In ſubſtantia autem vtro modo ſeſe habet atq; natura:quærendũ eſſe videtur: vt in dubitationibus olim tranſegimus:quid nam eſt ipſum vnũ, & quomodo de ipſo accipere oportet.

Vtrũ ſit ſubſtantia:perinde atq; Pythagorici prius dixerunt: & poſterius Plato:an natura potius ipſi quędã ſubiiciatur.Et quomodo notius oporteat dici:an vt ii dixerunt qui verſebantur circa naturam.Illorum.n.quidam concordiam ipſum vnum:quidam aerem quidam infinitum ipſum eſſe dicebant. Quod ſi nihil vniuerſalium ſubſtantia eſſe poteſt: vt in ſermonibus de ſubſtantia: & de eo quod eſt: iam diximus: neq; idipſum ſubſtantia vt vnum quod præter ipſa multa eſſe poteſt. Eſt enim cõmune:ſed vt predicatũ dũtaxat:patet neq; ipſum vnum tale eſſe poſſe.Id.n. quod eſt:ipſumq; vnum maxime de omnibus vniuerſaliter prædicãtur. Quare neq; genera ipſæ naturæ quædam: & ſubſtantiæ ſeparabiles ſunt a cæteris.Neq; ipſum vnum ob eaſdem cauſas genus eſſe poteſt: ob quas neq; id quod eſt:neq; ipſa ſubſtantia eſſe poteſt.

vi. (Eſſe igitur vnius maxime eſſe per id nomẽ quod determinãt menſuram quandam & propriſſimã quantitatis certũ eſt)cum vnum docuiſſet pro menſura a cunctis vſurpari,& id potiſſimũ quod habetur in quanto,qđ proxime ad vnius vocabulum accedere dixerat,rationẽ concludit dubium nõ eſſe dicens quin vnumi maxime menſura ſit,atq; id ꝓpriſſime vnum,quod eſt in quãto,quod quidẽ menſurã determinant.i. appellant. vel determinant dixit ꝓ eo quod nõ intelligunt ꝓ nomen vnius,aut determinãt.i.ſegregant a rebus menſuratis ꝓ nomen vnius.Nã cum mẽſurata vel a duobus nuncupanẽ, vt bicubitale,vel a tribus vt tricubitale.vel a quopiã alio numero,ſolum tñ quod menſurat.i.menſura ipſa ab vnitatẽ nominatur,in cĩbus rebus menſuratis. Menſura vero alia erit ſi fuerit diuiſibilis ꝓ qualitãte,vt linea pedalis,alia ſi ꝓ quale vt album.&.n.albũ per quale diuiditur.qa igitur menſura quodãmodo diuidua eſt, quodãmõ indiuidua, vnitas quidẽ prorſus ac ſimpliciter eſt indiuidua,cætere vero qua vnũ,indiuiduę ſunt, qua magnitudines,diuiduæ.Ego.n.qua vnum ſum,indiuiduus ſum.neq;.n.ſum vnus & multi,quãadmodũ hõ vniuerſale,vt in alios homines diuidi poſſim. qua vero ſum quantum,oĩo diuiduus ſum.His igitur de vno diſputatis,quęrendum eſt ait,vtrum ſic ſe habeat quemadmodũ in dubitationibus diximus,cum vnum quid ſit & quenam de ipſo opinio habenda eſſet diſſereremus.vtrũ igitur ſubſtantia quędã ſit:& in eo conſiſtat,vt vnum ſit,quemadmodũ pythagorici dicebãt, & poſt ipſos plato,an vni natura qđã ſubiiciat,& quo notius,dici oporteat:an vt phyſici tradũt.quorũ Empedocles vnũ amicitiã cẽ dixit.Anaximãder,aerẽ.qđã infinitũ.itaq; horũ qſq; naturã quãdã vni ſubiiciebat.qbus poſitis iſtorũ doctrinã refellit.demõſtrãs nõ eſſe qđq̃ vnũ ipm ꝓ ſe. & cuius ſubſtãtia in hoc conſiſtat atq; huiuſmodi vtitur argumẽtatione.Vnũ eſt vniuerſale nullum autem vniuerſale eſt ſubſtãtia.vnumigitur non eſt ſubſtantia. At vnumi eſſe vniuerſale probat,quia de cunctis entibus prædicatur.q; vero vniuerſalia non ſint ſubſtantię in huius operis ſexto libro demonſtratum eſt.vbi agitur de definitione atq; ſubſtantia.ſi ergo,vt eo loco demonſtratur,nullum vniuerſale eſt ſubſtãtia, ne hoc quidẽ quod eſt vt vnum ac ꝓter multa exiſtit,ſubſtantia fuerit. Nam quod eſt ꝓter multa & de pluribus dicitur,id cõmune eſt nec aliqua natura ſed tantum prædicatio atq; nomen.ſi hęc ergo ſic habent,haud dubie vnũ non eſt ſubſtantia. Nam ſi vniuerſalia nõ ſunt ſubſtantię,ꝓfecto ens & vnũ tanto minus erunt ſubſtãtię,qa cæteris vniuerſaliora ſunt.vt q̃ de decẽ generibus generaliſſimis ꝓdicent.(Quare inqt neq; genera)genera aũt vocat vel decẽ generaliſſima,vel quodcũq̃ vniuerſale.(Nature qđã & ſubſtantiæ

ſeparabiles ſunt ab aliis).i.a particularibus. Neq; ipſum vnum genus eſſe poteſt, & natura q̃dã ſeparata ob eas cauſas,ob quas neq; ens genus eſſe põt: vt intelligaẽ, ne ſubſtãtiã qdẽ vniuerſalẽ eſſe poſſe.cauſæ vero in ſexto huius opis libro reddite ſunt. Pręterea rẽ in vniuerſis ſimiliter ſeſe habere neceſſe é. Id aũt qd̃ eſt ipm̃q; vnũ paribus modis dicunt. Quare cũ in hiſce q̃ qualia ſunt, ſit qd ipſum vnũ & q̃dã natura: & in iis ét, q̃ ſunt quãta mõ eodẽ: patet q̃rendũ eſſe oío qd nã ſit ipm̃ vnũ: quẽadmodũ & quid id qd̃ eſt: qppe cũ nõ ſit ſatis naturam ipſius idipm̃ eſſe aſſerere. At vero eſt quidã ipm̃ vnũ in coloribus color: vt albedo: ſi cęteri colores ex hac atq; nigredine fieri vidẽtur. Nigredo vero priuatio eſt albedinis: quẽadmodũ & luminis tenebrę, ſunt. n. hę priuatio lumis. Quare ſi ea q̃ ſunt eſſent colores: ea pfecto q̃ ſunt nũerus quidã eſſent. At quor nã numerus? Nẽpe colorꝝ, vt luce clarius extat: & ipm̃ vnũ eſſet qd vnũ: velut albedo. Pari mõ ſi ea q̃ ſunt: cãtus eſſent, numerus eſſent pfecto. Senſibiliũ tñ primorꝝ ſonorꝝ. Sed non nũerus ipſorũ eſſet ſubſtantia. Vnũq; ipm̃ aliquid eſſet ſubſtãtia cuius nõ ipm̃ vnũ: ſed primus ſonus ſenſibilis eẽt. Similiter & ſi voces eſſent numerus eſſent elemẽtorꝝ: & ipm̃ vnũ elementũ eſſet vocale. Si figuræ ẽt rectis ex lineis conſtantes eſſent, figurarũ numerus eſſent: & ipm̃ vnũ triangulus eſſet. Eadẽ eſt & in cæteris generibus ratio. Quare ſi in affectibus: ſi in qualitate: ſi in quantitate: ſi in motu nũeri ſunt vt quippiã vnũ. Atq; numerus aliquor eſt & ipſum vnũ: quid vnũ: ſed nõ id eſt ipſius ſubſtantia: & in ſubſtantiis pfecto rẽ ita ſeſe habere neceſſe eſt. Res. n. eodẽ mõ ſeſe habet i vniuerſis. Patet igit̃ ipſum vnũ in oí genere quandã eſſe naturã: & rei nullius prorſus idipſum eſſe naturã. Sed vt in coloribus vnũ ipm̃ quærere colorem vnũ oportet: ſic & ipm̃ in ſubſtantia vnũ ſubſtãtiam vnam quærere oportet. Idem autem ipſum vnũ qd̃ id quod eſt quodãmodo ſignificare patet ex eo ſane quia ſequit̃ paribus modis p̃dicamenta: & non eſt in vllo neq; in ſubſtantia: neq; inqualitate: ſed perinde ſeſe habet vt id quod eſt.

vii. (Præterea rem in vniuerſis ſimiliter ſeſe habere neceſſe eſt. ens autẽ & vnum paribus modis dicuntur.) Hæc quoq; argumentio pertinet ad confirmandum vnũ non eſſe ſubſtantiam. quæ quidem huiuſmodi eſt. ſi in nouem prædicamentis cæteris a ſubſtantia nihil poteſt eſſe vnum per ſe ſubſiſtens, ſed vnicuiq; ſubiicitur vel album, vel ſtrepitus, aut aliud quidpiam, merito ne in ſubſtantia quidem aliquod vnum fuerit, cui non ſubiiciatur vel ſocrates, vel deus vel quidq̃ aliud. neceſſe igitur eſt, vt in omnibus ſimiliter ſeſe res habeat. quid. n. poteſt eſſe cauſæ, cur in qualibus & quantis cæteriſq; natura quædem vni ſubiici dicatur, in ſubſtantia non item? ſed ipſum vnum ſit ſubſtantia. vnum autem & ens paribus modis dicantur, qm̃ conuertuntur, vt in hoc opere demõſtratum eſt. q; ſi in qualibus eſt vnum ac præterea quædam natura, & perinde in quãtis, quærendum eſt, quid nam ſit ipſum vnum, quemadmodum & quid eſt ens. Neq; n. ſatis eſt dicere naturam vnius eſt eſſe vnum. q; autem in cæteris prædicamẽtis a ſubſtantia ſubſtantia quædam vni ſubiiciatur, certũ eſt. In coloribus. n. aliquid eſt vnum

vt album, cæteri namq; colores vt fuſcus & rubens ex hoc & nigro conflantur. niger autẽ priuatio albi eſt. vt tenebræ luminis, tenebræ namq; luminis ſunt priuatio. ſed tũ verba illa (cęteri colores ex hac atq; nigredine fieri vidẽtur) rum ẽt hęc (Nigredo vero priuatio eſt albedinis, quẽadmodũ & luminis tenebrę) ſupuacanea ſunt. Nã mea quidem ſententia ab hac oratione & propoſito ſunt aliena. Ergo in coloribus vt dictũ eſt, eſt quiddam vnũ, vt album. quare ſi omnia entia eſſent colores, & nihil aliud eſſet, entia ipſa eſſent aliquis numerus. i. eſſet aliquis colorũ numerus. ipſe autem dixit (numerus quidam eſſent) deinde adiecit interrogans (At quorum nã numerus?) ad quod ipſe reſpondet (Nempe colorum.) quaſi dicat, non hoc ipſum eſſet numerus, ſed numerus colorum. fore autẽ colorum numerũ certũ eſt. eſſent. n. decem. vel mille, vel decem milia, aut alius quiuis numerus. quare & vnũ menſura hmõi numeri aliquid eẽt, vt album quod alba metiretur, aliquid eſſet numeri alborum. & quẽadmodum vnitas ad numeros, ſic vnum in albo ſeſe haberet ad numerum, qui haberetur in albis. Item ſi entia cantus eſſent, numerus quidam eſſet cantuum. & vnum eſſet dieſis: quæ ipſos menſuraret. nec ſubſtantia eſſet numerus cantuum. cuius eſſentia inco quod numerus eſſet conſiſteret, ſed eſſet numerus cantuũ. Item ſi omnia entia ſoni eſſent, numerus eſſet elementorum, quorũ ſoni ſunt, & vnum menſura elementorum eſſet elemẽtum ſeu littera, vocalis ſcilicet vel conſonans. Pari ratione ſi entia eſſent figuræ, numerus eſſet figurarum, & vnum triangulus, quod ſi cũ habeantur numeri & vnum inaffectiõibus, in quantis, in qualibus, ac in motu, in omnibus numerus eſt alicuius numerus, & vnum. alicuius vnum, neq; ſubſtantia ipſius vnius in hoc poſita eſt, quod ſit vnũ, ſatis hinc intelligi poteſt, in ſubſtantiis ſic ſeſe rem habere neceſſario. Nã quę in aliis, eadem eſt ratio in ſubſtantia. cum igitur adhunc modũ inductione demõſtrauerit vnũ non ſubſtantiã eſſe ſed p̃dicatione, cõcludit dicẽs, patet igitur inquit ipſum vnũ in oí genere quãdã eſſe naturã eiq; ſubiici aliqd, & hoc ipm̃ vnũ eſſe nullius eſſe naturã. i. ipm̃ vnũ nõ eſſe aliquã naturã pſe exiſtẽtẽ. ſed vt in coloribus cũ vnum audimus, colorẽ vnũ inquirimus. albũ excpli cauſa, vel nigrũ, ſic i ſubſtãtia vnũ, hõ vnus, aut qd̃q̃ aliud ingri dz. ſed qa ſupra vnũ & ens pari mõ dici tradiderat, idcirco ait, vnũ idẽ eẽ atq; ens, qd̃ iterꝝ ex eo colligi põt, qa pariter ſequit̃ p̃dicamẽta & i nullo ꝓtinet (Neq; i qt̃ c̃) neq; in ſubſtãtia, neq; i quali qd̃q̃ eſt vnũ ut nõ ſit ens, aut ens: qn ſit vnũ ſed ſimiliter ſe habet. & quẽadmodum ens in oíbus p̃dicamentis verſat̃, ſic itẽ vnum.

viii. Et item ex eo quia non inſuper quicq̃ aliud prædicatur, cũ dicitur homo ac vnuus homo ſicuti neq; ipſum eſſe quid eſt præter ſubſtantiam: vel quale vel quãtũ neq; eſſe ipſum vnius eſt pręter ipſum vniuſcuiuſq; eſſe. (Et itẽ ex eo qa nõ inſup̃ qd̃q̃ aliud p̃dicat̃ cũ dr̃ hõ. q̃ cũ vnus hõ) his verbis vt mihi qdẽ vr̃: obiectionẽ diluit, qua occurri põt rõni demõſtrãti vnũ nõ eſſe ipm̃ pſe: neq; ſubſtãtiã q̃piã. ſic. n. occurri poſſet. ſi vnũ nõ ẽ nã q̃dã, ſed nomẽ dũtaxat quõ dicimus aĩal vnũ eſt? in qua orõne eſt p̃dicat̃ de aĩali, & inſup̃ vnũ: ſimil̃r dicimus eſt hõ vnus, in qua orõne vnus tertio loco efficit̃ p̃dicatũ. Itaq; vnũ qd̃ de aĩali vel hõe p̃dicatur, aliud ab ipſis eſſe intelligit̃, & nã atq; ſubſtãtia. hãc igit̃ obiectionẽ ſoluit dicens. non ſi vnũde homine prædicatur, ptinus verũ eſt dictu intereſſe homo ne an vnus homo dicatur, ac proinde vnũ eſſe aliquid. Nã quẽadmodũ ipſum eſt non eſt natura quædã perſe, quæ tñ perinde de homine prædicatur, ſic ne vnũ quidẽ, quo circa homo idẽ ẽ, atq; vnus hõ. & vnũ eſſe idẽ & quãcũq; rẽ eẽ. qa eſſe vnũ idẽ eſt atq; eſſe vnũ equũ. Modis aũt ipſum vnũ ac multa pluribus opponuntur, quorũ vno modo ipſum vnũ multitudoq; õpponuntur, vt indiuiſibile ac diuiſibile. Qd̃ eſt

n.aut diuiſum aut diuiſibile,id multitudo dicitur quædã.Quod vero eſt indiuiſibile aut non diuiſum,id dicitur vnũ.Cũ igitur oppoſitiones quatuor modis ſumantur,& horũ alterũ vti priuatio dicatur,erunt hæc profecto cõtraria,& neq; vt contradictoria,neq; vt relatiua.Dicitur aũt ipm vnũ ac declaratur ex ipſo ſuo contrario,ex diuiſibili inquã indiuiſibile, propterea q; multitudo magis ſenſibilis eſt,& diuiſibile q̃ indiuiſibile ipſum.Quare multitudo prius eſt ob ſenſum ipſo indiuiſibili rõne. Eſt aũt ipſius qdem vnius,vt & in diuiſione cõtrariorum deſcripſimus, ipm idẽ & ſimile atq; ęquale.Multitudinis aũt ipm diuerſũ & diſſimile & ięquale.

(Modis autẽ ipſum vnum ac multa pluribus opponũt.)his quoq; vnum non eſſe ſubſtantia cõfirmatur.Nã ſubſtantiæ nihil opponitur:hoc igitur oſtẽdit,ſimulq; cuncta vnius conſequentia accidentia ve definit quorum id primũ eſt,quod ei multa pluribus modis opponuntur.quorũ vno inquit vnũ & multa opponuntur,vt indiuiduũ & diuiduũ.unũ vt indiuidu i,multa vt diuiduũ.quod enim diuiſum eſt,aut cũ non ſit eſſe tñ diuiſum intelligitur,multitudo,ac multa nuncupatur.Indiuiduũ autem vt pũctum aut vnitas,vel diuiduũ non diuiſum vt linea pedalis appellatur vnum. Cæterũ quia oppoſitio eſt quadruplex,vnum & multa non vt relatiua,non vt habitus & priuatio,neq; vt affirmatio & negatio,ſed vt contraria opponi intelligũtur.quod ſi verũ eſt,vnum non poteſt eſſe ſubſtantia,cum ſubſtantiæ nihil ſit contrarium.(Dicitur autem ipſum vnũ atq; declaratur ex ipſo ſuo contrario).i ex diuiſibili.idq; qñ diuiſibile & multitudo magis ſentitur.ex eo n.quod diuidendo ad breuiſſimũ perueninus, qđ ſecare non poſſumus:in vnius ac indiuidui cognitiõem venimus.Itaq; multitudo ratione & cognitione a ſenſu profecta prior eſt q̃ vnum.natura vero poſterior. (Eſt autẽ ingt vnius vt i'diuiſ.õe cõtrariorũ deſcripſimus)in libro.n.de bonis,vt alio in loco teſtati ſumus,diuiſionẽ fecit qua oĩa cõtraria i multitudinẽ ac vnum redegit. eſt igit vnius idẽ,ſimile,atq; æquale.Multitudinis aũt diuerſum,diſſimile,& inæquale.

Atq; cũ multipliciter idẽ dicat,vno quidẽ mõ numero,interdũ dicimus ipm.Alio vero mõ,ſi & rõne ſit & numero vnũ,veluti tu & forma & materia idẽ es qđ tu te ipſe,& vnũ.Pręterea ſi rõ priæ ſubſtãtię vna ſit veluti lineæ rectę æquales ſunt eædẽ,& æqualia itẽ quadrata,& tñ ſunt plura, verũ æqualitas in ipſis eſt vnitas.Similia vero dicunt,ſi nõ ſimpliciter qdẽ eadẽ ſint,neq; ſubſtãtia nõ differãt ſubiecta:ſint tñ eadẽ forma,vt q̈dratũ maius ſimile eſt minori,& inæquales ẽt lineæ.Hæ nãq; ſimiles quidẽ ſunt eædẽ aũt abſolutæ non ſunt.Quædã ẽt ſi eandẽ habeãt formã,in quibus intentio fit atq; remiſſio,& nõ magis neq; minus talia ſint,ſimilia ſane dicũtur.Quædã inſuper ſi affectus qdẽ ſit idẽ vnuſq; ſpecie,magis aũt minuſue talia ſint,velut alba,ſimilia dicũtur eſſe,ppterea qđ ipoꝝ forma ẽ vna.Sũt & q̃ ſimilia dicũtur,ſi plura eadẽ habeãt q̃ diuerſa aut ſimplr aut ea q̃ ſunt i prõptu,vt ſtãnũ argẽto ſimile dicit,aut ignis auro :qua rõne ẽ flauus:Quare patet diuerſũ quoq; atq; diſſimile pluribꝰ dici modis,

(At qui cum multipliciter idem dicatur, vno quidem modo ſecundum numerum) Cum inquit idem, plurifariam dicatur, dubitari non debet, quin

ix.

diuerſum & diſſimile pluribus modis dicatur.cum igitur idem multis modis dicatur, (vno modo inquit dicitur ſecundum numerum,quod aliquando dicimus ipſum.) dicimus.n.nonnũq; muſicum idem eſſe,quod albũ propterea quod ſocrates in quo ſunt idem & vnus numero.(Alio vero modo ſi ratione ſit,& numero vnum.)Tu enim idem es & vnus tibi ſpecie & numero.hoc.n.ſignificat cum ait(& materia.)Præterea eadem dicuntur,quorum ratio vna eſt ſubſtantięq; primę.i.proximę. vt lineę rectæ pares eędem dicuntur propter paritatem.Similiter quadrata ęqualia & æqualium angulorum eadam eſſe dicuntur.Nam licet plura ſint,æqualitas tamen in ipſis eſt vnitas qua vniuntur & efficiuntur eadem,ſimilia vero dicuntur ſi ſunt eadem & non ſunt. Maius.n.quadratum idem eſt,quod minus,& non idem.qua.n.ratio formaq; ipſoꝝ non differt,ſed eſt eadem,ipſa eadem ſunt, qua vero hoc maius eſt illud minus non eadem,ſed ſimilia dicuntur.Similia igitur inquit dicuntur,ſi nõ ſimpliciter eadẽ ſunt, ſed aliquo differunt.nec tamen ſubſtantia & ſpecie diſcrepant,ſed habent ſpeciẽ eandem,diſſident tamẽ quatenus cõpoſita ſunt.Nam ſocrates & plato vt homines ſunt, non diſcrepant,vt vero indiuidui,differunt.hoc.n.ſignificat,cũ ait.(Neq; ſubſtantia non differant,ſubiecta ſpecie eadem,vt de quadratis diximus.quin & lineæ rectæ impares ſimiles eſſe dicuntur,quia ſimpliciter non ſunt eędem. ſed differunt imparitate, cum ratione atq; ſubſtantia non diſcrepent.Sunt.n.rectę.Alia ſimilia dicuntur, ſi ſpeciem eandem habeant:nec magis ſint,aut minus,in quibus magis & minus locũ habeant.vt in albo magis minuſq; verſatur,albũ.n.albo & magis & minus dicitur. Si ergo duo album habeãt quod intendi poteſt atq; remitti,nec albedo vnius intenſior ſit,aut remiſſior alterius albedine,ea ſimilia ſunt.Hæc igitur ſimilia dicuntur,qñ albedinum, quæ in ipſis habentur non eſt altera q̃ altera neq; intenſior,neq; remiſſior.cũ tamẽ eſſe poſſit.Alia ſimilia dicunt diuerſo modo q̃ q̃ ſtati explicata ſunt,vt ſi duo alba ſint, ſed vnius albedo ĩtenſior,ſit alterius albedine ſeu remiſſior ea ſimilia dicent,qñ eandẽ ſpeciẽ obtinent,cũ ambo ſint alba.hic n.eſt ſenſus illius dictiõis.(quędã inſup ſi affectus qdẽ ſit idẽ vnuſq; ſpecie & cætera.)Alia ingt dicũtur ſimilia(ſi plura eadẽ habeãt q̃ diuerſa,aut ſimpliciter,aut ea quæ ſunt in promptu)in promptu ea eſſe intelligũtur.hoc in loco,quæ magis ſub ſenſum cadunt,quod exemplis facile declarabitur. ſit ergo a album, graue,& durum. b. album graue, & molle. c. album & molle nimirũ. b. ſimilius fuerit. a. q̃ ipſum: c. quia. c. vnum habet hoc eſt album cum. a. commune. b autem duo album & graue. b. igitur ſimile. a. aſſe dicitur: quoniam plura eadem habet. ſtannum argento, quia quod eſt in promptu. i. album. quoniam album quod in ipſis habetur magis ſenſu percipitur q̃ graue. vt aurum ſimile igni ſecũdum flauum.ſeu fuluum.Cum ergo idem & ſimile plurifariam dicatur,diuerſum quoq; & diſſimile multis modis dici conuenit.

Atq; ipſum quidem aliud & ipſum idem oppoſito modo ſe habent. Quapropter omne quoduis aut aliud eſt:aut idem.Illud autem dicitur:ſi materies & ratio non ſit vna.Quocirca tu es & propinquus diuerſus. Tertiũ vero vt ea quæ in ipſis ſunt mathematicis.Diuerſum igitur: aut idẽ propter hoc omne ad omne dicitur:quod vnum atq; ens dicitur. Non enim ipſius eiuſdem eſt contradictio.Quapropter non dicitur in hiſce quæ nõ ſunt:ipſum vero non idem dicitur: de iis autem dicitur vniuerſis q̃ ſunt. Aut enim vnum eſt:aut nõ vnum aptũ ens eſſe ac vnũ.Diuerſum igitur atq; idem hoc opponuntur pacto.

(Atq; ipſum quidem aliud & ipſum idem oppoſito modo ſeſe habent) propoſitū eſt hoc in loco aliud & diuerſum,qūo ad idem ſe habeat demōſtrare : aitq; aliud oppoſitū eſſe eidem.ac proinde de cunctis,quę ſunt,quęq; nō ſunt dici & verū a falſo diſcerne re.ſed hoc,verum inquam diſcernere a falſo proprium eorū eſt, quæ per contradictio nem opponuntur.at diuerſum & idē non diſtingunt in oībus quę ſunt, quæq; nō ſunt verum a falſo,ſed in iis dūtaxat,quæ ſunt.quō fit vt nō opponantur contradictorie. Aliud igitur inquit atq; idem opponuntur: quāobrem oē ad omne relatum vel eſt idē vel aliud.quia omne vel ens vel non ens ad omne vel eſt idem vel aliud.vt ſtatim non ens.aliud eſt,q̄ ens,effatus autem aliud atq; idem opponi, anteq̄ diuerſum quomodo ad idem dicatur exponat,de ſimili interea mentionē facit dicens,(illud autem dicitur, ſi materies & ratio non ſit propria) quo in loco proprium dicit pro diuerſo . vt ſi quis diceret triquetum propriū eſſe a circulo.i.diuerſum.eſt igitur ſenſus , ſi materia & ra⸗ tio non ſit propria.i.niſi differens ſit vel ratio,vel materia . Nam ſi ratio & materia ea⸗ dem ſunt:non dicuntur ſimilia:ſed eadem.ſtatuq; nanq; ęneæ non ſimiles , ſed eędem eſſe dicuntur.quia formā & materiam eandem habent . at ſi altera ęnea ſit,altera ex au ro,quia materia diſcrepant,ſimiles eſſe dicētur.Rurſus ſi ex ere cōſtet:tum tripos,tum lebes,ſimiles dicentur,quoniam diſcrepant forma,cum materia non differant. Item ſi mile dicitur quod propius accedit , vt color viridis ſimilis eſſe dicitur puniceo , quia magis ad eum accedit q̄ purpureus & ductus rectus ductui ſimilis eſt ,vt in mathema⸗ ticis.His de ſimili interiectis,de diuerſo atq; eodem ediſſerit dicens.(diuerſum igitur aut idem omne ad omne dicitur,quęcūq; vnum & ens).i.quęcūq; vnum & entia ſunt ea vel eadem dicuntur vel diuerſa.in non entibus autem non hæc dicuntur.cuius cau ſam breuiter reddit dicens.(Non enim ipſius eiuſdem eſt contradictio.).i. idem & di uerſum non opponuntur contradictorie.vt ad non entia quoq; pertineant,non ſolum ad entia.non idem vero de non entibus etiam dicitur. quamobrem idem & diuerſum vnum eſſe ſolet,aut non vnum,quod tamen ſit vnum & ens.& concludit dicens (di⸗ uerſum igitur atq; idem hoc opponuntur pacto.)vt.ſ in ſolis entibus alterum vere di dicatur,alterum ſecus.

Differentia vero & diuerſitas aliud eſt.Diuerſum.n. & id a quo eſt diuer⸗ ſum nō eſt neceſſe aliquo eſſe diuerſum . Oē.n.aut diuerſum eſt aut idem: quicquid ſit ens.At id quod differt , ab aliquo ſane differt : quare neceſſe eſt idem quid eſſe quo differunt:hoc autē idem genus eſt aut ſpecies . Oē enim quod differt:aut genere:aut ſpecie differt:at genere quidē differunt ea,materia quorum non eſt cōmunis:neq; mutua generatio. Vt ea quorū eſt alia prædicamenti figura.Specie autē ea quoq; genus eſt idem . Genus vero dicitur: quo ambo ea q̄ differūt idē per ſubſtātiā eſſe dicunt . Quare contraria ſunt differentia:& contrarietas eſt differentia quædam.

(Differentia vero & diuerſitas aliud eſt)differentiam a diuerſitate diſcernit,aliud diffe rentiam eſſe tradens,aliud diuerſitatem . Nam diuerſa inquit non eſt neceſſe aliquam xii. inter ſe cōmunionem habeant.ſubſtantia.n.cum quantitate,a qua diuerſa eſt,nihil ha bet cōmune. Attamen quidquid eſt ens diuerſum eſt,aut idem , (at id quod differt ab aliquo , aliquo ſane differt) ſenſus , vt mihi quidem videtur huiuſmodi eſt . quod autem differt ab aliquo , aliquam cum eo ſocietatem habet . Equus enim ab ho⸗ mine differt , hoc tamen habet commune , quod vterq; eſt animal. Itaq; neceſſe eſt, vtſit aliquid idem,quo participent , quæ differentia ſunt . hoc autem , quo.ſ.differen⸗

tia participant,aut genus eſt, aut ſpecies . Nam ſocrates & plato,qui differunt inter ſe ſpeciem & genus habent cōmune,equus vero & homo genus tātum . At ipſe genere ea differre ait,quorum materia non eſt cōmunis.argumento quod alterum non effici tur alterum.Neq;.n.ſubſtantia efficitur quantum,neq; contra quantū ſubſtantia . quē admodum aer aqua efficitur,& hæc aer. (ſpecie autem ea quorum genus eſt idem.) Sed genus inquit eſt id in quo ambo differentia ſcēm ſubſtātiam ſunt: idem.Nam ho⸗ mo & equus ſecundum animalis ſubſtantiam idem ſunt.Quo fit,vt contraria differē⸗ tia ſint.propterea quod ſubſtantiam ſubiectam cōmunem habent . vt homo & equus cō mune habent animal,deinde ſubſtantiam.

Hoc autem bene a nobis eſſe ſuppoſitum : ex inductione patere poteſt. Omnia enim differentia & eadem non ſolū diuerſa eſſe videntur : ſed quę dā genere ſunt diuerſa, q̄dā ſunt in eadē p̄dicaměti ſerie collocata. Quare eodē in genere ſunt:& genere eadem ſunt.Definitū eſt autem alio in loco quæ genere eadem ſunt:aut diuerſa. Quoniam autem fit vt ea quæ diffe⸗ runt magis minuſue differant:eſt & quędam ſane maxima differētia:atq; hanc contrarietatem dico . Eſſe autem hanc maximam differentiam : ex inductione patere poteſt.Etenim ea quidem quę genere differunt:mutuā ad ſe viam non habent: ſed plurimum diſtant , & inter ſeſe comparabilia non ſunt.At generationes eorum quæ ſpecie differunt: ex contrariis ſunt porro vt ex extremis . Extremorum vero diſtantiam maximam eſſe con⸗ ſtat:quare patet & contrariorum maximam eſſe.Atqui id quod eſt maxi⸗ mum in vnoquoq; genere eſt perfectum. Maximum.n.id eſt:cuius nō eſt exceſſus:& perfectum id:cuius ſumi quicq̄ extra nō poteſt . Perfecta nāq; differentia finem habet : perinde atq; cætera,propterea perfecta dicūtur: quod finem habent:nihil autem eſt extra finem . Eſt.n. ipſe finis extremū in omnibus:atq; continet.Iccirco nihil eſt extra finem:neq; vllius indiget ipſum perfectum.Contrarietatem igitur differentiam eſſe perfectam : ex hiſce patet. Cum autem pluribus contraria modis dicantur : ſic & perfe⸗ ctum comitabitur:vt ipſius contrarietatis ratio competit. Quæ cum ita ſint:patet vni plura contraria eſſe non poſſe . Neq; enim extremo quicq̄ magis extremum eſſe poteſt , neq; vnius interualli plura ſunt duobus ex⸗ trema.Omninoq; ſi contrarietas quidem eſt differentia, differentia vero duorum eſt,perfecta quoq; differentia duorum erit profecto.

(Hoc autem bene a nobis eſſe ſuppoſitum ex inductione patere poteſt,)q; recte inqt poſuerimus differētia eſſe,quæ aliquo particip̄at,ex ſingulis intelligi poteſt.omnia.n. xiii. differentia non ſolum ſunt diuerſa,ſed etiam eadem. vt equus & homo . quare diffe⸗ rentia ſunt diuerſa,non contra diuerſa differentia.Materia.n.non proxima,ſed remo ta,& informis,quæ eſt in ſocrate ,& quæ eſt,in platōe diuerſæ ſunt ,differentes non item.quo.n.differre poſſunt , quæ forma omnino vacant . (ſed quædam genere ſunt diuerſa).i.diuerſa genere diuerſa ſunt.(Quędam ſunt in eadē prędicaměti ſerie col⸗ locata).i.ſimilia in eadem catena conſiſtunt.(quare in eodem genere ſunt, & genere

eadem)qualia vero ſint,quæ genere dicuntur eadem,in libro quarto fuit explicatum. ſed cum differentium,quædam magis differant,quædam minus. vt purpureus color magis differt a rubro,a viridi minus,(eſt quædam ſane maxima differentia.) hęc maxima differentia eſt contrarietas.vt inter album & nigrum.quo fit, vt quantum ſubſtãtiæ contrarium ſit.cum inter ſe plurimum differant.q̃ quidem contraria ſunt,non ꝙ alterum in alterum tranſeat,aut altero intercipiatur alterum, ſed eo tantũ quod maximo interuallo abſint interſe.ſed cum ſe dixiſſet maximam differentiam contrarietatem appellare,id verum eſſe inductione patere ait.(Et.n.ea quæ genere differunt)genus aũt vt puto materiam vocat.eritq; ſenſus.quæ genere differunt.i. quæ nõ habent eandem materiã,vt ſubſtantia & quantitas(mutuam ad ſe viam non habent) .i.alterum ex altero non generatur.(ſed plurimum diſtant,& inter ſeſe cõparabilia non ſunt) .i.nihil habent cõe.comparabilia.n.ſunt,vt in libris de generatione traditur,quæ cõe quidpiã habent.(At generationes eorum,quæ ſpecie differunt,ex contrariis ſunt porro vt extremis)ex fuſco.n.gignitur album:at fuſcum & album non eſt extrema & maxime diſtans contrarietas,ſed album & nigrum. tñ album ex fuſco tãq̃ ex extremo efficitur. Itaq; eorum,quæ proprie extrema ſunt,maximum eſt interuallum.ꝙ ſi contraria ſunt extrema,extremorum autem eſt maximum interuallum, contrariorum igitur interuallum maximum eſt,vt recte contrarietas maxima differentia eſſe dicatur.Cum igit̃ ad hunc modum contrarietatẽ maximam differentiã eſſe docuiſſet, maximã quoq; differentiam perfectã eſſe demonſtrat.itaq; cum ſit contrarietas maxima differentia,hęc autem perfecta habeatur,ſit vt contrarietas perfecta ſit.quod ſi verũ eſt, profecto vnũ vni contrarium fuerit:cum haud dubie perfecto vnũ perfectum opponatur.Itaq; maximam differentiam perfectam eſſe demonſtrat. Nam id inquit quod eſt maximũ in vnoquoq; genere & ſubiecto,perfectum eſt.Nam maximũ id eſſe dicimus, cuius nõ eſt exceſſus.vt mũdus maximus dicitur,qm a quo excedatur nihil eſt. perfectũ quoq; vocamus. extra quod nihil licet accipere. Item perfecta differentia finem habet:extra finem autem nihil licet ſumere.cum in omni re finis extremũ ſit, & id complectatur, cuius eſt finis.itaq; extra nil licet accipere ipſumq; perfectũ nullius indigere. quare ſi cætera,idcirco perfecta dicuntur,quia finem habent,maxima vero differentia finẽ habet,ſit vt ipſa quoq; perfecta ſit.(cum autem pluribus contraria modis dicantur,) contraria.n.vt dictum eſt,ea dicuntur:quæ ſunt in eodem genere: & quæ ſunt in eodem ſubiecto, & quæ ſub eandem facultatemcadunt,& cætera,quæ in libro quarto cõmemorantur.vbi de contrariis diſputauit.(cum ergo pluribus modis dicantur,ſic & perfectum comitabitur,vt ipſius contrarietatis ratio eis competit.) ſi.n.ratio cõtrarietatis ei competit:propterea quod ſunt in eadem facultate: perfectio quoq; ad hunc modũ eis conueniet.hoc eſt contrariis,quæ in eodem genere ſunt,perfectio ad eum modũ conueniet,eſt autem perfecta contrarietas eorum,quæ ſunt in eodem genere,extra quam nihil accipi poteſt.item iis quæ ſub eandem potentiam cadunt,perfectio ſic quoq; tribuetur.Eſt.n.perfecta contrarietas ſubditorum vni potentię,extra quam nihil ſumere licet.Rurſus eorum qui diuerſis generibus ſubiacent, contrarietas perfecta eſt, extra quam nihil licet accipere.cui par ratio in cæteris reperitur.(Quæ cũ ita ſint, patet vni plura contraria eſſe non poſſe.)Nam cum ſit cõtrarietas differentia maxima, & extra quam nihil accipi poteſt,haud dubie vni vnum contrariũ eſt.Neq; n.extremo ac vltimo quidq̃ eſt vlterius.cõtraria vero extrema ſunt.itaq; extrema pluſq̃ duo eẽ nequeũt. xiiii.
Ad hæc contrarietas omnis eſt vnum interuallum,omnis autem vnius interualli duo ſunt extrema.omnis igitur contrarietatis extrema duo ſunt.(omninoq; ſi contrarietas eſt differentia,differẽtia vero duorũ eſt,perfecta quoq;) .i.pfecta differẽtia duorũ erit.

At vero

At vero cęteras ét cõtrariorũ diffinitiões veras eſſe neceſſe eſt. Etenim pfecta differentia plurimũ differt. Extra.n.ea q̃ genere differunt nõ fit vt qcq̃ ſumatur:neq; extra q̃ ſpẽ differũt. Demonſtratũ eſt. n. differentiã ad ea q̃ ſunt extra genus nõ eſſe:horũ aũt hęc maxima eſt vt patuit. Et ea q̃ plurimum eodẽ in genere differunt cõtraria ſunt:pfecta.n.horũ differentia maxima eſt:& ea rurſus q̃ in eodẽ ſuſceptiuo plurimũ differũt:cõtraria ſunt: eſt.n.eadẽ cõtrariorũ materies:& ea inſup q̃ ſub eadẽ potentia plurimum differunt:ſcientia.n.vna circa vnũ genus verſatur: in quibus differentia pfecta maxima eſt. At qui prima cõtrarietas habitus eſt & priuatio: nõ tñ oĩs priuatio. multipliciter.n.priuatio dr̃:ſed ea q̃ eſt perfecta. Cætera vero contraria p hæc ipſa dicentur,partim propterea ꝙ habent: partim ex eo quia faciunt:aut ſunt effectiua:partim quia ſunt acceptiones aut abiectiones horum:aut aliorum contrariorum.

xiiii. (At vero cęteras etiã cõtrariorum definitiões veras eſſe neceſſe eſt.) quod nos ſupra dixim⁹,ipſe hoc in loco tradit.hoc eſt definitiones contrariorum, quę in eodem genere ſunt,veras fore in iis,quę cadunt ſub eandẽ facultatẽ,& in cęteris.nam differẽtia quoq; pfecta horum plurimum diſtat. Ergo quẽadmodum perfecta differẽtia eorũ, quæ ſub eandẽ cadunt potentiã eſt ea,extra quã nihil accipi poteſt, ita in cæteris etiã. Illud autem (demonſtratum eſt.n.differentiã ad ea,quæ ſunt extra genus non eſſe) ſolutionẽ eſſe reor obiectionis,qua occurri poterat vnum vni opponi aſſeueranti. dicat n.aliquis ſi propterea vnum vni contrariũ eſt,ꝙ q̃ plurimum inter ſe diſtãt, duo ſunt, cum nigrum plurimũ diſtat ab albo,linea ẽt multo magis,quid.n. lineę cum albo cõmune?duo igitur erunt,q̃ plurimum diſtant ab albo nigrum & linea.quod ſi verũ eſt, duo erunt vni cõtraria. ad hanc igitur obiectionẽ ſoluendã ptinere puto id quod ait, demonſtratum eſſe ad extima generis nõ eſſe differentiã.i.q̃ diuerſis generibus ſubiiciuntur,nec alterum alteri ſubeſt,ea opponi non oportere.Sed q̃ ſubiacent eidem,cæterum quomodo ipſe dixit,ſubſtantiã & quantum plurimum inter ſe diſtare, cum diuerſa genera ſint,an genera generaliſſima,vt diximus,inter ſe opponuntur,eis ſubiecta non item? Neq; n.animal opponitur albo,aut album lineę.dictum eſt. n. cum extremis & quæ aliis generibus ſubiecta ſunt non eſſe differentiam, hoc eſt contrarietatem(horum autem hæc maxima).i eorum q̃ generi eidem ſubiiciuntur hæc cõtrarietas maxima eſt differentia.& contraria ſunt,quæ in eodem genere maxime differunt. quoniã horum differentia maxima eſt & perfecta. Pari ratione quę in eodem ſubiecto plurimum differunt,contraria ſunt. Materia.n.& ſubiectum contrariorũ idem eſt. Itẽ quæ ſubiecta eidem facultati plurimum differunt.vt morbus,& valetudo, quæ mediciñæ ſubiiciuntur ac plurimum differunt inter ſe. Medicina.n.in vno genere hoc eſt in corporibus verſatur,in quibus habentur cõtraria recta & aduerſa valetudo.Itaq; eadem eſt contrariorum facultas.prima vero cõtrarietas habitus eſt & priuatio,nõ oĩs, nam fuſcum eſt albi priuatio.inter hæc tamen non eſt prima contrarietas. ſed ea quæ perfecta,ea prima eſt (cætera vero contraria per hæc dicentur.) Nam corpus album corpori nigro contrarium eſſe dicitur propter album & nigrũ.& conualeſcentia,quæ valetudinis eſt receptio,contraria egrotationi,quæ eſt abiectio valetudinis, & receptio morbi, ſimili cæterorum ratione.

Si igitur oppoſitiones ſunt,contradictio:priuatio:cõtrarietas: & relatio.

Atq; harum prima eſt contradictio:& contradictionis nullum eſt mediũ. Fit autem vt inter contraria ſit aliquod medium : patet contradictionem idem atq; contrarietatem non eſſe. Priuatio vero quædam eſt contradictio,aut.n.id quod omnino habere nequit:aut id quod non habet aptum eſt tamen habere:priuatum eſt : aut omnino aut ex parte aliqua definitũ. iam.n.multis hoc dicimus modis:vt in aliis locis diſtinximus. Quare priuatio quædam eſt contradictio:aut in potentia definita : aut comprehenſa cum ſuſceptiuo.Quocirca contradictionis quidem mediũ non eſt:priuationis autem alicuius eſt.Omne.n.æquale eſt:aut non æquale. At non oẽ ęquale eſt:aut inęquale:niſi in eo dũtaxat qđ ẽ ſuſceptiuũ ęqualitatis.

xv. (Si igitur oppoſitiones ſunt contradictio,priuatio contrarietas) Propoſitum eſt hoc in loco docere priuationem & contrarietatem ad contradictionem referri. & eaſdem quodammodo contradictiones eſſe,vt ipſe dicet,quod ſi verum eſt, contradictio nimirum q̃ priuatio & cõtrarietas magis eſt oppoſitio. quod cũ ita ſit, ego non video cur quidam ſic pręcipiant,cum ipſi placeat contrarietatem magis opponi q̃ contradictionem, tamen gratia exercendi auditores dixiſſe in quinta particula libri de enuntiatione contradictionem magis opponi,q̃ contraria.demõſtrat igitur,vt dictum eſt,priuationem & contraria ſub contradictionem cadere. prius tamen contraria non perinde opponi docet:ac contradictoria.i.atq; affirmationẽ & negationẽ. quod ad hunc modũ arguit in ſecunda figura.contradictionis nullum eſt medium , cõtrariorum aũt mediũ habetur,contraria igitur non opponũtur , vt quæ contradictorie pugnant.ſi ergo inqt oppoſitiones ſunt cõtradictio,priuatio,contrarietas,relatioq; , & cõtradictio prior eſt, q̃ tres cęteræ, nec contradictionis aliquod eſt medium,in quibuſdam antem cõtrariis medium eſſe poteſt,ſatis patet,non eſſe idem contradictionem & contraria(Priuatio vero inquit quædam eſt contradictio)quo poſito anteq̃ planum faciat,quomodo priuatio eſt contradictio,priuationem ipſam partitur.dicens(Aut.n.quod oĩo habere nequit,aut id quod non habet aptũ eſt tñ habere , priuatũ eſt : aut oĩo aut ex parte aliqua definitum.)vt lapis viſum habeat,fieri oĩo non põt,& tñ viſu priuatus eſſe dicitur, infans etiam in bimatu quia quãuis dentes non habeat,habere tamẽ eſt aptus . dentibus priuatus eſſe dicitur. Nam quod ait(aut oĩo aut ex parte aliqua definitũ)repetitio quędam eſt.illud.n.(aut oĩo)ęquipollet huic,quod oĩo non habet aut aptum eſt habere, dicitur tamẽ priuatum eſſe.illud vero(aut ex parte aliqua)additum eſt,qm̃, vt dixit in quarto huius operis libro,ineptos pedes habere,eſt pedibus eſſe priuatum. & nucleis priuatum eſſe breuiſſimos habere nucleos.Priuari autem multis modis dici admonet nos.traditum eſſe in libro quarto operis huius dicens(hoc.n.multis modis dicitur, vt in aliis locis diſtinximus.)ſi ergo priuatio,quę impoſſibile habere dicit , ſignificat qđ fieri nõ põt,qđ aũt fieri nõ põt,negatio eſt eius,qđ fieri põt , quẽadmodũ nõ hẽre priuatio eſt hñdi,merito priuatio dr̃ eſſe ꝓtradictio(aut ipotẽtia definita:aut cõprehenſa cũ ſuſceptiuo.)Si.n.cęcitatẽ ipſam diſcretã dixeris , ipotẽtiã quandã ſignificaueris ſiue ipſam ſolã priuationẽ.ſin aũt cęcũ,cęcitatẽ cũ ſubiecto ſuo . Cæcus.n.eſt ipſa priuatio cũ ſubiecto.quẽadmodũ cum albedinẽ dicis,albedinis formã ſignificas, ipſamq; albedinis naturã.cũ vero albũ,corpus dealbatũ. Cęterũ quonãmodo priuationis medium aliquod habetur.Nam cũ neq; ęquale,neq; inęquale dico,mediũ aliquid eſſe ſignifico. cũ contradictionis nullũ eſſe mediũ demõſtratũ ſit,vbi docuit cõtradictionẽ veram eſſe nõ poſſe.An qa cõtradictio nihil determinat?Nã cũ ęquale eſt,ęquale nõ eſt dicimus negatio deſtruit tm̃ ęquale,non ẽt aliquid ponit.priuatio vero,vt inęquale . nõ ſolum ęquale demolitur,ſed ẽt ponit quandã cõtrarietatem.porro inter contraria vt aliquid intercedat nihil prohibet,tam & ſi nõ eſt neceſſe.ob hoc igitur contradictio medium nõ admittit. Et quod verius eſt,qm̃ contradictio in cũctis entibus & nõ entibus vęx dirimit a falſo.qm̃ vt dictum eſt negatio ſolũ negat quod affirmatione ſignificaẽ.priuatio aũt ſimul falſa reperitur in cęteris a quantitate prædicamẽtis.vt.n. affirmatio , q̃ ait aĩa eſt equalis vel album eſt ęquale falſa eſt,ſic priuatio q̃ dicit,aĩa eſt inęqualis,vel album eſt inequale.quia igitur ambę ſunt falſæ,idcirco medium quoddã admittũt.illud ſ.aĩa neq; eſt ęqualis neq; inęqualis,q̃ rõ in cunctis ſimul falſis reperiẽ.In cõtradictiõe vero minime,affirmationi nãq; falſo aĩa eſt ęqualis dicenti,negatio oppoſita,q̃ ait , aĩa nõ eſt ęqualis:vera eſt.ppterea qđ intercipit tm̃,vt dictum eſt,ęquale.nec aliud quidq̃ ponit.ob hãc igr̃ cãm ꝑdictõis mediũ nõ habeẽ,priuatiõis habeẽ.cui⁹cãm breuiter attigit dicẽs(oẽ.n.ęquale eſt,aut nõ ęquale , at nõ omne ęquale eſt aut inęquale) quaſi dicat.cõtradictio,q̃ ait oĩs res eſt ęqualis,vel nõ eſt ęqualis in cunctis verum a falſo ſeiungit.priuatio aũt,vt diximus in exẽplo de aĩa,falſa cum falſo habitu reperitur.quo fit vt hic medio locus relinquatur.At non in rebus oĩbus priuatio cum habitu aut hic cum priuatione falſus eſt. Nam in excipiente ac ſubiecto ſuo verum a falſo diſcernũt. quoniam in quanto ſi habitus eſt falſus , priuatio vera eſt , quia omne quantum aut eſt ęquale aut inęquale.

Quod ſi generationes ex cõtrariis in materia fiunt,e forma aũt fiunt,formæq; habitu aut ex aliqua formæ priuatiõe,patet oẽm quidem contrarietatẽ priuationem quandam eſſe:priuationem aũt non oẽm fortaſſe cõtrarietatem eſſe.Et cauſa eſt in promptu,fit enim,vt id quod caret, multipliciter ſit priuatũ.Ea nãq; contraria ſunt,e quibus extremis mutatiões fieri ſolent.Patet etiã per inductionẽ.Oĩs.n.contrarietas alterius contrariorum priuationem habet,ſed non oĩa ſimiliter carent . Inæqualitas.n. æqualitatis, diſſimilitudo ſimilitudinis,vitiũ virtutis priuatio eſt vt patet.Differt aũt vti diximus.Aliud.n.priuatũ dicitur,ſi ſolũ careat . Aliud ſi qñ aptum eſt habere non habeat,vt in ætate aliqua,vt in aliquo,aut ꝑcipuo,aut oĩo.Quo circa quorundã eſt medium,at neq; bonus homo eſt, neq; malus:Quorundã non eſt,ſed ſit aut par,aut impar neceſſe eſt.Præterea ſunt quæ definitum ſubiectũ habent, ſunt quę non habent . Quare per priuationem ſemper contrariorũ alterũ dici patet.Sat autem eſt &ſi ipſa prima generaq; contrariorum ita dicantur vnum,inquam ipſum & multa.Ad hæc enim cætera reducuntur.

xvi. (Quod ſi gñatiões ex cõtrariis in materia fiunt)oſtẽſo priuationẽ quãdã ꝓtradictionẽ eẽ,idẽ de cõtrarietate quoq; docet . dum cõtrarietates priuationes eſſe demõſtrat.ſi.n. cõtrarietates priuationes ſunt,priuationes autẽ cõtradictiones quędam , cõtrarietates igiẽ cõtradictiões ſunt.qđ hypothetice ad hunc modũ demõſtrat. Si gñones ſunt contrariorũ,gñantur aũt cõtraria ꝑ materiã ipſis ſubiectã,ſi ergo gñationes in materia ſubiecta ſunt ex cõtrariis,oĩs aũt gñatio(vel ex forma eſt,formęq; habitu) in eundẽ autẽ intellectũ hęc duo verba dixit.(aut ex aliqua formę priuatione)ꝑſpicuũ eſt cõtrarietas

tem esse priuationē Si.n.musicus efficit ex īmusico,quod est priuatio.oīs aūt generatio fit ex cōtrario,musicū profecto & īmusicū cōtrarietas est &priuatio.quę ratio in ceteris oībus reperitur.porro generationē oēm vel ex forma & habitu,vel ex priuatione fieri ,licet demōstratū sit in libro de gnātione,tamē hic quoq; repetendū est.Nā cū ex musico aut albo fit immusicū aut nigrū,ex forma & habitu efficitur gnātio. Vt.n.in libro quē modo citaui docet,formarū prestantiores habitus sunt & magis formę.deteriores vero priuationes.Cū igitur ex īmusico aut nigro musicū efficit aut albū,ea gnātio ex priuatione fit,qđ si nigrū & albū cōtraria sunt,& nigrū est albi priuatio,& īmusicū musici,dubitari nō debet quin oīs cōtrarietas priuatio sit & habitus.At nō oīs priuatio cōtrarietas est,qm priuatio multifariā dicit.Nā fuscū priuatio albi esse dicitur: at nō proprie contrariū eius est. cū sint cōtraria ea.ex quibus extremis vicissī generatio fit.vt albū & nigrū.vel quēadmodū paulo ante dicebamus:cōtraria sunt,quorū interuallū maximū est.albi aūt & fusci interuallū nō est maximū,nō igitur oīs priuatio est cōtrarietas.At oēm cōtrarietatē esse priuationē inductiōe palā esse ait.oīs.n.cōtrarietas priuationē habet.Nā frigiditas caloris habet priuationē,albedinis nigredo,inequalitas æqualitatis,dissimilitudo similitudinis.vitiū deniq; virtutis.ex hoc aūt priuationē nō alđ eē colligimus q̄ alterū cōtrariorū hoc ē vnā partē cōtrarietatis.Nigrū.n. pars vna cōtrarietatis est.Nā tota cōtrarietas est duo albū &nigrū.nigrū igit alterū est cōtrariorū.oīs ergo cōtrarietas priuationē habet,& priuatio est cōtrariorū alterū. Sed nō oīa similiter priuata dicūtur,Sed differūt quēadmodū exposuimus.Dictū est.n.aliquod priuatū dici,si solū careat.Nā et lapis visu priuatus esse dicitur.nō quēadmodū ea,quę visum habere apta sunt,sed quia dūtaxat visum nō habet.aliud, si qñ aptū est habere nō habeat.vel si nō habeat in ea parte,qua est aptū habere.vt visum in oculo (aut prēcipuo)Nā qui dextra manu caret,is manibus priuatus esse dicit.quia potiore parte priuatus est.Dextra.n.q̄ leua potior habet.oīo aūt manibus dicitur esse priuatus,qui vtraq; caret.quāobrē quorū cōtrariorū subiectū est definitū,vt paris & imparis numerus,horū nullū mediū habet.quoꝝ minus,iis aliqđ intercedit vt bono & malo.horum.n.subiectum nō est determinatū.vt q̄ in oībus prædicamētis habeant. Sunt igit quædā:quæ neq; bona,neq; mala sint.cui similis est ī cęteris ratio. Inductione igit fit,semper cōtrarioꝝ alterum secundum priuationē dici.oēmq; cōtrarietatē esse priuationē.sic ergo est argumētādum ,cōtraria sunt priuatioēs,oēs priuationes sunt cōtradictiones,cōtraria igit perinde atq; priuationes sub cōtradictionē cadunt.illud vero(sat autē est & si prima ipsa gnāq; contrarioꝝ ita dicant,vnum inquā ipm & multa)huiusmodi ē oīa cōtraria ī vnum & multa referunt,& vt sępe diximus partitionē fecit,quæ oīa cōtraria in vnum & plura rediguntur , vnum autē & plura cōtradictio quædā sunt: vt demōstrabit,oīa igitur cōtraria ad cōtradictionē redigunē Cū aūt vnū vni cōtrariū sit,dubitauerit qspiā,quonā mō opponūtur vnū & multa:& æquale aduersat magno ac paruo.Ipm.n.vtrū dicere semp in oppositiōe solemus,veluti vtrū sit albū,an nigrū,& vtrū albū sit, an nō albū: Vtrū aūt hō sit,an albū nō dicimus,nisi ex suppositiōe,q̄rētes ceu vter accessīt.Cleon ne,an Callias.Sed nō necesse est vllo in genere hoc pacto interrogare,sed & hoc illinc ē pfectū.Sola.n.oppositа nequeūt simul esse. Quo & hic vtit,cū interrogat,vter accessit.Nā si simul accedere possent, ridicula talis esset interrogatio,qđ si & hoc pacto fieri pōt,ī oppositionē similiter cadit,in vnum in quā & multa,veluti vterq; venerit,an alter. Si

igitur qō per vtrū in ipsis sit semp oppositis,dicitur aūt vtrum maius an minus sit quippiā an æquale,quæ nā sit ad hæc oppositio ipsius æqualis Neq; .n.alteri solum est contrarium,cur.n.maiori potius q̄ minori : neq; vtriq;,prætcrea ipsum ęquale cōtrariū est inęquali ,quare pluribus erit q̄ vni cōtrariū.Quod si inęquale idē significat simul qđ illa ambo , oppositū quidē erit vtriq;. Et ipsa dubitatio opitulat hisce q ipsum inæquale dualitatē inquiunt esse,fit attamē,vt duobus sit cōtrariū vnū , quod qdē est impossibile.Prætcrea æquale quidē inter magnū & paruū mediū esse videtur,contrarietas aūt media,esse neq; videtur,neq; pōt , vt ex diffinitione ipsius patet.Non enim erit perfecta,si alicuius media sit,quin potius ipsa medium quippiam semper habet.

xvii. (Cū aūt vnū vni ꝓtrariū sit,dubitauerit qspiā quonā mō opponunt vnum & multa) Ingrit vnum & multa qūo opponant,num vt cōtraria,an vt priuatio & habitus,an vt relatiua,an vt affirmatio & negatio . Similiter æquale quo ex his mō magno paruoq; opponit.docetq; vnum & multa ꝓtraria esse dicēs,si ipm.n.vtrꝝ dicere semp in oppositiōe solemus,vtrꝝ aūt dī in vno & multis,vnum ꝓfecto & multa ꝓtraria sunt.Quinct vtrꝝ in oppositis dici certū est,dicimus.n.vtrꝝ est album,an nigrum,& vtrꝝ est albū an nō album?vtrꝝ vero qđq̄ hō sit,an album nō dicimus?qm album & hō nō opponūtur , nisi ex positione.vt si qs ponat oīum rerꝝ nihil aliud esse , q̄ hoīem solum & albū. tunc.n.res ꝓpposita vtrꝝ hō an album esset?dicere possemus . Itē si ponamus hodie necessario fore aut vēturum esse in hāc domum cleonē vel calliā,nec alium ꝓterea,ꝓ positionē dicamus vtrꝝ cleon est qui venit an callias?at si alii nō nulli vēturi essent , non ita interrogaremus,cum fieri posset vt neuter esset,q venisset.sed socrates exēpli grā. (Sed nō necesse est)in nullo genere & subiecto interrogari pōt vtrꝝ , nisi ex positiōe. in oppositis aute ex necessitate qn & illud qđ ex positione dī ex ꝓprie oppositis emanauit.Quia.n.oppositа simul esse nō possunt,& in hoc exēplo ponitur nō simul ipsos venisse,idcirco q̄ritur vter venerit.Nā si posset vterq; venisse,ridicule vter venisset interrogaretur.qđ si cum ambo venisse possint,qspiā interroget an venerit , protinus in vnum & plura incidit,hoc est in cōtradictionē.vt ambo ne venerint,an alter tm̄. & sic rursus vtrꝝ in cōtradictione dī.si ergo interrogatio vtrꝝ in oppositis vt dictum est versatur,cū maius ne,an ęquale,an minus sit interrogemus,q̄ri pōt,q̄ nā oppositio sit inter ęquale & maius atq; minus.Neq; .n.ęquale vni tm̄.i.maiori solum: vel minori opponit.nā cur alteri magis,q̄ alteri opponat? At si ęquali tū maius ,tū minus opponat, duo erunt vni oppositа,cū tm̄ vni vnū oppōi supra demōstratum sit.Prętcrea inęquali ꝓtrariū est ęquale.inęquale aūt maius & minus significat.vt si ęquale contrarium sit in ęquali,sic rursus fiat,vt duo sint vni cōtraria.Itē si inęquale vtrūq; significat.i. maius & minus , alienum fuerit dicere,sumēdum eē vt vnū nomē & opponendum ęquali,vt sic vnum ęquale vni inęquali opponi dicat.Nā licet hoc iis opitulari possit, q sub dualitatē inęquale redigunt,qđ merito faciunt,cū inęquale duo significet, tm̄ q qm̄ inęquale nomē vnū est,& oppositū ęquali,idcirco vt vnū vni opponi ait,huic nō erit iuuamēto . Neq; .n.oīa sunt,q̄ opponunt:sed res q̄ noibus significāt.Ita licet inęquale nomē vnum sit,tm̄ qa duo significat,siqs id opponat ęquali,duo is vni opposuerit,& sic erunt vni duo ꝓtraria,qđ fieri nō pōt Ad hæc ęquale mediū est inter magnū & ꝑuum,cōtrarietas aūt nō est mediū,ęquale igit nō est ipsis ꝓtrarium.Iā cū ꝓtrarietas maximum &

pfectū interuallum esse dr̄,ipsa nullius mediū ec̄ pōt.Nā si mediū cuiuspiā esset,vtiq; nō esset pfecta,qn potius ipa sui mediū aliqd hēt.vt fuscū medium est albedinis & nā greduis.Demōstratum igr̄ est,equale maiori & minori nō opponi vt ꝓtrariis.tunc.n. fieret,vt vni duo essent contraria.& cętera vt dictum est.

Restat igitur,vt ipsa aut vt negatio:aut vt priuatio opponātur. Atq; vt equale alteri solū opponat̄:fieri neqt.Cur.n. potius magno q̄ paruo: aut puo q̄ magno? Vtrorūq; ergo negatio est priuatiua. Quapp & ad vtrūq; dr̄ vtrū.Ad alterū vero nō dr̄:velut vtrū sit equale,an maius: aut vtrū sit equale an minus:sed sp respectu triū istoꝝ dr̄ vtr̄.Nō aūt necessario priuatio est.Nō est.n.oē id equale,qd̄ neq; maius est:neq; minus: sed id corū dūtaxat in qbus illa inesse sūt apta. Est igit̄ id equale,qd̄ neq; magnū est neq; paruū:aptū aūt magnū vel paruū ee. Atq; vtrisq; vt priuatiua negotio aduersat̄.Quapp & inter illa mediū occupat locū. Id ēt qd̄ neq; bonū est neq; malū,ambobus his aduersatur:sed noīe caret. Pluribus.n.vtrūq; dr̄ mōis:& susceptiuū nō vnū est:sed magis id nomē hēt: qd̄ neq; albū est: neq; hoc dr̄ vnū. Vel ipsi colores sunt quodāmō definitiui q̄bus hęc negatio dr̄ priuatiue.Nā aut fuscū:aut ceruleū,aut aliqd aliud tale illud esse necesse ē.Quar̄ ū recte icrepāt ii,q cūcta dici sil̄ putāt:vt iter calc cū ac manū id sit mediū, qd̄ neq; calceus ē neq; manus. Cū id qd̄ neq; bonū ē neq; malū mediū sit iter bonū & malū: atq; adeo vt aliqd sit tunc vllo discrimie mediū inter cūcta.Nō aūt necesse est id ipm accedere.Ipsa.n.oppositorū simul negatio eoꝝ est sane:quoꝝ est quid mediū: & interuallū qppiā aptū est esse.At hoꝝ nō est differētia:in diuersis nāq; generibus collocant̄ adq; sane nō hmōi negatiōes accomodātur:quare nō est ipoꝝ vnū subiectū.

(Restat igitur vt ipsa aut vt negatio,aut vt priuatio opponantur.)Post̄q̄ equalis cum maiore & minore oppositionē non esse contrarietatē docuit, superesse ait, vt ipsa vel quasi negatio,vel quasi priuatio opponantur. Neq; tñ dictu verum esse,alterutro mō equale maiori tm̄ opponi,aut solum minori.cur.n.vni & nō ambobus opponatur:solu it igitur propositā quęstionē dicens(vtrorumq; ergo negatio est priuatiua).i. equale igitur & maiori,& ēt minori opponitur vt negatio priuatiua,equale.n.negatio est maioris & minoris.cum sit æquale,quod neq; maius est neq; minus, quamobrem ipsis opponi dicitur,vt negatio priuatiua ad ambo. exempli gratia vtrum est equale,an maius vel minus?ad alterutrum vero solum nō dicitur vtrum.Neq; enim dicimus vtrum est equale,an maius?nec rursus vtrum est equale,an minus? (Sed semper tria).i.sed semper vtrum dicitur ad tria non ad duo.vt vtrum est equale,an maius minusne?Præfatus autem equale negationem esse priuatiuam maioris & minoris infert, non tamen necessario priuationem esse.neq;.n.omnem rem equalem esse vel maiorem minoremue quo in loco negationem priuatiuam appellat,quæ in vno prędicamento verum a falso discernit.cum in cæteris falsa sit simul cum affirmatione.vt æquale in sola quantitate. Nam omne quantum æquale est, vel maius aut minus, in cæteris falso vsurpatur. Album.n.neq; est æquale,neq; maius vel minus.est igitur priuatiua negatio, vel priuatiua priuatio. nā vtroq; mō scribit̄:ea q̄ in vno ꝓdicamēto cū sua affirmatiōe falsum discernit a vero. Necessaria vero priuatio siue negatio ē,q̄ in cūctis entibus & non entibus falsum seiūgit a vero,q̄ qdē est ꝓprie negatio,hęc.n.negatio equale nō ē cū opposita affirmatiōe æquale est,verę a falso in cūctis rebus secernit. Nā si affirmatio aīa est æqualis,falsa sit,vera erit negatio anima non est æqualis. æquale igitur nō est priuatio necessaria.cum non in cunctis rebus verum a falso discernat, qm̄ non oīs res æqualis est,vel maior aut minor.neq;.n.anima,neq; album est hmōi.Sed quibus equale conuenit:conuenit autem quanto, siquidem quanti proprium est æquale & inæquale, in iis verum & falsum seiungit.Est igitur equale neq; magnum neq; paruum,vt intelligatur equale magni & parui esse priuatio. adiecit autem (aptum autem magnū vel paruum esse)quasi diceret,non omnem rem æqualem voco, sed quæ magna & parua esse apta est.Neq;.n.animam equalē dicimus.cum neq; magna,neq; parua esse possit. quippe quę partibus vacet & quantitate. vlnam equalem dicimus, qm̄ alteri vlnæ est æqualis. & maior medietate,minor duabus.est igitur æquale neq; magnum neq; paruum, et vtriq; opponitur vt negatio priuatiua. itaq; maioris & minoris medium est. Item quod neq; bonum est,neq; malum,bono maloq; opponitur. nomine tamen vacat.Reddit autem causam quare nomine vacat dicens(pluribus enim vtrumq; dicitur modis.)Nam bonum & malum in decem prædicamentis versatur,in substantia in quanto, in quali & in cæteris. quod si verum est,satis intelligitur,medium esse indefinitum, ac proinde nomine carere. quoniam quæ incerta sunt, ea proprio vocabulo non appellantur.(Sed magis id nomē habet,quod neq; album est,neq; nigrum, tamē ne hoc quidem dicitur vnum.)cum fuscum atq; item purpureum & viride & cętera quod sit neq; album neq; nigrum.& tamen colores definiti sunt,& sub mensuram non admodum magnam,sed potius breuem cadunt. (In quibus hęc negatio dicitur priuatiue)hanc negationem dicit neq; album neq; nigrum. quam fuscum aut pallidum vel quidq̄ simile necessario esse ait.Ita cum huiusmodi negatio de iis,quę in eodem genere ac prædicamento sunt dicatur,non recte accusantur, qui negant manus & calcei medium esse,quod neq; manus est neq; calceus ab iis,qui contra sentiūt, propterea quod inter bonum & malum medium sit,quod neq; bonum est neq; malū. perperam igitur accusantur.quoniā nō omnium medium habetur.neq; vt hoc accidat necesse est.(ipsa enim inquit oppositoꝝ simul negatio) simul negationem vocās neq; bonum,neq; malum.quia simul vtrumq; negat.i.& bonum & malum, simul negatio igitur est eorum, quæ sine controuersia sunt opposita.& quorum medium & interuallum habetur.per quod ex hoc in illud efficitur mutatio.vt ex bono in malum,& econuerso.quare cum manus & calceus haud dubie non opponantur, ipsorum non potest esse simul negatio,quia neq; opposita sunt,neq; ipsorum habetur differentia. cum sint in diuersis generibus.& quorum habetur simul negatio, ea generi eidem subiiciātur. hic est enim sensus illorum verborum.(indiuerso namq; genere quorum connegationes)nisi enim sic exponātur verba hæc nec intelligi poterunt, & cum dictis pugnabunt.Sed fortasse illud (in diuerso nāq; genere quorum connegationes) ita dictum est, vt aliquid desideretur. illustris, si post diuerso genere,addatur non, sunt vt tota dictio ad hūc modum habet, in diuerso namq; genere non sunt ea, quorum sunt cōnegationes,hęc autem inquit neq; opposita sunt,neq; ipsorum est differentia. quo in loco differētiā appellat,q̄ genus diuidit̄.vt cōcretiuū & discretiuū in colore. in aī immortale & īmortale.Negat igr̄ manus & calcei haberi cōnegationē, qm̄ ipsoꝝ nō est

xviii

differentia.cãmq; reddit,cur in ipſis nõ ſint differẽtię in oppoſitum diuiſę dicens.in di uerſo.n.gñe ſũt.at quoꝝ hñtur cõnegatiões eidẽ gñi ſubiiciunt̃.Et aliter.quoꝝ hñtur cõnegatões,hoꝝ vnũ idẽq; ſubiectũ eſt.calcei aũt & manus nullũ ẽ ꝓximũ ſubiectũ. Simili mõ & de vno & de multis qſpiã dubitauerit.Nã ſi ipſa multa ipſi vni ſimplr opponũtur,nõnulla ipoſſibilia euenire vr̃,ip̃m.n. vnũ paucũ ac pauca erit,ipſa nãq; multa & paucis aduerſant̃.Præterea ipſa duo ſũt multa ,ſi duplũ multiplex eſt.Dicit̃.n.ab ipſis duobus.Quare fit vt vnũ ſit paucũ .Ad qd.n.aliud ipſa duo ſunt multa,niſi ad ipſum vnũ atq; ad paucũ?Nihil.n.aliud eſſe minus vr̃.Præterea vt in longitudine ſeſe hẽt ꝓ ductum & breue,ſic in multitudine ſeſe hẽt multũ ac paucũ,atq; qcqd eſt multũ & ẽt multa,& multa ſunt ẽt multũ.Niſi ergo ꝙppiã interſit in cõti nuo facilis terminationis multitudo q̃dã ip̃m paucũ erit. Quibus efficit̃ vt unũ ip̃m multitudo ſit q̃dã,ſi & pau cũ ẽ,qd̃ qdẽ neceſſe eſt eſſe , ſi ipſa duo ſunt multa.At.n.ipſa multa fortaſſe dicunt̃,vt & ip̃m multũ ſed vt differẽs,vt vinũ dr̃ qdẽ multũ,nõ aũt dr̃ multa ſed dr̃ in hiſce,q̃ diuiſibi⸗ lia ſunt.Atq; vno qdẽ mõ ſi multitudo ſit exceſſionem ſimpliciter,aut ad aliquid habẽs,& paucũ ip̃m idẽtidẽ:ſi multitudo ſit hñs defectionẽ. Alio vero mõ vt numerus,qd̃ & ipſi vni ſolũ opponitur ,ſic.n. vnũ dicimus, aut multa:quẽadmodũ ſi quippiã vnũ dixerit atq; vna,aut albũ & alba, atq; mẽſurata ad ipſã mẽſurã:ſic & multiplicia ip̃a dicũt̃.Multa.n.ex eo quiſq; numerus eſt,quia eſt multa vna,& quia eſt quiſq; mẽſurabilis,vno & vt id qd̃ vni nõ pauco opponit̃.Sic igit̃ & ipſa duo ſunt multa,ſed vt multitudo hñs exceſſum,aut ad aliqd aut ſimplr nõ ſunt,ſed multitudo ſunt prima, pauca vero ſimplr,ſunt ãt multitudo prima hñs defectionẽ. (Similiter aũt de vno & de multis qſpiã dubitauerit,)cũ differuiſſet qũo vnũ & mul ta opponunt̃ ,atq; æqualis meminiſſet,qd̃ eſt mediũ inter maius & minus,diſputatio⸗ xix.
nẽ repetit vnius & multoꝝ dicẽs.i.qucadmodũ de æquali maioreq; & minore,ſic q̃rat aliqs,qũo vnũ atq; multa opponunt̃.Nã ſi ſimplr inqt,& vtcunq; ea opponi putaue⸗ ris,impoſſibilia q̃dã euenirẽt.(Vnum.n.paucũ inqt vel pauca erit)paucum autem & pauca multitudo eſt cum paucum multitudinẽ & pauca multitudines dicamus.porro multitudo diuidua ẽ,vnũ igit̃ diuiduũ fuerit.At vnũ eſſe paucũ,hinc arguit̃,qd̃ mul⸗ ta paucis opponunt̃,duo aũt multa ſunt.ꝙ ſi duo ſunt multa,cui pauco potius oppo⸗ net̃?q̃ vni,certe nulli.duo igit̃ q̃ multa ſunt vni vt pauco opponũtur. At paucũ multi tudo eſt,multitudo vero diuidua,vnũ igit̃ erit diuiduũ.Duo aũt multa eſſe certũ eſt. Nã duplũ eſt multiplex,duplũ aũt a duobus nomẽ dupli mutuat̃,duo igit̃ eſt multi⸗ plex.porro multiplex multa eſt,duo igit̃ multa.qd̃ ſi duo ſunt plura,vnũ vtiq; paucũ erit.Ad qd.n.aliud duo dicentur multa?niſi ad vnũ atque paucũ,vno.n.nihil eſt neq; minus neq; magis paucũ,quare ſi duo multa ſunt vnũ certe paucum eſt.præterea inqt vt in lõgitudine ſeſe hꝫpductũ & breue,ſic i multitudine multũ & paucũ,atq; qdqd eſt plurimũ ẽ ẽt multa,nã plurima multitudo multa ẽ,& multa ſũt plurima multitudo.cũ multę arbores plurima multitudo dicãtur(niſi qdpiã i cõtinuo ideterminato) ꝓtinuũ ideterminatũ vocat ſigd humidũ ſit vt aqua vel aer.q̃pprio termino ideterminata fãt,

eadem alieno facile terminant̃.alieno.i.vaſe,quo continẽtur.Humiduꝫ.n.eſt,vt tra ditur in libro de generatione,quod difficile ſuo,facile alieno termino definitur. aqua igitur quę cõtinuum eſt,indeterminatum,multum ſiue plurimum dicitur,multa non item.Si ergo paucum dicitur pauca,paucum multitudo quædã eſt.ac proinde vnitas eſt multitudo,cum paucum ſit.Hæc effatus docet quomodo vnum & multa opponũ tur.ſimulq; captionem ſoluit,qua vnum multa eſſe cõcludebatur.Falſa eſt.n. propoſi tio quæ ait omne multum eſt multa.ex cuius ſimilitudine colligebat̃ oẽ paucum eſſe pauca.Multa igitur inquit fortaſſe ſunt multum & ediuerſo,non tamen in oĩbus,ſed eſt diſcrimen .aqua.n.multum dicitur,eadẽ negatur eſſe cõplura.(ſed dicitur in hiſce quæ diuiſibilia ſunt.)diuiſibilia vocat nõ indiuiſa quidem,quæ diuidi tamẽ poſſunt. ſed que iam actu diuiſa ſunt:quæ igitur inquit actu diuiſa ſunt,in his multa dicere ſo lemus.Itaq; vno modo dicunt̃(ſi multitudo ſit exceſſionẽ ſimpliciter aut ad aliquid habens)Nam cẽtum homines multos eſſe dicimus nõ ſimpliciter,ſed ad decem com paratos.qui centum tunc ſimpliciter multi eſſe dicerentur,ſi perſe ac ſeparatim nõ de cem comparitione conſiderarentur.ſimiliter paucum dicitur ad eũdem modum,ſi ſit multitudo defectum habens.Nam decem homines multitudo quædã ſunt defectum habens comparitione centum:Alio modo multa dicuntur,cum eſt multitudo vt nu merus.quia centum vnitates cum decem collatæ multæ dicuntur.quod quidem mul tum vt numerus,opponitur vni,vt menſura menſurato.vnitas.n.cẽties duplicata cen tum cõficit.Sic nãq; in numero vnum & multa dicimus,vt ſi vnum & vna dicas,quo niam numerus decem eſt deciesvnum,vt decem alba decies vnum album.Sunt ergo inquit multa vnumq; in numeris.(vt menſurata & menſura atq; menſurabile) men⸗ ſuram autem et menſurabile pro eodẽ dixit.itaq; multa & vnum opponuntur,vt quæ ad aliquid eodem modo,id eſt vt mẽſura & mẽſuratum,ſic multiplicia dicuntur.qñ vnuſquiſq; numerus multa eſt·eſt.n.multa vna,vt numerus decem vna decem.quan⸗ doquidem numerus vno mẽſuratur.eſtq; numerus quiſq;,ſiue multiplex.quod in nu mero habetur,vt oppoſitum vni,nõ vt oppoſitum pauco.quandoquidem pauco mul tũ quod eſt a numero alienũ opponitur.Duo igitur multa ſunt quaſi ab vnitate men ſurata,non autẽ vt multitudo exceſſum vel ſimpliciter vel ad aliquid habens.ſed mul torum quæ in numero habentur,duo eſt primum multum.Nam tria, quinq;,viginti & reliqua multa ſunt,ſed primum multum in numeris eſt duo.Duo igit̃ multum eſt primũ ,pauca vero ſimpliciter.hoc.n.nũero,ſi modo licet duo numerũ appellare,nõ eſt alter minor,cũ vnitas oĩo nũerus nõ ſit.qd̃ ſi dualitas ſimpliciter eſt paucũ, cum ſit multitudo defectũ habẽs primũ,vnitas certe nõ eſt paucũ quãdoquidẽ paucũ multitu do eſt.porro ſi vnũ paucũ nõ eſt,falſa nimirũ eſt ꝓpoſitio,quæ ait, pauca paucũ eſſe & viciſſim paucum pauca,ex qua colligebatur vnum eſſe multitudinem.

Quocirca non recte Anaxagoras dixit:erant res omnes ſimul & multi⸗ tudine infinitæ & paruitate:ſed pro & paruitate dicere ipſum & paucita⸗ te oportebat,Nõ.n.ſunt verſus paucũ infinita:non ob ip̃m vnũ vt quidã aiunt:ſed ob ipſa duo.Opponitur igitur vnũ multis.vt meſurabili mẽſu ra:at hęc opponũtur,vt ea q̃ ſunt ad aliquid nõ per ſe.Aliis aũt in locis di ſtinximus ea q̃ ſunt ad aliquid:duobuſq; diximus dici modis:alia vt con traria:alia vt ſcia ad ſcibile:ex eo quia ad ip̃m aliquid quippiã dicitur.Vt autem ip̃m vnum ſit aliquo minus vti duobus:nihil obſtare videtur.Nõ enim ſi minus ſit:continuo eſt ob paucum.Multitudo vero eſt vt numeri

genus,eſt.n.numerus multitudo menſurabilis vno,& opponũtur quodã modo vnũ & numerus,non vt contraria,ſed vt nõnulla eorum quæ ſunt ad aliquid. Quo.n.alterũ eſt menſura alterũ menſurabile,hoc vtiq; oppo nũtur.Iccirco nõ oẽ quod vnũ eſt numerus eſt,veluti ſi qd indiuiſibile ſit. (Quare non recte anaxagoras dixit erant res oĩs ſimul & multitudine infinitę.)Poſtq̃ xx. multis paucum opponi docuit, & viciſſim multa pauco, ac dualitatẽ, ſimpliciter eſſe paucũ. Anaxagoram taxat,q nõ debuit inquit oĩs res ſimul fuiſſe dicere infinitas multitudine & paruitate,ſed paucitate.quod ſi dixiſſet,nõ diceret ipſa infinita eſſe, qm̃ paucum ſimpliciter eſt duo,duo autẽ non ſunt infinita.Paucum igitur ꝓpter duo eſt, non ꝓpter vnitetẽ,vt quidã aiunt.vnitas.n.licet minor dicatur,q̃ duo, nõ tm̃ dicitur pauca, ꝓpterea quod paucum in multitudine cõſideratur.ſed Anaxagora obiter taxato, rurſus ad diſputationem redit de vno & de multis dicens. (opponitur igitur vnum multis:vt menſurabili menſura.) q̃ quidẽ vnũ & multũ muneroꝝ opponũtur vt relatiua, nõ vt ꝑſe relatiua ſed vt relatiua nõ ꝑſe.Nã vt in libro quarto traditũ eſt,relatiua ꝓtim ſunt ꝑſe:partim non perſe.Perſe vt duplũ & dimidiũ.nõ perſe, vt viſus & intellectus Nam viſus dicit̃ ad aliquid,nõ quod ipſe alterius eſſe dicatur,vt oculi,ſed qm̃ aliud.i. viſibile ad ipſum dicitur.& intellectus dicit̃ ad aliquid nõ quod ipſe aię intellectus cẽ dicatur,ſed qm̃ intelligibile dicit̃ ad ipſum. de ꝗbus ego illic accuratius diſputaui.tale igitur vnum & multa opponunt̃ vt nõ ꝑſe relatiua. Aliis aũt in locis inquit innuẽs librum quartum,relatiua dupliciter dici oſtenſum eſt quędã vt cõtraria. vt duplũ exẽpli gratia et dimidium.alia vt ſcientia & ſcibile.Scĩa.n.dc numero relatiuorum eſt nõ quod ipſa dicatur alterius.i.ſcientis, ſed quia ſcibile dicitur ad ipſam. ſed vnũ inquit vt minus,q̃ duo eſſe dicatur nihil prohibet.idem tm̃ paucũ non dicitur.neq;.n. omne minus paucũ ẽt dicitur eſſe.(Multitudo vero eſt vt numeri genus.) Nam de multis, quę in numero habẽtur ꝓdicatur,& de iis ẽt q̃ ſunt extra numerum. quomodo autem ſit vt genus numeri explicat dicens, (eſt.n. numerus multitudo menſurabilis vno.) Nam decẽ quę multitudo quædam eſt,vno menſuratur. opponitur autẽ vnum & numerus,non vt contraria,ſed vt perſe,nõ per accidens relatiua,vt dictum eſt.opponuntur.n.quatenus vnum eſt menſura,numerus vero mẽſurabile. quam ob rẽ nõ quidqd eſt vnum & indiuiduum eſt numerus.ſed pleraq; ſunt vnum & indiuidua, vt ramẽta, quę in ſolis radiis conſpiciuntur, q̃ tamen numerus non ſunt, quãq̃ ipſorum fortaſſe numerus habeatur. Aut dictionis illius(idcirco nõ omne quod vnũ eſt numerus eſt, veluti ſiquid indiuiſibile ſit) ſenſus eſt non ſi numerus eſt vnum, protinus eſt indiuiduũ.qm̃ decẽ vt numerus decẽ vnũ eſt,tm̃ diuidit̃ in vnitates.itaq; vnũ & indiuiduum nõ eſt numerus.ſed prior expoſitio pulchrior eſſe mihi vr̃.Illud aũt intelligẽdum eſt, multa in numero ipm appellare vnitates,q̃ ꝑſe intelligunt̃.extra numeꝝ vero,quę ab vnitatibus nomen mutuantur.vt decem viros & ſimilia.

Scĩa aũt & ſi ſimil̃r ad ſcibile dr̃:nõ tm̃ ſimil̃r aſſignat̃.nã ſcĩa qdẽ menſura: ſcibile aũt id qd̃ mẽſurat̃ eẽ videbit̃:at fit vt ſcĩa qdẽ oĩs ſit ſcibile:non oẽ aũt ſcibile ſit ſcĩa:ꝓpea pd̃ ſcĩa aliquo mõ ipſo ſcibili mẽſurat̃.Multitudo vero neq; pauco eſt cõtrariũ:ſed huic multũ opponit̃:perinde atq; multitudo excedens multitudini,quæ excedĩtur: neq; vni omnino: ſed vnum aliud eſt vti dictum eſt diuiſibile:aliud indiuiſibile. Quod eſt vt ad aliqd: vt ſcibile ad ſcientiam:ſi numerus ſit:ipſum autem vnum menſura.

(Scientia autem & ſi ſimiliter ad ſcibile dicitur,non tm̃ ſimiliter aſſignatur.)Vt vnum dicitur ad multa,dicitur autem vt menſura ad menſurabile,ſic inquit ſcĩa dicit̃ ad ſcibile.non tamen ſimiliter.Nam vt vnum eſt menſura:ſic ſcientia menſura eſſe videtur, cũ non ſit potius.n.a ſcibili menſurat̃.Nã videri inquit põt ſcientia eſſe mẽſura ſcibile aũt mẽſuratum fit tm̃ vt oĩs ſcĩa ſcibile ſit. Nã cũ ſcĩa cõprehẽdit cognoſcitq; ſcibile. quodãmõ efficit̃ ſcibile.ſ.qd̃ vere eſt ſcibile quẽadmodũ intellectus intelligibile.Scĩa n. a ſcibilibus:intellectus ab intelligibilibus perficiunt̃. vt in libro de aĩa demõſtrat̃. At ſcibile non eſt ſcientia.quam obrem ſcientia quodammodo ſcibili menſuratur.ſed de hoc ſupra cõmemorauit.vbi horum erat opportunus locus. & nos illic de ipſis diſſeruimus.Sed multitudo ingt neq; pauco,neq; vni cõtrariũ eſt.hoc.n.eſt quaſi genus. (ſed huic).i.pauco multũ opponit̃.vt multitudo excedẽs multitudini exceſſæ.Vnum aũt qnẽadmodũ dictũ eſt, qm̃ vnũ vt diximus aliud eſt diuiſibile. Nam cubitale vnũ cum magnitudo ſit,diuidi poteſt. Aliud vnum eſt, vt ad aliquid quemadmodum vnitas, numeri .n. mẽſura eſt:menſura vero de numero relatiuorum habetur ac proinde huiuſmodi vnum eſt relatiuum.Vni ergo diuiduo multum opponitur vt pauco,indiuiduo autem non opponitur.Aliud ergo vnum inquit eſt indiuiduum quod eſt vt ad aliquid.quomodo autem vnum ſit ad aliquid exemplo declarat dicens (vt ſcientia ad ſcibile,ſic numerus ſit,ipſum autem vnum menſura). i. quemadmodum ſcientia & ſcibile ſunt relatiua,ſic in numero intelligẽdum eſt.ſit.n.ſcientia numerus, ſcibile aũt vnum & menſura, ſcientia igitur ſiue numerus & ſcibile quod eſt vnum de numero relatiuorum ſunt.

Finis libri noni.i.τοῦ ἰῶτα deſideratur.

Cum autem inter cõtraria mediũ aliquod eſſe poſſit: atq; inter aliqua ſit ipſa media ex cõtrariis eſſe neceſſe eſt. Oĩa.n.media eodẽ in genere ſunt: & ea inter q̃ media ſunt.Nã ea media dicimus: in q̃ prius id qd̃ mutatur: mutetur neceſſe eſt:vt in fidibus ſi ex prima tranſeat̃ ad vltimã:pauciſſima rõne prius ad ſonos medios accedit̃:& in coloribus ſi ex albo in nigrũ itur:prius ad rubeũ & fuſcũ q̃ ad nigrũ pueniet̃:& in cęteris ſimili mõ. At nõ fit vt in aliud genus ex alio qcq̃ mutetur:niſi ꝑ accidẽs: vt ex colore in figurã:ſint ergo media ipſa,& ea quoꝝ ſunt media genere in eodẽ neceſſe eſt:at vero media cũcta oppoſitoꝝ quorũdã ſunt. Ex his.n.ſolis ꝑ ſe fieri mutatio ſolet:quapropter impoſſibile eſt inter non oppoſita mediũ eſſe: alioquin mutatio & ex nõ oppoſitis fuerit. In his aũt oppoſitorũ nullum eſt mediũ q̃ cõtradictorie aduerſant̃.Eſt.n.cõtradicto ea nimirũ oppoſitio:cuius altera partiũ adeſt:nõ habẽtis mediũ vllũ. Cęterorũ aũt alia relatiue:alia priuatiue opponunt̃:alia cõtraria ſunt: atq; relatiuorũ ea q̃ nõ contraria ſunt:medium ſane non habent: propterea q; non in eodem genere collocantur. Quid enim inter ſcientiam ſcibileq; medium eſſe poteſt, Sed inter magnum & paruum eſſe videtur. Quod ſi ipſa media genere in eodem ſunt, vt oſtendimus atq; inter contraria cadunt: ex hiſce porro cõtrariis ipſa cõponantur neceſſe eſt.Aut.n.aliquod genus:aut

nullum erit ipſorum,& erit genus hoc pacto,vt ſit ipſis quippiam con-
trariis prius,ex differenciæ priores erunt contrariæ,quę contrarias ſpe-
cies vti generis ſane fecerunt.Ex genere namq; differentiiſq; ſpecies ipſę
conſtant,Veluti ſi album & nigrum contraria ſunt,& alterum diſgregati
uus alterum congregatiuus eſt color,hæ differentiæ priores ſunt, diſgre-
gatiuum inquam atq; congregatiuum.Quare hæc priora contraria ſunt.
At vero ea quæ contrarie differunt magis contraria ſunt. Atq; reliqua
& media ex genere differentiisq; conſtabunt,ceu colores omnes qui ſunt.
inter album & nigrum ex genere conſtare, quod quidam eſt color,& ex
quibuſdam differentiis dicantur oportet.hæ vero non erunt ipſa contra
ria prima:Alioquin album vnũquodq; erit vel nigrum,erunt igitur alię,
hæ ergo inter ipſa prima contraria erunt.Primæ autem differentiæ diſ-
gregatiuum ſunt & congregatiuum,Quare in hiſce cõtrariis primo quæ
rendum eſt,quæ non in genere ſunt ,ex quonam ipſorum media ſunt. Ea
enim quæ genere in eodem ſunt,ex incompoſitis genere conſtare aut in
cõpoſita eſſe neceſſe eſt.Ipſa igitur contraria ex ſeſe mutuo componi nõ
poſſunt,quare principia ſunt. Media autem aut omnia ſunt compoſita
aut nihil.Ex contrariis vero aliquid fit.Quare in hoc erit antea mutatio
q̃ in ipſa.Erit enim magis minuſue tale,q̃ extremorum vtrumq; ,ergo &
hoc contrariorum medium erit. Et cætera ergo media compoſita ſunt
vniuerſa.Quod enim minus q̃ hoc:& minus q̃ hoc eſt tale,id ex hiſce quo
modo cõſtat,reſpectu quorum illo dicitur modo?At cum alia prima cõ-
trariis non ſint ſub eodem genere collocata,omnia profecto media com
poſita ex contrariis erũt.Quia cũcta inferiora & cõtraria & media ex cõ
trariis primis conſtabunt.Media igitur vniuerſa genere in eodem eſſe ,&
inter contraria collocari;compoſitaq; ex contrariis eſſe dilucidum iam
per ea quæ diximus fuit. At vero quod diuerſum eſt ſpecie , eſt quid
ab alio diuerſum ,atq; id competat vtriſq; oportet . Si enim ani-
mal diuerſum ſit ſpecie , ambo animalia ſint oportet.Ea ergo quæ diuer
ſa ſunt ſpecie,genere in eodem eſſe neceſſe eſt. Tale enim genus appello,
quo ambo vnum & idem dicuntur,nõ per accidens differentiam habens
ſiue ſit vt materia ſiue aliter.Nõ enim ſolum ipſum cõmune competere
oportet,ceu ambo animalia eſſe: ſed etiam idipſum animal diuerſum
vtriſq; competere,veluti alterum quidem equum alterum autem homi-
nem eſſe.Quapropter hoc cõmune diuerſum inter ſe ſpecie. Erit igitur
per ſe alterum quidem tale animal,alterum autem tale,ceu alterũ equus
alterum homo.Hanc igitur differentiam diuerſitatem generis eſſe neceſ
ſe eſt.Dico enim generis differẽtiam diuerſitatẽ, quę idipſum diuerſum
facit,hæc

facit,hæc igitur contrarietas erit.Patet autem & ex inductione : vniuerſa
enim oppoſitis diuiduntur.Atq; demonſtratum eſt ipſa cõtraria eodem
in genere eſſe.Cõtrarietas enim differentia erat perfecta:differentia aũt
quæ eſt in ſpecie omnis,eſt quid alicuius . Quare hoc & idem & genus eſt
in ambobus:iccirco & in eadem ſerie prædicamenti cũcta contraria ſunt,
quæ ſpecie & nõ genere differunt,atq; inter ſeſe maxime ſunt diuerſa. Eſt
enim differentia ipſorum perfecta:& ſimul non fiunt. Differentia ergo cõ
trarietas eſt:hoc eſt ergo diuerſa ſpecie eſſe.Indiuidua genere in eodẽ eſſe
atq; cõtrarietatem habere.At eadem ſunt ſpecie:q̃ indiuidua quidẽ ſunt ,
contrarietatem vero non ſubeunt.In ipſa nãq; diuiſione:atq; in ipſis me
diis contrarietates emergunt,anteaq̃ ad indiuidua accedatur . Quare pa
tet nullam ſpecierum quæ ſub genere collocantur:ad id quod appellatur
genus:aut eandem:aut diuerſam ſpecie eſſe:& cõgrue ſane. Materia nãq;
negatione ſignificatur ac declaratur:& genus materies eſt eius : cuius ge-
nus dicitur eſſe:non vt id quod eſt pelopidarum:ſed vt id quod eſt in na-
tura,nec etiam ad ea quæ non in eodem genere collocantur , ſed ab illis
quidẽ genere differũt : ab hiſce vero quę ſub eodẽ gñe collocantur ſpecie
Differentiã.n.contrarietem eſſe neceſſe eſt:non ſpecie differre:hæc autem
hiſce competit ſolis:quæ ſub genere eodem ſunt collocata . Dubitauerit
aũt quiſpiam,cur vir & mulier non ſpecie differunt , cum mas & fœmina
ſint contraria:& differentia ſit contrarietas . Neq; mas & fœmella diuer-
ſum eſt animal ſpecie:eſt tñ hæc differentia per ſe animalis,& non vt albe
do aut nigredo:ſed ipſi mas & fœmella vt eſt animal competunt . Eſt aũt
hęc fere eadem dubitatio.Cur contrarietatũ:alia diuerſum ſpecie facit:
alia non facit.Nam greſſibile volatileq; facit : albedo & nigredo nõ facit.
An id ex eo fit:quia alia proprii ſunt generis affectus:alia minus. Atq; cũ
aliud ſit ratio,aliud materies:quæ cõtrarietates in ratione ſunt , cæ ſpecie
differentiã faciunt.Quæ vero in eo ſunt quod ſimul eſt cum materia ſum
ptum:eæ non efficiunt.Quapropter hominis albedo differentiam nõ fa-
cit:neq; nigredo : nec eſt hominis albi ſpecie differentia ad hominẽ nigrũ
neq; ſi nomen vnũ poſitum fuerit. Eſt.n.homo vt materies.materia vero
differentiam non facit:homines.n.nõ ſunt hominis ſpecies . Quapropter
& ſi carnes diuerſæ ſunt:atq; oſſa:ex quibus hic & hic cõſtat : totum tamẽ
diuerſum quidem eſt:ſed ſpecie non eſt diuerſum:propterea q; in ipſa ra-
tione eſt contrarietas.hoc autem eſt vltimum indiuiduum . Callias vero
ipſa ratio eſt cum materia:& ipſe igitur albus homo eſt:quia Callias eſt al
bus . Ipſe ergo albus homo per accidens eſt . Neq; igitur æneus circu-
lus atq; ligneus:neq; triangulus æneus circuluſq; ligneus ob materiã diffe

runt:ſed ex eo ſane quia in ipſa ratione eſt contrarietas. At enim quæren dum eſt,vtrum materia diuerſa non faciat: quæ quidem quodam modo eſt diuerſa:an aliqua ex parte faciat.Cur enim hic equus, ab hoc homine diuerſus eſt ſpecie.Rationes tamen ipſorum cum materia ſunt. An ex eo diuerſus eſt,quia in ratione eſt contrarietas?Etenim albi hominis & equi nigri eſt differentia ſpecie:ſed non vt hic eſt niger:& ille albus:nam ſi alba etiam eſſent ambo:diuerſa profecto ſpecie ſimiliter eſſent. Mas autem atq; fœmella proprii quidem affectus ſunt animalis: at non per ſubſtantiam,ſed in materia corporeue. Quapropter idem ſemen aut mas fit aut fœmella aliqua paſſione affectum. Quid igitur eſt ſpecie diuerſum eſſe:& quamobrem alia ſpecie alia nō ſpecie differunt: ſatis iam explicauimus. Cum autem contraria ſpecie ſint diuerſa. Corruptibile vero atq; incorruptibile ſint contraria:eſt enim priuatio in potentia definita: corruptibile ſane atq; icorruptibile genere diuerſa eſſe neceſſe eſt. Atq; nūc qdē in ipſis hoc nominibus vniuerſalibus diximus, hoc autem pacto videbitur non neceſſarium eſſe: corruptibile quoduis atq; incorruptibile diuerſa ſpecie eſſe:quemadmodum neq; album & nigrū. Fit enim vt idem ſit album & nigrū & ſimul:ſi ꝙppiā vniuerſaliū ſit. Homo n. & albus & niger erit & nō ſimul:ſi ſingulare quippiam ſit. Idem enim & albus & niger nō ſimul erit Attamen album & nigrum contraria ſunt vt patet. Verum tamē contrariorum alia quibuſdam per accidens competūt, qualia ſunt & ea quæ nuper diximus:& alia ſane complura. Alia impoſſibile eſt illo cōpetere modo:quorum de numero corruptibile eſt ipſum atq; incorruptibile. Nō eſt enim corruptibile quicq̄ per accidens:etenim:ipſum quidem accidens poteſt non eſſe, corruptibile autem de numero eſt eorum,quæ hiſce quibus competunt neceſſario inſunt:vel idem & vnum corruptibile atq; incorruptibile erit:ſi fieri poteſt vt corruptibile ipſi non inſit. Ipſum ergo corruptile aut ſubſtantiam eſſe cuiq; corruptibilium:aut in ſubſtantia eſſe neceſſe eſt. Eadem eſt profecto & de incorruptibili ratio:ambo enim ex hiſce ſunt omnino quæ neceſſario cōpetūt. Quo ergo & ratiōe qua primo aliud eſt corruptibile:aliud incorruptile:hoc oppoſitionem habent. Quare neceſſe eſt diuerſa genere eſſe. Quæ cum ita ſint:patet fieri non poſſe, vt tales ſint formæ: quales quidam inquiunt eſſe: homo enim alius corruptibilis: alius incorruptibilis erit: & tamen ipſæ formæ & hæc eiuſdem eſſe ſpecies dicunt: & non diuerſas rationes ſubire. Ea vero quæ genere ſunt diuerſa:plus diſtat q̄ ea quę ſpecie ſunt diuerſa.

Enarratio Alexandri aphrod. in librum decimum primæ philoſophiæ. latinis. xi. Interprete Io. Geneſio.

SApientiam quidem circa principia ſcientiam eſſe: ex primis iam patuit:in quibus ad ea: quæ ab aliis dicta ſunt de principiis rerum eſt dubitatum.

IN hoc totius operis decimo libro qui inſcribitur k, repetit ea quæ ipſi demonſtrata ſunt, noſq; ſuggerit, huiuſmodi doctrinam a phyſica & mathematica eſſe diuerſam. eandemq; ſolam dignam eſſe, quæ ſapiētia nuncupetur. atq; hoc quidem eſt huius libri argumentum. ſed latius eſt repetēdū cū ī primis libris doctrinæ pſtātiſſima practica ne:an ſpeculatrix ſit inqſiuiſſet:omni diſciplina practica potiorem eſſe docuit vtcumq; ſpeculatricē. omnium porro ſpeculatiuarum ſapientiam, quam hic indagamus eſſe nobiliſſimam. quippe cuius principia cæterarum ſcientiarum principiis habeantur potiora. ſed cum non ſatis pateret, an huius doctrinę ſint aliqua principia, huc conuerſus id ipſum docuit, eamq; principiis vti demonſtrauit. Deinde ſapientiæ quæ ſint principia explicaturus, eadēq; cæterarum doctrinarum principiis nobiliora eſſe expoſiturus, veterum de principiis opiniones commemorat. quibus excuſſis conſentaneum erat, vt his de rebus ſententiam ſuam exponeret, ſed quia omnis cognitio & diſciplina ex manifeſtioribus efficitur, idcirco neceſſarium eſſe dixit ad hanc doctrinam inquirendam, ea primum diſputare, de quibus primum dubitari oporteret. Nam recte dubitaſſe magno vſui eſt ad quęſtiones diſputandas. Cum igitur in ſecundo huius operis libro addubitaſſet, quæſtiones illic propoſitas, in cæteris libris ex ſententia ſua & veritate perſequutus eſt, ad hūc vſq; librū, quē k peripatetici cōſueuerūt nūcupare. dubia ſoluēs, & q̄cūq; ad rē pertinētia conſentanea q; incideres exponēt pleraq;, aūt & in hoc libro, & in ſequētibus explicaturus, q̄ſtiōes aliquas cōmemorat, q̄ vel oīno nō fuere ſolutę, vel ſupra nō ſatis explicatę. Sapiētiā igit ingt de qua ē nō obis ſermo ſuſceptus, doctrinā quādā eſſe habētē principia e ſuperioribus q̄ſtionibus palā factum eſt. cum in ea diſputaremus, quæ de principiis ab aliis tradita ſunt. & recte ne, an perperam dicerent diſſereremus. Nā aliorum ſententiis perpendēdis ſimul docuimus, ſapientiam quam inquirimus, principia quibus vtatur habere.

Dubitauerit autem quiſpiam, vtrum ſapientiam ipſam vnam eſſe ſcientiam, an plures exiſtimare oporteat. Nam ſi vnam ipſam eſſe putemus, vna eſt ſemper contrariorū: principia vero non ſunt contraria: ſi nō vnā: quas illas plures ponere oportet. Prętera vnius ne eſt: an plurium demōſtratiua principia contemplari. Si enim vnius eſt, cur potius huiuſcē q̄ cuiuſuis? Sin plurium: quas illas ponere oportet? Præterea omnium ne ſubſtantiarūm: an non omnium vna ſcientia eſt putandā? nam ſi nō omnium, perdifficile eſt: quæ quarum eſt aſſignare: ſin omnium vna: obſcurū eſt quo modo plurium eadem eſſe ſcientia poteſt. Præterea circa ſubſtantias ne ſolum: an & circa accidentia eſt demonſtratio: etenim circa accidē

tia sit demonstratio, circa substantias non esse videtur. At si alia est quænam vtraq; sit: & vtra sit sapientia: Demonstratiua nanq; facultas sapientia est ea: quæ circa accidentia ipsa versatur: ea vero quæ circa prima versatur, substantiarum esse videtur. At neq; circa causas eas ponenda est ea scientia: quam quærimus: quas in naturalibus dixímus: neq; enim circa id est gratia cuius cætera fiunt. Tale est enim ipsum bonum: hoc autem est in rebus agendis: & in hisce: quæ sunt in motu. Atq; hoc primum mouet. Tale enim est ipse finis. At id quod primum mouit: non est in hisce: quæ mobilia sunt.

Dubitauerit autem quispiam, vtrum sapientiam ipsam vnam esse scientiam, an plures existimare oporteat.) Reuocat in memoriam, vt dictum est, quæ in secundo libro quæsita sunt. & ait. sed quærat aliquis, num sapientia vna doctrina sit, an plures? vna vero non quemadmodum arithmeticam, geometriam, physicam & astronomiam omnes vnam esse dicimus, propterea quod in vna Socratis anima continentur. Nam hæ vna quædam esse dicuntur, quoniam omnes in anima vna conuenientes vnam quandam doctrinam singulis vniuersaliorem conficiunt, non igitur an ad hunc modum sapientia vna sit, inquirimus, sed sit ne vna numero, an plures? Hæc effatus primũ non esse vnam arguit in hunc modum. Scientiæ numero vnius principia contraria sunt, nam contrariorum vna est disciplina, & vna est contrariorum, sapientiæ vero principia non sunt contraria, hęc igitur doctrina, quam vocamus sapientiam, non est vna. Non esse autem contraria principia sapientię ad hunc modum arguitur. Principia sapientię sunt primæ & sempiternę substantię, substantię autem nihil est contrarium, principia igitur sapientię non sunt contraria. si enim his particularibus & sensibilibus substantiis nihil est contrarium, illis intelligibilibus perpetuisq;, & vt ita loquar pluscũ substãtiis, quid poterit esse contrarium? quod, vel intelligere esset indignissimũ. atq; hęc quidem est argumẽtatio, qua occurritur, siquis vnam esse responderit. Sed & oppositam in partẽ argumentatur dicens. Si non est vna sed plures, quę nam sunt istæ plures? vtrum est aritmethica, & aliqua alia? & vtrum septem, an quinq;, alius ve numerus. vtcũq; enim dicatur, magna quæstio est. Quærat item aliquis vnius ne, an plurium doctrinarũ munus sit, de principiis demõstratiuis disputare, qualia sunt, de omni affirmatio, vel negatio. & quæ vni eidem sunt ęqualia, ea inter sese æqualia sunt. & his similia: si enim hoc munus sit unius exempli causa arithmeticæ, qua ratione huius erit, non geometriæ? vel cur huius, & non cuiusuis alterius? quod si non est vnius, sed plurium, quales tãdẽ esse intelligi debẽt? practicę ne, an speculatiuę. & ex contẽplatricibus physica, an quępiam alia? (Pręterea omnium substantiarum, an non omnium vna scientia est putanda. Nam si non omnium, perdifficile est, quæ quarum est assignare.) At si rursus omnium substantiarum vnam scientiam esse dixeris, difficile cognitu est: quomodo plurium sententia vna esse possit. cum vna contrariorum sit, substãtiæ vero nõ sint cõtrariæ. Illud quoq; põt in q̃stionẽ venire, nũ demõstratiões in substãtiis versentẽ. an in pse accidẽtibus, substãtiis, an si versẽt in pse accidẽtibus nec substãtiæ, & qditatis habeatur demõstratio, vt in scdo posterioꝝ demstõratur, substantiarum non fuerit demonstratio. sed alia quædam. At si alia est doctrina substantiarum, alia accidentium, quæ nam est vtraq; ipsarum. & vtra sapientia esse intelligitur, accidentium, an substantiarum disciplina. & ait, quoniam demonstratiua

ii.

sapientia in accidentibus versatur, quæ considerat, prima. i. prima principia, qualia sint, ea substantiarum est. In nullo igitur istorum sapientia ponenda est. Neq; versatur circa eas causas, quæ in libris physicis explicantur. materiam, formam, efficiens & finem. Ac non versari quidem circa materiam, formam & efficiens, dictum est in primis huius operis libris. Nã principium qđ quęrimus expers est materię, sed nec aliud quidpiam est principii huius efficiens. quippe quod primum omnium est, & cunctarum rerum causa. quin & formam omnem excedit, cum sit ipsum formarum efficiens. Nam quod non versetur in causa finali ipse docet cum ait (Neq; enim circa id est gratia cuius). i. circa finalem causam. quam bonum ipsum esse ait. Dicens autem (Neq; enim circa id quidem gratia cuius,) innuit subaudiendum nobis esse, neq; circa reliqua tria formam materiam & efficiens. Nam coniunctio qualiquid desiderari significat. propositum autem ad hunc modum demonstrat. sapientia versatur in rebus immobilibus, bonum autem, & gratia cuius non sunt immobilia, cum immobilia perfecta sint & nullius neq; indigentia neq; appetentia. & concludit, sapientia igitur non versatur in causa finali. quo expolito, in quibus gratia cuius versatur declarat. Nam id inquit gratia cuius, quod quidem est bonum in rebus agendis inest. quoniam qui agit is gratia boni agit, vel eius quod boni speciem profert. bonum igitur in rebus agendis habetur, quæq; motu cientur. seu naturalibus & artificiosis. & hoc est, qđ primum mouet. Nam bonum vel quod boni prafert speciem cum videtur visum mouet, visus imaginationem, hæc appetitum, appetitus animal. Itaq; primum mouens est gratia cuius, & bonum. Si ergo sapientia immobilia considerat, gratia vero cuius non habetur in immobilibus, sapientia pfecto non considerat gratia cuius.

Omnino autem hic exístit dubitatio. Vtrum circa sensibiles substantias ea scientia, quæ nunc quæritur, an non circa ipsas, sed circa alias quasdam versetur, nam si circa alias uersatur, aut circa ipsas formas, aut circa mathematica ipsa versabitur. At formas quidem patet non esse. dubitatio autem emergit, si quispiam etiam ipsas esse posuerit, cur non vt in mathematicis, sic & in cæteris res sese habet, quorum sunt formæ. Dico autem hoc pacto. Mathematica quidem inter formas & res sensibiles ponunt, vti tertia quædam inter ipsas formas, & ea quę sunt hoc loco. Tertius autem homo non est, neq; equus præter ipsum & singulos homines atq; equos. Quod si rursus non sunt vt inquiunt circa quæ ponendum est mathematicum ipsum versari? non enim circa ea quæ sunt hoc loco, quippe cum istorum nihil sit tale, quale mathematicæ scientiæ quærunt. At vero neq; circa mathematica scientia ea versatur, quæ quærimus, nihil enim ipsorum est separabile. At neq; est substantiarum sensibilium. oriuntur enim atq; intereunt

iii. (Omnino autem hic existit dubitatio, vtrum circa sensibiles substantias versetur) sensus est. vtrum doctrina quam quærimus de sensibilibus substantiis edisserat, an non, sed de quibusdam aliis. & si de aliis, quęnam eæ sunt diuersę a sensibilibus, quas cõsiderat sapientia? num formę. i. ideę, an mathematica. non esse autem ideas plus

tibus verbis demonſtratum eſt'. Sed licet formas eſſe concedamus, cur inquit (non vt in mathematicis:ſic & in cæteris ſeſe res habet).i.quare vt inter ipſitriangulum, & triangulos ſenſibiles mathematicos triangulos per ſe,ac non ſolum intelligentia exiſtentes, intercedere aiunt, non ſic inter ipſihominem: & ſingulos homines tertius homo intereſt, qui per ſe conſiſtat,nam.(Præter ipſum) dixit pro eo præter ipſi hominem. Cum ſic igitur in ideas diſputauit,in cõtrariam partem argumẽtatur, dicens. (quod ſi rurſus non ſunt, vt inquiunt).i.ſinon demus, neq; concedamus ideas eſſe, in quibus rebus mathematicum verſari dicemus? cum in ſingularibus & ſenſibilibus non verſetur.nihil enim ex iis quæ nobis nota ſunt, eſt longitudo ſiue rectitudo latitudinis expers.nullus globus planiciem contingit in puncto,in quibus rebus mathematicus verſatur, & de quibus ediſſerit. ſi ergo nihil huiuſmodi apud nos eſt, niſi ſpſilongitudinem, & ipſiglobum conceſſerimus, mathematicus de non entibus diſputabit.at nulla diſciplina de non entibus habetur.ad quæ argumenta idcirco nihil reſpondet, quoniam ſæpe in hanc opinionem diſputauit. negat tamen ſapientiam tractare mathematica.quoniam nihil ipſorum eſt ſeparabile & perſe exiſtens. cum ſapientia quæ perſe,ac vere ſunt contempletur. Sapientia igitur neq; mathematicorum eſt,neq; ſenſibilium & particularium ſubſtantiarum.hæc enim mortalia ſunt, & ſapiẽtia eſt immortalium & ſempiternorum.

Omnino autem dubitauerit quiſpiam,qualis nam ſit ſcientiæ de mathematicarum materia dubitare. Neq; enim naturalis eſt facultatis, propterea q; omnis tractatio naturalis philoſophi circa ea verſatur,quæ in ſeipſis principium motus ſtatuſue habent. Neq; etiam eſt facultatis quæ demonſtratione ſcientiaq; conſiderat,nam circa hoc ipſum genus facit inquiſitionem. Reſtat igitur philoſophiam propoſitam de ipſa conſiderare. Dubitauerit autem quiſpiam,ſi ſcientiam eam,quam quærimus ponere oporteat circa principia: quæ a quibuſdam elementa vocantur. Hæc autem omnes in ipſis ineſſe compoſitis ponunt, potius autem ea ſcientia,quam quęrimus vniuerſalium videbitur eſſe. Omnis enim ratio omnis ſcientia vniuerſalium eſt & non vltimorum. Quare hoc pacto priorum generum erit. Hæc autem fuerint id quod eſt,ipſumq; vnum, hæc enim omnia quæ ſunt continere maxime videbuntur & principiis maxime ſimilia eſſe: propterea q; non ſunt prima. his enim corruptis cætera quoq; continuo ſimul vniuerſa tolluntur. omnia enim ens ſunt & vnum. Verum cum differentias participes ipſorum eſſe neceſſe eſt. Si quiſpiam ipſa genera poſuerit eſſe. Differentia vero nulla generis particeps eſſe poteſt. Hoc ſane non videbitur: ipſa eſſe genera ponere: aut principium oportere.

(Omnino autem dubitauerit quiſpiam, qualis nam ſit ſcientiæ de mathematicarum materia dubitare.) hoc inquit aliquis quærat, qualis doctrinæ munus ſit,de materia mathematicis ſubiecta diſputare. Nam phyſicæ proculdubio non eſt. vt quæ de iis ediſſerat, quæ in ſe motus & quietis principium habent, & de his ſubiecta materia. Mathematica vero immobilia ſunt. Neq; eſt facultatis demonſtratricis: iiii.

hæc enim ſumens genus, & mathematicorum ſubiectum vt quiddam indubitatum; exempli cauſa q; eſt magnitudo, inquirit quæ illi perſe accidunt. quid eſt rectum, & quid rectas lineas concurrere, aut non concurrere. non tamen magnitudinis aut ſi quid aliud mathematicis ſubiicitur, naturam inquirit. illud autem (Nam circa hoc ipſum genus facit inquiſitionem) manca ex more veterum oratio eſt. eſt autem ſenſus, ſumens hoc ipſum genus, & materiam ſubiectam mathematicis ſine controuerſia certum quiddam eſſe, conſiderat & contemplatur, quæ illi perſe accidunt, hæc enim ſubaudienda ſunt. Si ergo neq; phyſicę doctrinæ, neq; demonſtratricis facultatis partes ſunt de mathematicorum materia differere, ſupereſt vt ſapientia de ipſa conſideret. hæc effatus. (Dubitauerit autem inquit aliquis, ſi eam ſcientiam: quã quærimus ponere oporteat circa principia, quæ a quibuſdam elementa vocantur.) dicit autem ignem terramq; & quę horum media ſunt, & perconctatus reſpondet dicens (hæc autem omnes in ipſis in eſſe compoſitis ponunt) quaſi dicat, an ſapientia, quam inquirimus, non verſatur in huiuſmodi principiis? cum hæc principia ignis terra aqua & aer inſint in compoſitis animalibus & ſtirpibus & ſimilibus. q; autem his inſint, omnium ait eſſe conſenſum. ſapientia vero ſeparabilium eſt, & eorum quæ omnino contineri nequeunt. ſapientia igitur non eſt huiuſmodi principiorum & elementorũ. Maxime autẽ vniuerſalium eſſe videtur.omnis.n. ratio,oĩſq; ſciẽtia eſt vniuerſaliũ,hæc ãt quo eſt cæteris nobilior,& vniuerſalior,eo fuerit vniuerſaliorũ.ſunt porro omnium vniuerſaliſſima vnum & ens.quippe q̃ omnia cõplectuntur.omnis.n.res ſubſtantiam quandã & naturam habet,ac exiſtentiam, & ens eſt atq; vnum.propterea igitur quod vniuerſaliſſima ſunt,& ſimul tollunt,non autẽ ſimul tollũtur,ens & vnum principia fuerint. Nam hoc eſt principii ꝓpriiſſimum ſecum tollere,& non cum aliis tolli. q; autem ſecum tollant,hinc intelligitur, quia niſi vnum ſit, aut ens,nihil eorum erit,quæ ab ipſis dicuntur. Poſtq̃ ad hunc modum vnum & ens maxime principia eſſe confirmauit, id ipſum oppugnat dicens. (verum cum differẽtias ꝓtcipes ipſorũ eſſe neceſſe ſit) eſt ãt ſenſus. vnũ & ens,qua ſunt vniuerſaliſſima principia eſſe videnẽ,qua vero interdũ de differẽtiis prędicanẽ. Nã rõnabilitas ens eſt & vnũ,atq; itẽ mortalitas & cęterę,ac ens & vnũ nõ ſunt genera neq; prĩcipia,ſed nomina tm̃.dictum ẽ.n.ſępenumero de differẽtiis genera nõ ꝓdicari.quatenus ergo inqt ſiquis ens & vnum principia eſſe ſtatuãt efficitur vt his differentiæ participẽt.i.vt hæc de differentiis prędicentur.hac ratione neq; genera, neq; principia eſſe videri debent.

Præterea ſi ſimplicius eſt principium, magis q̃ id quod minus eſt tale, vltima vero eorum que ſunt ex genere, generibus ſunt ſimpliciora, ſunt enim indiuidua. Genera vero in plura atq; differentia diuiduntur. Species ſane magis eſſe principium, q̃ genera videbuntur. At quo ſpecies vna cum generibus ipſis tolluntur. Genera rurſus principiis magis ſimilia eſſe videntur. Eſt enim id principium, quod ſe cum alia tollit.

(Præterea ſi ſimplicius eſt principium magis, q̃ id quod minus eſt tale) hoc quoq; in loco illud deſideraẽ. Præterea quęrat aliquis, vtrum genera principia ſint, an ſpecies? illis igitur verbis (Præterea ſi ſimplicius eſt principium magis, q̃ quod minus eſt tale.) ſpecies potius q̃ genera principia eſſe confirmaẽ. Nititur aũt argumẽto eo pronunciato cõpoſitiora minus eſſe principia, q̃ ſimpliciora. principii.n. proprium eſt eſſe ſimplex. Cum igitur compoſitiora minus ſint principia, quam ſimpliciora, genera autem com- v.

poſitiora ſint, vt quæ plura complectantur, ſpecies ſimpliciores, cum pauciora contineant, efficitur, vt ſpecies quam genera potius principia ſint. vocauit autem vltima eorum, quæ ſunt ex genere ſpecies ſpecialiſſimas. Sed hęc argumentatio probabilis tantum eſt, & cuius quã cæterorum inſidię ſunt apertiores. hac igitur ratione ſpecies magis quã genera principia eſſe videri poſſunt. qua vero rurſus genera ſecum tollunt ſpecies, & non ſimul cum ſpeciebus tolluntur, genera principia eſſe videntur eſt enim principii vis, vt ſecum tollat, non cum aliis tollatur.

Sunt igitur: quæ dubitationem habent: & hæc & alia iſtiuſmodi. Præterea vtrum quippiam præter ſingula ponere oporteat an nõ oporteat: ſed iſtorum ſit ea ſcientia: quam nunc quærimus. At hæc infinita ſunt. Ea vero quæ præter ſingula ſunt: genera: aut ſpecies eſſe conſtat: Sed horum neutri ſcientia eſt ea, q̃ nunc quærimus. Quam enim ob cauſam id eſſe non poteſt: iam antea diximus. Etenim omnino dubitatio quædam emergit. Vtrum aliquam ſubſtantiam ſeparatam præter ſenſibiles ſubſtantias & eas: quę ſunt hic putandum ſit eſſe: an non putandum. Sed hæc eſſe ea: quæ ſunt, & circa hæc ſapientiam ipſam verſari putare oporteat. Quęrere enim alia quædam videmur: & hoc eſt propoſitum nobis: videre inquam ſi quiſpiam ſit in ratione rerum ſeparatũ per ſe: quod quidem nulli rerum ſenſibilium ſit.

(Sunt igitur quę dubitationem habent & hęc, & alia iſtiuſmodi) Poſtq̃ dixit hęc eſſe de quibus quęri poſſit, & adiecit (& alia iſtiuſmodi,) ſignificans alias præterea quęſtiones eſſe: rurſus quęſtionem aliam ſubiungit dicens. (Præterea vtrum quidpiam præter ſingula ponere oporteat) in quibus verſetur ſapientia (an non) ſed ſapientia verſetur in ſingulis, cum præter ſingula nihil ſit. & quæſtionem ſoluit dicens. ſingula mortalia ſunt & caduca. Sapientiam vero de imortalibus & ſempiternis ediſſerit. ſed neq; de iis ſapientia diſputat, quę præter ſingula ſunt. talia enim ſunt genera vel ſpecies. quæ quidem in ſingularibus inſunt, & ſimilitudines ſunt eorum, in quibus habentur. cum interim ſapientia de vere entibus ediſſerat, & quæ contineri nequeunt. vbi autem illis verbis (Quam enim ob cauſam id eſſe non poteſt, iam antea diximus) ſignificauit ſapientiam de aliis, q̃ de generibus diſputare: ſubiungit (& enim omnino dubitatio quędam emergit, vtrum aliquam ſubſtantiam ſeparatam eſſe putandum ſit.) quaſi dicat, Niſi quędam alia ſeparata ſunt, in quibus verſetur ſapientia, dubium eſt, vtrum præter ſubſtantias nobis cognitas aliqua ſint ſeparata, an non? ſed ſenſibilia ſunt entia de quibus neceſſe eſt, vt ſapientia conſideret. Subſtantiam enim a ſenſibilibus diuerſam indagare videmur, & inquirere, num ſit aliquid ſeparatum & perſe, quod non ſit de numero ſenſibilium.

Præterea ſi præter ſenſibiles ſubſtantias alia ſit ſubſtantia quædam: præter quas ſubſtantias ſenſibiles hanc eſſe ponere oportet. Cur enim potius præter homines aut equos: q̃ præter cætera animalia: aut inanimata oĩno quiſpiã ipſam ponet: æquales tñ ſubſtãtiis ſenſibilibus atq; caducis alias æternas cõficere: fines egredi rõnis videtur. Quod ſi id principiũ: qđ nũc q̃rimus nõ ſit a corpibus ſeparatũ: qđnã aliud magis qſpiã, q̃ materiã ponet. Hæc tamen potentia eſt: & non actu. Atq; forma potius q̃ hæc principium propriuſue videbitur eſſe: at hæc caduca eſt atq; perit. Quare non eſt ſeparabilis & per ſe ſubſtantia vlla perpetua: at hoc eſt abſurdum. Videtur enim eſſe atq; ab elegantiſſimis quæritur quoddam principiũ: atq; ſubſtãtia talis. Quo nãq; mõ fuerit ordo: ſi nõ ſit qcq̃ ęternũ & ſepatũ ac manẽs. Prętera ſi ſubſtãtia ſit aliqua principiũq; tale natura: quale nũc q̃rimus: atq; hoc vnũ ſit oĩum idẽq; tã ppetuarũ reꝝ: q̃ caducarũ, exiſtit vtiq; dubitatio, cur nam ſub eodem principio alia ſunt ſempiterna: alia non ſempiterna. Hoc.n. abſurdum eſſe videtur. Quod ſi aliud illoꝝ, aliud eſt iſtorũ: ſi caducoꝝ ét ſit æternũ: mõ ſane ſimili dubitauimus. Cur.n. ſi principiũ ſit perpetuum: non ſint & ea quæ ſub ipſo ſunt ſempiterna. Sin vero ſit caducum ac perit: aliud quippiã huius: & aliud illius itidem principium erit: atq; hoc in infinitum abibit. Quod ſi rurſus quiſpiam ea: qua maxime imobilia principia eſſe videntur: id inquam qđ eſt: ac ipſum vnum poſuerit. Primo quidem ſi neutrum ipſorum hoc aliquid: ſubſtantiam ſignificet: quonam pacto ſeparabiliꝫ atq; per ſe erunt. Talia autem quærimus æterna ipſa principia atq; prima. Deinde ſi hoc aliquid vtrũq; ſubſtantiamq; ſignificat: omnia quæ ſunt continuo ſubſtãtiæ erunt: quippe cum de vniuerſis ipſum ens: & de nonnullis ipſum vnũ etiam p̃dicetur. At falſum eſt: vniuerſa quæ ſunt ſubſtantias eſſe. præterea dicant illi oportet: qui id quod principiũ primũ: atq; ſubſtantias inquiũt eſſe, ex ipſo vero vno: atq; materia primo numerum generant, atq; hunc aſſerunt ſubſtantiam eſſe, quonam pacto id quod dicitur: verum eſſe poteſt. Dualitatem.n. & cęterorum numerum quemq; compoſitorum: quonam modo vnũ intelligere oportet. De hoc.n. neq; quicq̃ omnino debent neq; eſt facile dicere. Si lineas tamen vel ſuperficies principium quiſpiã poſuerit prima: hæc non ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ: ſed inciſiones atq; diuiſiones: linea quædam ſuperficierum. Superficies autem corporum: & linearum etiam puncta: & inſuper eorundem ſunt fines. Hæc autem oĩa in aliis inſunt: & nihil eſt ſeparatum. Præterea quonam pacto ſubſtantiam vnius punctiue putare oportet. Nam ſubſtantię quidem omnis eſt generatio. At puncti non eſt. Eſt.n. ipſum punctum diuiſio. Affert autẽ & hoc dubitationem. Omnem quidem ſcientiam vniuerſalium eſſe ac talis, ſubſtantiam vero de vniuerſalium numero non eſſe. Sed potius hoc aliquid eſſe ac ſeparatum. Quare ſi ſcientia ſit circa principia: quonam pacto putare oportet principium ſubſtantiam eſſe.

vi.

vii. (Præterea ſi præter ſenſibiles ſubſtantias alia ſit ſubſtantia quædam) Quæſtio eſt, ſi ſit aliqua ſubſtantia a ſenſibilibus diuerſa, vt quidam dicunt ipſi ho-

minem. (præter quas ſenſibiles ſubſtantias hanc eſſe ponere oportet) .i. quorum habentur ideę, & quoꝝ ſecus. Si.n.hoīs habeatur priuatim & equi, cur nō & ſtirpis? & ſi ſtirpis, cur nō domus, & oīo inanimatoꝝ? Negāt.n.authores ideaꝝ artificioſorū ideas eſſe. ꝙ ſi nō mō reꝝ naturalium, ſed ẽt arficioſarū, & ſimpliciter oīum ſenſibiliū ideæ ſint, tñ alienū eſt dictu, totidē numero ideas eſſe, & q̄ apud nos ſunt. Nam q duorum cognitionē habere nequit, is quattuor multo minus habebit, cū pauciorꝝ & terminatiorum cognitio facilior ſit. iſti autē q̄ ꝓpter harū rerū cōpendiū ideas cōminiſcebantē, paꝝ intelligebāt, ſe numerū duplicare. ſed de his ſatis multa dicta ſunt in primo libro maiore. ſi ergo formas principia ſeparata eſſe dixeris, hęc ĩcōmoda cōſequunt̄, ſin aūt principiū qđ q̄rimus a corporibus ſecerni poſſe neges, qđ nā id eſſe dices, niſi materiā informē? hęc.n. licet actu nihil ſit, nec ꝓpriā formam obtineat, facultate tñ eſt oīa. niſi q nunq̄ eſt abſq; forma. ſi ergo principium, qđ indagamus, materiā informem eſſe dicas, occurret tibi aliqs formā dictās multo magis eſſe principiū, q̄ materiā definit & exornat. At ne forma qdē dici pōt hmōi pīcipiū eſſe. Nam principiū qđ ingrimus, ſempiternū eſt, oīs aūt materialis forma, caduca. Si ergo materialē formā hmōi principiū eſſe ſtatuas: eſtq; caduca forma oīs materialis, voco aūt materialia q̄cūq; citra lunæ globū cōtinent̄, oīo pīcipiū ſempiternū ac ꝑſe ſeparatūq; nō erit. qđ eſt pabſudū. Eſt n. & a doctiſſimis ſapientiſſimiſq; viris indagat̄. Pręterea niſi hmōi principiū ſit, qūo rerum ordo ꝰſtabit? ſi nihil ſēpiternū ſit, & cōſtās, a quo reꝝ oīum ordo diſponat̄. At ſi eſt aliqua ſubſtātia & principiū quale q̄rimus, ſempiternū vez. ſeparabile, & vnū idēq; principiū ſempiternaꝝ reꝝ & caducaꝝ, magna q̄ſtio eſt, cur cum oīa ab vno principio manēt, q̄dā mortalia ſunt, alia īmortalia: qđ vī alienū. ꝙ ſi aliud eſt mortaliū principiū, aliud: īmortalium, mortale ne, an ſecus eſt mortalium principiū. ſi īmortale, cur q̄ ab hoc ꝓficiſcunt̄ mortalia, q̄ ab altero īmortalia ſunt? cū ſit vtrūq; īmortale. ſin mortaliū principiū eſt mortale, aliud erit principiū. in qđ hoc ipſum aboleat̄. ac tum illud quęro mortale, an īmortale ſit. ſi īmortale, cur quæ ab ipſo ꝓficiſcuntur ſunt caduca? & hoc in cunctis ſimiliter, ſin oīa principia mortalia, infinite procedetur, quod fieri non poſſe demonſtratū eſt in primo libro minore. quod ſi principiū quod querimus, īmobile eſſe oportet, cum vnū & ens īmobilia eſſe videantur, hęc vtiq; principia fuerint. At ſiquis ingt hę principia eſſe ſtatuerit. primū ſi, quēadmodum ſępe demonſtratum eſt, & demonſtrabitur, ens & vnū non ſignificant hoc aliquid. i. ſubſtantiā vt ipſe exponit, & neutrum ipſoꝝ eſt ſubſtantia, profecto nec ſeparabilia fuerint, neq; perſe. nihil n. prēter ſubſtantiā ſeparabile eſt & perſe. ſed oē tale in ſubſtantia eſſe obtinet. at ſempiterna & prima principia talia querimus. ſeparabilia videlicet & perſe. quod ſi ens & vnum ſubſtantia ſunt, ac proinde principium, oīa principia fuerint. Nam vt eā, de quibus animal prędicatur, oīa ſunt animata ſenſualia, ſic ſi ens & vnū ſit ſubſtantia, oīa de quibus hæc prędicantur, erunt ſubſtantia, itaq; qualitas quantitas, & cętera prędicamēta ſubſtantiæ fuerint. quod falſum eſt. quod vero ait (& de nonnullis ipſum ēt vnum prædicatur) non eſt dictum abre, ſed propter numeros & multitudines. Si.n. vnitates ſunt ex quibus numeri exiſtunt, & ex quibus magnitudines, numerus quatenus in ſe tot habet vnitates, tion eſt vnus. q̄ eadem eſt multitudinis ratio. Præterea inquit, qui aiunt ipſum vnum eſſe ſubſtantiam, & ex hoc & materia numeros primum generāt, eoſdēq; ſubſtantias eſſe aiunt, ac rurſus ex numeris cætera gignunt, ii quomodo dictū tueri poſſunt. quorum doctrinæ conſentaneum eſt, dualitatem cęteroſq; numeros vnum eſſe. ac de ipſis vnum prædicari. Nam vt homines ſunt, quæ ex materia formaq; humana conſtant, ſic vnum, quæ ex vno & ex materia conſtant. quomodo autem ex vno & dualitate ſiue materia primum numeros efficiant:

Deinde ex numeris cætera, in primo maiore fuit explicatum. Sed neq; lineas, neq; ſuperficies principia eſſe, quæ inueſtigamus putare cōuenit, nihil enim horum eſt ſeparabile & ſubſtantia, ſed tantum ſectiones punctum lineæ. linea ſuperficici. Præterea quomodo punctum, vel quod tantundem eſt, vnum, ſubſtantia eſſe intelligatur, cum omnis naturalis ſubſtantiæ ſit generatio, & temporis mora fiat ipſius exiſtentia, puncti aūt generatio non habeatur. vt in hoc opere ſæpe demonſtratur. illud quoq; dubitari ait, ſi omnis ſcientia verſatur in vniuerſalibus, quod eſt idem, ac ſi dicatur in principiis, nullum vniuerſale, vt in ſeptimo huius operis libro demonſtratur, eſt ſubſtantia? quomodo principia poſſunt eſſe ſubſtantiæ, At nos ea principia quærimus, quæ ſubſtantiæ ſint ac proprie ſubſtantiæ. quod ſi verum eſt, non igitur vniuerſalia ſunt principia, quæ inquirimus. ac ſenſus quidem hic eſt illorum verborū. (Affert autem & hoc dubitationem, omnem quidem ſcientiam vniuerſalium eſſe & cætera) particularis vero expoſitio hæc. (omnis ſcientia vniuerſalium eſt & talis). i. Similitudinis particulariū. Vniuerſalia enim ſimilitudines ſunt & quaſi veſtigia. ſubſtantia vero, vt in ſeptimo demonſtratur, non eſt de numero vniuerſalium, ſed' particularis (ſed potius hoc aliquid). i. ſed proprius ſubſtantia eſt particularis & ſeparata atq; perſe, non tale & ſimilitudo. Semper enim apud ariſtotelem hoc aliquid ſignificat ſubſtātiā, tale aūt qualitatē. At ſimilitudo qualitas ē vniuerſalē aūt ſimilitudo, vniuerſale igit̄ ſimilitudo ē, & qualitas & tale. ſi ergo ſcięntia ē de principiis, principia vero vniuerſalia, vniuerſalia porro nō ſunt ſubſtātiæ, nō igit̄ principia ſubſtātię ſunt.

Præterea eſt ne quippiam præter ipſum totum: an non eſt? Dico autem totum materiam cum eo quod eſt cum ipſa. Nam ſi non eſt: ea quæ ſunt in materia caduca ſunt vniuerſa: ſin eſt: ſpecies illud erit, ac ipſa forma. Hoc igitur in quibus eſt: & in quibus non eſt: difficile eſt definire. In quibuſdam enim velut in domo formam non eſſe ſeparabilem conſtat: præterea principia ſunt ne ſpecie, an numero eadem? nam ſi eadem numero ſunt: omnia vnum erit.

viii. (Præterea inquit eſt ne quidpiam præter ipſum totum, an non?) totum appellans, quod ex materia & forma cōſiſtit. ſi.n. præter totam nihil eſt, hæc autem oīa ſunt caduca, ſapientia quod eſt abſurdum, mortaliū & caducorū fuerit, aliquoꝝ.n. ſit oportet. ſin aūt prēter totum aliquid eſt, ſpecies vtiq; fuerit atq; forma. At hæc in quibus ſepareť, in quibus ſecus haud facile intelligas. Nam in quibuſdam certum eſt formā nō poſſe ſeparari. vt in domo. ſed qm̄ rationabiles animę formę hominū ſunt, vt irrationabiles cæterorum animalium, q̄ rationabiles an ſeparentur, in nulla huius operis pte damonſtratur, idcirco adiecit. (in quibuſdā) quaſi diceret, ſi non in cunctis certū eſt, ſeparentť ne an non, in quibuſdam tamen non dubiū eſt, quin ſint inſeparabiles. (Prēterea ingt principia ſunt ne ſpecie, an numero eadē? Nā ſi eadē numero ſunt, oīa vnum erit). i. non erit multitudo. Nam qm̄ litterę a ſpecie ſunt vnum, numero vero plura, idcirco multę ſunt ſyllabę habentes. a. vt ariſtarchus, & ariſtoteles, quę a ſi numero eſſent vnī vna ſyllaba eſſet, vel vnū nomē. vel vna orō ea. ſ. in qua inueniretur. a. ſed de hoc in ſecundo libro latius diſputaui. vbi eius ariſtoteles mentionem fecit.

Cum aūt ſcīa philoſophi circa id verſeť: qđ eſt: ea rōne qua ens eſt: vniuerſaliter & nō per partē: id autem quod eſt: multipliciter: & non vno modo

dicatur. Si æquiuoce quidem dicitur, & non per rationem vllam cõem, non ſub vnam ſanè ſcientiam cadit: non eſt.n. talium vnum genere. Sin vero per cõmune quippiam dicitur: cadet profecto ſub ſcientiam vnam. Videtur igitur modo iam dicto dici vt medicatiuũ ac ſanum, & horum enim vtrumq; multis dicitur modis: Vnumquodq; autem hoc ex eo dicitur modo: quia aliud ad medendi facultatem: aliud ad ſanitatem aliquo redigitur modo. & aliud item alio modo, ad idem tamẽ reducitur vnumquodq;. Medicatiua nãq; ratio cultelluſq; ꝓpterea dicitur: quod illa quidem a medendi proficiſcitur facultate: iſte autem huic eſt vtilis. Similiter & ſanum, partim ex eo dicitur: quia ſignificatiuum eſt ſanitatis: partim ex eo quia eiuſdem eſt effectiuum. Idem eſt & in cæteris ſimilibus modus: eodem & ens omne dicitur modo. Ex eo nãq; vnumquodq; ipſorum ens dicitur, quia eius quod eſt: ea ratione qua eſt ens: aut affectus, aut habitus: aut diſpoſitio: aut motus: aut quippiam cęterorum talium eſt.

(Cum autem ſcientia philoſophi circa ens verſetur, eã ratione, qua eſt ens, vniuerſaliter & non per partem) Propoſitis quæſtionibus, iam nũc ſoluriones ipſarum ſubiungit. & primum eius qua primum q̃rebatur, vtrum vnius doctrinę ſit naturã entis, qua eſt ens conſiderare, an non! & vnius eſſe docet, dicens. vnum neq; ęquiuoce, neq; vniuoce de quibus dicitur prędicari, ſed vt quę ab vno & ad vnum dicuntur. quæ media ſunt inter vniuoca, & æquiuoca. Nam æquiuoca nominis tantum ſocietatem habent, vniuoca & nominis & rei: quæ vero ab vno & ad vnum referuntur, neq; eadem ſunt, atq; vniuoca, tunc.n. non modo nomen, ſed naturam etiam cõmunem haberent. Neq; eadem atq; æquiuoca, tunc.n. nomen tantum haberent cõmune. Ergo decem prædicamenta, de quibus vnum prędicatur, neq; vniuoca ſunt inter ſe, alioquin eadem eſſent, nec ſubſtantia a quantitate differret, nec viciſſim quantitas a ſubſtantia, neq; cętera inter ipſa, neq; rurſus ens de ipſis æquiuoce dicitur. quandoquidem entitate ac exiſtentia participant. nec entis natura omnino carent ſed ea ſubſtantię primum, deinde reliquis nouem prædicamentis ſuppetit. Ergo qua ente participant & qua ſunt, hac differunt ab æquiuocis. qua non ſunt eadem atq; ſubſtãtia, ſed diuerſa, ſine qua tñ neq; eſſe, neq; ſubſtitui valent, hac ab vniuo corum natra diſtant. Quoniam igitur entia nomen, vt dictum eſt, eiuſq; naturam cõmunem habent, idcirco fieri poteſt, vt entium habeatur vna ſcientia. Poſſe autem eorum, quæ ab vno & ad vnum referuntur, vnã eſſe doctrinam, in huius operis ſecundo libro demonſtratum eſt. Ac ſententiam quidem verborum explicuimus. quod vero ad dictionem pertinet huiuſmodi eſt. Quoniam inquit philoſophia ens qua eſt ens contemplatur, geometria.n. & phyſica & relinquę ſingulę in ente aliquo verſantur, quoniam igitur philoſophia prima ens qua ens eſt contemplatur, neq;.n. qua grauitatem habet, vel caliditatem, aliquamue aliam ſenſibilium cõtrarietatum, ſed ſolum qua eſt ens & entitate ac exiſtentia participat, ipſum cõſiderat. (Ens autẽ multifariam, non vno modo dicitur). i. non dicitur vniuoce, de quibus prædicatur. ſi inquit ens æquiuoce, de quibus dicitur prędicetur, & per nihil cõmune. i. Si entia nomine tm̃ entis participant, ab entis aũt natura prorſus abhorrent: vt neq; ſint, neq; participent entitate, ſed ea careant, conſentaneum eſt ipſorum ſcientiam vnã eſſe negare. vt quæ ſint æquiuoca, nullum neq; genus neq; ſubiectum habentia cõmune.

Nam quoꝝ

Nam quorum genus & ſubiectum non eſt vnum, horum doctrina vna nõ exiſtit. ſed quoniam non ſunt ęquiuoca, ſed pręter nomen per aliquid cõe ſunt entia quatenus exiſtentia quadã participant, ipſorum ſcientia vna eſſe poteſt. q̃ quidem ſapientia nuncupatur. hęc effatus quomodo entis doctrina vna eſſe poſſit, exemplo declarat, & oĩa entia quomodo dicantur, dicens vt inſtrumẽtum medicum dicitur, & prędceptum medicum, item ſana vrina, medicamentumq; ſanum, & cibus ſanus. quorum modorum alter dicitur ab opere medico, quod ab artifice medico in corpore ęgrotantis efficitur. ab ipſo.n. medicamentum cęteraq; medica dicuntur, alter a ſanitate. ab hac. n. tum cibus, tum vrina ſani nomen nuncupatur. ſic entia ab vno ente, hoc eſt ſubſtantia, q̃ prie ens eſt, huiuſmodi appellationem acceperunt. q. n. eius habitus ſint, vel affectiones, entia nuncupantur. Eſt autẽ affectus cum leuiter quidpiam caleſcit. diſpoſitio vero cum per calorem eſt diſpoſitum, vt calidum eſſe dicatur. habitus cum diſpoſitio cõſtans effecta eſt.

Cum autem reductio eius omnis quod eſt ad vnum quid cõmune fiat: contrarietatum ẽt quæq; ad primas differentias eius: quod eſt: ac contrarietates vtiq; reducetur. Siue multitudo ac vnum, ſiue ſimilitudo ac diſſimilitudo ſint eius quod eſt differentiæ primæ. Siue aliæ quædam. Sint.n. hæ contemplatione perceptæ. Intereſt autem nihil ad id quod eſt: an ad ipſum vnum eorum: quæ ſunt reductio fiat. Nam ſi non eadem ſunt: ſed diuerſa: conuertuntur tamen. Ipſum enim vnum & ens quodãmodo eſt: & id quod eſt vnum etiam eſt.

x. (Cum autem reductio omnis entis ad vnum quid commune fiat) ſenſus eſt. Quemadmodum cætera præter ſubſtantiam, hæc autem ſunt quantum, quale, vbi, & reliqua prædicamenta, quoniam affectiones, habituſq; ſubſtantiæ ſunt, ad ipſam redigũntur, & propter ipſam entia nũcupantur, ſic contrarietas quæq; caliditas & frigiditas, ſiccitas & humiditas, æqualitas & inæqualitas & reliquæ ad primas differentias primaſq; entis contrarietates referentur. & ab his contrarietates vocabuntur. vt enim entia ad ſubſtantiam, ſic contrarietates ad primam entis contrarietatem referuntur. entia autẽ propter ſuſtantiam & dicuntur, & ſunt. contrarietates igitur ob primam contrarietatem contrarietates nuncupabuntur. Sed hæ inquit primæ entis contrarietates ſint ne multitudo & vnum, an ſimilitudo & diſſimilitudo, an quæpiam aliæ, alias fuit ſtatuendum. Nam hæ quæ ſint, in libro qui de bono inſcribitur declarauit. ſed quoniam entia nõ ſolum ad proprie ens. i. ad ſubſtantiã referuntur, & ab ipſa dicuntur entia, ſed ẽtia ad proprie vnum, quod ipſum item eſt ſubſtãtia, idcirco nihil intereſſe ait ad ipſum ne ens, an ad vnum entia referamus. Nam vt ab ente entia, ſic ab vno vna nominabũtur. licet enim vt vnum & entia nuncupantur, diuerſa ſint ſecundum ſermonis prolationem, tamen natura ens & vnum idem ſunt. Nam vt mortalis & homo ſecundum elementorum, quibus proferuntur expreſſionem diuerſa eſſe videri poſſunt, nam primum elementum mortalis eſt. m. primum hominis eſt ho. at non protinus diuerſa ſunt: ſic ens & vnum licet diuerſis elementis efferantur, tamen non ſunt diuerſa, ſed eadem. Cum vnum hoc ſit, quod ens, & ens hoc quod vnum. In dictione autem cum ait (Nam ſi non eadem ſunt) deſideratur, prolatione & elementis, quibus ſignificantur. (ſed diuerſa, conuertuntur tamen.) & ſiquid eſt ens, vnum quoq; eſt, & ſiquid vnum, etiam ens.

At qui cum eiuſdem atq; vnius ſcientiæ ſit omnia contemplari cõtraria:

contrariorum autem alterum priuationis ſubeat vicem. Dubitauerit quiſpiam quonam pacto nõnulla per priuationem dicũtur, quorum eſt aliquid medium: qualia ſunt iuſtum atq; iniuſtũ. Circa igitur talia cuncta priuationem ponere oportet: non totius rationis: ſed vltimæ formę. Ceu ſi ipſe iuſtus eſt: is qui legibus per quẽdam obtemperat habitum: nõ omnino ipſe iniuſtus is erit: qui tota ratione priuatur: eſt enim & qui ex aliqua parte deficit in obtemperãdo: atq; hoc pacto priuatio inerit ipſi. Idẽ eſt & in cæteris modus:

(Atqui cum eiuſdem atq; vnius ſcientię ſit omnia contemplari contraria: contrariorũ autem alterum priuationis ſubeat vicem, & vtiq; quædam: dubitauerit quiſpia) verba illa (& vtiq; quædam) dictionem obſcuram reddunt, q̃ illis ſublatis perſpicua eſſet ad hunc modum. (Atqui cum eiuſdem atq; vnius ſcientię ſit omnia contemplari, contrariorum autem alterum priuationis ſubeat vicem, dubitauerit quiſpiam, quonam pacto nõnulla per priuationem dicuntur &c.) quod q̃rit huiuſmodi eſt, cum ſecundum priuationem contraria dicantur, in omni.n. contrarietate deteriorem partem vocat priuationem, vt in contrarietate albi & nigri, nigrum priuatiõem appellat, album formã & habitum. item lumen habitum, tenebras priuationem. ſimili cæterorum ratione, cum igitur omnis contradictionis pars altera ſecundum priuationem dicatur, fuſcum autẽ albo contrarium eſſe dicamus, & ſimpliciter extremis media, nimirum fuſcum & oẽ medium priuatio fuerit. porro ſi nigrum priuatio eſt albi, fuſcum quoq; albi priuatio eſt, fiet, vt nigrum & fuſcum idem ſit, hic eſt enim ſenſus illorum verborum (dubitauerit quiſpiam, quonam pacto nonnulla per priuationem dicantur, quorum eſt aliquid medium). i. quorum contrariorum eſt medium, quomodo id potioris partis contrarietis priuatio nuncupabitur? Neceſſe eſt enim, ſi medium dicitur contrarium, priuationem quoq; ipſum nuncupari. quam quæſtionem diſſoluens, fuſcum albi priuationem eſſe ait. non tamen vt nigrum. quandoquidem nigrum perfectam albi cõtinet priuationem, fuſcum vero ex parte priuatum eſt albedine. obſcure tamẽ & ingenioſe dixit. (Circa igitur talia cuncta priuationem ponere oportet. non totius rationis ſed vltimę formæ.) eſt autẽ ſenſus. circa talia cuncta. i. circa contraria, quę medium habent, priuationem ponere oportet, quo in loco priuationem vocat fuſcum, aliudue medium. ergo circa contraria, quibus aliquid intercedit, ſic oportet medium priuationem dicere, non quaſi totam rationem vltimę formæ, hoc eſt nigri excipere valeat, vt fuſcum color concretiuus viſus eſſe definiatur. ac proinde ab albi definitione prorſus abhorreat. non ſic igitur hæc priuationes appellari debent. Sed ad hunc modum, fuſcum verbi gratia, vt in exemplo albi & nigri perſiſtamus, priuatio debet vocari, quaſi non prorſus albi definitionem capere valeat, quoniam alioquin idem eſſet fuſcum & album, poſſit tamen ex parte. Vltimæ igitur formæ. i. nigri tota ratio eſt, q̃ color viſus cõcretiuus dicitur, at fuſci nequaq̃, quamobrem fuſcum albi definitionẽ excipere aliqua ex parte poteſt. cuius fuſci definitio eſſe põt color viſus ex parte diſcretiuus, ltaq; fuſcum non ſic eſt albi priuatio, vt nigrum, neq; omnino caret albedinis definitione. Nigrum autem finalem ſpeciem appellauit. vel quia nigrum poſterius eſt fuſco. vel finalem dixit pro extrema. propterea quod nigrum extremum ſit atq; finis nigredinis. vt albedinis album. hoc igitur eſt, quod illis verbis innuebat, q̃q̃ ipſe in exẽplo iuſti atq; iniuſti verſetur dicens. (ceu ſi iuſtus eſt is, qui legibus per quẽdam obtemperat habitum. i. ſi definitio iuſti eſt, legibus per habitum quẽdam parere (nõ oĩo

xi.

ipſe iniuſtus) iniuſtum appellat, qui neq; iuſtus eſt, neq; iniuſtus, ſed vtriuſq; medium tenet. Medius igitur inquit iuſti & iniuſti non erit omnino priuatus tota ratione ac definitione iuſti. vt ne fuſcum quidem tota ratione albedinis, ſed erit medius inter iuſtũ & iniuſtum, qui deficit aliqua ex parte parendo legibus. Ita qua legibus in vniuerſum paret diſcrepat ab iniuſto: qui oĩo non obtemperat, qua vero deficit obtemperãdo nec paret, vt iuſtus omnino, hac non eſt idem atq; iuſtus. & hac ratione, qua deficit ex parte obtemperãdo legibus, adeſt ei iuſti priuatio. Additur autem in definitione iuſti (per quẽdam habitum) proptera quod poteſt quiſpiam iuſta facere inuitus & coactus, qui non debet iuſtus vocari, vt qui ex habitu quodam his fungitur officiis (idem eſt & in cæteris modus). i. eadẽ eſt ratio in cęteris q̃ media quorũpiam ſunt vt in fuſco tepido, & ſimilibus. hęc.n. ſic debent priuationes nuncupari, vt explicatum eſt.

Vt autem mathematicus circa ea contemplationem facit: quę per abſtractionem ſumuntur: ipſa nanq; ſublatis vniuerſis ſenſibilibus contemplatur: vt pondere: leuitate: duritie: ac contrario, caliditate inſuper frigiditate, cęteriſq; ſenſibilibus contrarietatibus, ſolis relictis quanto atq; cõtinuo, quorundam ad vnum: quorundam ad duo: quorũdã ad tria. Atq; affectus horum vt quanta ſunt: & continua: & non vt quicq̃ aliud contẽplatur: & aliorum quidem inter ſeſe poſitiones, & ea quæ ipſis competũt. Aliorum autem cõmenſurationes & incõmenſurationes: & aliorum rationes conſiderat. Attamen vnam omnium horum eandemq; geometricam ſciẽtiam ponimus: ſic & circa id quod eſt res ſeſe habere videtur. Nam ea quę huic accidunt ea ratiõe qua ens eſt, & contrarietates ipſius: vt ens eſt: non ad aliam ſcientiam: ſed ad philoſophiam ipſam pertinet contemplari. Naturali nãq; ſcientiæ nemo eorum: quæ ſunt vt entia: ſed potius vt motum ſubeunt: tribuet contemplationem. Diſſerẽdi quoq; facultas atq; ſophiſtica circa accidentia quidem eorum: quæ ſunt: non tamen vt entia ſunt: neq; circa ipſum ens: vt eſt ens verſantur. Quare reſtat circa ea: quę dicta ſunt: vt ſunt entia philoſophum ipſum eſſe contemplatorem. Quoniam autem omne quod eſt: per vnum quid dicitur: & cõe: quod quidem pluribus dicitur modis: contrariaq; modo eodem: ad primas nanq; contrarietates ipſius entis: & differentias reducũtur. Talia vero ſub vna eſſe ſciẽtia poſſunt, Solui profecto dubitatio ea poteſt: quam in principio diximus: dico autẽ eam qua quærebatur: quonam pacto multorũ genereq; differentium: vna quędam ſcientia fuerit. Cum autem & mathematicus ipſis cõmunibus ſibi accomodatis vtatur. Horũ quoq; principia ad primam philoſophiam pertineat contemplari. Hoc.n. ab æqualibus inquã ſublatis æqualibus ea quæ reſtãt æqualia eſſe: cõe quidem in oĩbus quantis ineſt. Mathematica vero id ſumens circa aliquã ſuę materici partẽ cõtemplationem facit: vt circa lineas, aut angulos: aut numeros: aut cætera quippiam talium: nõ vt entia ſunt: ſed vt ipſorum quodq; cõtinuum

est vna dimẽsione vel duabus vel tribus. At philosophia de singulis qdẽ vt horũ cuiq; qppiã accidit:nõ cõsiderat:circa vero id:qd ẽ vt est ens vnũ qdq; taliũ cõtẽplat'. Eodẽ mõ res sese hẽt & circa sciam nãlẽ:ipa nãq; nãlis facultas accidẽtia pricipiaq; corũ:q̃ sũt rõne,qua mouẽt nõ vt entia sũt cõ tẽplat'. At primũ scias istorũ diximus cẽ:vt sũt entia:& nõ aliud qcq̃. Quappter & hanc sciam:& mathematicã ipsam partes cẽ sapiæ est ponendũ.

(Vt autem mathematicus circa ea contemplationem facit:quæ per abstractionem sumuntur) xii.

His verbis duo quędam simul docet alterum quomodo philosophus considerat ens,& in ipsum inquirit,alterum quomodo doctrinæ vnius munus est ens: qua est ens considerare,dicens. Quemadmodum mathematicus auferens ratione a corporibus grauitates,siccitates:mollitudines:calidi: tes,& omnino sensibilia:hoc est sensibiles contrarietates,relicta solum continenti magnitudine:hoc est lineis,planis,& solidis.hic est.n.sensus illorum verborum(quorundã ad vnum,quorundã ad duo, quorudã ad tria. Atq; affectus horũ,vt quanta sunt,& continua:non vt quidq̃ aliud contẽplatur.)considerat.n.quæ his accidunt,qua horũ quodq; quantũ est, atq; continuum, non qua vel graue,vel album.vt ergo mathematicus,sic itẽ philosophus qui entis accidentia cõtemplatur,non considerat ens eiusq; accidentia, qua ipsum est mobile aut quidq̃ aliud.sed quatenus entia sunt,& qua entitate participant.Itaq; nullius doctrinę partes sunt de entis qua est ens accidentibus & contrarietatibus differere siue illa sint vnum & multitudo,siue quidq̃ aliud,prætereq̃ sapientia.Physica.n.nõ disputat de his, qua sunt entia,sed qua in se principium,vt moueanť habent.Dialectica vero & sophistica considerãt illę quidem entis accidentia,non tñ in eo quod sunt entia,sed vtę subiecto accidant,an non inquirunt.supereſt igitur philosophũ de ente ac hmõi contrarietatibus,qua entia sunt disputare,atq; hęc quidem est dictorũ sentẽtia. quod vero ad dictionẽ pertinet,cum ait(& aliorũ interse positiones & ea q̃ ipsis competunt)aliorum dicit.i.linearum.Mathematicus.n.considerat circulorum positionem vtrum sic iaceãt. vt p vnum punctum inter seſe cõtingant,an vt interse dissecenť.& vtrum linee rectæ sic se habeãt vt angulum,exẽpli gratia obtusum,cõplectantur:an non!Et vtrum hę rectę lineę cõmensurabiles sint,an secus:& an propositi numeri proportionẽ sexquialteram,an sexquitertiã:aut aliquam aliã interipsos obtineant. Vt autem in quantis cũ cõtinuum in vnũ diuersum sit a cõtinuis in duo,& hęc a cõtinuis in tria:vnius tamẽ geometriæ est de ipsis disputare,sic in ente licet nouem prædicamenta quale: quantum & cętera,tum a substantia,tum interse diuersa sint tñ nihil prohibet vnius esse doctrinę de ipsis disputare,quo in loco intelligendũ est,q̃ a iunioribus stereometria nuncupatur,hãc ab ipso geometriã appellari.(Cũ ãt & mathematicus ipsis cõibus sibi accõmodatis vtatur)cõia vocat,sententias illas cões,si ab æqualibus demantur ęqualia,quę superfunt equalia sunt. & q̃ sunt æqualia eidem,interse quoq; sunt æqualia:& reliqua id genus Dicit autẽ(sibi accõmodatis)qm̃ geometra quæ sunt eidem æqualia lineis accõmodat:atq; id principium quasi solum in ipsis verum sit vsurpat. quippe cuius nihil interest,an id in numeris verum obtineat.ac vicissim arithmeticus nnmeris ipsum ac cõmodat,in lineis vero quale sit nihil laborat.ac dictionẽ quidem exposuimus.Dictorum vero intellectus:q obscuritatis nihil habet hic est.Qm̃ non modo physicus & cæterarum doctrinarum magistri.sed ẽt mathematicus principiis vt veris citra demonstrationẽ vtitur,idcirco philosophus in ea nõ perinde se gesserit,sed cõsiderabit demõstrabitq; hmõi principia,quatenus qdẽ demõstrari valẽt, Ergo principiũ si ab ęqualibꝰ ęqualia dẽpseris,q̃ supsũt sũt ęq̃lia:est illud qdẽ oibꝰ cõe & a cũctis disciplinis vsurpať

mathematicus tñ considerat huiumodi principia quatenus ad solã materiam pertinẽt mathematis subiectam.qui lineas,angulos,plana q̃ sunt mathematicæ materia nõ cõsiderat in eo quod entia sunt,sed in eo quod cõtinua siue ex vna parte vt linea, siue ex duabus vt plana,siue ex tribus vt solida.sed mathematica, cęteręq; disciplinę particularia quędã entia contemplantur,& in ipsis quemadmodum explicatum est versantur. philosophia vero non considerat particularia,nec an aliquid horum cuiq; accidat inquirit,q̃ si forte de singulis etiã edisserit,ea tñ quatenus entia sunt contẽplatur.Et quemadmodum mathematica subiecta sua non qua sunt entia contemplatur,sed qua tunt continua ex vna:duabusue,aut tribus partibus,sic physica accidentia & principia rerum naturalium.Nam hęc appellauit entia,neq;.n.res naturales sunt nõ entia,cõsiderat nõ qua entia sunt,sed qua mouentur.& qua vt moueantur in se principium habẽt,scięntia vero prima considerat quidẽ naturalia,non tñ qua mouentur:nec qua principium habent ad mouendum,sed qua entia sunt.At licet mathematica doctrina de entibus, de lineis dico atq; similibus,vt sũt ꝯinua ꝯtẽplet',& physica de naturalibus entibꝰ,vt moueantur,& harum neutra entia vt sunt entia consideret, tñ qm̃ demonstrationibus vtitur physicus & mathematicus & nunq̃ fallũt,quẽadmodũ dialecticus & sophista,quorum dialecticus studio semper persuadendi interdũ accipit falsa,sophista semper, qm̃ igitur demonstrant nec fallunt,quod maxime sapientiam attingit,idcirco tum mathematica,tum ẽt physica partes sunt philosophiæ.

Est aũt in hisce:q̃ sunt principiũ quoddã:circa qd̃ fieri nõ põt vt falso dicamus:quin potius semp cõtrariũ faciamus. i. verũ dicamus necesse est. Veluti fieri nõ põt vt idẽ vno eodẽq; tpe sit & nõ sit,& cętera q̃ hoc opponunť mõ. Atq; de talibus absolute qdẽ demõstratio eẽ nequit. Adhuc aũt est.Fieri.n.nõ põt: vt ex alio principio magis credẽdo rõcinatio huiusce conficiatur:quod tñ fieri oportet,si simpleiter fuerit demonstratio.

(Est autem in entibus principium quoddam circa quod fieri non potest: vt falsum dicatur)hoc in loco propositum ipsi est ꝓtradictionem veram simul esse non posse demonstrare. non quod id simpliciter ac proprie demonstret, tunc enim ex antegressis & notioribus id efficeret, quod fieri nequit, cum sit nihil contradictione notius, sed quia redarguit ac falsitatis eos conuincit,qui contradictionis veritatem tuentur. Quoniam id demum est, contradictionem demonstrare non esse simul veram, refellere id affirmantes atq; addicere.atq; hoc quidem est propositum. In entibus ergo principium quoddam esse ait,principium autem vocat contradictionem, in quo minime falli licet, sed potius contrarium fieri est necesse. quid porro sit: quod vti faciamus est necesse, exponens ait.(ideſt verum dicamus necesse est) quod iterum explicans adiicit (vel vti fieri non potest, vt idem vno eodemq; tempore sit & non sit.) est autem sensus. Tantum abest, vt per contradictionem mentiamur,vt necessario, non contingenter verum dicamus.non quod ipsa contradictio vera sit, sed quoniam eius altera pars.i.affirmatio vel negatio est vera. Neq; enim fieri potest, vt eodem tempore res eadem atq; vna sit & non sit.exempli gratiã sit & non sit sedens.sit & nõ sit homo. illud autem. (Et cætera quæ hoc opponuntur modo) dicitpropter habitus & priuationes. Nam fieri non potest,vt vnum animal visum habeat, & idem sit cæcum.(Atq; de talibus) .i.de contradictione, et iis quæ per habitum & priuationem opponuntur, vt diximus,demonstratio proprie non habetur.sed in eum qui contradictionem veram simul esse affirmat, demonstratio est .i. hunc redarguere ac erro-

xiii.

ris conuincere licet. Itaq; non id agimus, vt contradictionem demonſtremus, ſed vt ipſam tollentem redarguentes, firmiſſimam illam eſſe doceamus Effatus vero contradictionem non poſſe demonſtrari, cauſam eius reddit dicens. (fieri.n. non poteſt, vt ex alio principio magis credendo ratiocinatio huius conficiatur) Nam cum omnis demonſtratio omniſq; demonſtratiuus ſyllogiſmus ex prioribus & notioribus fiat, contradictione aũt nihil ſit notius, ſit vt eius ſyllogiſmus, demõſtratioq; nõ habeatur. Itaq; vt huius ſyllogiſmus demõſtratioq; exiſtat, notius aliquid & credibilius aſſumatur oportet. Nulla eſt igitur illius demonſtratio.

Ad eũ vero, qui dictiones oppoſitas veras ſimul aſſerit eſſe: ei qui falſum id eſſe oſtẽdit tale quippiam eſt ſumendum: quod ſi idem erit: quod illud non poſſe inquam vno eodemq; tempore idẽ eſſe: atq; nõ eſſe, non tamen idem videbitur eſſe. hoc enim pacto duntaxat id demonſtratur ad eum, qui dictiones oppoſitas de eodem veras aſſerit eſſe poſſe. Quibus itaq; inter ſeſe cõmunicare & nomen diſputareq; placet, ii ſeipſos intelligendos præſtare debent. Nam ſi idipſum fiat, quonam pacto inter ipſos cõmunicatio, & nominis diſputatioq; fieri poteſt. Hominum igitur vnũquodq; notum eſſe oportet, & aliquid ſignificare, & non plura, ſed ſolum vnum. Quod ſi plura ſignificet, id deſignetur oportet ad quid illorum, ipſum nomen pro præſenti vſu mentem ducere libet.

xiiii.

(Ad eũ vero, qui dictiones oppoſitas veras ſimul aſſerit, eſſe ei qui falſum id eſſe oſtẽdit tale quidpiam eſt ſumendum) teſtatus contradictionis demonſtrationẽ nõ baberi: docet nos præceptiſq; inſtruit, quibus eũ coarguamus, ſi quis cõtradictionẽ ſimul eſſe verã affirmet. dicens. Si quis contradictionẽ demolientem falſitatis conuincere curet: huic ſumendum eſſe talem quidpiam rẽ. i. lapidem, lignũue aut hominẽ. qui lapis aut lignum re vera idem nunc ſit & poſtea licet neganti contradictionem haud ita videatur. (hoc enim pacto duntaxat). i. ſic enim ſumenti rem quampiam quæ res eadẽ nũc ſit, & poſtea, licet non ſic ei videatur, qui contradictionem deſtruit: redarguetur is, qui contradictionem ſimul veram eſſe tuetur, ſeu qui contradictionem demolitur. atq; hoc quidem & huiuſmodi eſt primum præceptum. Alterum præceptum eſt: interrogandum eſſe aduerſarium nunquid intelligat & ſentiat, ac noſtrorum dictorum intellectum quempiam & notitiam habeat, an non? Neceſſe eſt enim vt ſenſum habet & cognitionem, qui ſi vtroq; careat plantę ſimillimus erit: aduerſus quam nemo ſanæ mentis diſputaret. Tertium præceptũ. ſtatuendũ eſſe cũ aduerſario vnũquodq; nomen de quo dicaẽ certũ eẽ & aliqd ſignificare neq;. n. vocabulã hõ nihil ſignificat: nec temere de quolibet p̃dicaẽ. ſed bipedis aĩalis nota eſt pari ceterorũ nominũ rõne q̃rtũ. vnũ qdq; nomẽ rẽ vnã nõ plures ſignificaẽ. & ſi qd nomẽ ſit, qd plura ſignificet, nec vnũ tm̃ vt canis, diſtinguẽdũ eſſe, & ꝓſtituẽdũ in quo canis itellectu fiat orõ. nũ terreſtris canis itelligaẽ: an ſtella. his. n. p̃ſumptis atq; poſitis paruo negotio aduerſariũ conuincemus. Quattuor igit̃ p̃cepta vel quq;, nã licet eadẽ efficere qnq;, ſunt, qbus ad hmõi redargutionem inſtructi eſſe debemus. Primum vt ſumaẽ aliquid quod ſit idem & nunc, & poſtea: ſecundum vt alter alterum intelligat, & cognoſcantur quæ ab vtroq; dicuntur. Tertium vt ſtatuatur nomen quodq; notæ ſignificationis eſſe. exempli cauſa homo vocabulum de animali bipede prædicari, Equum de quadrupede hinnibili. Quartum vt ponantur nomina res aliquas ſignificare. Quintum vt vno nomine rem vnam nõ

plures ſignificari conſtet, aut ſi plura ſignificet, definiatur in quo intellectu proferatur. ac ſenſus quidem dictorum ad hunc modum ſeſe habet. quod vero pertinet ad dictionem huiuſmodi eſt. (Ad eum vero qui dictiones oppoſitas veras ſimul aſſerit eſſe ei, qui oſtendit). i. homini oſtendenti & redarguenti eum qui oppoſitas dictiones ſimul veras eſſe dicit: huiuſmodi igitur homini ante redargutionem neceſſe eſt, quam piam rem talem accipere: quæ rẽ vera eadem ſit eiuſdemq; naturæ: & ſub audiendum eſt nunc & poſtea. ſi quis ergo velit contradictionem negantem redarguere, rem aliquam ſumat. quæ nunc & poſtea ſit eadem. Cauſam vero cur eadem ſit futura reddit cum ait (quia fieri non poteſt, vt idem ſit atq; non ſit). i. quoniam fieri nequit, vt qui nunc eſt homo: poſtea non ſit homo ſi tamen viuit: nec naturæ conceſſit. Nam vt hodie homo eſt: ſic item eras erit homo. ſi vixerit: illud aut (non tamen idem videbitur eſſe) coniungendum eſt cum illo (quod idem erit) cui quidem cohęret ac proximum eſt. Nam talẽ quidpiam inquit ſumendum eſt, quod idem erit, q̃q̃ hoc nõ videatur ei, qui contradictionem demolitur. ſic igitur quemadmodum dictum eſt, nobis eſt faciendum. quoniam ſic duntaxat propoſitum nobis licebit demonſtrare aduerſus errorem: quo contradictionem de eodem ſimul veram eſſe contenditur. Præterea qui orationem inter ſe cõmunicare ſiue diſputare debent, hi vt ſe: hoc eſt alter alterum intelligant oportet. cuius cauſam adiicit dicens. (Nam ſi id non fiat). i. Nam niſi alter alterum intelligat, nec omnino viciſſim dicta intelligantur: quomodo colloquium aut diſputationem vſurpare poterunt? Ad hæc vt quibus nominibus vtimur diſputantes, horum quodq; notum ſit oportet: & vnum ſignificet, aut ſi plura, in qua notione dicatur explicare neceſſe eſt.

Qui igit̃ hoc eſſe & hoc nõ eſſe dicit, is ſane: quod omnino eſſe dicit, id dicit non eſſe. Quare quod nomẽ ſignificat: id non ſignificare dicit: hoc autem eſt impoſſibile. Quare ſi quippiam hoc ſignificat: eſſe inquam hoc, fieri non poteſt: vt contradictio de eodem ſit vera. Præterea ſi quippiam ipſum nomen ſignificat, atq; hoc vere dicitur id neceſſario ſit oportet. Ad quod neceſſario eſt: id fieri non poteſt vt interdũ non ſit: nõ ergo fit: vt contradictoria de eodem ſint vera.

7. (Qui igitur hoc eſſe & non eſſe dicit, is ſane quod omnino eſſe dicit, id dicit nõ eſſe) Expoſitis iis quæ prętiici debent ad eos redarguendum, qui tollunt contradictionem deinceps redargutiones adhibet, in hanc ſententiam ediſſerens, Cum nobis poſitum ſit ſingulis nominibus res ſingulas ſignificari, & ſingula nomina notę certęq; ſignificationis eſſe. de quo videlicet vnũquodq; dicatur, & de quo nõ: ſi cõtradictio ſimul vera eſt, hęc quæ poſita ſunt erunt ſublata. Nam ſi hoc nomen homo vnam rem ſignificat, & quam rem ſignificet certũ eſt: animal. ſ. bipes, ſi ergo homo ſignificat animal bipes, ac de eodem non homo vere dicitur, non igitur vnum tm̃ homo ſignificat. i. nõ ſolum animal bipes ſed ẽt aliud de quo non homo prędicabitur. fieri ergo nõ põt, ſi hõ ſignificat vnũ. vt de quo prędicatur, de eodẽ nõ hõ prędicetur. Ipſe vero dixit (Qui igitur hoc eſſe & hoc non eſſe dicit, is ſane quod oĩo eſſe dicit, id dicit non eſſe). i. q hoc qđ proponitur exempli cauſa hominẽ dicit ſi de ipſo vere prędicat nõ hominẽ, qđ hominẽ dicit id non eſt hõ, ſed quiddã ab hoĩe diuerſum. quapropter de ipſo vere dicit̃ nõ hõ. Nã ſi ẽ aĩal bipes qđ hominẽ dicit, & de ipſo nõ hominẽ p̃dicat, nihil aliud dicit, q̃ nomẽ hõ ſignificãs aĩal bipes, nõ ſignificare aĩal bipes. qđ fieri nõ põt. poſitũ eſt. n. ſingulis noib⁹ res ſingulis ſignificari: quare ſi hõ ſignificat aĩal bipes, falſum dictũ eſt, nõ

hominem de ipso quoq; prędicari.ac proinde fieri haud dubie nō potest,vt contradi-
ctio simul sit vera(Prętерea inquit si quidpiā ipsum nomē significat,atq; hoc vere dici-
tur,id necessario sit oportet.)Nā si ignis calidam & siccā naturā significat,necesse est,
vt hęc natura calida sit atq; sicca.quod aūt esse necesse est,id vt nō sit,fieri non potest,
quamobrem de ipsa nō poterit vere prędicari nō ignis siue non calidū & nō siccum.
Falsum ergo dictu est,contradictionem in eodem simul esse veram.

Prętерea si nō magis affirmatio sit q̄ negatio vera:qui dicit hoiem aut nō
hoiem nō magis dicet verꝫ.Videbit᷑ aūt hoiem ip̄m non equū esse dicens,
aut magis,aut ñ minus dicere verꝫ,q̄ si nō hoiem eē dicat.Quare si equū &
dicat eūdem esse,verū similiter dicet.Opposităe nāq; veraę similiter dice
bātur.Fit igitur vt idē homo sit atq; equus,aut gppiā aialiū cæterorum,
atq; nulla quidē rōnū istaꝫ demonstratio est absolute,est tñ ad eū demon
stratio q hæc ponit.Ar.n.& ipsum quispiā Heraclitū, si hoc interrogas-
set pacto,fateri cito coegisset nunq̄ oppositas dictiōes veras de eodē esse
posse.Nūc vero nō aiaduertens quid dicit,hāc sibi sumpsit opinionem.
(Prætерea si nō magis affirmatio sit,q̄ negatio vera)Horrēdū iprimis dictu ē hoc qđ xvi.
generosissimū,qđ vero dicit est huiusmodi,si de vno,atq; eodē nihilo verior est affir-
matio,q̄ negatio,sed ex æquo vtraq; dr̄ de eodē,q Socratē hominē esse dicit,is nihilo
verior est,q̄ qui eundē non hominē esse ait.At si qui non hominē ip̄m ait,verꝫ di-
cit:certe multo magis:q non equū eundē esse affirmat.cum Socrates equus nō sit,qđ
si đ Socrate vere dr̄ nō equus:ēt vere p̄dicabit᷑ equus,qm̄ istis ꝓtradictionē simul verā
esse placet.Socrates igitur,vel qđ honestius dictu est,Protagoras hō erit atq; equus.
Rursus cū de Protagora vere dicatur non bos,bos ēt de ipso vere p̄dicabit᷑.& sic nō
bos Protagoras erit homo & equus atq; bos,& cętera oīa.dictoꝫ ergo sensus ad hūc
modū explicat᷑.qđ aūt ptinet ad dictionē illā(videbitur aūt hominē ipsum non equū
esse dicēs aut magis aut non minus dicere verꝫ q̄ si nō hominem esse dicat huiusmo
di est:cum dixisset si contradictio simul esse vera statuatur,qui dicit hominē,eum ni-
hilo minus verꝫ dicere,q̄ qui non hominē ait,intulit(videbitur autē nō equū esse di
cens).i.qui hominē dicit non equū verius dicit,q̄ qui eundē non hominem ait.Con
venientius.n.est hominem non equū dicere,q̄ non hominem.qui ergo hominem nō
equum dicit:verius loquitur,q̄ qui non hominem ait:vel si non verius:at certe nihilo
minus vere dicit.hæc effatus nullam harum argumentationum simpliciter et pro-
prie demonstrationem esse ait.sed esse demonstrationem siue redargutionem in eum
qui contradictionem simul verā esse statuit .qua opinione ad hunc modum refutata,
futuꝫ fuisse ait ut facile cōuinceretur Heraclitus,ne idem & vnum bonum & nō bo
num esse diceret:album & non album:siquis illum hæc & adhunc modū interroga-
sset.Nā ipse idcirco in illum errorem lapsus est,qm̄ se ip̄m non intelligebat,nec ver-
ba discutiebat sua:qui si dispexisset:vt fieri nō possit:vt idem verum sit,& nō verum,
bonum & non bonum:nunq̄ affirmasset contradictionem simul esse veram.

Omnino autem si id quod ab ipso dicitur verum sit, neq; idipsum verū
etiam erit,idem inquam vno eodemq; tempore esse atq; non esse posse.
(Omnino autem si id quod ab ipso dicitur verum sit:neq; id ipsum verum etiam erit) xvii.
Si inquit Heracliti dictum verum est,quod autem sit dictum illius subiicit, posse vi-
delicet idem vno eodemq; tempore esse & non esse .si ergo ex Heracliti sententia ve-

rum est contradictionem simul esse veram ,idipsum.i.oratio qua hoc dicitur falsa erit.
Nam si verum est dictu contradictionem simul esse veram , illud quoq; verum erit,
contradictionem non esse simul veram.& si verum est non esse simul veram , falsum
fuerit affirmare illam esse simul veram,ac proinde Heracliti sententia falsa est.

Nam vt & diuisis ipsis non magis est affirmatio,quā negatio vera . Sic si
vtrūq; atq; cōplexum:vt vna quædam sit affirmatio:non magis ipsa:ne-
gatio q̄ totum ipsum fuerit verum:vt affirmatio positum.Prętерea si non
sit vt quicq̄ vere affirmetur:& idipsum erit vtiq; falsum : nullam inquam
affirmationem dicere esse veram. Quod si sit verum . Soluetur id profe-
cto quod ab hisce dicitur,qui talibus obstāt , atq; omnino disputationem
e medio tollunt.Simile est hisce,quæ dicta sunt : & id quod a Pythagora
dicebatur:etenim ille rerum omnium hominem mensuram esse dicebat:
nil aliud ex eo nimirum innuens:q̄ id esse certo : quod cuiq; videtur atq;
apparet:quod si fiet:euenit profecto:vt idem sit & non sit:& bonum sit &
non bonum:cæteraq; omnino quæ per oppositas dictiones dicentur:pro
pterea quod persæpe idem his malum esse videtur : & id est mēsura quod
cuiq; apparet atq; videtur.

xviii. (Nam vt & diuisis ipsis non magis est affirmatio quam negatio vera) perstat in
Heracliti sententiæ refutatione . quod autem dicit huiusmodi est . Nam quemadmo
dum per Heraclitum verum est dicere priuatim ac separatim socrates non est homo:
atq; item socrates est homo, quæ quidem appellat diuisa,sic copulata & vnita,& quasi
affirmatio vna accepta vera fuerint . Itaq; verum fuerit dictu:socratem esse homi-
nem , & non hominem.quod si verum est , illa quoq; negatio de eodem vera fuerit
socrates neq; est homo , neq; non homo . At quid dictu absurdius esse potest, quam
socratem esse & hominem & non hominem , eundemq; neq; hominem esse neq; nō
hominem ? Itaq; diuisa , vt dixi , vocat , affirmationem separatim dici , atq; item ne-
gationem priuatim , coniuncta vero & copulata , dicere ipsa vt affirmationem vnā.
Illud vero(Non magis ipsa negatio,quam totum ipsum fuerit verum , vt in affir ma-
tione positum) in hunc sensum accipi debet . Vt enim per Heraclitum in quocūq;
affirmatio vera est : in eo etiam negatio , sic affirmatio & negatio , simul vt vna affir-
matio dictæ veræ fuerint . exempli gratia bonum non bonum si .autem hoc ve-
rum est , negatio quoq; huius vera fuerit , quæ ait neq; bonum neq; non bonum.
(Prætерea inquit si non sit vt quidq̄ vere affirmetur , & id ipsum erit vtiq; falsum).i.
si omnis affirmatio falsa est , nam quidquid non est verum , falsum est , si ergo affir-
matio omnis est falsa:id ipsum,hoc est omnem affirmationem esse falsam,falsum est
dictu:hoc enim significant verba illa (Nullam affirmationem dicere esse veram)hoc
igitur ipsum falsum erit . Nam si omnis affirmatio falsa est:& ipsum dicere omnis af
firmatio est falsa , est affirmatio , falsum profecto fuerit omnem affirmationem esse
falsam (quod si verum est) .i.si dicerent isti , omnem affirmationem esse veram prę
ter hanc : omnis affirmatio est falsa , hanc enim solam ex affirmationibus veram
esse,tñ falsum esset dicere oīs affirmatio falsa est.quēadmodū si qs omnē hominē esse
albū dicat,et vnus reperiatur nō albus,falsa est eius oratio,q̄ ait oēm hominē esse albū
ac proinde(soluetur id quod ab hisce dicitur,q talibus obstant,atq; oio disputationē,

emedio tollunt)quoniam ſi affirmatio hoc eſt quod negatio, non licebit diſputare. ſimilis autem inquit. Heracliti ſententię eſt opinio. Protagorę.hic.n. cūctarū rerum menſuram hominē eſſe dicebat.nihil aliud dicens q̄ quia mel aliis videtur dulce, aliis amarū,idcirco mel & dulce & amarū eſſe,q̄d cōſtāter in eē dulce atq; amarū pmaneat. Soluetur aūt hęc dubitatio:ſi prius cōtemplabimur. Vnde orta hæc exiſtimatio fuit. Quibuſdā.n.ex phyſicoꝝ opinione naturaliū orta fuiſſe vī. Quibuſdā ex eo qa nō oēs eadē de eiſdē cognoſcunt, ſed aliis hoc dulce: aliis cōtrariū eſſe videtur:nihil.n.ex non ente : ſed omne ex ente fieri opinio fere omnium naturalium eſt cōmunis. Cum igitur ex perfecte albo minimeq; non albo fiat ac oriatur non album, ſi nunc generetur nō album ex eo:quod eſt non album:ex non ente ipſum illorū ſententia fiet : niſi idē & non album eſſet & album. At non difficile eſt hanc ſoluere dubitationē. Dictum eſt enim in naturali ſcientia:quonam pacto e non ente: & quo pacto ex ente fiunt ea:quæ generantur.

(Soluetur autem hęc queſtio,ſi prius cōtemplabimur,vnde orta hęc exiſtimatio fuit) Soluturus protagorę rationem cauſam in primis reddendam eſſe ait,quæ hunc & cæteros in huiuſmodi ſententiam induxit. & quoſdam ſententia phyſicorum ductos hęc tradidiſſe teſtatur, Quę phyſicorum ſententia cuiuſmodi ſit explicans ait, qm̄ ex non ente nihil fieri.i.ex eo quod nullo modo eſt effici nihil. ſed quidquid fit,ex aliquo ente & ſubiecto effici,omnium fere phyſicorū cōmune decretum eſſe. Nam hic eſt dictionis ordo,deinde ſequitur illud(quibuſdam quia non oēs eadem de eiſdē cognoſcūt.) i.quibuſdam accidit vt talia de rebus & cōtradictione traderent : propterea quod non oēs de eiſdem eadem exiſtimant. Nam quod his dulce videtur,hoc amarum aliis. quo fit,vt non oēs idem dulce eſſe arbitrētur. nec viciſſim amarum. Sed cum dixiſſet,quoſdam ex cōmuni phyſicorum ſentētia in hanc opinionem veniſſe, alios ex eo quod nō omnibus eadem viderentur:prius exponit quomodo ex phyſicorum ſententia quibuſdam occaſio data fuerit,vt album etiam non album eſſe dicerent, & dulce non dulce. Sed valde obſcure & tenebricoſe hęc interpretatur,cū igitur inquit non album fiat ex eo quod perfecte eſt album minimeq; non album.i. cum per me ariſtotelem & reuera non album fiat ex perfecte albo ſiue pure albo,& nequaq̄ non albo. i. non ex eo,quod partim eſt album,partim non album,ſed ex albo perfectiſſimo. Nam ſi non album fit, ex omnino albo efficietur. cum igitur non album,vt dictum eſt,fiat ex albo (nunc autē factum non album). i. p eos autem, qui contradictionem ſimul veram eſſe aiunt, quod efficitur non album. non fit ex albo, vt nos dicimus,ſed ex non albo. iſti.n.non album ex non albo generari cōminiſcuntur:per iſtos igitur,ſi fiat nō albū, nihil aliud eueniet,q̄ quod fit non album,id ex non albo fieri. cum contra oporteret,ut ex albo fieret. quod ſi non album fiat ex non albo,nō album per ipſos ex minime ente efficietur (niſi idem & non album eſſet & album). i. niſi nō album idem eſſet,atq; album, ſic.n. per hyperbatō legendum eſt. Ac dictionem quidem explicauimus, ſenſum autem huiuſmodi eſſe puto. qui phyſicorum ſententiam ſequuti ea, quæ diximus tradebant: propoſitionem ex inductione ſumebant falſam. Ad hunc modum. vt homo ex homine fit, equus ex equo, ſic non album ex non albo efficietur, non ex albo. quæ quidē propoſitio falſa eſt. Nam licet hō ex hoīe procreeť, pxime tū ex ſemīe virili & mēſibus muliebribus,q̄ hoies nō ſunt generatur. hāc igiť propoſitionē falſam, xix.

aſſumentes,q̄. f. non album ex non albo,non ex albo generatur,& alteram item falſam .ſ. omnes negationes non entia ex non entibus ſignificant, in hunc modum argumentabuntur. ſi non album efficitur,vtiq; ex non albo efficietur,non album autem eſt non ens,non album igitur ex non ente efficietur,at ex non ente nihil fieri,phyſicorum eſt conſenſus,non igitur efficitur non album ex non albo,ſiue ex non ente. Ergo efficitur ex ente. At ſi non album eſt non ens,album proculdubio erit ens,ac proinde albū, vel quod eſt tantundem,ens id erit,ex quo efficitur non album,cum quod efficitur ex ente fieri oporteat. ſed rurſus quatenus non album per iſtos efficitur ex non albo,id ex quo non album efficitur,erit non album. id igitur ex quo non album fit,album erit & non album. Et item dulce,& non dulce id,ex quo efficitur dulce. cui ſimilis eſt cęterorum ratio. quod ſi verum eſt,contradictio ſimul vera fuerit. hanc igitur queſtionem ſoluens verum dictu eſſe ait,non album ex non ente fieri, non tamen ex non ente ſimpliciter,ſed ex non ente aliquo,& aliquo nō ente,de quibus eſt in libro primo phyſici auditus diſputatum. Sed quærat aliquis in ea, quæ initio explicandę dictionis dicta ſunt,quomodo ait non album ex perfecte albo fieri? cum non album quiddam exempli gratia fuſcū ex nō albo efficiatur, hoc eſt ex nigro. An vt puto hoc dixit ad noſtram imaginationem ſpectans? Nam cum omne quod fit ex negatione tui fiat,ſimul atq; audimus fieri non album, imaginamur eius negationem. i. album.

Atq; fidem vtriſq; ſimiliter opinionibus eorum ac imaginationibus adhibere,qui inter ſeſe contendunt:inſignis dementię eſt. Conſtat.n. alterum ipſorum:neceſſario dicere falſum. Patet autem ex hiſce: quæ fiunt in ſenſu. Nunq̄.n. idem aliis dulce:aliis contrarium videtur. Si non corruptum atq; infectum inſtrumentū eius habeant ſenſus:qui dictos ſapores diſcernit. Quod cum eſt tale:alteri, putandi ſunt menſura : alteri non putandi. Idem & in bono,& honeſto:ac turpi & iſtiuſmodi cæteris eſt cenſendum.

xx. (Atq; vtriſq; ſimiliter opinionibus eorum, atq; imaginationibus attendere,qui inter ipſos contendunt ſtultum eſt.) inter ipſos dixit pro interſe inuicem. hęc autem verba ad ſolutionem ſpectant eius rationis,quæ quoniam non eadem omnibus videtur, idcirco idem bonum & non bonum, & album idem & non album eſſe ſtatuit. ſtultum igitur eſſe ait inter ſe diſſidentium ſententias accurate diſcutere. nam quid magis alienum dici poteſt,q̄ idem & dulce eſſe,& non dulce, propterea q̄ recte valenti dulce videatur, ægrotanti non dulce,cum ægrotantes haud dubie decipiantur. quippe quibus,cum recte valerent, non videbatur illud non dulce, ſed dulce, quod ægrotantibus idcirco videtur amarum,quoniam ipſorum ſenſorium eſt debilitatum. & id quo iudiciū de huiuſmodi ſaporibus fertur. quod cum ita ſit,par eſt, vt recte valentes, qui ſanum ſenſorium obtinent,menſura rerum ſint,deq; his recte iudicare exiſtimentur,& res tales eſſe dicantur,quales ab his eſſe dicuntur. nec ægrotantibus fidem habeamus. Eadem eſt boni turpiſq; ratio. Nam quæ homines ſtudioſi bona eſſe dicunt, ea bona ſunt appellanda, quæ mali, non item. Vt enim recte valentes ad ægrotantes,ſic ad malos ſtudioſi ſeſe habent.

Illud enim cenſeri non aliud eſſe conſtat, quam tot eſſe ea putare oportere quot hiſce videntur, qui ſub viſu digitum ſubmittunt: atq; faciunt vt ex vno duo tunc videantur: propterea quod illis tot eſſe videnť, & rurſus vnū:nā hiſce q viſum nō mouēt:ipm vnū nō plura: ſed vnū eſſe vī.

Omnino autem absurdum esse videtur ex eo de veritate iudicium facere, quia res quæ hic sunt mutari videtur: & nunq̃ in eisdem persistere. Oportet. n. ex hisce veritatem venari: quæ semper eodem modo sese habẽt. Mutatiõemq; nullam suscipiunt. Talia vero sunt ea: quæ sunt in cœlo. Hæc n. non interdum talia: interdum non talia, sed semper eadem videntur: nullamq; mutationem suscipere.

(Illud. n. censeri non aliud esse constat, q̃ tot esse &c.) Sensus est. affirmare idem dulce & idem amarum esse: propterea q̃ mel recte valenti dulce, idem ęgrotanti amarũ esse videtur, simile est ac si idem vnum & non vnum esse dicas. quoniam si subiecto digito moueas visum, quod vnum est, id tibi duo esse videbitur, idem vnum tantum existimabitur, si quiescente oculo intuearis. Absurdum est. n. dictu vnum esse duo, cũ tranquillus visus vnum esse renunciet, quod eidem concitato duo esse videtur. Vt igitur hoc ridiculum est, sic item dulce idem esse atq; amarum asserere, quoniam huic dulce, illi amarum esse videatur. hæc effatus absurdum omnino esse ait, quoniam circunterranea nobisq; familiaria fluxa instabiliaq; esse videantur, ab his sumpto argumento talia de veritate constituere. cum sit ęquius: & magis philosopho dignum a sempiternorum constantia, queq; nulla prętereq̃ loci mutatione conuariant, quidnam verum sit aucupari. mundum autem vocat ęthereos globos, & stellas. xxi.

Præterea si est motus, atq; aliquid mouetur: omne autem quod motu cietur ex aliquo atq; ad aliquid pergit. Id sane quod mouetur: in illo esse ex quo mouetur & non in ipso esse: & ad hoc moueri: atq; in hoc esse sententia ipsorum oportet: vel non sunt simul contradictoria vera

(Præterea si est motus atq; aliquid mouetur, omne autem quod motu cietur ex aliquo atq; ad aliquid pergit) hoc quoq; ad redargutionem illorum pertinet, qui contradictionem simul esse veram aiebant. Dicit autem. quoniam cum motus sit, necesse est, vt sit aliquid, quod moueatur. quidquid autem mouetur, ex aliquo mouetur, & in aliquid, idcirco vt quod mouetur, in illo sit oportet. i. fit igitur per eos: qui contradictionem simul esse veram tradunt, vt quod mouetur, sit in termino ad quem mouetur, & non sit, similiter in quo motum fuerit, sit, & non sit. hoc autem consequi hinc intelligere licet. Nam cum id quod ex aliquo motũ esse debet, quiescens in illo ex illo moueatur, quatenus in illo quiescit, est in illo & non est in illo. Siquidem cõtradictio simul vera est. fiquid. n. ex albo moueri debet, id in albo est, & in ipso quiescit. cum autem per hos de albo non album vere prædicetur, nõ erit in albo. est igitur in albo, & non est in albo. Rursus quoniam mouetur in nigrum, non est nigrum, at cum non nigrum per istos nigrum etiam sit, fit in hoc. i. est etiã in nigro. Nam fit hoc in loco pro est positum est, sed verba quæ græce proxime sequuntur obscurissimam reddunt orationem. Articulus enim generis neutri & (autem) coniunctio pro vel dicta sunt. vt dictio tota cõcine ad hunc modum explicari debeat. si motus est & aliquid quod moueatur, omnis autẽ res ex aliquo in aliquid mouetur: id quod mouetur vel erit per istorum doctrinam in eo, ex quo mouetur, & non erit, vel contradictio non erit simul vera. si ergo illa fieri nõ possunt, verum fuerit contradictionem non esse simul veram. xxii.

Et si ea: quæ sunt hic fluunt cõtinue rõne quantitatis atq; mouentur, idq; quispiam ponet, & si veritatis metas egreditur: cur rõne qualitatis nõ manent? Videtur. n. ex eo quoq; de eodẽ cõtradictoria p̃dicare: quia quantũ in corporibus manere non putant. Quapropter idem & quattuor cubitorum esse atq; non esse censent. At substantia ad qualitatem accomodatur, atq; hæc est definitæ naturæ, quantitas vero indefinitę. Præterea cur medico cibum hunc sumere iubente sumunt, non est enim hoc panis potius q̃ non panis, quare nihil refert comedant an non comedant. Nunc vero quia ille circa ipsum verum dicit, atq; est eis cibus, quem ille iussit, hunc ipsum sumunt, & tamen non oportebat, non permanente in sensibilibus, natura fixa vlla, sed subeuntibus semper motum continuoq; fluentibus vniuersis. Præterea si alteramur semper & nunq̃ idem manemus, quid mirum, si eadem nobis vt ipsis ægrotantibus nunq̃ videntur. Et enim hisce quia non perinde habitu sunt dispositi, atq; cum sani erant, ideo non similia videntur ea, quæ sensu percipiuntur, ipsa quidem nullam subeuntia ob id ipsum mutationem. Impræssiones autem in sensu ipsis ægrotantibus efficientia diuersas ob sensuum instrumentorum variam dispositionem, & non eadem. Ergo & cum dicta mutatio fit eodem modo rem sese habere fortasse necesse est. Quod si non mutamur, sed idẽ manemus, erit in rebus profecto quippiam manens. xxiii.

(Et si ea, quæ sunt hic fluunt continue ratione quantitatis) cum res per formam habeant, vt sint, atq; dicantur id, quod dicuntur, per materiam vero, hãc. n. appellat quantũ, vt paulopost formam quale vocabit, vt continenter fiuant, siquis inquit nostratia continenter secundum materiam fluere concedat. q̃q̃ id verum non est, neq; n. quæ augescunt, & incrementum recipiunt continenter fluunt, neq; lapides & pleraq; alia, cur propter quale & formam non dicantur persistere? Quale. n. siue forma & substantia non fluit, sed manet eadem. Si ergo isti contradictiones idcirco de eodẽ atq; vno prædicãt vt videnť, qa quãtũ & materiã nõ psistere putãt, cũ mãneat quale atq; forma & determinata sit a qua rebus eẽ suppeditať, pfecto istis ob hãc ipsã ꝓtradictiõis veritas potius erat inficienda. Nam si res cõtincter fluere rati cõtradictionẽ simul esse cõfirmãt, si easdem non fluere ipsis fuerit probatum, par est, vt contradictionem simul veram esse negent. Præterea inquit si contradictio simul vera est, panis erit non panis. cum ergo istis medici pane vesci præcipiunt, cur allatum panem non negant esse panem, eundemq; abiiciunt, sed accepto vt pane vescuntur? suis igitur operibus isti se non ex animi sententia talia dicere testantur. (Quare nihil refert comedãr, an non) Nam si comedere hoc est quod non comedere, par esset ne comederent. (Tamen nõ oportebat non permanente natura fixa vlla). i. non oportebat vt panis esset, quod admouent quasi panẽ, cum per ipsos nullo tempore quidq̃ idem persistat. Præterea inquit quoniam per istos continćter alteramur, nec vnq̃ idem persistimus, idcirco nunq̃ res eædem nobis esse videntur, non q̃ res eædem dulces sint, & non dulces: bonæ & nõ bonæ. vt. n. motus per sensus a sensibilibus excitati non perinde laborantibus, atq; valentibus videntur, propterea q̃ alio nunc ægrotantes habitu tenentur, q̃ prius cum recte valerent, (eodem modo rem sese habere necesse est) subaudiendum est, in nobis. Itaq; res eædem sunt, sed nobis alias aliç videntur esse, cum supradicta. i. continẽs mutatio in nobis versetur. Siquis ergo nos continenter mutari dicat, quæ diximus cõsequentur, sin autem non mutamur, sed iidem persistimus, & in identitate perseuera

tus,nimiꝝ aliqua sunt quæ pſiſtũt,nec fluunt,in qbus nõ erit simul vera cõtradictio. Eoꝝ igit̃ siās,qui dubitationes dictas hñt ex rõne,non est facile dissolue re,si non aliqd ponant,atq; huiusce non vlterius postulẽt rõnem. Sic.n. oĩs rõ,oĩsq; demonstratio fieri solet.Nihil.n.ponentes disputationẽ atq; rõnem oĩno tollũt.Quare nõ erit ad tales hois rõ.At hisce qui per dubita tiones traditas dubitant,facile est obuiã ire,atq; ea dissoluere quæ in ip⁊ sis faciũt dubitationẽ,idq; ex hisce,q̃ dicta sunt patet. Quare pſpicuũ ex his euasit:cõtradictorie opposita de eodẽ vno in tpe vere dici non posse, neq; cõtraria, ꝓpterea qd̃ cõtrarietas oĩs p priuationẽ atq; habitũ dicit̃, qd̃ qdẽ patet,si rõnes cõtrariorꝝ ad pricipiũ resoluant̃.Similiter neq; qq̃ eorꝝ:q̃ media sũt,de vno p̃dicari eodẽq; potest.Nã si subiectũ sit album, dicẽtes ipm nec albũ nec nigrũ esse,falso dicimus.Accidit.n.albũ ipm eẽ, atq; nõ esse,etenim alterꝝ cõplexoꝝ de ipso vere dicet̃.Hoc aũt est cõtra dictio albi.Neq; igit̃ si,vt Heraclitus,neq; si, vt Anaxagoras cẽsebat,di camus,fit vt vere dicamus,alioqn eueniet,vt de eodẽ cõtraria p̃dicent̃. Cũ.n.in quouis cuiusuis ptem esse dicit,tunc non magis dulce dicit esse, q̃ amaꝝ,aut reliquaꝝ quãuis cõtrarietatũ.Si qdẽ in quouis qd̃q; nõ potẽ tia solũ,sed actu segregatũq; inest.Similiter non fit,vt dictiões oẽs aut ve ræ sint,aut falsæ,tum ob alias cõplures sane difficultates:quæ ob hãc cõ cludi positionem accumulariq; possunt,tum etiam ex eo,quia si vniuer⁊ sæ sint falsæ,neq; idipsum si quispiam dixerit verum dicet. Sin omnes sint veræ,si falsas dixerit esse,non falsum dicet.

(Eorum igitur sententias,qui dubitatiões dictas habent ex rõne,non est facile dissol xxiiii.
uere si nõ aliqd ponant)His verbis docet nos eoꝝ,qui talia tradũt,qui possint ad sa nitatem redire & ab hmõi errore vendicari,& qui secus.q ergo inquit sic rõnibus per suasi sunt,vt nõ solũ rationẽ,quæ idem album et non albũ esse demonstrat,verã & in⁊ uictã esse dicãt,sed etiam quod vident id hominẽ esse,& non hominẽ,in hos difficilis est ratio disputandi.atq; adeo fieri non põt,vt rationes soluantur,quibus vt talia dicãt, & sentiant fuerunt adducti si nihil neq; ponant neq; concedãt neq; rationem requirãt qua solui possint rõnes,quibus adducti fuerint.siquis enim eo dementiæ ac stuporis processit,vt ne suo quidẽ sensui fidem habeat,sed cũ socratẽ videt,vt hominẽ ipsum ac vt non hominem videre confirmet,is quomodo contradicẽtem audire substineat, aut omnino quidq̃ concedere! At si nihil isti ponunt:neq; concedunt, qua ratione li cebit eos conuincere!cum omnis ratio omniscq; demonstratio ex positione ac confes⁊ sione aliqua proficiscatur·Cæterum deficientur admodum in principio dictio illa di cta esse videtur,quæ ait(Eorum igitur sententias,qui dubitationes dictas habent ex ratione,non est facile dissoluere,si non aliquid ponant)hic.n. desideratur hoc,& qui res tales sibi videri aiunt .vt plena oratio sit huiusmodi.quibus hæ dubitationes inie⁊ ctæ sunt a ratione ipsis obiecta, quæq; ipsos adduxit vt res affirment,tales sibi videri, quales esse aiunt,in eos nulla ratio est,nulla redargutio.q vero ambigẽtes sic autem hic quidẽ hõ est,nec nobis nõ hõ vr̃,sed rõnibus victi eundẽ hoiem & nõ hominem esse dicimus,eis occurrere nõ est factu difficile,atq; eorũ dubitationes,supradicta ra⁊

tione diluere .hi enim cum sensui fidem adhibeant rationem vsui rerum ac sensibus consentientem audire percupiunt. Quare inquit perspicuum ex his euasit contradi ctorie opposita de eodem vno in tempore vere dici non posse,neq; contraria, propte rea quod contrarietas omnis per priuationem atq; habitum dicitur, qm̃ priuatio & habitus eiusdem simul esse nõ possunt.dici aũt cõtraria p priuationẽ planũ esse ait cõ trariorꝝ rõnes ad initiũ resoluẽtibus.i.rõnes cõtrariorꝝ sumẽtibus.Nã si valetudo est calidoꝝ atq; siccoꝝ tẽperamẽtũ ,morbus vtiq; hoꝝ distemperamentũ fuerit, distem⁊ peramẽtũ autẽ priuatio est tẽperamẽti,contraria igitur vt priuatio & habitus de eodẽ p̃dicari nequeũt.Similiter neq; qd̃q eoꝝ q̃ media sunt cõtrariorꝝ,vt fuscum & similia de vno & eodẽ simul valẽt p̃dicari.Nã si subiectũ est albũ:nõ licet ipsum neq; nigrũ neq; albũ dicere.i.si albũ est:non licet ipm appellare fuscũ.fieret.n.vt idẽ albũ esset,& non albũ.Sed qm̃ nigrũ & albũ copulauit dicens:neq; nigrũ neq albũ:deinde cũ di⁊ xisset falsum dictu,esse albũ neq; nigrũ esse:neq; albũ,adiũxit(Et.n.alterꝝ cõplexoꝝ de ipso vere dicetur·)hoc est albũ de albo vere p̃dicabitur , nõ mediũ siue fuscũ,illud vero(hoc aũt est cõtradictio albi)pp nõ albũ dixit.qd̃ si nõ albũ est cõtradictio albi, vtiq; non albũ haud vere de albo p̃dicabitur.Demõstratũ est.n.cõtradictiões simul ve ras esse nõ posse.Albũ igitur de albo vere p̃dicabitur.nã verꝝ est dictu albũ esse albũ. & cõcludit dicens(Neq; igit̃ si vt Heraclitus &c.)est aũr sensus.Nõ igitur verũ dice mus,si idẽ bonũ & nõ bonũ eẽ dixerimus,vt Heraclitus aut Anaxagoras cẽsebat. Nã si dicẽtes,vt illi diebãt,verũ dicere putemus,fiet vt cõtraria de eodẽ prędicent̃, qd̃ fie ri non posse demonstratũ est.docet aũtẽ quomodo fiat p Anaxagorã,vt cõtraria in eo dẽ simul sint.Nã cum in oĩ & quauis re oĩa esse dicit Anaxagoras ,dulce,amarũ,albũ nigrũ & cętera cẽcta,Nã oĩa in oĩbus nõ potẽtia,sed actu ac separata & per se eẽ ait, nihil aliud dicit,q̃ cõtraria esse in eodẽ.¶ Similiter inqt nõ fit vt dictiões oẽs aut veræ sint aut falsæ).i.perinde errant,q oĩa falsa esse dicũt,atq; ii qui cuncta vera esse cõfir⁊ mant,dictiões.n.appellat sententias,quæ de rebus habẽtur.Nã si oẽs sententiæ falsæ sunt,haud dubie illa quoq; falsa erit,quæ oẽs falsas esse dicit.Itaq; falsũ erit dictu oẽm affirmationẽ esse falsam.at si oĩs affirmatio vera est,vera est igitur ea,q̃ ait oĩs affirma tio est falsa.& si verꝝ est oẽm affirmationẽ esse falsam,falsum erit oẽm affirmationem esse veram.Itaq; omnem esse falsam tam falsum dictu est q̃ omnem esse veram

Oĩs aũt scia principia q̃dã circa vnũquodq; eoꝝ: q̃ sub se cadũt atq; cãs q̃rit. Vt medicina, vt corpoꝝ exercẽdoꝝ facultas:& quæq; cæteraꝝ effe⁊ ctricũ,mathematicaꝝ ve,nã haꝝ q̃q; genus qppiã definitũ sibi assumẽs, qd̃ qdẽ sit in reꝝ rõne,entisq; subeat rõnẽ,circa idipm versat̃ ptractatio⁊ nẽq; facit,nõ tm̃ vt ens est entisq; subiicit rõni.At hæc alia q̃dã ẽ scia ꝑter illas,dictaꝝ autẽ quæq; sciarũ ipm qd est aliquo mõ in vnoquoq; genere sumẽs,reliqua mollius aut exactius demõstrare conatur.Sumũt aũt ipm quid est aliæ per sensum,aliæ supponẽtes.Quapropter & ex tali patet in⁊ ductione substantiæ & ipsius quid est demonstrationem non esse.

xxv. (Omnis autẽ scientia principia quædã & causas q̃rit)Propositũ ei est hoc in loco, vt sapientia quo discrepet a cæteris disciplinis ostendat.qd̃ discrimẽ explicat docens cæ teras disciplinas accipiẽtes aliquã entis partẽ quasi existentẽ ac entitatis participantem demonstrare,q̃ illi ꝑse accidũt,nõ qua est ens, sed in eo qd̃ est talis.Nã geometria pro positis sibi lineis,ea cõsiderat,quæ illis accidũt in eo qd̃ tales sunt.i.in eo ꝙ quãtæ & cõtinuæ,non in eo qd̃ sunt entia.Et phyſica sua subiecta non in eo qd̃ entia sunt cõ⁊

templat̃,sed in eo q̄ principium motus in se hñt.cui similis est cęteraꝝ doctrinaꝝ rō. Itaq; hoc sapię ac cęteris doctrinis interest,q̄ illaꝝ q̄dā sibi subiecta vt quanta & cōtinua p̄siderat,q̄dā vt mobilia & alia itē rōne alia.nulla tñ ipsoꝝ q̄ sit cōtinui aut lineę natura cōgrit.sapia vero esse & naturā ipsoꝝ cōsiderat,& de ipsis in eo q̄ entia sunt cōtēplatur. Nā esse cuiusq; ipsius natura est.oīs ergo sciētia inḡt principia q̄rit & assumit, sed nulla ipsaꝝ principia vel q̄ ex principiis existunt,in eo q̄ entia sunt cōtēplat̃,vt diximus,sed q̄dā alia est,sapia videlicet appellata, q̄ de naturis ac definitiōibus edisserit. & oīo ipsaꝝ esse q̄d sit inuestigat:medicina vero physica,mathematica:& cęterę:quas supra cōmemorauimus:disciplinę sui q̄q; generis q̄d est siue definitionē vt manifestū q̄dā & cōfessum assumunt . Neq;.n. mathematicus lōgitudinē latitudinis expertē linee definitionē esse demōstrat.sed q̄ eius definitio sit,vt indubitatum assumit.haꝝ igr̄ quęq; p cōfessio sumēs hanc definitionē seu descriptionē huius esse principii,quæ sub principiis cadunt,q̄dā remissius molliusq; demōstrat,vt astronomia: accuratius alia vt geometria.Neq; vero disciplinę oēs principia similiter assumunt,sed physica exempli gratia accepto p sensum:ignē calidum esse atq; siccum,aquā frigidā & humidā,ipsoꝝ opera & affectiones cōsiderat.geometria vero nō sensus argumēto,sed positione punctum id esse ait,cuius nulla pars est.Cū igit̄ oēs sciētię,vt dictum est,neq; suoꝝ principioꝝ definitiones demonstrēt,sed p cōfessio hanc esse huius accipiāt,neq; definitiones eas,q̄ a principiis p̄ficiscunt̃,hac inductione palā fit,substātię & q̄d ē seu definitionis nō haberi demonstrationē.q̄d est vnum ex iis,q̄ in q̄stionē veniunt.q̄rebat̃.n.vtr̄ definitionis habeat̃ demōstratio,an nō.Ac dictoꝝ q̄dē sensum hmōi esse puto . Effectiuā porro sciētiā vocat cemētariā lignariāq; artē & simpliciter oēs,quaꝝ post actionē opus aliq̄d ac effectus manet. cum sit ea actiua cuius post actionem nihil reliquum fit. qualis est ars saltandi aut fidibus cancēdi.de q̄bus in moralibus,q̄ nicomachia inscribūtur accurate dictū est(Nā haꝝ q̄q; genus quodpiā definitum sibi assumēs tanq̄ existens & ens circa ipm̄ versat̃.)Tanq̄ existens & ens dicit,nō q̄ geometria, verbi gr̄a, id q̄d circūscribit atq; accipit,in eo q̄ est ens cōsideret , sed qa sumens q̄d circūscribit, nō vt nō existens,sed vt existens ac entitate participans,quæ illi perse accidunt contēplatur.de quibus phylosophia in eo q̄ entia sunt edisserit.

Cum vero scia de natura,sit scia quędā:patet:& ab actiua & ab effectiua ipsam esse diuersam.Effectricis.n.principiū motus in eo q̄d est efficit : & nō in eo q̄d efficit̃ est:atq; hoc est aut ars q̄dā aut:alia q̄dā facultas . Similiter & ipsius actiuę motus principiū nō est in ipsa re agēda: sed potius in hisce:q agūt.Naturalis vero circa ea : q̄ motionis in seipsis principiū hñt versat̃.Sciam igit̃ naturalē necessario:neq; actiuā:neq; effectricē:sed contēplatricē esse ex hisce:q̄ diximus innotescit . Sub hoꝝ.n. genęꝝ vnū ipsa cadat necesse est.Atq cū ipm̄ q̄d est vnāquāq; sciam aliquo mō scire necesse sit : atq; hoc pricipio vti:nō lateat oportet:quonā mō diffiniēdū sit philosopho naturali:& quo pacto substātię rō sit ab eo sumēda. vtr̄ vt ipm̄ simū:an potius:vt cōcauū ipm̄.Hoꝝ.n.rō q̄dē simi:tū ipsius rei mā,rō āt cōcaui sine mā dr̄.Simitas.n.in naso fieri solet:quapp & ipsius rō cū hac ipa ē assignata.Est.n.simū cōcauus nasus.Patet igit̃ & carnis,& oculoꝝ:& reliquaꝝ ptiū rōnem sęp esse cū mā assignādā,Qm̄ aūt est scia q̄dā ipsius entis ea rōne qua est ens ac separabile,cōsiderandū est,vtr̄ eadē an diuersa

potius a nāli scia sit ponēda.Naturalis itaq; circa ea versat̃ : q̄ motionis in seipsis principiū hñt.Mathematica vero est q̄dē contēplatrix q̄dam & circa imobilia versat̃ & ipsa ar ñ separabilia vti patet.Est ergo circa ens separabile atq; imobile,alia q̄dā ab his vtriusq; diuersa,si sit i rōne reꝝ q̄dā substantia talis , separabilis inquā atq; imobilis,q̄d q̄dē enitemur postea demōstrar̃.At si qua ē i rōne reꝝ talis natura,ibi pfecto & ipm̄ diuinū erit idq; erit principiū primū,atq; principiū maxime.Patet igit̃ genera cōtēplatiuaꝝ tria sciētiarū esse,naturalē,mathematicā,theologiā.Atq; genus q̄dē scientiaꝝ cōtēplatiuaꝝ est p̄stātissimū.Harū aūt ipsarū p̄stabilissima est ea,quā ultimo diximus.Circa nāq; p̄stabilissimū eorū,q̄ sunt i rōne rerū uersat̃.Præstabilior.n.atq; deterior q̄q; suo dici subiecto solet.Dubitauerit aūt q̄spiā si eius q̄d est sciam vt ens ē,vniuersalē ponere oportet nec ne.Mathematicarū.n.q̄q; sciētiarū circa q̄d definitū genus versatur, vniuersalis aūt de omnibus est cōis.Si substātiæ igitur naturales primæ sint omnium,naturalis quoq; prima scientiarū omnium erit.Sin vero sit alia quędam natura,substantiaq; seperata,atq; imobilis,aliam ipsius scientiā esse,prioremue sciētia naturali,atq; vniuersalē hoc ipso quod antecedit.

xxvi. (Cū vero sciētia de natura sit scientia q̄dam: patet & ab actiua & ab effectiua ipsam esse diuersam)Exposito sapientiæ ac cæteraꝝ disciplinaꝝ discrimine,differentiā declarat,qua physica hoc est naturalis doctrina discrepat ab actiuis & effectiuis sciētiis: quæ aūt actiuæ,q̄ effectiuæ esse intelligātur:statim enarrauimus. Ad hunc igitur modū argumentatur:oīs actiuæ,& effectiuæ scientiæ principiū motus,per q̄d efficienda agendaq; vel fiunt vel agūtur,in aliis.i.in agēte & efficiente est,principiū aūt̃ physicę nō ē i alio,sed i iis,q̄ fiūt a nā.physica igit̃ nō ē neq; actiua neq; effectiua,porro principiū effectiuæ & actiuæ non esse in eo q̄d fit & agitur,certū est.Neq;.n. principium domus ędificandæ in domo ipsa est:sed in cæmentario artifice.neq; saltationis in saltu,sed in saltante:nec cithara personādi in cithara,sed imperſonāte.At physicæ principiū:per q̄d edūtur opa naturalia in iis esse,q̄ efficiūtur,nemini est ignotū , q̄ modo illam doctrinā paulo accuratius attigerit.est.n.natura motus & quietis principiū eius in quo est primū & pse est:ac nō ex accidēti.q̄d aūt ad dictionē pertinet , cū ait(Atq; hoc est aut ars q̄dā aut alia q̄dā facultas)artē vocat,vt artē cæmētariā,aliā vero facultatē,animātiū rōnis exptiū impetū naturalē:vt quo aranea telā suā:hirundo nidū cōficit.hæc.n.nō arte quadā ab illis peragūtur:sed impetu quodā naturali.Ergo cū doctrina q̄q; cōtēplatiua sit:vel actiua aut effectiua:physica vero q̄ doctrina est: nec sit actiua nec effectiua:reliquū ē vt physica cōtēplatiua sit.Nā cū sit necesse,vt sub aliq̄d horū genęꝝ cadat:planū fit:ipsam ex necessitate contēplatiuā eē.aut actiuā vel effectiuā. hęc effatus vt theologus & cūctis disciplinis superior:docet qūo physicus debeat quo dāmodo definire.neq;.n.tamq̄ theologus definire debet.dicit ergo.(Atq cū ipm̄ q̄d ē vnā quāq; sciētiā aliquo modo scire sit necesse)aliquo modo.i.citra demōstrationem. cū hoc igit̃ sit necesse(non lateat oportet quonā mō definiēdū sit pho naturali:& quo pacto substātiæ sit ab eo sumēda definitio.vtrū vt ipsum simū:an potius vt cōcauum ipm̄:simū dicit:qm̄ simū semp definimus cū materia in ipso subiecta:hoc est naso.dicimus.n.simitas ē cauitas in naso.quod idcirco facimus : qm̄ simitatis subiectū deter

minatum est. Nã similtas sp est in naso, cauum vero idcirco sine materia definiť: qm̃ in ere, ligno, terra, cęlo: circulo, breuiter in cunctis fere corpibus reperiť. Vt igiť simum definitur⁹ necesse vt in eius definitionẽ mãteriã ei subiectã: hoc est nasũ cõplectať, sic physicus siue carnis spẽm, siue oculum si quãue aliã spẽm naturalẽ definiat: necesse est, vt ipsis subiectã materiã cõplectať. hæc effatus ait. qm̃ demõstratum est: esse quãdam entis doctrinã in eo ꝙ est ens, qđ aũt ꝓprie est ens, separabile est & expers oĩno materiæ: vtq; hoc principium cõsiderare deq; ipso differere munus physici sit, an mathematici? quoq; neutrius esse respõdet, Nã physica seu physicus in ea ingrit, q̃ in se moucdi principium hñt: ens aũt ꝓprie intellectum: qđ est primũ principiũ, & materiæ ĩmune oĩo stabile est & ĩmobile. Mathematica vero ĩmobilium & manctium est cõtẽplatrix. sed sola cogitatõe separabilium: & in materia cõsistẽtium. vt intelligať, ne ad hãc qdẽ primi principii q̃stionẽ ptinere. illa igiť doctrina, q̃ ĩmobile illud & oĩo separatum cõsiderare conať diuersa est a physica & mathematica. (At si qua est in rõne regq; talis natura, ibi pfecto & ipm diuinum erit). i. ea vtiq; fuerit deus, q facile princeps primũq; principium est. Ex dictis ergo planum nobis est effectũ, tria esse cõtẽplãtium doctrinaq; gña mathematicã, physicã & theologiã. At cõtẽplastricum genus actiuis & effectiuis scictiis & artibus anteferť, rursus ex cõtẽplatricibus ea potissima est, q̃ potioribꝰ vtitur principiis. potioribus aũt vtiť, q̃ vltimo loco dicta est i. theologia. Prẽterea non ab re hoc in loco q̃rit cum mathematica & physica & ceteraq; q̃q; sumẽs genus aliqđ ẽtis illius accidẽtia cõsideret, hęc aũt vniuersalis ipm ẽs ĩ eo ꝙ ẽ ẽs, ñ ptẽ aliq̃ vtq; hæc vniuersalis tcia sit, & genus physicę atq; mathematicę & ceteraq; doctrinaq;? an secus? Nã si subsẽtię ingt naturales ceteris essent priores, pfecto physica prima & vniuersalis doctrina esset. sin aũt est q̃dã alia natura subsẽtiis naturalibus prior separabilis & expers materię: necesse est, vt illius doctrina diuersa sit, & prior atq; vniuersalis. vt aũt doceat qũo hanc appellauerit vniuersalẽ adiecit illud (hoc ipso ꝙ antecedit.) quasi dicat ppositã doctrinã vniuersalẽ appello, non ꝙ de ceteris ꝑdicetur, sed qa prior est & secum tollit alias. sublata. n. theologia: nõ est dubium. qn eius principia tollanť, nam si hęc manerẽt, ipsa quoq; maneret, at sublatis theologię principiis, cętera quoq; omnia sublata erunt. Intelligẽdum est aũt: qm̃ theologiã appellat vniuersalẽ: nõ ꝙ de pluribꝰ ꝑdicetur, sed ꝙ prior sit, & secum alias tollat, idcirco cum ens & ꝓprie ens. i. primum principium appellet vniuersale, nõ quasi de pluribus dicať sic ipm vocare, sed qa secũ alia principia tollit. Cętex qua demum de cã hanc doctrinã eiusq; principium appellat vniuersale? An quia quę secum tollunt: vniuersaliora iis q̃ simul tolluntur solemus nuncupare, idcirco cũ hęc simul tollãt: cõsuetudinẽ sequutus ipa vocauit vniuersalia? Cum aũt ipsum ens simpliciter pluribus modis dicať: quorum vnus est hisce: qui per accidens dicitur: de tali ente primo considerandum esse videtur. Nullam itaq; scientiarum, quę traditæ sunt circa ipsum accidens versari: considerationemq; facere patet. Neq; n. extruendarum ædiũ facultas id quod accidet hisce: qui ædibus vtentur considerat: vt si cũ dolore habitauerint, an cum voluptate. Neq; ars texendi: neq; suendi: neq; ęt conficiendi epularum facultas: sed quæq; proprium munus: quod ad seipsum accomodatur tantum considerat: hoc autem est suus proprius finis. Neq; quemq̃ vt est musicus vlla grammaticus ue cõsiderat.

(Cum autem ipsum ens simpliciter pluribus modis dicatur, quorum vnus est is, qui per accidens dicitur.) Ens simpliciter hoc in loco appellat vniuersale. qđ autem dicit xxvii.

lamõi est. Cum ens vniuersale multis modis dicit quorũ modorum, vnus est, q dicitur ex accidenti, operępretiũ est de ente per accidens disputare. hoc est. n. quod ait (de tali ente primo considerandum esse videtur.) In dictione tamẽ hoc desideratur. utrum alia qua scientiarum vel artium id inquirit? an non? huc. n. pertinet, hoc quod subiicitur. (nullam igitur traditarum scientiarum de accidente disputare certum est) vt hæc verba nullam igitur traditarum scientiarum de accidente disputare certum est: sint solutio eius quod desideratur, vtrum aliqua scientiarum vel artium id inquirit? an non? Solucns igitur quæstionem dum negat de accidenti scientiam aut artem haberi ait. Neq; enim ars cæmentaria: vtrum domus molestę sit habitanda considerat. nec ars texendi vtrum vestis salubris, an morbifera sit futura. cui similis ratio in cęteris artibus reperitur: sed quod ad se proprie pertinet id vna quæq; contemplatur. est autem proprium artis cæmentariq; formam eiusmodi construere: quæ sit ad hymbres arcendos tuti idoneũ & ad opes ꝑseruãdas accomodatũ. & hoc tm̃ agit, vt forma efficiať q̃ pluuias arceť, & rẽ familiarẽ tueri valeat, nulla habita rõne molestæ aut iocũdæ hĩtatiõis. Accidit. n. domui vt hĩtãtibus ĩgrata molestaq; sit, & hoc ẽ ens p accidẽs. vt igiť cęmẽtarius faber nõ ꝑsiderat, qđ domui ꝓfuturę, sic nulla disciplina vel ars ꝓemplať ens p accidẽs. Neq; asserit eum: qui est musicus si grãmaticus fuerit, fore simul vtrũq; cum antea non esset. Quod autem non semper est ens: id fiebat profecto: quare simul musicum grammaticumue fiebat. Hoc autem nulla scientiarum earum quærit: quæ omnium sententia scientiæ sunt: nisi sophistica tantum. Hæc. n. sola circa accidens ipsum versatur. Iccirco Plato nõ male dixit: cũ circa id quod non est sophistã versari dixisset.

xxvi. (Neq; asserit eum qui est musicus si grammaticus fuerit, fore simul vtrũq; cum antea non esset.) hoc sophisma quod a sophistis ostentatur huiusmodi est, & sic ab ipsis concluditur. Ponunt hominem: exempli causa Calliam prius musicum fuisse grammaticę prorsus indoctum, deinde factum fuisse grammaticum: & sic argumentantur. Callias hic nunc simul est musicus & grãmaticus: quod si verum est, ergo cum factus est grãmaticus: musicus quoq; factus est. Nam cum sit nunc simul grammaticus & musicus, simul factus est grãmaticus & musicus: ergo cũ factus est grãmaticus nõ erat musicus. at erat musicus: anteq̃ grãmaticus efficeretur. vt positum est. Ante igiť q̃ grammaticus fieri inciperet, musicus erat, & nõ erat. sed paralogismus est in ꝓnunciato haud dubie falso qđ ait, quoꝝ existentia simul est, horꝝ gñatio quoq; simul efficiť. Neq; n. si hodie sosigenẽ esse & alexandrũ dictu verum est, ꝓtinus & illud, alexandrum tunc fuisse genitum cum sosigenes ꝓcreatus fuit. sosigenes. n. tẽpore posterior est alexandro. q̃q; ita acciderit, vt esset alexandri tẽpore sosigenes. sophisma ergo hmõi est. & hoc ipm Calliã musicum, etiã esse grãmaticum est qdẽ ens, sed ens p accidẽs. accidit. n. vt cũ musicus esset: fieret grãmaticus. cũ ergo docuisset aristoteles nullã disciplinã de ente p accidens disputare: qa Calliã esse nunc simul misicũ & grãmeticũ ex eoꝝ habeť numero, q̃ p accidẽs sunt, idcirco nullã doctrinã cõsiderare ait an cũ factus ẽ grãmaticus, simul factus fuerit musicus. Nã doctrinę de entibus ediderũt, qđ aũt est p accidẽs: id ꝑpe modum nõ ens est. in quo ars sophistica versať. vt pulcherrime tradiderit plato, sophistã in nõ ente versari. Cętex incõcina & pq̃ obscura dictio ẽ, q̃ ait (Neq; asserit q est musicus & cętera.) sed vt mihi qdẽ vr: ad hũc modũ est coaptãda (qđ aũt nõ sp est ens: id fiebat ꝑfecto, quare simul musicus grãmaticusq; fiebat.) deide adiungẽdũ (neq; eũ q est musicus grãmaticũ fore, cũ antea non esset) & sic legẽdũ (hoc nulla scientiaꝝ q̃rit, q̃ oĩum sentẽtia scix sit &c.) vt tota & ptinẽs oĩo ad hũc modũ sese habeat. (qđ aut q̃

non ſemper eſt ens: id fiebat profecto,quare ſimul muſicus & grammaticus fiebat: eū igit̄,q eſt muſicus grāmaticū fore,cū antea nō eſſet:nulla ſcia㛫 ea㛫 q̄rit &c.)illud aūt qđ ait(qđ aūt nō ip eſt ens,id fiebat,pfecto:quare ſimul muſicus & grāmaticus fiebat)cōfirmatio eſt,qua ſophiſtæ cōcludere conant̄ ꝙ Callias nō erat muſicus,qñ erat muſicus.itaq; verba illa(qđ aūt nō ſp eſt ens id fiebat ꝓfecto)ſophiſta㛫 ſunt, q̄ ſic argumēt anť.Qđ nō ſp eſt,& cū prius nō eſſet nūc eſt,id efficiebat̄,Callias autem nunc eſt muſicus & grammaticus:quod prius non erat, vtrumq; ſcilicet grammaticus & muſicus,quia muſicus tantum erat,Callias igitur cum grammaticus fieret,effectus eſt muſicus.at quod fit non erat,callias ergo q muſicus fit,non erat muſicus. & tamē erat muſicus.Sed ipſe cum dixiſſet(quare ſimul muſicus grāmaticuſq; fiebat) prætermiſit illud.at qđ fit nō erat.& Callias ergo muſicus erat,& nō erat muſicus.dū ſuo more cōſulit breuitati.nobis tñ hæc vt a ſophiſtis dicta ſunt accipiēda.illa vt ab ariſtotele (cū q eſt muſicus:ſi grāmaticus fuerit factus:fore ſimul vtrūq;,cū antea nō eſſet,hoc nulla ſciarū ea㛫,q̄rit q̄ oīum ſentēcia ſcīæ ſunt.)ho㛫 igitur verbo㛫 q̄ ad mentē ipſius dicta ſunt,ſenſus eſt.Qui prius erat muſicus, nſic aūt vtriſq; & muſicus & grāmaticus :cum prius.ſ.nō eſſet ſimul & muſicus & grāmaticus: & ſubaudiēdum eſt , vtiz is cū factus eſt grāmaticus:muſicus ēt fact⁹ ē,nulla doctrina ingrit ex iis:q̄ ſine ꝓtroverſia ſcię ſūt. At q fieri nō poſſe vt ſcīa ſit accidēs perſpicuū fuerit. Si qđ nā ſit ipm accidens enitamur videre.Eo㛫 igit̄:q̄ ſunt:alia ſp dicimus & neceſſario eſſe: atq; neceſſitas eſt hic ſumēda nō ea:q̄ violēta dr̄:ſed ea : qua in demōſtrationibus vtimur:alia plærūq;.Alia neq; neceſſario:neq; plerūq;:ſed vt cōtigerit:veluti frigus fuerit:cū ſol eſt i cane:qđ quidē neq; ſemp & neceſſe, neq; plærūq; fieri ſolet.Sed interdū accidere pōt. Eſt igitur id accidēs qđ fit qdē:nō ſemp aūt fit:neq; neceſſario:neq; plærūq;.Atq; accidēs quidem quidnā ſit diximus.Cur aūt rei talis nō ē ſcīa patet. Ois.n.ſcīa eius eſt ſane qđ eſt ſp aut plærūq;.At accidēs in neutro eſt ipſo㛫. At vero eius qđ eſt p accidēs nō eſſe principiū:cāſq; tales:quales ſunt eius qđ eſt p ſe: luce clarius extat.Erūt.n.oīa neceſſario:nā ſi hoc quidē eſt:cū hoc ſit: hoc aūt itidē,eſt cū hoc ſit.Atq; hoc nō vt cōtingēs:ſed neceſſario:neceſſario nimirū & id erit:cuius hoc erat cā:vſq; ad id:qđ affectus vltimus dr̄. Hoc aūt p accidēs erat:quia oīa neceſſario erūt.Atq; id:qđ eſſe & non eſſe : & fieri atq; nō fieri pōt:ex hiſce q̄ fiunt penitus tollitur:& ſi cā quoq; nō eſſe : ſed fieri ſupponat̄:eadē ꝓfecto euenient.Oē.n.quoduis neceſſario fiet.Si.n. eras defectio fuerit:ſi hoc fuerit factū:atq; hoc:ſi aliud qppiā:& hoc rurſus:ſi aliud:atq; hoc mō,ſi a finito tpe : qđ eſt ab hoc nūc vſq; ad accedētē diē tp̄s auferat̄:ꝓuenietur tandē ad id:qđ eſt.Quare cū hoc ſit:oīa poſteriora neceſſario euenient:quibus efficitur:vt vniuerſa neceſſario fiant.

(At q fieri nō poſſe:vt ſcīa ſit accidētis:pſpicuū fuerit.) cū aſſumpſiſſet ex inductione accidētis nō eſſe doctrinā:id verū eſſe planū nobis fore ait:ſi accidēs qd ſit definierim⁹. hoc enim ſignificant illa verba(ſiquid nam ſit ipſum accidens enitamur videre) ſed accidens definiturus entium partionem effecit , quæ vſui ſibi ſit ad reddendam accidentis definitionem dicēs . entium quędam ſemper & neceſſario ſunt. xxix.

ſed qm̄ vt in libro huius doctrinę quarto traditum eſt,neceſſarium multifariā intelligit̄:ac vno mō quod violentū eſt:idcirco adiecit(atq; neceſſitas eſt hinc ſumēda nō ea q̄ violēta dicitur,ſed ea,qua in demonſtrationibus vtimur)Nam quę ſunt eidē ęqualia ea interſe quoq; æqualia ſunt ſemper & neceſſario.& ſimiliter cęterę ſententię.quędā igitur ſemper & ex neceſſitate ſunt,quædam magna ex parte . Nam magna ex parte homines ſunt quinis digitis.alia neq; magna ex parte neq; neceſſario , ſed vt acciderit hoc eſt minore ex parte.ꝙ autē illud(cū acciderit)ꝙ minore ex parte dixerit, ipſe ſub iecto exemplo declarauit.vt inquit minore ex parte raroq; ſub canis exortum frigus efficitur.fortaſſis n.hoc vſu quādoq; veniet.Accidens igitur neq; eſt ex eorum numero,quæ magna ex parte ſunt:nec eorum,quę neceſſario & ſemper,ſed eorum quæ raro.facta igitur ad hunc modum entium partiōe:accidens definit dicens.(Eſt igitur id accidens quod fit quidem,nō ſemper tñ neq; neceſſario neq; plerumq;)ltaq; nigredo in coruo non dicetur ſimpliter accidens,ſed cum additamēto magna ex parte accidēs. quod autem fit raro id accidens ſimpliciter abſq; additamento nuncupatur.Ergo ſi oīs doctrina vel eſt neceſſariorum,vel eo㛫 q̄ magna ex parte ſunt, accidens autē non eſt huiuſmodi,accidentis certe ſcientia habetur. Aliter quoq; accidentis nō eſſe doctrinā oſtendit:in hunc maxime modum concludens.quorum habetur ſcientia, horum principia & cauſę ſunt determinatę,mentis autem per accidens principia & cauſę nō ſunt determinatę,accidentis igitur non eſt ſcientia.Harum duarum propoſitionum maiorem,quę ait,quorum habetur ſcientia,horum principia & cauſæ ſunt determinatæ,ga ſępe demonſtrata eſt,non cōfirmat.Minorem vero illam:accidentis principia nō ſunt determinata,demonſtrat per impoſſibile,ponens eius oppoſitum:eſſe videlicet determinatas cauſas accidentis.virtute rurſus in hunc modum cōcludens. Accidens habet cauſas determinatas,vt poſitum eſt,quorum autē cauſæ determinatę ſunt, ea ſunt neceſſaria,accidens igitur eſt neceſſarium.cui ſi addideris aliam propoſitionē,quod autē eſt neceſſarium,id ſemper eſt,concludetur,accidens igitur ſemper eſt.At hoc eſt impoſſibile,ergo ne illud quidem fieri poteſt,per quod hoc ipſum colligitur .i. accidentis principia eſſe determinata.Porro ſi ipſius principia non ſunt determinata, ne habetur quidem de ipſo ſcientia . ac ſumma quidem dictorumq; deductio huiuſmodi eſſe videtur.quod autem ptinet ad dictionem, ad hūc modum ſeſe habet. (At vero eius, quod eſt p accidens nō eſſe principia cauſaſq; tales).i.determinatas(luce clarius eſt) Nam ſi eſſent eius cauſę determinatæ,ipſum neceſſarium eſſet, quemadmodum cętera,quorum cauſæ determinatæ ſunt.ac proinde cuncta eſſent ex neceſſitate. & ſic poſſibilis natura tolleretur e rebus.quam eſſe & vt ſit impoſſibile ipſam non eſſe in libro de enunciatione demonſtratum eſt.ſed cum dixiſſet tunc omnia neceſſario fore . hoc eſſe conſequens confirmat dicens.(Nam:ſi hoc quidem eſt,cum hoc ſit,hoc aurē itidē eſt,cum hoc ſit,idq; nō fortuitu,ſed neceſſario,nimirū neceſſario erit id cuius hoc eſt cauſa)ſi ergo in accidētibus ſic ſe res habet,et hoc exiſtēte illō eſt,cūq; illō eſt,accidēs eſt,,pfecto accidēs neceſſario erit.Nā quēadmodum ſi domus eſt , neceſſario ſunt parietes,& ſi hi,fundamēta,ſic accidens neceſſario fuerit,ſi ſint eius cāę determinatę . qđ vt fiat exploratius in manifeſto exēplo conſideret̄. Cū ſol opponit̄ lunę ad ppendiculum,neceſſario fit defectus ,indefectu aūt ponatur accidiſſe, vt theſaurus reperietur. ſi ergo reperiendi theſauri cāæ ſunt determinatæ,ſint eius cauſæ defectus,ac deficiēdi cauſa.Tunc ſic argumētabimur.ſole ſe lunæ ad ppendiculū opponente, neceſſario fit defectus.defectus aūt eſt cā reperiēdi theſuari,theſaurus igit̄ neceſſario repiet̄.at hoc i.vt theſaurus repiat̄ accidēs eſt,cū ſit ex iis,q̄ raro accidunt . Nunc autē ex eo qđ eius cauſæ determinatę eſſe dicant̄,ꝓcludit̄ ipſum eſſe de nūero neceſſario㛫. oīa igit̄ ſunt

neceſſaria & nihil cõtingẽs. Cęterę vltimã formã ſeu ſpeciẽ appellauit vltimũ effectũ. Nam prima cã eſt diſtantia ſolis ad ppẽdiculum, effectus vero defectus ipſe. Rurſus cã ſcda defectus, effectus aũt vltimus inuẽtio theſauri. q̃ ſi cuiuſpiã eſſet cã, illud eſſet vltimus effectus. Si ergo accidẽtis cãm eſſe ponamus, ꝓſequẽs eſt, vt accidẽs neceſſario ſit, ſin aũt nõ eẽ illã, ſed fieri, accidẽs neceſſario efficiet. ſi. n. cras fiet inuẽtio theſauri, ſi luna defecerit, defectus aũt fiet, ſi oppoſitio ſub terra fiet, hæc aũt fiet, ſi ſol fiat ad ppendiculũ, & hoc rurſus fiet, ſi pluet, & hoc ſi tonuerit, vt tonitru poſtremum ſit, ſic retrogrẽdum eſt, qm̃ tonat, pluet neceſſario. ſi pluet, neceſſario ſol fiet ad ppendiculũ, ſi hoc fiet, oppoſitio ex neceſſitate fit, ſi hęc fit, luna deficit, ſi hęc deficit, theſaurus neceſſario reperiet. oĩa igr̃ ex neceſſitate fuerint. ſi ergo ingt ab hoc pũcto tẽporis exorſi dicam⁹ cras luna deficiet, cũ oẽ qd̃ factum eſt tẽpe finito fiat, ad id qd̃ eſt pueniemus. ponat. n. theſauri inuẽtionẽ fieri ſimul atq; deſinit defectus, & poſt hũc pluuiã ſtatim ꝓſeq;, poſt pluuiã tonitru, cũ oẽ tẽpus ſit finitum, ſi defectus lunę tẽpus dẽpſeris deĩde pluuię, ſint ea licet menſium centum atq; item mille menſium, tamen peruenies ad id quod eſt. i. ad tonitru. Illinc ergo exorſi omnia poſt tonitru ex neceſſitate fieri aſſeuerabimus.

Id aũt quod vt verũ eſt ens: & nõ per accidens: in mentis cõplexione conſiſtit: atq; in hoc eſt affectus. Quapp circa id qdẽ: qd̃ ita eſt principia non quęrunt. Circa vero id: qd̃ eſt extra: ac ſeparabile. Id aũt: qd̃ ẽ p accidẽs: nõ ẽ neceſſariũ: ſed idefinitũ. Atq; talis entis cãę inordinatę ſũt: ac ifinitę. Id aũt: qd̃ alicuius gr̃a fit: in iis eſt: q̃ natura fiũt: aut a mẽte ꝓficiſcuntur. (Id aũt qd̃ vt verę eſt ens & nõ p accidens) Affirmationẽ verã, aut negationẽ verã vocabat ens vt verę, cum de ipſo i hoc ope diſputaret. quẽadmodum nõ ens vt falſum, falſam vel affirmationẽ vel negationẽ. Ens igitur ingt vt verum, & nõ p accidẽs in mẽtis cõplexione conſiſtit, & eius eſt affectus. cum. n. mens ꝑdicatum vere cum ſubiecto cõiungit, hoc ens appellatur, non quidẽ ſimpliciter ens, ſed ens quaſi verũ. vt ſi ſocrate ſcribente, mens dicat, ſocrates ſcribit, hoc ens erit, non tamẽ ſimpliciter ſed ens tanq̃ verum. Huius igit̃ entis quaſi veri nulla cã inueſtigatur. Nemo. n. inquirit, cur cum ſocrate mens verbum ſcribit copulauerit. Entis aũt externi & ſeparabilis. i. p ſe exiſtentis cauſas indagamus. quo in loco externum ens vocat ſocratem eiuſq; opus, ipſum in quam ſcribere. Neq; n. ſocrates, & munus quo fungitur, ſunt in mente, quę ait ſocrates ſcribit. ſed extra ipſam & in hoc loco. ergo circa ens externum cauſas indagamus. inquirimus. n cãm, cur ſocrates ſcribit. Neq; vero ab re horum mentionẽ fecit. ſed qa entis per accidens cauſas nõ haberi oſtenderat, cõuenienter dixit ne entis quidẽ quaſi veri cauſas eſſe. Cum ergo dixiſſet entis externi cauſas a nobis inueſtigari, adiecit, eius quod nõ eſt neceſſariũ, ſed indeterminatum & rarum, cauſas indeterminatas eſſe & inordinatas. Cauſæ nanq; obuiandi cuipam, quẽ videre cupiebas, cum id fore non putares, indeterminatæ ſunt, vt dictum eſt in libris de natura. Entis ergo per accidens cãæ non ſunt, neq; in ipſo habetur gratia cuius. ſed ipſum gratia cuius in iis verſatur, quæ natura fiunt, vel in iis, quæ a mente proficiſcunt̃. Cæterum ſit modus huius libri enarrationi. Nam quæ ab illo loco (fortuna autem eſt, cum quippiam horum fuerit per accidens ortum) ad finem vſq; libri pertinent: eadem ſunt, & illis ſimillima, quæ in opere de phyſico auditu tradunt̃. horum igitur interpretatio ab iis cõmentariis petatur, quibus illa ſunt enarrata. Nos vero ad librum duodecimum explicandum aggrediamur.

xxx

Finis enarrationis libri vndecimi.

Fortuna autem eſt: cum quippiã horum fuerit per accidens ortum. Nam vt & ens aliud perſe: aliud per accidens eſt: ſic & cauſa eſt. Fortuna autem cauſa eſt per accidens in hiſce, q̃ per electionem alicuius gratia fiunt. Quæ propter circa eadẽ mens, fortunaq; verſatur. Electio nãq; ſine mente non eſt. Cauſæ vero ſunt indefinitæ: a quibus id fieri põt qd̃ ꝓficiſcitur a fortuna. Quocirca rationi humanę eſt immanifeſta: & per accidens quidem cauſa eſt: abſolute vero rei nullius cauſa eſt. Eſt autem fortuna bona ac mala: cum bonum euenerit aut malum: proſperitas vero fortunæ ac infortunium circa horum eſt magnitudinem. Cum autem nihil per accidẽs prius ſit eo: quod eſt per ſe, neq; profecto cauſæ per accidens cauſis per ſe erunt priores. Quod ſi fortuna & caſus cœli ſunt cauſæ: prior mẽs cauſa erit atq; natura. At qui eorum: quæ ſunt: quædam actu tantum: quædam potentia ſunt atq; actu. Horum autem aliud eſt ens: aliud quantũ. Aliud ex numero cæterorum. Non eſt autem vllus motus præter res ipſas. Mutatur enim ſemper id quod mutatur per ipſius entis prædicamenta. Atq; in hiſce cõmune nihil eſt prorſus: quod nullo eſt in prædicamento. Vnumquodq; autẽ dupliciter cunctis ineſt: vt hoc: aliud enim eſt ipſius forma: aliud eſt priuatio: & quale: aliud enim eſt album: aliud nigrum: & quantum, aliud enim eſt perfectum: aliud imperfectum: & in latione ſimili modo: aliud eſt ſupra: aliud infra: aut leue aut graue. Quare tot ſunt ſpecies ipſius quod eſt, quot motus mutationiſue ſpecies ſunt. Cũ aũt cog̃: q̃ in vnoquoq; genere collocãtur: quoddã actu quoddã potẽtia ſit. Actum eius quod eſt potentia vt eſt tale motũ eſſe dico. Atq; vera eſſe ea: quæ dicimus hinc perſpici poteſt. Nam cum ædificabile tale eſt, tum ipſum vt ædificatur actu dicimus eſſe. Atq; hoc eſt ædificatio. Similiter & medicatio, et ambulatio: ac ſaltatio, & iſtiuſmodi cætera. Fit autem vt tunc res moueatur: cum eſt hic ipſe actus: & neq; prius: neq; poſterius, Atq; actus eius quod eſt potentia: cum actu eſt: ac non vt ipſum: ſed vt mobile eſt operatur, motus nimirum eſt. Atq; vt mobile: dico hoc pacto. Eſt enim æs potentia ſtatua, attamen non æris actus vt eſt æs: eſt motio. Non eſt enim idem eſſe æris atq; alicuius potentiæ. Nam ſi eſſet idem ſimpliciter rationeue: æris vt eſt æs actus motus quidam nimirum eſſet: non eſt autem idem. Patet autem in contrariis: nam valere quidem poſſe: ac ægrotare poſſe: non eadem ſunt, ſed diuerſa. Eſſet enim idem ægrotare atq; valere. Subiectum autem & id: quod valet atq; ægrotat vnum & idem eſt: ſiue humiditas ſit, ſiue ſanguis.

Cum vero non sit idem quemadmodum neq; color est idem atq; visibile: patet actum possibile ea ratione, qua possibile est motum esse. Nunc igitur esse atq; tunc rem moueri, cum est ille actus: & neq; prius: neq; posterius patet. Fit.n. vt quodq; interdum operetur: interdum non operetur, ceu ædificabile inquantum ędificabile est: atq; ædificabilis actus in quantum ædificabile ædificatio est. Nam actus ipsius aut est ędificatio aut domus. At cum est domus: tunc nō est vt patet: ædificabile. Ædificabile vero ædificatur. Necesse est ergo: actum ipsius ædificationem esse. At ædificatio motus est quidā. Eadem & ad cæteros accomodabitur motus rō. Atq; patet nos de ipso motu recte dixisse: & ex hisce: quæ cęteri de ipso dixerunt: & quia non est facile ipsum aliter definire. Neq;.n. quicq̄ alio in'genere ipsum ponere potest: neq; qui aliter de ipso dicere recte dixisse videtur: id ita esse inde sane patebit. Quidam.n. diuersitatem, & inęqualitatē, & id esset quod non est ipsum esse dixerunt. Nihil tamen siue sit diuersum siue inæquale. Siue non ens: necessario moveri videtur. At neq; ipsa mutatio aut ad hæc, aut ex hisce magis: q̄ expositum est. Ponendi autem motum in hisce causa fuit motum indefinitū quoddam esse videri. Alterius vero principia seriei indefinita sunt sane ex eo, quia sunt priuatiua, nihil n. ipsorum aut hoc aliquid: aut tale: aut cæteroꝝ quicq̄ est prædicamēto rum. At vt videatur motus indefinitum esse, causa fuit illud, nō posse in quam: aut in potentia rerum ipsum: aut in actu poni:.neq;.n. id quod esse potest quantum, neq; id: quod est actu quantum necessario iam mouetur: & motus actus quidem esse quidam videtur: imperfectus tamen. Cuius rursus illud est causa: ipsum inquam possibile imperfectum esse: cuius est actus: & propterea difficile est accipere: quid nam sit ipse. Necesse est.n. ipsum aut in potentia: aut in priuatione: aut in actu simplici ponere: at nihil horū esse posse videtur. Quare restat id quod dictum est esse, atq; actū quem dicimus qui difficilis quidē est cognitu: potest aūt esse. Patet & motū in ipso mobili esse: est.n. actus huius ab eo qd̄ est motiuū. Motiui quoq; actus non alius est: amborum nāq; actum esse oportet. Est.n. hoc quidem motiuum: quo potest: hoc autem mouens: quo agit. At ipsius mobilis: est actiuum. Quare perinde amborum vnus est actus: atq; vnius ad duo: & duorum ad vnum idem est interuallum: & vt accliue atq; decliue: esse tamen vnum est. Similiter res sese habet & in hisce quorum alterum mouetur: alterum mouet. Infinitum autem est aut id: quod impossibile est pertransire ex eo: quia non est aptum: vt per ipsum trāsitio fiat: perinde atq; vox inuisibilis dici solet: aut id quod habet sine fine transitionē: aut quod vix, aut quod est aptum quidem habere: non habet tamen transitionem

vel finem.

vel finem. Præterea aut appositione est: aut ablatione: aut vtroq;. Separabile igitur ipsum quid per se infinitum esse nō potest: nam si infinitum ipsum neq; magnitudo neq; multitudo, sed sustantia: & non accidens, indiuisibile erit profecto. Diuisibile enim aut magnitudinem: aut multitudinem esse constat. Quod si indiuisibile sit infinitum non erit: nisi perinde atq; vox est inuisibilis. At neq; illi: qui dicunt infinitum esse. s. ipsum hoc pacto ponunt: neq; nos quærimus si sit identidem ipsum. Sed vt habet sine fine transitionem. Præterea quonam pacto per se infinitū esse potest: si neq; numerus: neq; magnitudo: per se esse potest: quorum per se affectus quidam ipsum est infinitū. Præterea si per accidens est: nō erit elementum profecto rerum vt infinitum: quemadmodum nec ipsum inuisibile locutionis est elementum: & tamen vox est inuisibilis. Perspicuum autem est: infinitum sic esse non posse: vt actu sit: & substātia sicuti dicunt. Erit.n. quæuis pars ipsius: quæ sumunt infinita. Est.n. idem esse infiniti ac infinitum: vt patet: si infinitum substantia sit: & non in subiecto. Quare fit: vt ipsum aut indiuisibile sit: aut in infinitum sit diuisibile. At fieri nequit: vt idem multa sit infinita. Vt.n. pars aeris est aer: sic & infinitum est pars quæuis infiniti. Si substantia quædam & principium sit: vt dicunt. Impartibile igitur: atq; indiuisibile est. At esse non potest id tale, quod actu est infinitum. Necesse est.n. ipsum rationem quātitatis subire. Per accidens ergo infinitum ipsum esse videtur. Quod si ita sit: dictū est antea nō posse id principium dici. Sed illud cui accidit ipsum: vt aerē aut par. Hęc autem inquisitio vniuersalis esse videtur. Hinc autem emergere potest: neq; in rebus sensibilibus ipsum esse. Nam si hęc est ratio corporis: superficie terminari, non erit infinitum vllum: aut intelligibile: aut sensibile corpus. At neq; etiam numerus erit vt separatus ac infinitus. Numerus.n. omnis: aut id: quod numerum habet, numerabile est. Naturaliter autem ex hisce perspicuum erit: nec.n. cōpositum esse potest, nec simplex. Compositum.n. non erit corpus: si elementa multitudine sunt finita. Aequalitatem.n. inter contraria esse oportet: & vnum ipsorum infinitum non esse. Nam si quouis excessu corporis alterius potentia superetur: finitum ab infinito corpore corrumpetur. Vnumquodq; etiam infinitum esse non potest: est.n. id corpus: quod vndequaq; dimensionē habet. Infinitum autem est: quod sine fine est extensum dimensione. Quare corpus infinitum erit sane infinitum omni dimensione. At vero neq; vnum simplex corpus infinitum esse potest: neq; vt quidā inquiunt: præter elementa id ex quo hæc generant. Non est.n. præter elemēta istiusmodi corpus. Omne.n. in id dissoluitur: ex quo constat. Præter autē simplicia cor-

pora id non videtur,neq; ignis,neq; aliud quicq̃ elemẽtorum. Abſq; hoc n.eſſe inquam ipſorum aliquid infinitum, impoſſibile eſt ipſum vniuerſum, & ſi ſit & infinitum, aut eſſe vnum quid ipſorum, aut fieri perinde vt Heraclitus aſſerebat, omnia dicẽs tandem fieri ignem. Eadem & ad illud vnum accõmodabitur ratio, quod præter elementa naturales philoſophi faciunt. Omne.n.ad contrarium ex contrario, vt ad frigidum ex calido ſolet mutari. Præterea omne ſenſibile corpus alicubi eſt,& idẽ eſt totius locus ac partis, vt terræ. Quare ſi partium ſit ſimilium, immobile erit, aut ſemper feretur. At hoc fieri nequit. Cur.n.deorſum potius, q̃ ſurſum, aut ad quẽuis locum mouebitur, vt ſi gleba fuerit, quorſum hæc mouebitur, aut vbi quieſcet? corpus.n.eiuſdem generis locus eſt infinitus. Occupabit ne igitur totum locum? At qui fieri poteſt. Quænã igitur quies, & quis motus ipſius erit, an vbiq; mouebit? non ergo motu ciebitur. An omnem ad locum mouebitur? non ergo quieſcet inquam ac ſtabit. Sin vero ſit diſſimilium partium:diſſimilia etiam erunt & ipſa loca, atq; primo quidem ipſius vniuerſi corpus non erit vnum,niſi tantũmodo tactu. Deinde partes aut erunt infinitæ ſpetie,aut finitæ. At finitæ nequeunt eſſe. Erunt.n. aliæ quidem infinitæ aliæ vero non infinitæ. Si vniuerſum eſt infinitum, vt ignis vel aqua. Tale autem corruptio eſt contrariis ipſis vt antea diximus. Si vero ſint infinitæ ac ſimplices,& loca infinita erunt profecto, & infinita etiam elementa. Quod ſi id eſſe nequeat, ſintq; ipſa loca finita, & vniuerſum ipſum finitum eſſe neceſſe eſt. Omnino autem impoſſibile eſt,corpus infinitum eſſe, ac locum corporum eſſe, ſi omne corpus,ſenſibile grauitatem habeat vel leuitatem. At.n.ad medium, aut ſurſum feretur. At fieri nequit, vt aut totum infinitum graue ſit, aut leue, aut dimidium leue, dimidium graue. Quonã pacto diuiſeris, aut quo pacto ipſius infiniti, alia pars ſupra, alia infra, aut vltima, aut media fuerit. Prẽterea omne corpus ſenſibile eſt in loco, loci vero ſunt ſpecies ſex, impoſſibile eſt aũt has in infinito corpore eſſe. Omnino autem ſi locus infinitus eſſe nõ poſſit, & corpus infinitum eſſe non poteſt. Id.n.quod in loco alicubi eſt, hoc autem aut ſupra, aut infra, aut in aliqua alia ſex differentiarum eſſe ſignant, quarum vnaquæq; finis eſt quidam, vt patet. Ipſum autem infinitum non eſt idem in motu magnitudine, atq; tempore, vt vna quædam natura. Sed poſterius dicitur ob prius, veluti motus quidẽ dicitur infinitus, quia prius ita dicitur magnitudo, ſupra quã fit motus, aut quæ alteratur, aut accreſcit, tempus autem propter motum. Eorum autem:quæ mutantur aliud mutatur per accidẽs vt muſicum ambulat,aliud ex eo quia aliquid eius mutatur,mutari ſimpliciter dicitur:vt ea quæ per partes mutantur. Sanarẽ enim corpus quia oculus ſanatur. At enim & quod ipſum primo mouetur, & hoc é:quod pſe mobile ẽ. Similis eſt & in mouẽte diſtinctio. Aliud enim per accidens:aliud per partem:aliud per ſe mouet. Eſt autẽ aliquid quod primo mouet:& eſt aliquid quod mouerẽ: & inſup tempus: in quo & ex quo:& ad quod. Formæ vero,& affectus,& locus ad quæ mouentur ea:quę mouentur:immobilia ſunt:vt ſcientia, vt caliditas:& ſimilia. Atq; non caliditas eſt motus:ſed calefactio. Mutatio autem ea:quæ nõ per accidens eſt:nõ in omnibus eſt:ſed in contrariis & in mediis: atq; in contradictionem:cuius fides ex inductiõe ſumi poteſt. Mutatur autem id:quod mutatur:aut ex ſubiecto ad ſubiectum:aut ex non ſubiecto ad non ſubiectum:aut ex ſubiecto ad non ſubiectum, aut ad ſubiectum ex non ſubiecto. Dico autem id ſubiectum,quod affirmatione ſignificatur. Quare neceſſe eſt tres mutationes eſſe. Ea enim quæ eſt ex non ſubiecto ad nõ ſubiectum:non eſt mutatio. Neq; enim eſt inter contraria:neq; inter cõtradictoria:propterea quod ibi non eſt oppoſitio. Ea igitur:quæ ad ſubiectum eſt ex nõ ſubiecto:p cõtradictionẽ generatio eſt,alia ſimpliciter: alia quę dam:quæ eſt cuiuſdam. Ea vero: quæ ad non ſubiectum eſt ex ſubiecto, corruptio eſt,alia ſimpliciter:alia quædam cuiuſdam. Si igitur id: quod nõ eſt multipliciter dicitur:& neq; moueri poteſt id:quod in compoſitione diuiſionecq; conſiſtit:neq; id quod in potentia,quod quidem ei opponitur:nam id quidem:quod non eſt album:aut non bonum. Moueri per accidens poteſt:eſſe enim id homo poteſt:quod non eſt album. Id aũt quod non hoc ſimpliciter eſt,nullo pacto moueri poteſt. Fieri enim non poteſt vt id quod eſt,moueatur:impoſſibile eſt profecto generationem eſſe motũ. Id enim quod haud eſt generatur:nã & ſi q̃ maxime per accidẽs generatur:vere tamen de eo:quod ſimpliciter generatur id dici poteſt, inquam idipſum eſſe,quod haud eſt. Simili modo etiam fieri nequit, vt ipſum idẽ quieſcat. Hæc igtur difficilia accidunt: & ſi omne quod mouetur in loco ſit,id aũt quod nõ eſt in loco nõ ſit,erit.n.alicubi:id profecto: quod haud eſt non mouetur,neq; ergo corruptio motus eſt. Motui nãq; motus contrarium eſt:aut quies. At corruptio contrarium eſt generationi. Cum autem omnis motus ſit quædam mutatio. Tres vero ſunt mutationes quas diximus:quarum duæ:quæ in contradictione cõſiſtunt: generatio inquã atq; corruptio motus non ſint, vt oſtẽdimus,neceſſe eſt, motum eam eſſe ſolum mutatiõem, qua ex ſubiecto ad ſubiectum acceditur. Subiecta vero:aut cõtraria ſunt:aut media:etenim priuatio ponatur cõtrarium. Atq; nudum & album ac nigrũ affirmatione ſignificãtur. Si igitur p̃dicamẽta

diuisa sint,& aliud substantia,aliud quantitas, aliud qualitas, aliud vbi, aliud ad aliquid,aliud sit actio: aliud passio. Tres motus esse necesse est, quantitatis,qualitatis,& loci. In substantia vero motus non esse ex eo qa nihil substantiæ cõtrariũ est. At neq; in hisce,quæ sunt ad aliquid,fit.n. vt cũ alterum mutatur,alterum nõ subiens mutationẽ vere dicatur. Quare motus ipsorũ per accidens est. Neq; itẽ agentis est motus ac patiẽtis: neq; mouẽtis ac eius quod mouet, qa motus nõ est motus: neq; generationis est generatio neq; oĩo mutatiõis mutatio. Motus.n. dupl'r motus esse potest: aut vt subiecti: vt homo mouetur: quia ex albo in nigrum mutatur, & motus ne igitur hoc modo aut calefit aut frigefit, aut mutatur loco, aut accrescit: aut decrescit. At hoc fieri nequit. Mutatio nãq; non subit rationem subiecti. Aut hoc ipso q, aliquid aliud subiectũ ex vna mutatione ad aliã mutationis speciẽ, perinde, vt hõ ex ægritudine ad sanitatẽ mutatur. At neq; hoc esse potest, nisi per accidens. Omnis.n. motus ex alio in aliud est mutatio,& generatio ẽt & corruptio modo eodem: hoc excepto, has quidem adsit opposita esse, motum autem nõ simpliciter, simul igit: ad sanitatẽ ex morbo mutatur,& ex hac ipsa mutatio ad aliam. Patet igitur cũ ægrotauerit: ad quẽuis fore mutatũ. Quiescere nãq; potest: & insuper ad nõ quẽuis semper: & illa ex aliquo nimirũ aliquod aliud erit. Quare & opposita sanatio erit. Non ergo motus est motus, nisi per accidens veluti ex recordatiõe in obliuionem mutatur, quia cui illud inest: id interdum in scientiã: interdum in sanitatẽ mutatur. Præterea si mutatiõis erit mutatio, generationisq; generatio: in infinitum erit abitio. Necesse est autem & priorẽ esse: si posterior erit. Veluti si generatio simplex aliquando fiebat,& ipsum fiẽs fiebat. Quare nullũ erit fiens simpl'r. Sed aliquid fiẽs. Atq; iam fiens: & hoc aliqñ fiebat. Quare nondũ erat tunc fiens. Cum aũt infinitorum quicq̃ non sit primũ ipsum non erit, quare neque id erit qd' heret. Impossibile ẽ igit' gñari qdq̃, aut moueri aut mutari. prẽterea eiusdẽ est contrariis motus,& quies insuper,& generatio atq; corruptio. Quare ipsum fiens tunc corrũpitur, cũ fuerit fiens, neq;.n. statim fiens, neq; posterius, sit.n. oportet id qd̃ corrũpitur. Præterea & ei quod generatur: & ei quod mutatur materiã subesse oportet. Erit igitur vt alterabile corpus est, aut anima, sic aliquid id, quod fit motus vel generatio, & aliquid rursus a quo mouẽtur. Oportet.n. huius ex hoc ad hoc motum, aliquid esse non motum vel generationẽ. Quonã pacto igitur erit. Non.n. generatio perceptionis erit perceptio: quare neq; generationis erit generatio. Cum autẽ neq; in substantia neq; in relatione, neq; in actione passioneue sit motus: restat in quantitate, qualitate, aut vbi tãtũmodo motum esse. In vno

quoq; nãq; istorum cõtrarietas est. Atq; quare qualitatem non eam dico, quæ in substãtia est, est.n,& differentia qualitas. Sed causa, quæ est passiua, quia quippiam patitur, aut impassibile est, est autem immobile & id quod omnino moueri non potest, & id quod multo in tempore vix mouetur, aut tarde admodum incipit, & id insuper: quod aptum est quidem vt moueatur: non tamen tunc cum est aptum moueri: & vbi & quemadmodum est aptum mouetur, quod quidem immobilium solum quiescere dico. Est.n. motui cõtraria quies. Quare fit vt ipsa sit priuatio susceptiui. Simul ea sunt loco, que vno in loco primo, seorsum aũt ea, que in alio sunt atq; alio loco, tangere dicuntur ea, quorum extrema sunt simul. Id inter dicitur esse, ad quod suapte natura prius accedit id, quod mutatur q̃ ad id quod vltimo pergit: cum continuo secundum naturam mutatur. Contrarium id est in loco, quod plurimum recta linea distat. Deinceps id est: inter quod post principium, aut positione, aut forma, aut aliquo alio definitum, & id ad quod deinceps dicitur esse: nihil eorũ cadit: que in eodem genere sunt, vt linea ad lineã, aut vnitas ad vnitatẽ, aut domus ad domum. Nihil vero prohibet inter ipsa quippiã aliud esse. Quod.n. deinceps est, ad quippiã est deinceps, & est quod posterius illo. Non.n. ipsum vnum ad duo deinceps est, aut ad nonas kalendæ. Hęrens aũt id est, quod deinceps est, atq; insuper tangit. Quoniam autem omnis mutatio est in oppositis, hæc autem sunt contraria, atq; contradictoria, & nihil est medium contradictionis, patet ipsum quod est inter in contrariis ipsis tantum consistere. Continuum autem est quoddam hærens. Atq; tũc continuũ esse dico, cum vtriusq; finis qbus se tãgunt ac continentur, vnum idemq; fuerint facti. Quare patet in his esse cõtinuum, ex quibus aptum est vnum quod fieri tactu. Patet & primum id esse, quod est deinceps, quod.n. est deinceps non tangit. Hoc autem est deinceps, & si continuum est tangit. Si vero tangit, nondum continuum est. In quibus autem non est tactus, in hisce neq; copulatio est, vt patet. Quare punctum nõ est idem quod vnitas, punctis.n. competit tactus. Vnitatibus vero non tactus. Sed esse deinceps competit, & inter illa quidem est aliquid, inter autem vnitatem nihil esse videtur.

Enarratio Alexan. aphr. in primæ philoſophiæ librum vndecimũ qui ſa-tinis eſt duodecimus interprete Io, Geneſio ſepulueda.

Ontẽplatio pñs de ipſa ſubſtãtia eſt vti dixi-mus. Subſtãtiaꝝ. n. hic pricipia, cãęue q̃runt. Etenim ſi vniuerſum ipm: vt ꝙppiã totũ eſt, ſubſtãtia nimiꝫ pria pars erit. Et ſi ea: q̃ ſunt: deinceps ſunt collocata, hoc & pacto ſubſtã-tia primũ, deinde qualitas, aut quãtitas erit. Et inſup vt abſolute loquamur, neq; entia ſũt hęc, ſed qualitates: ac motus, quéadmodũ & nõ albũ atq; nõ rectũ: nã & hęc dicimus eẽ ceu nõ albũ eſt. Pręterea nihil cęteroꝝ eſt ſepara-bile. Teſtes etiã ſunt & ipſi veteres per ea: quæ faciebant: elementa nanq; ſubſtantiæ principia: cauſaſq; quærebant.

N hoc libro, qui vndecimus a peripateticis inſcribi ſolet, de pri-mo eodẽq; imobili principio, ꝓpter quod hęc oĩs doctrina tra-dita eſt, ediſſerit. ſed q̃m principii nomen plurifariã dicit, nã & materia principiũ appellat, atq; itẽ forma, & priuatio, idcirco q̃ ad eiuſmodi partitionẽ attinent, ſummatim primũ ſtrictimq; p-ſtringit. vt cõueniente ratione cõpendiariaq; via ingreſſi, recte facileq; huius a cęteris principiis diſcrimen inueſtigemus. Præ-terea q̃m inter ꝓpoſitas quęſtiones, illud quoq; q̃rebat, vtrũ ſint oĩum eadẽ principia, an aliorum alia: quod nondum explicatũ conſtitumq; eſt: idcirco cãrũ mentionẽ repetit, vt mõ quodã oĩum reꝝ eadẽ principia, alio ſecus eẽ demõſtret. (Contemplatio præſens de ipſa ſubſtantia eſt.) Q̃m propoſitam doctrinã primã eſſe omnium diſciplinarum demonſtratum eſt, primę autẽ ſubiectũ primũ eſt, cũ ſubſtan-tia prædicamentorũ prima ſit, vtiq; ſubſtantia ſubiectum erit ſapientiæ. Rurſus quia ſubſtantiarum q̃dam prima eſt, alia ſecunda, par eſt, vt omnium prima ſubſtantia pri-mæ philoſophiæ ſubiectum habeatur. Præfatus autem de ſubſtantia eſſe conſidéran-dum: breuiter cauſam eius ſubiecit dicens (ſubſtantiarũ. n. hic principia cauſæq; quæ rũtur.) Nam qui ſubſtãtiæ principia cauſaſq; inquirit, is ſubſtantiam ipſam inquirit. vt qui defectus cãm quærit, defectũ ipſum indagat. Vt. n. traditur in libro poſteriorũ, defectus cã, defectus definitio eſt, hæc porro defectus ipſe. Demonſtrato igitur hanc ſcĩam & primam, & de primis eſſe, ſubſtantiã prædicamentorum primam eſſe demõ-ſtrat. vt ſi ſapientia prima doctrina ſit, prima autẽ de primis ediſſerat, dubium eſſe non poſſit, quin ſi ſubſtantia prima eſſe demõſtretur, ſapientia qua de agimus, ſubſtã-tiæ contemplatrix eſſe intelligi debeat. ſed initio quibus modis ſubſtantia intelligi va-leat, cum nouem prædicamentis definit dicens. (Etenim ſi vniuerſum ſit, vt quidpiam totum eſt, ſubſtantia nimirum prima pars erit). i. ſiue vniuerſam ſenſibilẽ ſubſtãtiam cum accidentibus quaſi vnum accipiamus, ſubſtantia prima pars crit, ſiue decem præ-dicamẽta diſiuncta inter ipſa & diſcreta ordine quodã intelligamus, primum exẽpli cã quantũ, deinde quale, tum ſubſtantiã, & cętera deinceps ſingula, ſic quoq; ſubſtantia

primũ locum obtinebit, ſecũdm quale, tertium quãtum, & pari ratione cętera. hoc. n. eſt quod ait, (& ſi conſequenter). i. cẽt ſi prædicamenta deinceps ac ordine poſita: non autẽ in ſubſtãtia exiſtẽtes intelligamus. Sed q̃m ea verba paulo ſunt obſcuriora, operępre-tium fuerit ipſa exẽplo declarare. Socrates eſt quidẽ ſubſtãtia, at nõ id ſolũ, ſed albus ẽt, ſed philoſophus, ſed muſicus, huius igitur vniuerſitatis, q̃ ex Socratis ſubſtantia, & albo, philoſophoq;, & muſico cõſiſtit, pars eſt muſicũ. Pari rõne Socrates pars eſt eius totius, qđ ex muſico, & pbo, atq; Socrate perficĩ. vt igitur in his, ſic item ſeſe res habet in vniuerſa ſubſtantia ſenſibili & nouẽ prædicamentis. ſubſtantia igitur pars erit vni-uerſitatis ex ſubſtantia ſenſibili, & quãto, qualiq; ac cæteris cõflatæ. Similiter quantum pars cõſtituti ex ſubſtantia, quãto, & quali ac cæteris accidentibus. cũ ergo ſubſtantiã cæteris priorẽ vtroq; mõ eſſe dixiſſet, ſiue decẽ prædicamenta vt quiddã vnum, vnãq; naturã ab his diuerſam cogitatione depingamus, ſiue eadẽ ordine diſcreta, illud in hu-ius demonſtrationẽ adiungit (cum præſertim hæc ſimpliciter fere non ſint entia) hæc inqt. i. ꝓter ſubſtantiã nouẽ ꝓdicamenta. vt aũt exponeret, q̃ ſint cætera ꝓter ſubſtantiã, adiecit (vt qualitates ac motus) quorũ verborũ ſenſus eſt. Nam q tandẽ cætera prædi-camenta priora, q̃ ſubſtantia eſſe intelligi valeant? cum ea per ſe non entia ſint, ſed eſſe dicanẽ ac entitate participent, q̃m ſubſtantiæ ſunt affectiones. ſi ergo propter ſubſtan-tiã ſunt entia, & ab illa ſuũ eſſe mutuantur: nemini dubiũ eſſe debet, quin ipſis cunctis ſubſtantia prior habeat. Illud aũt (vel nõ albũ & nõ rectũ) æquipollet huic, qn etiã nõ albũ, & nõ rectũ entia ob albũ & rectũ dicuntur. Dicimus. n. non albũ eſſe atq; itẽ nõ rectũ. Cũ igitẽ albũ, qđ per ſe non ens eſt, a ſubſtantia eſſe mutuẽ, & non albũ, qđ eſt albi priuatio, ꝓpter habitum. i. ꝓpter albũ & ſit & appelletur, magno id argumẽto eſſe debet, ſubſtantiã cæteris oĩbus eſſe priorẽ. quippe cum habitus vt albedines & calidita-tes ob ipſam, nõ albedines vero & nõ caliditates ob habitus entia & ſint & nũcupent. Præterea inqt nullũ cæteroꝝ a ſubſtantia põt auelli, ſed ſuũ qđq; eſſe obtinet in ſubſtã-tia. & hanc, vt cõſtare poſſit regrit. At ſine quo cætera nõ cõſtant, ipm conſtat ſine cæ-teris, id prius eſt aliis. ſubſtantiã porro aliis eſſe priorẽ veterũ quoq; teſtimonio cõfir-mat. Nam veteres inquit ſubſtantiæ principia inueſtigabãt, ꝓterea nullius, ceu ſubſtã-tiam cęteris priorem eſſe conſiterentur. Nemo. n. primorum ac proprie entium prin-cipiis ommiſſis, poſteriorum initia quærit.

Qui igiẽ hac ętate ſunt vniuerſalia ſabſtãtias magis ponũt: gña. n. vniuer-ſalia ſunt, q̃ principia ſubſtãtiaſq; magis inq̃ũt eẽ, ex eo ſane, qa mõ diſſerẽ di de ipĩs q̃rũt. Antiq vero ſingula, vt ignẽ, & terrã: ſed nõ corpus cõmũe. Subſtãtię aũt tres ſunt, vna eſt ſenſibilis, cuius alia eſt ꝓpetua, alia corru-ptibilis, quã oẽs eſſe fatentur, quales ſunt plantę ac animalia. Atq; huius elementa ſumantur neceſſe eſt, ſiue vnũ ſit ſiue multa. Alia eſt immobilis: hãc quidã inquiũt ſeparabilẽ eſſe: alii diuidentes in duas, alii in vna natu-ra ponentes formas ipſas & mathematica. Alii mathematica ſolum eſſe dicentes. Illæ igitur naturalis ſcientia ſunt: ſunt. n. cum motu, hæc ad aliã ſcientiam ſpectat. Si principium nullum eſt ipſis cõmune.

ii (Qui g̃ hac tẽpeſtate ſunt, vniuerſalia ſubas magis ponũt.) Poſtq̃ ſbam cæteris rebus priorẽ eẽ demõſtrauit, ac ꝓinde ſapiã cũctis aliis diſciplinis añferri, ſbarũ initia cãſq; ꝙrit, q̃ qb⁹ initia eẽ ſbę placuerit ꝓueniẽter ꝓmemorãs. & ait (q ergo hac ętate ſũt, vni uerſalia ſbas magis ponũt) q̃ porro ſint vniuerſalia ſubiũgit (Nã gña inqt vniuerſalia.

ſunt, quæ principia ſubſtantiaſq; magis inquiunt eſſe)ſcilicet quia logice & inaniter inquirunt. Relictis enim rebus, quæq; proprie eſſe intelliguntur, in non entibus inquirendo verſabantur, quoniam vniuerſalia cum non ſint, eſſe obtinent cogitatione. Huius ergo inquit memoriæ philoſophi vniuerſalia ſubſtantias eſſe contendunt. nec his verbis Platonem deſignat, cum Plato nō fuerit in huiuſmodi ſententia: ſed alios ſuos æquales. veteres vero contra ſingula ſubſtantias appellabant. Heraclitus enim ignem ſubſtantiam & principium eſſe ſtatuebat. Parmenides in libro quem inſcripſit, ignem & terram. Thales mileſius aquam: & alius itē aliud. corpus vero cōmune & vniuerſale, quod de omni corpore prædicatur: qui principium eſſe diceret, veterum inuentus eſt nemo. Hæc effatus tres ait eſſe ſubſtantias, quāq; de ipſis alii aliter fuerīt opinati. quas ſubſtantias cōmemorans vna inquit eſt ſenſibilis, de qua omnibus ſine diſcrimine conuenit. Nam intelligibilem & diuinam ſubſtantiam nullam eſſe ſtulte plerīq; tradiderunt. de quorum numero Hippon fuit, qui ex argumento ἄθεος. i. impius & adiis auerſus eſt cognominatus. hic enim præter ſenſibilem naturā quidq̄ eſſe negabat. Vna igitur ſubſtantia eſt ſenſibilis: quam eſſe omnes cōſentiunt. quæ partim mortalis eſt, vt ſtirpes & animalia, partim ſempiterna: vt globi cæleſtes, & quæ in ipſis continentur ſtellę. Quod vero ait (cuius elementa ſumantur neceſſe eſt, ſiue vnum ſit ſiue multa) non eſt ad ſempiternam ſubſtantiam referendum. Sed ad ſenſibilem, quæ de corporibus tum mortalibus: tum etiam īmortalibus prædicatur. huius ergo elemēta inueſtiganda ſunt. Nam vt animalium ſtirpiumq; elementa eſſe materia ipſis ſubiecta intelligitur. ſic ſphęrarum ſtellarumq; elementum eſt ipſarum ſubiectum. i. quintū corpus. atq; hæ quidem ſunt duæ ſubſtantiæ. Tertia eſt intelligibilis & ſempiterna & motus immunis, quam nōnullis abiunctam & diuerſam ab his eſſe placet. Cæterum & hanc quidam, vt Plato: in duo partiuntur. i. in mathematica, ſeiuncta enim ac perſe mathematica eſſe Platoni videntur, & in formas ſeu ideas. fuerunt autem ex Pythagoricis, qui mathematica, & formas in naturam vnam referrēt. mathematica nihil ab ideis differre tradentes. cum ipſorum alii: neq; enim omnes Pythagorici eiuſdem ſectæ fuerunt, ideas reiicientes mathematica tantum eſſe dicerent. Cum ergo ſubſtantias tres eſſe dixiſſet, illæ inquit. i. ſubſtantia ſenſibilis & mortalis, atq; ſubſtantia ſenſibilis immortalis phyſicæ. i. naturali doctrinæ ſubiiciuntur. cuius cauſam breuiter intulit dicens (Sunt enim cum motu.) In quibus enim motus & quietis principium habetur, de iis conſiderare munus eſt naturalis diſciplinæ. De intelligibili vero diuinaq; ſubſtantia diſputare non ad phyſicam pertinet: ſed ad primam philoſophiam. Nō eſſe autem phyſicæ de ſubſtantia diuina differere, docet his verbis (ſi principium nullum eſt ipſis commune) quorum ſenſus eſt. quoniam ſubſtantia intelligibilis cum ſenſibili nihil omnino ſocietatis habet, nec ipſis eſt principium aliquod commune, ſatis intelligitur non eſſe phyſicæ munus de illa diſputare. Ac mentem quidem dictorum huiuſmodi eſſe reor. Dictionis autem continuatio in principio huiuſmodi eſt. ſubſtanria eſt triplex vna ſenſibilis: quam eſſe omnes ſine controuerſia confitentur, & cuius elementa ſtatuere neceſſe eſt vnum ne, an plura habeantur. Deinde ſequitur illud: quæ ſubſtantia ſenſibilis videlicet duplex eſt, altera mortalis: altera ſempiterna.

Atqui ſubſtātia ſenſibilis eſt mutabilis. Quod ſi mutatio eſt ex oppoſitis mediiſq;, ex oppoſitis vero nō oībus: vox. n. ē nō albū, ſed ex cōtrario ſubēaliqd neceſſe eſt, qđ in cōtraria mutetur ac pergat, nā ipſa cōtraria non mutantur, & inſuper illud quidem manet contrarium vero nō manens.

Eſt ergo quid tertium præter contraria materies ipſa. Si igitur mutationes ſunt quattuor, aut in ſubſtantia, aut in quātitate, aut in qualitate, aut in vbi, & generatio ſimplex, corruptioue ſit in ſubſtantia. Accretio decretioue in quantitate, alteratio in affectu, & latio ſit in loco, mutationes vtiq; in contrarietates ſingulas erunt. Materiam igitur mutari neceſſe eſt vtrumq; potentem.

iiii. (At qui ſubſtantia ſenſibilis eſt mutabilis) hæc oratio longe haberetur illuſtrior, ſi pro eo (At qui ſubſtantia ſenſibilis eſt mutabilis) ſupponeretur hoc, ſed quoniam ſubſtantia ſenſibilis mutabilis eſt. Nam cum ſupra triplicem eſſe ſubſtantiam dixiſſet, vnam ſenſibilem cuius eſſent initia inueſtiganda, iam quæ ſint huiuſmodi elemēta ſubſtantiarum ſenſibilium tum mortalium, tum etiam immortalium inquirit. Ait ergo. Quoniam ſenſibilis ſubſtantia mutabilis eſt: omnis autem mutatio eſt ex oppoſitis aut mediis, non tamen ex quibuſuis oppoſitis: ſed ex propria negatione, vt ipſe in phyſici auditus primo libro tradidit, color enim albus efficitur ex non albo, non quocunq;, cum vox etiam non alba dicatur, nec tamen ex ea fiat color albus: ſed ex non albo colore. qui eſt albi negatio: & muſicus fit ex non muſico: non tamen ex domo: licet ipſa non muſicum appellari poſſit, ſed ex negatione propria. & homo ex nō homine, non omni ſed propria priuatione, cui ſimilis eſt ratio cunctorum efficiendorum. cū omnis igitur mutatio ex oppoſitis fiat aut mediis, nam ex fuſco etiam album efficitur, nec oppoſitum maneat, cum oppoſitum aduenit, neq; fiat ipſi ſubiectum, haud enim caliditas frigiditati ſubiicitur, ſed ad præſentiam frigidi nō perſtat, ſed deletur calidū, ſi hæc ergo ad hunc modum ſeſe habent, neceſſum profecto fuerit, vt tertium aliquid habeatur, quod quidem eſt materia. quæ ex frigido in calidum tranſit, ac viciſſim ex calido in frigidum. Porro quoniam motus in tribus prædicamētis verſatur, vt in libro phyſici auditus quinto demonſtratum eſt, quali, quanto, vbi. mutatio autē & in his & in ſubſtantia. quod enim ait (ſecundum quid) naturalem ſubſtantialemq; formam ſignificat Et (generatio quidem ſimplex & corruptio eſt ſecundum hoc). i. eſt mutatio ſecundum ſubſtantiam. Nam ſubſtantiarum generationem ſimplicem vocabamus in libro de generatione. Accretio decretioq; mutatio eſt ſecūdum quantitatem, latio ſecundum locum, alteratio, ſecundum affectionem, vt caliditatis & albedinis. quæ cum ita ſint: efficitur, vt ſingulis rebus mutatio quæq; in oppoſitionem abeat. Mutatio per quantum in oppoſitionem per quantum. quæ quidem eſt magnum & paruum: vel perfectum & imperfectum. mutatio per ſubſtantiam in oppoſitionem per ſubſtantiam. hæc autem eſt forma & priuatio, cui ſimilis eſt reliquarum mutationum ratio. quod ſi verum eſt, vt tertium quiddam ſit materia ipſa neceſſarium fuerit. quæ ex forma inpriuationem ac viciſſim ex priuatione in formam mutari valeat. & pari ratione de magno aut perfecto in paruum vel imperfectum tranſire.

Cum autem duplex ſit id quod eſt: omne quod mutatur ex eo quod eſt potentia ad id: quod eſt actu mutatur: veluti ex potentia albo ad actu album. Similiter fit: & in accretione decretioneue. Quare non ſolum per accidens ex non ente fieri poſſunt, ſed ex ente omnia fiunt: ex ente tamen potentia: ex non ente autem actu. Atq; hoc eſt illud Anaxagoræ vnum. Melius enim hoc dicere, quam omnia ſimul eſſe: & Empedoclis item mixtum atq; Anaximandri: & vt Demo-

critus inquit. Erant nobis potentia cuncta: non tamen actu. Quare si omnes materiam tetigerunt.

iiii. (Cum autem duplex sit ens,omne quod mutatur ex eo quod est potentia: ad id quod est actu mutatur)Quæ dicta sunt quęq; dicętur in physico auditu diligęter sunt disputata.hoc tñ in loco propter causas initio libri a nobis allegatas repetuntur. Cum ergo inquit duplex sit ens.i.ens potentia:& ens actu,aqua.n.quę actu est aqua:aer est potentia:quidquid mutatur ex eo quod est potentia:in id transit quod est actu. Neq;.n.quæ fiunt,ea ex prorsus non ente efficiuntur.neq; rursus quod est efficiuntur: sed ex eo qđ partim est,partim secus.Materia.n.ens est perse,nõ ens aũt ob eã: quã in se habet priuationẽ.Et Socrates est quidẽ ens,sed & non ens propter diuersitatem, q̃ in ipso habetur.nam cum sit diuersus ab equo ,non ens est:propterea quod nõ est equus.vt intelligatur q̃cunq; fiunt ea per se quidem ex ente fieri,per accides tñ ex non ente. vt album ex non albo fit:quod non album vt perse est ens:sic ex accidenti nõ ens. accidit.n.ipsi non esse albo.simili cæterorum ratione,accidit enim aquæ, ne sit aer, & Calliæ ne sit equus. Nec enim solum inquit ex ente, quæ fiunt, efficiuntur, non ente tamen per accidens, sed licet etiam conuertenti dicere ex ente potentia, non ente actu.aqua enim ex quo gignitur aer, actu est non ens,quia non dum est aer. Itaq; actu est non aer siue non ens. potentia vero aer.i.ens. Cum sic ergo nobis significasset,quid sit quod fit mutaturq; ex forma in priuationem: & ex hac in illam:quod.s.materiam esse docuit addit (Atq; hoc est illud Anaxagoræ vnum) cuius sensus est huiusmodi.cum Anaxagoras res cunctas simul esse dicat: & vniuersum vnum, intellectum autem ab initio quodam hæc discernere fuisse exorsum,materiam se somniasse testatur, non tamen percepisse. ac id circo de ipsa non præcepit aperte. Satius ergo est inquit ex vno cuncta fieri affirmare propterea q̃ vnum in omnia mutari valeat,& deinde hoc vnum materiam esse exponere:quam res omnes simul esse tradere. Quis enim cuncta simul esse audiens, hac voce intelligat materiam significari, quæ cuncta sit facultate? Vt igitur Anaxagoras, cum omnia simul esse diceret, materiam imaginabatur, non tamen cognoscebat: sic Empedocles cum hæc nostratia ex mistura facta esse traderet Vocabat autem sphærũ misturã: materiam cũ contingere nequiret imaginabatur. quare dicturus ex materia: ex mistura hæc fieri dicebat. Quin etiam Democritus cum omnia simul esse potentia diceret,præ se ferebat, subobscuram sibi inesse materiæ intelligentiam. perinde est enim dicere,simul omnia esse potentia, ac si quiddam in nobis inesse dicas: quod omnia valeat.

Omnia vero quæ mutantur,materiam habent,tamen diuersam:& perpetuorum ea quæ non subeunt generationem.Mobilia vero sunt latione: at non generabilem:sed subeuntem tantũmodo lationem.Dubitauerit autẽ quispiam ex quo non ente fit generatio,id.n. quod non est tribus dicitur modis.Si igitur quippiam est potentia:ex hoc utiq; generatio erit.verum non ex quouis: sed aliud ex alio fit. Neq; sat est vniuersas res simul esse: differunt enim materia:nam cum infinita sunt orta,sed non vnum:mens enim est vna.Quare si materies esset vna:id nimirum actu fuisset ortum. Materia cuius potentia esset.Tres igitur sunt causæ: triaq; principia rerum ortus.Duo quidem contraria:quorum alterum est ratio atq; forma: alterum priuatio:tertium est materies ipsa.

v. (Omnia vero q̃ mutantur,materiam habent,tñ diuersam.) perconctatus supra in propositis quęstionibus,sit ne oĩum rerũ vnũ principiũ vnumq; elementum,an plura:hoc in loco non esse vnum ostẽdit,& rursus vnum esse demõstrabit. Ita oĩum rerum vnũ erit principium & nõ vnum.quod cuiusmodi sit in ꝓgressu dictionis declarabimus. oĩa igitur sensibilia tum mortalia tum ĩmortalia materiã habent,sed diuersam.Nã caducarum rerũ materia ex alia in aliã formã mutari põt,vt ipsam non inepte mortalem voces.sempiternorum vero nõ est hmõi,sed q̃ latione tm̃ moueri valeat.sol.n.q nunc est in aquario,paulo post erit in piscibus.(Dubitauerit autem quispiã, ex quo nõ ente fit generatio)cõfuse ad modum & indistincte:nullo ordine:nulla serie seruata quæ in hoc libro traduntur inducit.Idq; ob nihil aliud,q̃ ꝓpter obscuritatẽ:quam ab initio vi detur affectasse.Nam cũ supra dixisset:q̃ fiunt:ea non solum ex ente fieri, sed etiam ex non ente,multis interiectis:nunc cãm reddit,cum illic mentionẽ illorum nullam fecerit,in hũc maxime sensũ locutus:nõ temere se illo ĩ loco de his meminisse,sed necessario.qm̃ cum nõ ens trifariam dicatur:vno modo quod falsum est,vt ens vicissim id qđ verum:altero quod funditus nõ est,tertio quod potẽtia non est,quęrat aliquis horum non entium ex quo tandem efficitur generatio?hoc hęsitanter scisciatus respondet dicens.(si igitur quodpiam est potentia).i.si quid est non ens potentia, ex eo generatio existit. q̃q̃ in responsione hac non nihil desideratur:credo quia paulo ante de hoc aperte disputarat.Est autem:vt mihi quidem videtur,subaudiemdum,actu non ens:potentia vero ens.vt solida oratio sit huiusmodi,si quid est ergo actu quidem non ens,potẽtia vero ens,ex eo generatio existet,quod exemplo apertius declarabitur. aqua est nõ ens aer:potentia est aer:non tamen ex quocunq; actu non ente: potẽtia vero ente oĩa generãtur.Sed homo ex humano semine & mensibus muliebribus gignitur. oliua ex alio,ex alio vitis.cum igitur,vt testati sumus,ex aliis alia fiant: non satis est dicere qđ Anaxagoras aiebat,omnia esse simul.i.materiam esse,ex qua cũcta efficiuntur.sed explicandum ei fuit,quales res ex quali materia generantur.res.n.nõ forma tantum, sed materia etiam differunt.cum hominũ materia sint carnes & ossa.statuæ es, æris a qua & alius item alia.Nisi.n.proximæ cuiusq; materiæ infinitę propemodũ essent, exceptis.n.simplicibus ex materia informi nihil efficitur,vnum esset vniuersum. Nam cũ intellectus efficiens vnus sit:si proxima cuiusq; materia esset vna,nimirum quod efficeretur,vnum esset.quod.n.ait, id nimirum actu fuisset ortum,materia cuius potentia est)pro eo dictum est.vnum efficeretur non plura:quod poterat effici materia. Vt.n. ex tritico ,qui est spica potentia:sola spica generatur:non viris etiam & oliua:sic si materia esset vna:vnum esset generatum,nec id quodcũq;:sed quod erat potentia.Hæc effatus velut dictorum conclusionem infert. (Tres igitur sunt causę triaq; principia.) materia.s.formaq; & priuatio.

Post hæc sciẽdum:neq; materiam fieri,neq; formam.dico autem vltima, est enim quid quod mutatur:& ab aliquo:atq; ad quippiam pergit, ab aliquo quidem a primo mouente. Quid vero est materies ipsa, ad quod autem mutatur est ipsa forma.Igitur in infinitum abibitur,si non solum æs sit rotundum,sed etiam ipsum rotundum aut æs ipsum: stetur ergo necesse est.

vi. (Deinceps neq; materiam fieri neq; formã)in hac dictione desideratur illud demonstrare oportet,vt sit plena oratio huiusmodi. Deinceps neq; materiam fieri neq; formam demonstrare oportet. ac primam quidem, & informem materiam

non generari ipſe in calce libri primi de phyſico auditu demonſtrauit. quod autẽ ne forma quidem gigniť:in ſexto huius operis libro docuit. Et fortaſſe qm̃ principia tria eſſe tradiderat materiam formam & priuationem:appoſite fiant nec ne cõquirit. quod ſtrictim admodum demõſtrat.propterea quod in libro ſexto id latius explicarat.Com modum ergo inquit fuerit materia & forma fiant nec ne docere.& addit (vltima) qm̃ humores quattuor,qui materia ſocratis ſunt:generantur illi quidem, non tamen extre ma informiſq; materia ſunt.Rurſus caro forma quædam ſocratis eſt, non tamen ex trema:ſed ſocrates eſt extrema forma.Cum ſic ergo ſtatuit qualem & materiam & for mam generari neget:propoſitum demonſtrat dicẽs.ſi non ſolum ęs efficitur rotundũ. ſed etiam ipſum rotundum ſiue forma,abſq; fine procedetur.erit. n. aliquid quod ro tunditati ſubiiciatur.Nam quidquid fit ex aliquo ſubiecto efficitur. Et rurſus eadem ratione de rotunditatis ſubiecto quæretur:fiat,nec ne.ſi.n.fit, aliquid eſt ei ſubiectum. quod quidem in infinitum progredietur.Rurſus ſi fiat ęs ex humida euaporatiõe, hęc ex aqua:aqua ex informi materia,& hæc item ex alio,progreſſus erit infinitus, quod fieri non poſſe in primo libro minore huius operis demonſtratum eſt.

Poſt hæc ſciendum eſt:ſubſtantiam quãq; ab eiuſdem nominis rationiſue ſubſtantia generari:ea nanq; quæ natura ſunt ſubſtantiæ ſunt cæteraue. Nam aut arte fiunt:aut natura:aut fortuna,aut & caſu:artem igitur prin cipium in alio eſſe conſtat.At natura principiũ eſt in ipſo. Generat enim hominem homo,reliquæ vero cauſę priuationes ſunt harum.

(Ad hæc ſubſtantiam quanq; ex ſibi cognomine generari) hoc quoq; in loco ſub au vii.
dire oportet,confirmandum eſt.Poſt dicta ergo inquit confirmandum eſt: ſubſtãtiam quanq; ex ſibi cognomine fieri.Nam efficienda inquit vel arte fiunt:vel natura,vtroq; autẽ modo ex ſibi cognomine fiunt.artificioſa.n. ex ſibi cognomine fieri perſpicuum eſt conſideranti:domum ex ea domus forma fieri:quæ in architecti anima ineſt. Sani tatem huius corporis:ex forma & rõne.q̃ habetur in animo medici. Nam de rebus na turalibus ne dubitari quidẽ põt.homo.n.ex hoĩe, ex equo equus generatur.At quę vel caſu fiunt vel fortuitu:ea tum naturę tum artis quaſi peccata videri debẽt. Cum au tem efficiẽda vel arte fieri vel natura dixiſſet,diſcrimen artis & naturę id eſſe ait,q̃ ars eſt principium quod in efficente ineſt,nõ in ipſo quod efficitur. Natura vero princi pium quod in eo:quod fit habetur.(generat.n.hominẽ hõ) hęc verba cohęrent cum illis(Ad hęc ſubſtantiã quãq; ex ſibi cognomine generari confirmãdum eſt (generat n.hominẽ hõ) quod vero interiectum eſt.(Nã q̃ natura ſunt ſubſtãtię cæteraue) ęqui pollet huic.non ſolum q̃ natura fiunt,ſed ẽt alia.i.q̃ artibus ſubiiciũtur ſunt ſubſtãtiæ, vel huic.Nã vt q̃ natura fiunt,ea ex ſubſtantiis.i.ex ſibi cognominibus gignuntur, ſic itẽ alia:hoc eſt artificioſa.cuius ſignum eſt hominẽ ab homine generari. vt ſolida ora tio ad hunc modum ſeſe habeat. Ad hęc ſubſtantiã quanq; ex ſibi cognomine genera ri confirmandũ eſt, nã q̃ natura fiunt ſubſtantię ſunt & item alia. cuius ſignum eſt:qđ hõ ab homine generatur.(Reliquę vero cauſę).i caſus & fortuna (priuatiões ſunt) i.errata & quaſi peccata eorum,quæ natura vel arte fiunt. Cæterum cum ſubſtantiam ſupra tripartito diuiſiſſet,& ſubſtantiã videlicet ſenſibilẽ bipartito in mortalẽ & inge nitam,quibus tertiam intelligibilem ſubſtantiã adiiciebat,nunc iterum ſubſtantiam in tria partitur materiam,formam & id quod ex vtraq; conſtituitur.

Atq; ſubſtantiæ ſunt tres:atq; alia eſt materies, quæ quidem hoc aliquid eſt,ex eo quia apparet:quæ nãq; tactu non copulatiõe ſunt vnum: ea ma teries ſunt

teries ſunt & ſubiectum:alia eſt natura,quæ quidem hoc aliquid eſt,ac ha bitus quidam:ad quam per ipſam pergitur generationem. Tertia eſt ea: quæ ex hiſce cõſtat:ipa inquã ſingularis vt ſocrates:aut callias. In quibuſ dam igitur hoc aliquid non eſt:præter compoſitam ipſam ſubſtantiam: vt forma domus niſi ars ipſa:neq; eſt corruptio horum ac generatio, ſed alio modo ſunt atq; non ſunt ipſa domus,quæ ſine materia eſt, atq; ſani tas:& omne id cuius ars eſt effectrix: ſed ſi eſt,in iis eſt:quæ natura fiunt, Qua propter non male dixit plato:formas eorum eſſe, quæ natura con ſtant,ſi ſint iſtorum aliæ formę:vt ignis:caro,caput:& quę ſunt ſimilis ge neris:ſunt enim vniuerſa materies,& ipſa vltima ſubſtantię eius,quę ma xime ſubſtantia dicitur.

viii. (Nam ſubſtantiæ inquit tres ſunt:atq; alia eſt materia,q̃ quidem hoc aliquid eſt:ex eo quia apparet)ſenſus eſt,quoniã ſocratis materia eſt carnes,nerui:oſſa,manus, pedes: caput,& cætera.cum accumulata hæc & temere congeſta intelligimus:nec cohęrentia & inter ſeſe vnita,ſed contingentia tantum inter ipſa more granorum tritici, q̃ cumu lum conficiunt:vt manus exẽpli cauſa,& ſplen:atq; iccur in ſolo iaceant,ſuper hæc ca put & venter imponantur,tum his etiam ſuperiora pedes & inteſtina,cum hæc igitur q̃ ſocratis materia ſunt:adhunc modum cogitatione depingimus,tunc hoc aliqd ſunt: qm̃ ſic videtur.Appellat autẽ hoc aliquid ſocratem:vel oĩo id animal, quod hæ partes conficerent,ſi in ordinem ac vnitatem cohęrentiamq; a natura redigerentur. Manus igitur & pedes caputq; & cæteræ partes indigeſte ac temere congeſta ſocrates eſſent: quia ſic videtur.i.ſecundum imaginationem. Imaginamur.n.ſi natura potentiã ſume ret,vt propoſitã materiã digereret,vniretq;:fore vt ſocrates efficeret. Quę cũ fuerint vnitæ & compoſitæ ac in ordinem redactæ, nõ item imaginatione tunc hmõi materia erit ſocrates,ſed reuera ſocrates,vt verum ſit dictu,hęc ſocratem eſſe. Quęcunq; igitũ materialia contactu ſunt vnum:non autem cohęrentia & vnione, ea ſunt hoc aliquid imaginatione.Cui ſimilis ratio in igne,aere aqua terraq; intelligi debet. Cum.n.tactu ſunt vnum,nõ cohærentia & vnione:tunc imaginatione ſunt ſocrates.cum vero a na tura debellata alterantur: fiunt;q̃ ſocrates,tunc re vera ſocrates ſunt,vna igitur ſubſtã tia eſt materia.(Alia rurſus ſubſtantia eſt natura,q̃ quidem hoc aliquid eſt, atq; habi tus)Formam appellat naturam & hoc aliquid:atq; habitũ,hęc.n.pro eodem ſumũtur. (Ad quam).i.ad quã naturam & formam generatio eſt.oĩs.n. generatio via eſt ad for mam aliquam.Alia item ſubſtantia id eſſe intelligitur: quod ex materia & forma exi ſtit.vt ſocrates vel Callias.ſed poſtq̃ dixit(Tertia eſt ea:q̃ ex hiſce conſtat, ipſa inquã ſingularis vt ſocrates,aut Callias)in quibuſdam perſpicuum eſſe ait non eſſe formas ſiue ideas ipſorum ſingulorum,quod ipſis etiam idearum aſſertoribus viſum eſt, qui artificioſorũ ideas eſſe negabãt,ſed naturaliũ.In quibuſdam igitur nõ ſunt ideæ.Neq; n. domus neq; ferręq; neq; ſtatuæ forma eſt ſiue idea. Niſi ſiquis artes quibus hæc fiunt, ideas eſſe dicat.formę igitur artificioſorum non ſunt in ſubſiſtentia, ſed intelligentia tm̃ & cogitatione:quam ob rem neq; per generatienem & temporaneum ſpatium,aut omnino per aliquam ſubiecti mutationem illis eſſe ſuppeditatur,neq; per interitũ nõ eſſe.hoc.n.eſt quod ait(neq; eſt corruptio horũ ac generatio:ſed alio modo ſunt: atq; non ſunt).i.citra generationem ſunt,& abſq; intertu non ſunt,more contactuum.Nã cum domus formam imaginamur.huiuſmodi forma eſt nõ per generationem, cum

nullo alterato talis forma generetur,ſed in momento puncto; temporis.Nam viſum ipſius in puncto temporis fuit effectum.Eadem cum ipſam animo videre cogitatione non depingimus,non eſt:quoniam ipſum non imaginari momento temporis efficit. Domum porro atq; ſanitatem expertem ait eſſe materię:formam ipſam domus & ſanitatis ſignificans:q̃ forma noſtra in imaginatione ineſt.Quare non perperam,inquit Plato negauit artificioſorum eſſe formas,ſed naturalium.Nam omnino ſi formę ſunt, eorum ſunt,q̃ natura conſtant,non q̃ ab arte conficiuntur. Nam quod ait (ab his diuerſæ)ſignificat id.rerum naturalium erunt formæ:q̃ ab his.i.a noſtratibus ac ſenſibilibus diuerſæ ſunt.Quod vero ſequitur(vt ignis caro caput,ſunt.n. vniuerſa materies & ipſa vltima ſubſtantię eius,q̃ maxime ſubſtantia dicitur.)cum proxime dictis nequ; cohærentineq; conueniunt:ſed cum eo quod ſupra dictũ eſt cõgruere videtur. (Quę nanq; tactu nõ copulatione ſunt vnum,ea materies ſunt,& ſubiectum.vt ſit huiusmodi dictorum ſeries continuata.(Quæ nanq; tactu non copulatione ſunt vnum: ea materies ſunt atq; ſubiectum:vt ignis,caro,caput.ſunt.n.vniuerſa materies:& ipſa vltima ſubſtantiæ eius,q̃ maxime ſubſtantia dicitur)deinde(alia eſt natura q̃ quidem hoc aliquid eſt)& cętera. Appellat autem maxime ſubſtantiam,ſubſtantiam indiuiduam: vt Socratem,aut Calliam.huiuſmodi.n.ſubſtantię materia eſt ignis.Sed potiſſimum materia eius eſt vltima.i.proxima.continenſq; materia velut caro,nerui:oſſa.

Mouentes igitur cauſæ antecedunt. At hæ quæ ſunt vt ratio cauſę:ſimul ſunt.Cum enim homo eſt ſanus,tunc & ſanitas eſt. Figura etiam æneæ pilæ,& ipſa ænea pila ſunt ſimul. Si vero & poſterius quippiam permanet conſiderare oportet, in quibuſdam enim nihil prohibere videtur, veluti ſi anima tale ſit non omnis,ſed mens ipſa.Vt enim omnis permaneat anima. fieri fortaſſe non poteſt. Patet igitur ideas ob hæc eſſe non oportere,homo nãq; ſingularis hominem generat ſingulare. Similiter & in artibus fieri ſolet.Ars.n.medendi ipſa ratio eſt ſanitatis.

(Mouentes igitur cauſæ antecedunt.) hoc quoq; peculiariter ad cauſarum quæſtionem pertinet. cuius ſenſus eſt. Mouentes.i.efficientes cauſæ priores tempore ſunt, quã ea quæ fiunt .Sophroniſcus enim Sõcrate prior eſt. atq; ædibus ædificator, quãq; dictio ſubobſcura eſt.(Mouentia igitur inquit vt prę effecta entia)entia dixit pro exiſtentia:vt ſit ſenſus.efficientes cauſæ exiſtunt & rationẽ habent priorẽ tempore ad ea quę efficiuntur.Cauſę vero formales ſimul ſunt,Nam ſimul atq; æneus globus eſt,rotunditas eſt:que globi eſt forma.Itẽ ſimul atq; ſanus eſt,ſanitas habetur,quę habitus quidam eſt & forma.Cauſas igitur formales ſimul eſſe cum iis,quorũ cauſæ ſunt certum eſt.Cęterum inquit vtrum formę ſeparatę maneant:& poſt ſeparationem perſtant,nec abeant in nihilum,magna quæſtio eſt.in quibuſdã tamen nihil prohibet. Nam cum animantium anima ſit forma:nihil obſtat:quominus anima quępiam vt intellectus ſiue anima rationis compos maneat.Expertes enim rationis mortales ſunt. quamobrem adiecit(fortaſſe)Cum igitur omnium rerum cauſæ manifeſtæ ſint: ſuperuacanea eſt idearum inductio ad harũ generationẽ.Socrates enim e Sophroniſco generatur,ex Ariſtone Plato.pari artificioſorum ratione.Valetudo enim ab arte medica fit,quę quidem eſt ratio & forma valetudinis.

Cauſę autem atq; principia:tum aliorũ:tum eadem omnium ſunt: ſiquiſpiam vniuerſaliter dicat: & ſimilitudine rationis.

ix.

x. (Cauſæ autem & principia aliorum alia ſunt)iam nunc quęſtionem ſoluit,quavtrum cauſæ & principia omnium rerum eadem,nec ne ſint quærebatur. quodammodo ergo inquit eadem initia ſunt,alias diuerſa.Nam vniuerſaliter.i.vt ipſe exponit. Secundum proportionem:eadem omnium ſunt,cum.n. cunctorum efficiendorum principia ſint materia,forma & priuatio,& omnia efficienda materiæ & formæ atq; priuationi ſint ſubiecta,efficitur vt in vniuerſum omniũ eadẽ habeantur initia. Cauſæ enim cuiuſq; ſunt materia,forma,& priuatio,ſtatuæ nanq;materia ęs eſt,forma talis figura, priuatio eius formę:qua vacat velut equinæ.Item Ianuæ materiaeſt lignũ ,forma huiuſmodi figura,priuatio exempli gratia formæ quadrantalis.Itaq; in vniuerſum,& ſecundũ proportionẽ eadem omnium initia ſunt.i. materia:forma,& priuatio. vt enim æs ad ſtatuam,ſic lignũ ſe habet ad Ianuam.At ſi ad proxima & coordinata reſpicias diuerſa ſunt.Alia eſt enim ſtatuæ materia alia Ianue,Socratis alia. Eadem eſt formæ priuatiõiſq; ratio.Alia nãq; eſt tũ forma ,tũ ẽt priuatio ſtatuæ,alia Ianuę:alia Socratis, quod ipſum de cauſa efficiente conſtituendum eſt : Nam cunctorum efficiendorum in vniuerſum cauſa efficiens eſt quiddã velut mouẽs:proximæ vero diuerſæ ſunt. Socratis enim Sophroniſcus:ſtatuæ ſtatuarius cauſa efficiens eſt . Rogatus ergo vtrum cunctorum cauſæ initiaq; eadem ne ſint,an diuerſa,cõmode reſponderis,tum eadem eſſe,tum diuerſa.ad vniuerſum ſpectanti eadem:ad proxima quæq; , diuerſa.ſed cum cauſas &initia aliorum alia eſſe dixiſſet,vt ſe non temere in hanc mentionem deſcendiſſe doceret adiecit.

Dubitaucrit autem quiſpiam , vtrum diuerſa an eadem ſint ſubſtantiarum elementa,principiumq;, & eorum quæ ſunt ad aliquid , cæterorum prædicamentorum ſimili modo.At abſurdum eſſe videtur,ſi eadem omnium ſunt.Ex eiſdem enim & ea quæ ſunt ad aliquid ,& ſubſtantiæ ipſæ conſtabunt.Quid igitur hoc erit,præter enim ſubſtantiam cæteraq; prædicamenta nihil eſt prorſus , quod ſit ipſis commune . Elementum autem prius eſt hiſce,quorum eſt elementum:at neq; etiam ſubſtantia elementum eſt horum quæ ſunt ad aliquid:neq; quicquam etiam iſtorum eſt ſubſtantiæ elementum . Præterea quomodo eadem poſſunt eſſe omnia elementa:fieri enim non poteſt ut elementorum quicq̃ ſit idem quod id quod ex elementis componitur:nam vt B,aut,A,ſit idem quod,B,A, minime fieri poteſt.

xi. (Dubitaucrit autem quiſpiam vtrum diuerſa an eadem ſint ſubſtantiarum elementa principiaq;,& eorum,quæ ſunt ad aliquid cæterorumq; prædicamentorum ſimili modo.)& proprie quidem:ac ſi ad proxima quæq; ſpectetur,non eadem eſſe confirmat. quandoquidem abſurdum inquit eſt dictu omnium rerum idem eſſe elementum. quod ex partitione demonſtrat.Nam ſi vnum eſt cunctarum rerum elementum,hoc vel diuerſum eſt a cunctis prædicamentis: vel vnum ex ipſis cæterorum eſt elementum.Non eſſe autem a decem prædicamentis diuerſum in promptu eſt intelligere. Nam cum elementa priora iis ſint , quorum elementa eſſe dicuntur ideſt iis quæ ex elementis conſtituuntur.ſi idem eſt elementum decem generum generaliſſimorũ ſubſtantiæ,quanti:qualis & cæterorũ:id profecto prius illis habebitur.at ſubſtantia & cæteris prædicamentis nihil eſt prius:atq; adeo præter ipſa nihil eſt, non igitur cunctorum eſt vnum elementum.ſed ne ſubſtantia quidem relatiuorum aliorumq; præ

dicamentorum elementum eſt.Nam qui fieri poteſt,vt ex ſubſtantia fiat non ſubſtantia?cum ex ſubſtantia ſemper ſubſtantia generetur?Neq; rurſus relatiua ſubſtãtiæ ſunt elementa.niſi forte putamus,id quod fieri non poteſt, ex accidenti ſubſtantiam generari.Quod vero ait(Præterea quomodo eadem poſſunt eſſe omnium elementa? fieri enim non poteſt,vt elementorum quidq̃ ſit idem,quod id,quod ex elementis componitur.)argumentatio eadem eſt,quæ ſuperior.licet alia via procedat.Illic enim elemẽtum prius eſſe dicebat,quam ex elemẽtis cõſtituta:hic ab eiſdem eſſe diuerſum. Neq; enim Socrates , qui ex igne & terra & interiectis elementis conſtat,idẽ eſt:quod ignis & terra,ſed his diuerſus . Si ergo elementa diuerſa iis ſunt , quorũ ſunt elementa ,ac decem prædicamentorum vnum & idem eſt elementum , fiet vt ipſum diuerſum ſit omnibus decem prędicamentis.præter autem decem prædicamenta nihil eſt,non eſt igitur omnium vnum elementum.porro elementa diuerſa iis eſſe : quæ ex ipſis velut conflantur inductione confirmat.Nam.b.inquit cum ſit ba ſyllabę elementum ab ipſa diuerſum eſt.

Neq; igitur fieri poteſt,vt elementorum intelligibilium quicq̃ ceu ipſum vnum:aut ipſum ens elementa omnium ſint. Hæc enim vnicuiq; compoſitorum etiam inſunt:eorum quoq; ipſorum nullum erit ,neq; ſubſtantia, neq; ad aliquid.At neceſſarium eſt.Nõ ſunt ergo,omnium eadem elemẽta,an vti diximus:tum ſunt:tum non ſunt,veluti corporum forſitan ſenſibilium:calidum quidem eſt vt forma:frigidum autem alio modo priuatio eſt,& materies id quod hęc eſt potentia primum per ſe : & ſubſtantiæ autem hęc ſunt,& ea quæ ex hiſce conſtant , quorum hæc principia ſunt, aut ſi quid ex calido frigidoq; fit vnũ,vt caro ,vel os.Id quod inde emergit:diuerſum ab illis eſſe neceſſe eſt . Horum igitur eadem ſunt elementa principiaue.Alia vero ſunt aliorum. Atq; omniũ hoc quidem pacto principia dicere eſſe non poſſumus eadem eſſe, ſimilitudine vero dicere poſſumus,perinde atq; ſi quiſpiam dixerit tria principia eſſe,formam,priuationem:atq; materiam:verum vnumquodq; iſtorum circa vnumquodq; genus diuerſum eſt:vt in colore,album,nigrum,ſuperficies,lumen.tenebrę,aer,ex his autem dies emergit & nox . Cum autem non ſolum ea quæ inſunt ſint cauſæ,ſed etiam ea quę ſunt extra,veluti ipſum mouens præter principium,ac elementum diuerſa eſſe. Vtrũq; vero cauſam eſſe , atq; in hæc principium ipſum diuidi:& id quod mouet principium quoddam eſſe.Quare tria quidem ſunt elementa ſimilitudine rationis : cauſæ vero atq; principia quattuor. Aliud autẽ eſt in alio,& prima cauſa vti mouẽs. Alii alia eſt ſanitas,morbus,corpus,id quod mouet:medẽdi facultas eſt: forma inordinatio talis .Lateres id quod mouet,ars eſt extruẽdi domus, atq; in hęc principium ipſum diffunditur.

(Neq; igitur fieri poteſt:vt elementorũ intelligibiliũ quidq̃ ceu ipſum vnũ, aut ipſum ens elemẽta oĩum ſint)Quę vocet elemẽta intelligibilia ipſe declarauit. vnũ.ſ.& ens. fieri ergo inquit non põt,vt ens & vnũ ſint cunctorum elementa , quod arguit ĩnixus xiii

eo quaſi fundamẽto:quod modo iactũ eſt elemẽta.ſ.diuerſa iis eſſe,quæ conſtituũtur ex ipſis.Si ergo inquit vnũ & ens ſunt omniũ rerum elementa oĩa ab vno & ente diuerſa fuerint,ſed vt ex igne terraq; conſtitutum,neq; ignis eſt, neq; terra , ſic quod ex ente & vno conſtiterit neq; ens erit:neq; vnũ.Itaq; ſubſtantia,quantũ,quale & cætera prædicamenta erunt non entia.& non vnũ.quod quidem fieri non põt:ac proinde id falſum eſt,vnde hoc concludĩtur vnũ.ſ.& ens cunctarũ rerũ eſſe elementa . Vbi vero ait,(Hæc.n.vnicuiq; compoſitorũ etiam inſunt)Subaudiendũ eſt:ſimpliciũ.vt ſit plena oratio.hæc.n.vnum & ens vnicuiq; ſimpliciũ & compoſitorũ inſunt . Qđ vero ait (Eorũ quoq; ipſorũ nullum erit.neq; ſubſtãtia neq; ad aliquid)hmõi eſt ipſorũ.i.eorũ quæ ex ente elemento & vno fuerint cõſtituta,nullũ erit.i.ea nullomodo fuerint,nec ſubſiſtentiã quampiã habebunt.Nã vt diximus quemadmodũ quod ex igne & terra conſtat,id neq; ignis eſt,neq; terra,ſic quod ex vno & ente conſtiterit,neq; vnum erit neq; ens.Sed non vnũ,& non ens.Illud vero(neq; ſubſtãtia , neq; ad aliquid)pro eo accipi põt.Neq; ſubſtantia erit ens:neq; ipſum ad aliqd.Põt & idem aliter exponi .ad hunc modũ.Si quis ergo ens elementũ eſſe dicat,cũ elementũ diuerſũ iis ſit,quæ exiſtunt ex ipſo,vel ipſum erit non ens:vel certe quæ ex ipſo conſtituunt.fieri.n.nõ põt vt ens ſiue elementũ ſit ens,& quæ ex ipſo conſiſtũt entia.Sin aũt ſubſtantia cuipiam elementũ eſſe videaĩ,aut ipſa non erit ſubſtantia,aut certe,quæ exiſtũt ex ipſa.vt Socrates,Plato,& cætera.Pari rõne ſi elementũ ſit ex iis:quæ ad aliqd referũtur, ad aliqd erit non ad aliqd:& concludit dicens non igiĩ omnium eadẽ elementa initiaq; ſunt. ſed quodãmodo eadẽ,alias diuerſa.In eo.n.qđ mã forma priuatio efficiẽs elemẽta ſũt & his oĩa ſubiiciũtur,principia cũctorũ eadẽ ſunt.in eo vero q̃ alia eſt ſtatuq; mã alia animalis & pari ratione alia forma & efficiens ſtatuæ,& alioq; aliç,diuerſa: non eadẽ ſunt omnium rerum initia.Ad vniuerſalia igitur,formam dico & materiã & reliqua ſpectanti eadem omniũ initia ſunt:ad ea vero,quæ ſimul ordinantur,diuerſa ſunt,nõ eadẽ.Omnia igiĩ materiæ,formæ:priuationi ac efficiẽti ſubiici:inductiõe quadã oſtẽdit.Nã ſenſibiliũ ingt corporũ forſitã.i.exempli cauſa:vt forma eſt calidũ , vt priuatio vero frigidũ.materia porro quod calidũ vel frigidũ effici põt.(Per ſe)autẽ adiectum eſt,qm̃ album frigidũ fieri dicitur.non tm̃ per ſe.Sed id perſe frigidum efficitur:quod eſt albo ſubiectũ.Calidum igitur eſt forma,frigidum priuatio:materia vero quod eſt vtrumq; potentia:ſunt autẽ ſubſtantię tum calidum,nã calidum eſt forma & ſubſtãtia ignis,tum etiam materia.nec ſolum hæc ſubſtantiæ ſunt,ſed etiã quod ex calido efficiĩ & frigido hoc eſt ex igne & aqua.ſiue caro id ſit,ſiue os,ſiquid ne aliud.quod vero ait(id.n.quod efficiĩ diuerſum ab illis eſſe neceſſe eſt) nequaq̃ cum pximis dictis cohereſcit.Sed cum illo potius quod paulo ante dictum eſt.(Nullum igitur ipſorũ erit, neq; ſubſtantia neq; ad aliquid)vt hoc ad confirmãdum pertiñeat ſubſtantiã non eſſe ſubſtantiam neq; ad aliquid ad aliqd.Neceſſe eſt.n.vt diuerſum id ſit,quod efficiĩ.Nã vt dictum eſt,quod ex elemento fit diuerſum eſt ab elementis Horum igitur .i. proxime dictorum calidum eſt forma,frigidum velut priuatio , quod vero vtrumq; valet eſt materia.lumen vt forma:tenebrę vti priuatio.Atq; ex aere & lumine.i.ex materia & forma dies efficitur:ex aere & tenebris hoc eſt ex materia & priuatione nox .Itaq; ad hunc modum.i.ſecundum proportionem omnium:vt diximus,eadem initia ſunt proprie non item.Sed qm̃ inquit nõ modo nobis coordinata ac inſita,cauſæ ſunt. ſed etiam externum hoc eſt mouens ſiue efficiens,ſatis intelligitur initium diuerſum eſſe ab elemento:quandoquidem initium latius patet:q̃ elementum.elemẽtum nãq; initiũ eſt non tamen omne initium eſt elementũ,vt in patre licet cõſiderare,qui principium recte nuncupatur,non item elementum Ac initium quidem velut vniuerſalius in hęc

tanq̃ particularia distribuitur. materiã dico, formã priuationem & efficiens. Porro si in hæc diuiditur initium, haud dubie mouens & sistẽs, hoc est efficiens initium quoddã esse videri debet. Vt intelligatur elementa quæcunq; reperiantur, tria omnino esse proportione, materiam, formam & priuationem, initia vero & causas quattuor, materiam, formam priuationam, & efficiens. quæ quidem quattuor alia in aliis reperiuntur. Exempli causa in animalibus corpus est tanq̃ materia: valetudo quasi forma, morbus velut priuatio, medicina tanq̃ efficiens. Rursus domus quasi forma, quasi priuatio confusio talis, lateres ceu materia, velut efficiens cœmentarius faber cunctorum igitur initia sunt materia forma, priuatio, & efficiens, sed aliorum alia.

Atqui cum id quod mouet, in naturalibus quidem hominibus homo. fit, in iis aũt, quæ a mente proficiscũtur, forma fit, aut contrariũ, tum tres, tum quattuor causæ erũt. Medẽdi nãq; scientia sanitas quodãmodo est, & edificandi facultas ædium, forma hoiem quoq; generat homo, insuper pręter hæc est id quod est omniũ primũ omnia mouens.

(Atqui cum id qđ mouet in naturalibus quidẽ hoibus hõ) Naturales hoies dicit, propter ipsi hominẽ, ille. n. non est naturalis. repetit autẽ hoc in loco id quod in phylico auditu tradiderat. plerũq; .s. vsu venire, vt cã efficiens & formalis eadẽ habeatur. Sophroniscus. n. & Socrates licet numero sint diuersi, specie tñ idem sunt. Itẽ valetudo, q̃ habetur in corpore, & effectrix eius medicina eędẽ sunt specie. Ars. n. quã medicinam dicimus, sanitatis est ratio. similiter domus & ars ædificandi. Itaq; efficiens & formalis causa non quidem omnis, sed aliqua cum numero duo sit, vnum tantum est specie. quo fit, vt causæ quodam modo tres, quodammodo quattuor habeantur. (Insuper pręter hæc est id, quod est omnium primum) quod quidem principium est id, quod per hanc doctrinam inuestigamus. xiii.

At vero cũ alia sint separabilia, alia nõ separabilia substãtiæ sunt illa, & iccirco causæ omnium sunt hæc, quia sine substantiis affectus motusq; non sunt. Deinde hæc erunt anima forsitam atq; corpus, aut mens, aut appetitus ac corpus.

(At vero cum alia sint separabilia, alia non separabilia substantiæ sunt illa) his verbis docet eadem esse substantiarum consistendi principia, & causas, quæ accidentium. Nam cum rerum inquit, aliæ sint separabiles & per se consistentes velut substantiæ, quædam inseparabiles, & quæ perse consistere nequeunt, sed in aliis esse habent, vt accidentia, illa. i. quæ separata sunt, & perse consistunt, substantiæ sunt (& propter hoc omnium causæ hæc). i. propterea substantiarum initia sunt omnium rerum existendi causæ. Cuius rationem paucis reddit dicens. (quia sine substantiis affectus motusq; non sunt.) Nam cum substantiarum initia causæ cur substantiæ sint, habeantur, rursus ipsæ substantiæ, cur sint accidentia, satis intelligitur substantiarum initia causas esse, quamobrem sint accidentia. Deinde docet, quæ sint proximæ animantium causæ existendi. hæc enim inquit forsitam sunt anima & corpus, vt in stirpibus, vel intellectus & corpus, atq; appetitus, vt in hominibus, vel corpus & appetitus vt in bestiis licet animaduertere. xiiii.

Prætereа principia sunt eadem alio modo similitudine rationis, vt actus atq; potentia, at hæc, & alia sunt aliis, atq; alio modo. In quibusdam

enim idem interdum est actu, interdum potentia, vt vinum vel caro, vel homo, cadunt autem & hæc in causas iam prædictas, forma enim si separabilis est, actus est, & id quod ex vtrisq; constat, priuatio vero vt tenebræ, aut ægrotans: materies autem est potentia, hoc est enim id quod vtrumq; fieri potest.

xv. (Præterea principia sunt eadem alio modo similitudine rationis.) cum omnium rerum principia materiam, formam, priuationem atq; efficiens esse dixisset, quæ ratione quidem eadem, proprie vero diuersa sint, quoniam potentia & actus principia sunt, ex eo enim quod hoc est actu, illud vero potentia efficienda gignuntur. hæc enim natura, vt ipse in physico auditu tradidit, perspecta quæstionem omnem exsoluit ait, q̃ quemadmodum in omni re materiam, formam, efficiens & priuationem conspicientes, omnium rerum eadem esse principia dicimus, sic item in re omni potentiam & actum contuentibus secundum vniuersalem potentiam & vniuersalem actum, quibus natiua quæq; subiiciuntur, eadem esse omnium initia affirmare licet, quæ diuersa sunt, si ad potentiam & actum spectes, quæ in singulis rebus habentur. Itaq; modo materiam & formam ac cætera respicientes, rerum omnium principia vel eadem esse dicimus vel diuersa, modo potentiæ atq; actus habita ratione. Alio igitur præterea modo inquit, & secundum aliam proportionem initia eadem sunt. non. s. formæ materiæq; & ceterorum, sed actus atq; potentiæ ratione. At potentia & actus alias aliis adsunt, atq; alio modo. Idem enim quibusdam adest modo actu, modo potentia. valetudo enim Socrati tum actu adest, tum facultate. Nam recte valenti Socrati sanitas actu adest, morbus potentia, ægrotanti contra. Itaq; valetudo iam his adest, vt Socrati & Platoni, iam illis vt Achilli & Alcibiadi. sed & diuersis modis, nunc enim potentia, nunc vero actu. Illud autem (vt vinum vel caro, vel homo) exempla sunt eius, quod modo est actu, tum potentia. humor enim qui nunc actu est vinum, idem potentia est acetum. ac vicissim qui nunc est actu acetum, potentia vinum est. cui similis est cæterorum duorum ratio. porro vt in his sese res habet, sic in omnibus. Cæterum potentia inquit & actus eorumq; subiectum sub eas quę commemoratæ sunt causas cadere, hoc est ad eas referri ait. i. ad materiam, formam & priuationem, actus enim formam emulatur, ac vicissim actum forma, potentia priuationem, hæc rursus potentiam, ipsorum vero subiectum materiæ similitudinem habet. Ac sensum quidem dictorum huiusmodi esse reor. quod vero ad dictionem attinet, huiusmodi est. (forma enim actus est). i. formæ æmulus est actus, & huius æmula forma. (si separabilis est). i. mente & cogitatione separabilis, si quidem formæ materiales cogitatione tantum a materia secernuntur. (& id quod ex vtrisq; constat). i non solum forma est actu sed id etiam, quod ex materia & forma consistit. vel illud (forma enim si est separabilis) pro lumine dictum est, quasi dicat actus siue lumen separabile, singulis enim diebus ab aeris perspicuo separatur. ex ambobus vero dicit diem, qui ex lumine & ex perspicuo illustrato fit. pro lumine autem quod separabile vocat, actum dixisse, argumento est quod ait (priuatio vero vt tenebrę.)

Alio vero modo potentia atq; actu differunt ea, quorum non est eadem materies, quorum forma non est eadem, sed diuersa. Quemadmodum hominis causa sunt elemẽta, ignis, & terra, vti materies, & propria forma, & siquid aliud est extra, vt patet, & præter hæc sol, orbisq;

obliquus, quæ quidé neq; materia ſunt, neq; forma, neq; priuatio, neq; ſpēi ciuſdem, ſed mouentia.

(Alio vero mō potētia atq; actu differunt ea:quoꝝ non eſt eadē materies quorūq; forma non eſt eadē.)Cū hō generet hoīem atq; item ſol,& vterq; ſol inquā & Sophroniscus:exēpli gratia cāę ſint ſocratis efficiētes,Sophroniſci materia:carnes: oſſa & nerui, & ſimiliter forma:& actus eius nihil rōne differūt a materia & forma Socratis.Carnes n.& nerui,vtriuſq; materię ſunt.& pari ratione formę eędē ſunt.nec niſi priore & poſteriore diſcrepāt.Nā materia & forma Sophrōiſci q̄ Socratis priores natura ſunt.Solis aūt materia & forma nō tēpore tm̄ materia & forma Sophroniſci priores ſunt:ſed ēt rōne.Materia.n.Sophroniſci eſt caro,ſolis non itē:ſed quintī corpus. Nā ſolis formā a forma Sophroniſci diuerſam eſſe nemini dubiū eē debet.hęc itaq; innuit verbis illis(alio vero mō potentia atq; actu ea differunt:quoꝝ non eſt eadē materies,& quorum non eſt eadē forma.)quāq̄ dictio manca eſt & impfecta:q̄ plena eſſet: ſi ad hunc modū ſeſe haberet:(Alio mō potentia atq; actu ea quoꝝ non eſt eadē materies nec ea dē forma, differūt ab iis quoꝝ nō eſt eadē forma neq; eadē mā.)eſt aūt ſenſus.Cū Socratis efficiens cā ſit nō ſolū Sophroniſcus,ſed ēt ſol & circulus obliquus,actus & forma ſolis atq; obliq; circuli differt ab actu & forma Sophroniſci & Socratis. cui ſimilis eſt potētiaꝝ ſiue materieꝝ q̄ in ipīs hñtur rō.cuius cām ſuggeſſit dicēs(q̄ qdē neq; mā ſunt neq; forma neq; priuatio)quaſi dicat.Nā mā & forma ſophroniſci eędē ſunt,q̄ ſocratis mā & forma.ac ſimiliter priuatio.vterq;.n.priuationē hſianę formę oppoſitā habet.Solis aūt & obliq; circuli forma māq; nō ſunt eędē,q̄ ſophroniſci & ſocratis. Quorum igit̄ actus & potētia differunt a mā & actu ſophroniſci & ſocratis,ea ſol.ſ.& obliquus circulus,diuerſa ſunt a ſophroniſco & ſocrate,quoꝝ forma & mā nō eſt eadē, q̄ ſolis & obliq; circuli mā & forma.qđ ſi ſol & obliquus circulus a ſophroniſco & ſocrate differunt:nimirum retro quoq; agere licet,vt ſolis & obliqui circuli actus & potentia a ſophroniſci & ſocratis actu & potentia differre intelligantur.

xvi.

Preterea cernere oportet cauſarū alias vniuerſales alias nō vniuerſales dici poſſe, omniū igitur prima principia ſunt, id quod actu primū eſt hoc & aliud quod potētia eſt. Atq; illa quidem vniuerſalia nō ſunt. Singulare nāq; ſingularium principiū eſt homo & hominis eſt vniuerſalis, at nemo eſt prorſus, ſed Peleus quidem Achillis, cui uero principiū pater eſt, & hoc.B,huiuſce.B.A.omnino aūt.B.ipſius ſimpliciter.B.A. deinde iam ea quæ ſunt ſubſtantiarum, alia vero ſunt aliorū cauſæ & elementa vt dictum eſt eorum quæ genere in eodem non ſunt colorū,ſonorum,ſubſtantiarum,quantitatis,niſi ſimilitudine rationis. Eorum etiam quæ ſunt eadem in ſpē, diuerſa ſunt nō ſpetie, ſed quia ſigulorū, tria inquā materies forma, & id qđ mouet, & in ea vniuerſali vero ratiōe ſunt eadem.

(Preterea cernere oportet cārū alias vniuerſales:alias nō vniuerſales dici poſſe) ſenſus ē cārū quaſdā vniuerſales appellare licet,alias nō itē.qm̄ ſtatuę vniuerſalis, ſtatuariū vniuerſalē cām eē dicimus,huius vero ſtatuę hñc ſtatuariū:quo poſito, oīum igit̄ inqt principia prima.i.pxima,eſt primū hoc.i.pticulare.hoc.n. eſt principiū & cā ſocratis,hic.ſ.ſophroniſcus.oīum igit̄ principiū eſt hic actus,& hoc pticulare potētia .i. hęc pticularis mā. Nam ſingulorū cā ſingularis eſt.vt achillis peleus,& hęc ſra.b.huius ſyllabę ba.vniuerſalia.n.nō ſunt. At ſi vniuerſalia eſſent in exiſtētia & p ſe,cāę quoq;

xvii.

ipſoꝝ vniuerſales eſſent.vt ſi homo vniuerſalis eſſet,hoīs cauſa de vniuerſaliū nūmero haberet̄.& vniuerſę ſiue vniuerſalis .ba.ſyllabæ.vniuerſale.b ſed nullū vniuerſale per ſe conſiſtit.Cæterum præter cōmemoratas cauſas,aliæ cauſæ,aliaq; principia ſunt quæ quidem ſunt formæ ſubſtantiarum.aliorum tamen,vt docuimus,alię.quandoquidem hominum aliæ ſunt,q̄ equorum formæ.Neq; vero tātum diuerſorum generum cauſæ diuerſæ ſunt, ſed eorū etiam quæ ſimilem ſpeciem ſortiuntur ſunt diuerſæ,ſed numero duntaxat.numero.n.alia eſt tua materia,alia mea.atq; item forma,& efficiēs, vniuerſali vero ratione eædem.i.quatenus omnes cauſæ ad materiam,formam priuationem,& efficiens referuntur ,cauſæ omnium eædem ſunt.diuerſæ autem,qua mei cauſæ a cauſis tui diſcrepant.

Si quæratur aūt quæ nam principia ſint,aut elemāta ſubſtantiaꝝ,& eoꝝ quæ ſunt ad aliquid,& qualium,vtrū ſint eadem an diuerſa: patet reſpondendum eſſe cuiuſq; eadē eſſe,ſi vniuerſaliter dicātur,non eadē, ſed diuerſa:ſi diuidantur. Attñ hoc pacto & eadē oīum eſſe. Atq; hoc pacto eadem ſimilitudine rōnis,propterea quod materies eſt forma,priuatio id qđ mouet,& hoc ēt pacto ſubſtantiaꝝ cauſas oīum cauſas eſſe,quod ſi tollātur.

xviii. (Si ergo quæratur quænam principia ſint,aut elementa ſubſtantiarum,& eorum quæ ſunt ad aliquid & qualiū)his verbis docet nos,quid reſpōdere debeamus,ſiquis a nobis ſciſcitetur,vtrum omnium cauſæ atq; initia eadem nec ne ſint,& ait.(tį multipliciter dicantur).i.ſi vniuerſaliter,ſiue ſi materia capiatur vt vniuerſale atq; item forma & efficiens,& omnino ſecundū proportionem,non autē vt huius aut illius(Sunt vniuſcuiuſq;).i.omnium eadem ſunt,in autem forma vniuerſalis diuidatur , ſimiliter vniuerſalis materia & reliqua:in Socratis & Platonis,cæterorſiq; cauſas,non ſunt eadem ſed diuerſa(Attamen hoc pacto).i.proportione eadem ſunt.quod exponens apertiſſime ſermonē repetit:aitq;.(atq; hoc pacto eadem ſimilitudine rationis:propterea quod materies & forma & priuatio & id quod mouet)quaſi dicat.qm̄ cuncta ſub materiam formā,& prinationem cadunt,idcirco principia omniū eadem proportione ſunt.quod vero ait(Et hoc etiam pacto ſubſtantiarum cauſas omnium cauſas eſſe.)huiuſmodi eſt.ſiquis porro nos percontet̄:an ſubſtātiarum cauſę:accidētiū quoq; cauſæ ſint:etiā eſt nobis reſpondendū.& ſuggerenda cauſa,qm̄ ſublatis ſubſtantiis,cætera quoq; tolluntur.quod ſecum autem tollit,cauſa eius eſt,quod ſimul tollit̄ ſed de his paulo ante accuratius diſſeruimus.

Inſuper id quod primū eſt actu. Hoc autē pacto diuerſa prima eſſe, quot ſunt contraria ipſa,quæ neq; vt genera dicuntur,neq; multipliciter dicūtur,& inſuper materias ipſas. Quæ igitur ſenſibilium rerū principia ſunt, & quot,atq; quo pacto,& eadem ſunt & diuerſa ſatis iam diximus.

xix (Inſuper quod primū eſt actu)Præterea inquit vtrū remotius,an propius cauſa ſit interrogati,primū.i.proximū reſpondere debemus.eſt aūt Socratis,vt ſæpe diximus, pxima cauſa actuſq; Sophroniſcus.(hoc aūt pacto diuerſa prima,quot ſunt ꝓtraria) .i. alio modo dicendū eſt contraria hoc eſt formā & priuationem primas cauſas eſſe .vt ſit dictoꝝ ſenſus.quandoq; actus ſiue efficiens prima cauſa eſſe dici debet, qñq; contraria.i.forma & priuatio:quæ quidē contraria neq; vt genera inquit dicūtur.i.vt materia:neque multipliciter.i.vt vniuerſale,ſed quaſi coordinata.In dictiōe aūt:q̄ ait(Pri-

ma quot sunt contraria)illud (quod)vacat. Præterea inquit alio modo causæ dicuntur ipsæ materiæ. & concludit dicens .dictum igitur est:quæ sensibilium rerum principia sunt: formam.s.& materiam & reliqua.& quot,tum.s.tres:tum quattuor.atq; quo pacto eadem sunt,proportione videlicet,atq; ratione.& quomodo diuersa vtiq; vt proxima quæq; considerantur.

Cum autem tres sint substantiæ:duæ quidem naturales: vna vero immobilis,de hoc deinceps dicendum esse videtur, necesse est itaq; perpetuam aliquam substantiam immobilem esse:substantiæ nãq; omnia cętera quæ sunt antecedunt.Atq; si omnes sunt corruptibiles:vniuersa profecto corruptibilia sunt.At impossibile est motum,aut ortum, aut corruptionem subire:semper enim erat & tempus simili modo: est enim impossibile si tẽpus non sit,prius aut posterius esse:& motus ergo perinde continuus est: vt & tempus:etenim tempus aut est idem quod motus:aut est quidã motus affectus,motus autem non est continuus vllus:nisi hisce qui loco accomodatur:& huius hisce qui est conuersio.At non si sit motiuum vel effectiuum,nihil autem operetur:motus non erit:fieri enim potest vt id qđ potentiam habet omnino operetur: nulla ergo prorsus erit vtilitas: & si substantias sempiternas fecerimus:perinde atq; ii qui formas in ratione rerum introduxerunt:nisi quippiã principium insit mutare potens: neq; igitur ipsa sufficiens est: neq; aliqua vlla substantia præter formas. Si.n. non operabitur:motus profecto nõ erit:nec etiam si operabitur:substantia autem ipsius potentia est.Non enim perpetuus motus erit. Quod.n. potentia est:id potest non esse:sit ergo principium tale oportet: vt substãtia ipsius sit actus:has igitur insup substãtias materiæ expertes esse oportet:perpetuas enim esse quidem quod operatur posse.

(Cum autem tres sint substantiæ,duæ quidem naturales) Iam hinc ad disputationem agreditur de prima causa primaq; substantia. quam deum etiam hoc in loco interdũ appellat.In primisq; quãdã huiusmodi substantiã sempiternã esse cõfirmat. ad hũc modum sumens id quod supra demonstratum est, substantiam cæteris omnibus rebus esse priorem ait. Nisi sit aliqua substantia sempiterna: sed omnes caducæ atq; mortales, omnia profecto caduca erunt, atq; mortalia. Cætera enim a substantia seiungi nequeunt,nec sine ipsa consistere valent. non sunt autem omnia mortalia: non igitur substantiæ omnes caducæ sunt.non esse autem mortalia cuncta præter substantiam, certum est.motus enim sempiternus & immortalis esse demõstratur. Nam si natiuus esset:cum omne quod fit: ab aliquo & ex aliquo fiat, ea quoq; essent:ex quibus motus efficitur.quæ si sic se habeant:vt neq; quod efficit, vt efficere possit, neq; quod patitur vt pati valeat mutatione quapiam indigeat, motus iam sit, non efficiatur sin autem aliquid sit illis impedimento:profecto motus quisq; fiat oportet, vt alterum efficiat, alterum patiatur. & ex iis motus fiat. & sic anteq; efficiatur: vt motus ingenitus sit, necesse erit. Cum ergo motus sempiternus sit: idemq; suum esse in eo qđ mouet obtineat:efficit,vt qđ motu sempiterno mouet:ipm sẽpiternũ sit.Qui nãq; fieri potest, vt moueatur aliquid sempiterno motu,cum ipsum non sit sempiternum?

cui loco si quis adhunc modum occurrat, sempiternum esse motum propterea quod ipsum motum corpus aliud post excipiat, primum motus non erit neq; continens, neq; vnus.quippecũ motus cõtinens vnius entis,quod ipso mouet,vnus sit, Deinde fieri potest,vt motus deficiat:nisi quiddã aliud sempiternum constantis ac certe mobilium traditionis huiusmodi causa sit.vt dubium esse nõ possit,quin corpus,quod sempiterno motu cietur,vnum idemq; sempiternum habeatur.At sola circumlatio inter motus sempiterna est & cõtinens.corpus igitur quod hoc motu cietur,sempiternum est,ac proinde hoc inter corpora principatum obtinet.Cum sempiternum non sempiternis potius habeatur.Et quod primo ex cunctis motibus motu mouetur: optimũ est,ac proinde animatũ.corpora enim optimũ est animatũ.cũ animatũ corpus inanimi præferatur.est autem circulatum corpus optimum,ergo animatum. Cunctorum enim corporum potissimum est animatum,circumlatum autem corpus est huiusmodi. Præterea omne quod mouetur,mouetur ab aliquo.ac proinde quicquid per animam mouetur,ab aliquo mouetur. Siquidem quod per animam mouetur, per impetum mouetur,impetus autem per alicuius appetitum fertur.quo fit,vt sempiternum corpus per impetum & cuiuspiam appetitum moueatur,quod si ita est,aliquid esse oportet,cuius hoc appetens sempiterno motu mouetur,quod ipsum sempiternum sit atq; actu.Nam quicquid aliud mouet,id aliquid actu existens mouet.Quod semper igitur continenterq; mouet,hoc semper idem erit actu expers omnino potentiæ. Nam si facultate sit:cum nulla potentia,vt in libro de cœlo demõstratur,sit in infinitum.si ergo potentiam habeat non existendi,aliquando actu erit non ens.itaq; fieri posset, vt motus periret,si motor ipsius non esset actu.prorsus igitur potẽtia vacat.Quin etiam motor hic omnino erit motus immunis.Nam si hic motus ipse mouet,idem alium sui motorem desiderabit:& hic rursus alium,& hoc in infinitum.At si fuerit immobilis,erit idem incorporeus.Nam omne corpus in eo quod corpus:est mobile.quędam igitur substantia erit sempiterna, simplex & actu immobilis,quę sempiterni continentisq; motus circumlati corporis causa sit.quod circumactum corpus mouebitur ab illo.propterea quod ipsum intelligat & desiderio atq; appetẽtia eius consuetudinis feratur.quicquid enim seiunctum,ab immobili quopiam mouetur,id ad hunc modum mouetur.Cęterum huius rei demonstratio per resolutionem efficitur.Neq; enim primi principii potest esse demõstratio.Sed a posterioribus & apertis exordiamur oportet,& secundum conuenientiam cum his resolutione vsi,naturam illorum constituamus.formam vero motus circularis motricem, esse primũ & maxime intelligibilem, ac primum & maxime appetendam hinc colligi & declarari potest,forma est proprie intelligibilis:materia enim quæ nihil est actu proportione,atq; vt est apud Platonẽ, nothа suppositiaq; consideratione intelligitur.Forma vero cum actus quidam sit,intelligibilis est:formarum porro intelligibilior est:quę in substantia est:& per se.quam quæ in alio quopiam habetur.Item earum quæ sunt in substantia intelligibilior habetur,quę simplicissima est,& semper actu.quę idcirco est maxime ĩtelligibilis.est enim maxime intelligibilis:tum quia maxime est,cum sit semper actu,tum quoniã suapte natura simplex est,& intelligibilis.quandoquidẽ formæ,quę in compositis habentur, tunc demum intelligibiles sunt, cum animo ab iis in quibus insunt, seiunguntur, & tanq; simplicia considerantur. Vniuersi autem motrix substantia huiusmodi est seiuncta inquam,simplex & actu,ipsa igitur est maxime intelligibilis.Quinetiam maxime appetenda:id enim maxime sua natura est appetendum,quod sua natura pulcherrimũ est,hæc autem forma huiusmodi est.pulchritudo enim in forma magis quã in materia consistit:scilicet quoniã in efficiẽte magisquã in patiẽte.Patiturq; qđ est potẽtia,efficit

quod in actu. Item in definito magis: q̄ in diuerſo. In forma igitur, q̄ ī materia pulchrū tudo potius ineſt magiſq; in forma. quæ ē in ſubſtātia: q̄ q̄ in genere quopiam alio. ob hanc. n. cæterę ſunt. Et ex iis: q̄ habentur in ſubſtantia, ea q̄ maxime eſt, & ſimplex ab eoq; abhorret, vt potentia ſit, ea pulcherrima eſt. talis autem eſſe cōmemorata natura demonſtratur. hęc igitur proprie ac primum appetenda eſt, & intelligibilis. (Cum igitur tres ſint ſubſtantię: duę quidem naturales: vna vero īmobilis.) De primo, vt dixi mus. principio hinc incipit diſputare. q̄ ſit eius natura: eiuſq; munus quale ſit. In priſq; huiuſmodi principium in rebus eſſe confirmat: & ſic quę ſit eius natura declarat. Nam cum tres inquit ſubſtantiæ ſint, duæ quidem naturales, quas eſſe communis mortalium eſt conſenſus, & quarum altera ingenita eſt: & īmortalis: altera ſi ad vniuerſitates ſpectes itidem ortus & interitus immunis. eſt. n. mundus, per partes tñ natiua & mortalis, tertia vero īmobilis, de hac inquit īmobili nobis differendum eſt, ac oſtendendum: ex neceſſitate quandam ſubſtantiam eſſe īmobilem: & ſempiternam. Iacto igitur pro fundamento: eo quod ſupra confirmauit, ſubſtantiam cæteris omnibus eſſe priorem i. quāto: quali, & reliquis, quod propoſitum ſibi eſt in hunc maxime modum concludit. Si omnis ſubſtantia mortalis eſt, nihil a ſubſtantia diuerſum ſempiternum erit, cum omnia in ſubſtantia eſſe ſuū obtineant. At eſt aliquid ex iis q̄ ſubſtantia non ſunt: ſempiternum, & īmortale: motus. ſ. atq; tempus, aliqua igitur ſubſtātia ſempiterna eſt quæ ſempiterno motu cietur. cum eis motus alicuius eſſe intelligatur. Motus autē ſempiternus eſſe in octauo libro phyſici auditus demonſtratur: quod autem tempus quoq; ſit ſempiternum: rationē non putat ſilentio eſſe prætermittendam: quam explicat in hunc modum. ſi tempus inquit natuum eſt, & mortale, prius non erat: & poſterius non erit. at prius & poſterius temporis aliquid ſunt, tēpus igitur anteq̄ tempus oriretur erat, cum prius ſit ante tempus: & rurſus tempus non erit, poſtq̄ tēpus eſſe deſierit, quia poſt tēporis interitum poſterius eſt. Sed cum aliquam eſſe ſubſtantiā: quæ motu ſempiterno moueatur, docuiſſet. oſtendit prętera, q̄ ſit huiuſmodi ſubſtantia ad hunc modum. Sempiternus motus vnus eſt, qui vero vnus eſt, continuus idem habeť. quemadmodum tēpus. Nam tempus vel idem eſt: quod motus, vel ipſius aliquid. Motus autem continuus non eſt alius quam motus loci idemq; circularis, motus igitur ſempiternus circularis eſt. ac proinde ſubſtantia: q̄ hoc motu mouetur, eſt ſempiterna. cum igitur ſubſtantiam quādam eſſe ſempiternā: q̄ motu circulari ſempiterno moueatur expoſuiſſet: & in opere de phyſico auditu: omne quod mouetur ab aliquo moueri demonſtraſſet, aliquē eſſe cōcludit motorem, & effectorem, ſempiternum motū cientem, qui īmobilis ſit & ſempiternus. idemq; forma & actus: expers omnino potentiæ. In dictione autem q̄ ait (At vero ſi fuerit motiuum aut effectiuum non operans autē aliquid) illud non operans autem pro eo dictum eſt, non ſit autem actus expers oīno potentiæ, erit quando non erit motus. quod. n. poteſt non operari, id aliquando vacabit ab opere. demonſtratum eſt autem: fieri non poſſe, ne motus ſit, ergo ne fieri quidē poteſt, vt in ſempiterni motus motore inſit aliqua pōtentia. Cæterum ſi circūacta corpora cum ſempiterna ſint, abhorrent ab eo, vt potētia ſint, quod tandem eſt diſcrimē, quo hęc a primo principio differunt? An verum non eſt hęc a potentia prorſus eſſe aliena? Nam licet eius potentiæ, qua res oriuntur & occidunt, expertia ſint, a potentia tamen mouendi nequaq̄ abhorrent. ſi quidem hemiſperium, quod actu ſupra terrā eſt, idem eſt facultate ſubter. Cum ergo primum principium & ſempiternū actu eſſe docuiſſet potentiæ prorſus īmunem: illud adiecit (Nulla ergo prorſus erit vtilitas & ſi ſubſtātias ſempiternas fecerimus.) & q̄ ſequuntur. cuius ſenſus eſt: ſiue prima principia ideas eſſe ponamus: ſiue numeros, id nihil huc conferat, vt entia ſemper ſint,

quemadmodum

quemadmodum ſeſe habent, niſi aliqua forma & natura habeatur, qnę actus ſit ſempiternum motum mutare ac mouere valens. ſed neq; ſi alia quępiam natura & ſubſtantia a formis diuerſa ponat̄, q̄ tñ actus nō ſit, hęc ſatiſſuerit ad ſempiternū motū ſicīdū qđ vero ait. (Si enim nō operabit̄, motus profecto nō erit) huic ęquipollet. Nā ſi ſubſtantia a formis diuerſa non operetur, ſed feriata maneat, quemadmodū idearum authoribus videtur. qui ideis immobilitatem ac omnis muneris vacationem tribuentes defluuia quędam ab ipſis delabentia in hanc materiam influere aiebāt, & ad hunc modum ſingula quęq; generari, ſi ergo ſubſtantia, quā quiſq̄ eſſe ſtatuat, ſeſe perinde habeat, atq; ideę, vtiq; motus nō erit, ſi quidē operante & motore ſublato, motui nullus locus relinquit̄ (Neq; ēt ſi operabit̄) inquit id eſt immo vero licet operetur et moueat a formis diuerſa ſubſtantia (Subſtantia autem ipſius potentia eſt) id eſt ſi tamen ipſi potentia quępiam inhæret, vt non ſit potenię penitus expers, nihilo magis motus erit ſempiternus. quod enim potentia non eſt, ſiue potentiam habet non operandi, id vt aliquando non operetur neceſſe eſt. huiuſmodi ergo principium, cuius ſubſtantia eſt actus vt potentię ſit expers oportet. Vbi vero ait (Has igitur inſuper ſubſtātias materię expertes eſſe oportet) has pro cęteris dictum eſſe reor. vt ſit ſenſus. Non ſolum inerrantis ſphęrę motor talis ſit oportet, qualem nos eſſe explicauimus, ſed etiam cę tera principia, quę ſaturni, iouiſq; & cęteras ſphęras cōuertunt. quęquidem principia primo ſubdita ſubiectaq; ſunt. Hęc igitur materię expertia & ſempiterna eſſe oportet, ſiquidem aliud eſt ſempiternum. Nam qñ aliud quoddā id eſt motor inerrantis, ſempiternum eſt, hęc quoq; ſempiterna ſint conſentaneum eſt. niſi illud (ſiquidē aliud ſempiternum) placet aliter exponere, ad hunc modum, quoniam ſeptem ſphęrarū vnitas ſempiterna eſt, idcirco motores ipſarum, vt ſempiterni ſint oportet.

Non omne autem quod poteſt operari. Quo fit vt actum potentia antecedat. At ſi hoc eſt: nulla ergo res erit. Contingit enim poſſe quidem eſſe: nondum autem eſſe. Enimuero ſi ita ſit vt Theologi dicunt: qui ex nocte rés generant: aut vt naturales, qui ſimul res omnes inquiūt eſſe: idem impoſſibile ſequitur, Quoniam modo materies ipſa mouebitur: ſi non ſit aliqua cauſa actus: non enim materia domus ſeipſam mouebit. Sed eam mouebit ædificandi facultas. Neq; ſanguis menſtruus ſeipſum, neq; terra ſeipſam mouebit: ſed ipſum ſemen. Iccirco ſunt, qui ſemper faciunt actum: vt Leucippus ac Plato: ſemper enim inquiūt eſſe motū. Sed quā obrem & quem non dicunt, nec hoc modo, nec cauſam. Nihil enim quouis modo ſine diſcrimine vllo mouetur, ſed ſemper ſit quippiam oportet, vt natura nunc quidem hoc pacto. Vi vero, aut a mente, aut ab alio hoc modo. Deinde quis nam ſit primus motus non dicunt. Magni enim intereſſe videtur. At vero neq; Plato dicere poteſt, id eſſe principium, quod ipſum ſeipſum mouet, quodquidem interdum ipſe principiū eſſe putat. Eſt enim anima ipſa poſterius orta, & ſimul, vt ipſe inquit cū cęlo. Putare igitur potentiam actu priorem eſſe, tum rectum eſt, tum non rectum, at quonam pacto, iam antea diximus:

xxi (Quo in loco dubitare ſucurrit. quidqd enim operatur id operari poſſe videtur) qñ principium quod inquirimus actum eſſe docuit a potentia prorſus alienum, dictis tñ

inquit obuiam iri posse videtur. Sic enim aliquis occurrat. Si potentia prior est actu, vt inductione colligi videtur, primum autem principium est actus, aliud igitur principium potentia. ſ. ex qua factus est actus, prius est primo principio. Itaq; ipse ostendere conatur actu priorem esse potentiam. Nam quidquid operatur ait, id operari posse videtur. Vt enim quia omnis homo est animal, non autem omne animal homo, idcir co animal homine prius esse dicimus, sic quoniam omne operans, potest, non autem omne potens operatur, ideo potentia q̄ actus prior esse videtur. At si potentia prior est actu (nulla ergo res erit). i. fuit tempus cū nulla res esset. contingit enim, vt quod esse potest, nondum sit. Atq; equidem in dictione quæ ait (quidquid enim operatur, id operari posse videtur) verbum videtur huc pertinere puto, vt sibi non placere inuat propositionem, quæ ait. omne quod operatur potest. vt sit sensus, videtur aliis. Illud autem. (At si hoc est, nulla ergo res erit: contingit enim posse quidem esse: nondum autem esse) pro solutione suggestum esse reor eius orationis, qua potentia actu prior esse dicebatur. si enim ex eo quod omnis potentia actu prior esse dicatur, efficitur fuisse cū nulla res esset, qđ fieri nō posse in libris de cœlo demōstratur, falsū igitur dictu est, omni actu priorem esse potentiam. Quanq̄ si hæc, vt diximus quæstionis solutio sunt, quomodo rursus eandem infra dissoluit? An hoc ab Aristotelis ingenio non abhorret? qui omnibus quidem in locis, sed in hoc potissimū opere solet ad veritatis confirmationem bis eisdem de rebus meminisse, ac toties quę ad ipsas pertinent disputare. postq̄ igitur actum facultate, priorem esse docuit, siue formam materia. omnis enim potentia quasi materia est, vt Socrates facultas, & materia est scribendi, theologos accusat, quibus potentiam & materiam actu priorem esse placebat, quandoquidem hesiodus: qui chaos primum genitum esse dicebat, atq; noctem, quæ terrā genuerit per chaos & noctem materiam innuebat. Materia enim propter obscuram sui notitiam tenebræ atq; nox non incōmode vocatur, eadem chaos: quoniam vim habet formas ipsius admittendi atq; excipiēdi. Anaxagoras quoq; dicens simul res omnes erāt, materiam obscure significabat. Neq; vero physicos damnat Empedoclē & Anaxagoram, hi enim actum q̄ potentiam priorē esse censebant: vt cōmemorabit, quippe quorum alter amicitiam & discordiam actum esse statuebat, Anaxagoras vero mentē, sed theologos, Nam cum ait (idem impossibile) non significat eadem incōmoda physicis accidere, quæ theologis: sed hic est sensus: idem incōmodum sequitur omnes theologos: qui potentiam actu priorem esse statuunt. Aut certe idem incōmodum dicit consequi theologos & physicos non omnes: sed quibuscunq; vel theologis vel physicis priorem actu potētiam statuere placuit si. n. potētia inquit per hos prior est actu: quomodo materia ex se nāqueri queat: nullo actu qui moueat existente? Neq; enim ligna se ipsa mouent ad arculam conficiendam: sed ab arte fabrili: qui actus quidam est: moueantur. neq; menses muliebres ad animal generandum a se mouentur, sed a semine genitali. Nec item terra se ipsam ad stirpem procreandam mouet, sed mouetur a semine, quę vt euitarent incōmoda quidam actum ante potentiam posuere, vt Leucippus & Plato. quem actum motum esse tradebant Nam motus semper esse Leucippo & Platoni videbatur: quoniam Plato inquit materiam quę temere ac sine ordine feratur accipiebat, Leucippus vero in inani corpora indiuidua infinito tempore moueri dicebat, iidemq; motum actum esse statuebant. Cur tamen motus sit actus: & hic motus quisnam sit circularis ne, an alius quisq̄: & cur quædam hoc modo, alia illo moueantur causam reticent. Nam cum aliquid: vt demonstratum est: semper esse debeat: nimirum cur Sphæra inerrans ab ortu in occasum feratur: vagæ in diuersum: causam reddi tam oportuit. Neq; enim quidquid mouetur: temere motum facit: sed natura quidem, lapis hoc modo. i. deorsum, & ignis sursum, vi autem illo. i. lapis sursum, ignis deorsum. Natura igitur lapis deorsum fertur, homines vero ab intellectu mouentur, vt qui aliquid appetentes mouentur, cum corpus in tectum cogunt, vel arborem conscendere, quo nostro corpori non est latio naturalis. corpus enim nostrum, secum dum naturam deorsum ferē. Animalia vero rationis expertia ab alio, hoc est ab imaginatione vi ablata mouentur. horum igitur causas reddere par erat. Ad hæc motus omnium primus cuius modi sit explicandum fuit. Magni enim refert secundū ne, an præter naturam moueatur motus, qui primus omniū habetur. sed & aliud est, quod Platoni errori dat. Nam cum Plato ante etiam, q̄ mundus generaretur, motum esse dixisset, propterea quod materia sine ordine moueatur, rursus animam simul cum cœlo natam. quæq; sibi motum affert fontem esse ait, ex quo motus emanauerit, & causam vt motus sit. Itaq; ante cœlum conditum eamq; animam, quæ cum illo coorta est, motum esse tradit. At si ante cœli ortum ei q; congenitam animam motus erat, vtiq; falsum est animam, quæ se ipsa mouet fontem, atq; originē esse motus. Hæc effatus rursus quasi solutionem quādā cōmemoratæ quæstionis quæ ait, si potētia prior actu sit, fieri vt actus non sit principium, illud infert (Putare igitur potentiam actu priorem, tū rectum est, tum non rectū) quoniam in vno eodemq; verum est dictu potentiam actu esse priorem, Socrates enim cum prius potentia esset musicus, deinde actu musicus est effectus. attamen aliud erat prius musicum actu, quod Socratem ad actum perduxit. Itaq; in eodē atq; vno ex iis, quę oriuntur & occidunt prior est potētia q̄ actus. Si tamen ad cunctorum hominum multitudinem spectes, haud quaquam actus posterior est, q̄ potentia. At si in his potentia actum non præcedat, longe hoc verius erit in posteritate actus, qui proprie intelligitur. Sed de his accuratius in libro de anima disputatur.

Esse aūt actū potentia priorē, testis est Anaxagoras, est enim mens actus, testis est Empedocles, concordiam atq; discordiā afferens. Testes deniq; sunt ii qui motū iquiūt semp esse veluti Leucippus. Quare nō erat chaos aut nox tempore infinito. Sed eadē semper erāt, aut reditione, aut alio modo. Si actus potentiam antecedit.

xxii. (Esse autem actum potentia priorem testis est Anaxagoras) confectis demonstrationibus Aristoteles aliorum placita in suę sententiæ confirmationem afferre solet. Itaq; cum actum potentia priorem esse docuisset, Anaxagoram atq; Empedoclem testatur. quorum cum alter actum id est intellectum priorē mistura faceret, Empedocles amicitiam & discordiam: & vterq; motum semper esse affirmaret. actum id est motū ante potentiam esse statuebant. Quare si actus prior est potentia (non erat chaos aut nox tempore infinito) id est potentia non erat prior actu. (sed eadem semper erant) quæ nunc sunt, id est semper mundus erat. (Aut reditione) vt Empedocles tradebat (aut alio modo) vt placet Aristoteli.

Quod si idem est super reditione, permaneat quippiam semper modo eodem agens oportet. Necesse est ergo hoc quidem pacto illud per seipsum agere, hoc aūr pacto per aliud. Aut igitur per aliud quippiā, aut per primum, per hoc igitur agat necesse est. Rursus. n. illud & ipse causa est & illi. est igitur præstabilius dicere per primum, etenim vt semper eodem modo res fiat, illud causa erat, vt autē aliter aliud. At vt semper alio modo

vtrũq; , ſic igitur ſeſe habẽt & ipſi motus . Quid igitur alia principia quæ rere oportet . Quoniam aũt res ita ſeſe habere põt , & ſi nõ ita ſeſe habeat, ex nocte , & ex hiſce quæ ſimul ſunt , atq; ex nõ ente res erunt , hæc ſolui profecto poſſunt . Atq; eſt quippiam , quod inceſſabili motu ſemper mo uetur , hic aũt eſt cõuerſio ipſa . Atq; hoc non ratione ſolum , ſed re vt pa tet . Quare primum cœlum perpetuum erit . Eſt igitur & quippiã , quod motu ciet , cum autem ſit id , quod mouetur,& id quod mouet,& mediũ. Eſt quippiam profecto quod mouet , & non mouetur , quod quidem per petuum eſt , & ſubſtantia , atq; actus.

xxiii. (Quod ſi idem ſemper eſt reditione) in dictione deſideratur illud vel alio modo, vt perfecta dictio ſit huiuſmodi , ſi ſemper mundus hic eſt , vel reditu vt Empediocli pla cet , vel aliter , vt nobis videtur , aliquid pſiſtat oportet , quod eodẽ operetur modo, & cuius natura ſit actus . At ſi vt generatio ſemper ſit neceſſe eſt , aliquid ſit oportet, quod aliter operetur.i.oblique moueatur:vt genitorem hoc eſt ſolem nunc cominus agat , nunc longius feducat . Quod igitur oblique mouetur , id neceſſe eſt , vt per ſe hoc pacto operetur.i.oblique moueatur , & ſolẽ tum admoucat alias ſubmoueat(hoc hõc autem pacto per aliud) .i.vt Sol terram ſingulis diebus ſubeat , rurſuſq; ſupra ip ſam fiat per aliud . Aut igitur inquit per alterũ hoc accidit ſoli exẽpli gratia per Sphę ram Saturni , (aut per primum) .i.per innerrantem Sphęram:& orationem explicãs ait . Neceſſe eſt igitur,vt per inerrantis motum Sol ſubter ſupraq; terram fiat , nõ per Sphęram Saturni . Cur autem Sol ſubter ſupraq; terram ſingulis diebus per inerran tem lationem fiat , cauſam ſuggeſſit dicens . (Rurſus.n. illud & ipſi cauſa eſt & illi) i. Nam rurſus corpus inerrantis cauſa eſt ſtellæ , quę in Saturni globo circunagitur, vt ſubter terram ſupraq; fiat , & illi hoc eſt ſoli , quandoquidem inerrantis latio cauſa eſt , vt ſol atq; Saturnus ſingulis diebus oriantur & occidant . Satius eſt igitur ortus & occaſus ſolaris cauſam inerranti , q̃ Saturni globo aſſignare . (Nam illud) .i globus inerrans cauſa erat ſoli , (vt ſemper eodem modo res fiat) .i.vt ſemper ſupra ſubterq; terram feratur . (vt autẽ aliter) .i.vt iam. Scorpion teneat , Iam capricornũ (aliud) ſigniferi videlicet:per quod fertur obliquitas . (At vt ſemper alio modo , vtrũq;.ſ.) poſt illud alio modo , punctus eſſe debet , eſt autem ſenſus , vt ſemper alio modo.i. vt conſtanter viciſſimq; nox fiat , atq; dies , ortus item & interitus (vtrũq;) inerrans ſ. & ſolis quę oblique fertur Sphęra cauſa eſt . Inerrãs igitur Sphęra diei noctiſq; mu tuę ſucceſſionis cauſa eſt , Solaris autem , & ipſe Sol naſcendi & intereundi viciſſitu dinis . Hęc effatus ait (ſic igitur ſeſe habẽt & ipſi motus) quaſi dicat non ſolum nos hęc de inerrantis Soliſq; Sphęrę motibus tradimus , ſed etiam motus ipſi reuera ſic ſe habent . Si ergo hi motus cauſa ſunt , vt nos quemadmodum res habet diſſeramus , quid attinet alia principia conquirere , qualia idearum aſſertores tradunt ? hęc vbi di xit ait (quoniam autem res ita ſe habere poteſt,hęc ſolui profecto (poſſunt,ac niſi ita ſe habeat) eſt q; punctus aſcribendus poſt illud ſe debeat (ex nocte & ſimul omnibus & non ente res erunt) hæc enim eſt dictionis continuatio , eſt autem ſenſus . Quoniam actum priorem eſſe potentia demonſtratum eſt , & quia mo tus inerrantis ſolariſq; ſphęrarũ:quę quidem ſphęrę actus ſunt , licet non vt proprie dictus actus cauſæ ſunt dierum noctiũq; & ortus atq; interitus , omnis quæſtio diſſol ui poteſt , tum ea qua num actus prior ſit potẽtia inquiritur , tum quę cauſam poſcit, cur ſic inerrãs , cur aliter ſolis ſphęra moueatur , & illa item quę motuſi primus cuius

modi ſit inueſtigat. Nam de his omnibus dictum eſt, quoniã motus , q̃ ſecũ alios mo uet .i. motus inerrantis , motuum eſt primus . qui ſic mouetur vt noctes dieſq; effi ciãtur.ſolis aũt ſphæra in diuerſum,quoniã vt ortus & interitus fiat oportet.ortus au tem & interitus ſemper ſunt.quoniã oportet,at aliquid ſemper exiſtat,quæ ſi adhunc modum ſeſe habere queunt,vt diximus,omnia ſolui poſſunt,(ac niſi ita ſe habeat) .i. ſin autem neget quiſpiam rem ſic ſe habere . (ex nocte & ſimul omnibus atq; ex non ente res erunt).i.potentia prior erit q̃ actus. & omnia ex potentia exiſtent , quod fieri non poſſe demonſtratum eſt.his commemoratis,rurſus de primo principio ex reſolu tione differit.(Nam eſt inquit quidpiam quod inceſſabili motu ſemper mouetur, hic autem eſt motus circularis.)eſſe porro ſempiternum circularem motum,non ratione tãtum,ac demonſtratione,ſed re etiam & opere , & maiorum traditione perſpicuum eſt,ſphæra igitur inerrans eſt primum cęlum , quod ſempiterno motu cietur. quodq; omne corpus errãs mouet.errãs enim a primo inerrãte mouet.aliqd igitur ſit oportet, quod moueat duntaxat.Nam cũ ſit quod ſolũ mouetur,quod quidẽ eſt vagum errãſq; corpus,ſit item medium,quod mouetur ſimulq; mouet,cuiuſmodi eſt globus inerrãs, tertium quiddam habeatur oportet,quod moueat duntaxat. quod immotũ ipſum iliis motum affert ac ſempiternum eſt,idemq; ſubſtantia & actus.Ac mẽtem quidem om nium dictorum explicauimus.In dictiõe autem quæ ait. (cum autem ſit id quod mo uetur,& id quod mouet,& medium)primum poſt illud(& medium) punctus eſt ap ponendus.deinde ſub audiendum hoc,eſt item quod mouetur duntaxat,tum inferen dum:(Eſt igitur quidpiam quod mouet & non mouetur) &c.vt ſit vniuerſum huiuſ modi.ſed quoniam eius,quod mouetur tantũ,& eius,quod mouet ſolũ,mediũ eſt q̃d mouet ſimul & mouetur,& horum exiſtũt duo,hoc eſt quod mouetur ſolum,& quod mouet ſimul & mouetur,vtiq; immobile quoq; ſit neceſſe eſt.

Hoc autem modo ipſum appetibile , atq; intelligibile mouet , mouet.n. & non mouetur , horum aũt prima eadem ſunt. Sub cupiditatem.n.id ca dit , quod bonum eſſe videtur , ſub voluntatem autem primũ id bonum eſt , atq; potius appetimus,quia videtur , q̃ videtur , quia appetimus , in tellectio enim principiũ eſt . Mens aũt ab intelligibili ipſo mouetur. Atq; altera ſpecies per ſe ipſam intelligibilis eſt , & huius ipſa ſubſtantia primo & huius , & ea , quæ ſimplex eſt atq; actu.

xxiiii. (Hoc autem modo ipſum appetibile , atq; intelligibile mouet .) cum appetendum & intelligibile adhunc modum mouere dixiſſet , breui exponit quomodo dicens ipſa ſ.immota. Nam ſic inquit omne appetendum & omne intelligibile mouẽt , vt ipſa nõ moueãtur.ſed immota maneãt,aliaq; moueant. vt fœnũ mouet aſinũ , imago amato rem . cum autem omne appetendum , & omne intelligibile a primo & perſe intelli gibili & appetendo dicatur,ſintq; appetenda quædam,non eadem intelligibila,vt pa nis,ac ediuerſo intelligibilia quædã, quæ non ſunt appetenda,vt mala,primũ ac præ cipue intelligibile,idem eſſe docet,quod præcipue appetendum . Sed in primis quod ſub cupiditatem cadit,quo diſcrimine ab eo differt , quod volũtati ſubiicitur , exponit. id enim concupiſcimus ait,quod pulchrum videtur. Nam quod proprie pulchrũ eſt, id non concupiſcitur,ſed deſideratur,atq; appetitur.Cupiditas enim a deſiderio diuer ſa eſt.cum ipſa in parte animæ concupiſcente experteq; rationis habeatur,deſiderium in rationis compote.voluntatis autem obiectum primum ac proprie non eſt id quod pulchrum eſſe videtur,ſed quod eſt ſuapte natura pulchrum.Appetimus.autem quia

pulchrum videtur,potius quam ediuerſo, quoniam appetimus, videatur pulchrum. de quibus cum adhunc modum diſputauit,primum intelligibile,& primum appeten dum idem eſſe colligit, dicens (Intellectio enim principium eſt) .i. appetendum eſt motus principium. Illud enim appetendum ſubaudire oportet. quoniam appe tendum mouet mentem,cuius motus eſt intellectio.cum expetendum moueat men tem ad intelligendum,ſit ne appetendum,an non? Cæterum & ab intelligibili moue tur mens ſi quo intelligibile mouet mentem ipſamq; actu mentem facit,eãdemq; mo uet appetendum, intelligibile ergo idem eſt,quod appetibile. At cauſa prima ſuapte natura proprie intelligibilis eſt,atq; intellectus. ea igitur proprie intelligibile eſt, & proprie mens ac proprie appetendum. vbi autem dixit (Mens autem ab intelligibili ipſo mouetur,)adiungit. (Atq; alteri ordo per ſe ipſum intelligibilis eſt,) quænam vero per ſe intelligibilia ſint, & quæ ſecus,paulo poſt conſiderabimus.alterum autem ordinem appellat,ordinem pulchri, in quem ſecũdũ Pythagoricos ſubſtantia, lumen triangulus,impar,& cætera his annumerata rediguntur. omnia igitur quæcunq; boni ſubiiciuntur ordini,intelligibilia ſunt, ſed ex eis ſubſtantia potiſſimum intelligibilis eſt,& in hoc genere ea eſt maxime intelligibilis,quæ ſimplex ſecundum actum habe tur,quæ proprie intelligibilis eſt & expetenda.ſed quoniam ſubſtantiam perſe & actu intelligibilem eſſe tradidit: vt quædam intelligibilia:quæ non ſunt intelligibilia perſe neq; actu diſtingamus:operæ pretium erit,atq; adeo neceſſarium, quæ perſe & actu intelligibilia ſint,& quæ ſecus,edocere. Formarum igitur,quæ materiales ſunt, & in materia ſuum eſſe obtinent,hæ ab intellectu intelligibiles fiunt.cum ſint potentia, nõ perſe & actu intelligibiles.quippe quas intellectus ſequeſtrans a materia cũ qua ipſis eſſe ſuppetit,intelligiles efficiat.& tũc ipſarum quoq; intelligibilis actu eſt, atq; mens ſiue intellectus efficitur,cum intelligitur,nõ ante. Nam intellectus actu nihil eſt aliud quam forma,quæ intelligitur. Itaq; harum quæq;,licet non ſit ſimpliciter intelligibi lis,tamen cum intelligitur,intellectus efficitur. Vt enim ſenſus actu idem eſt, quod actu ſenſibile.& actu ſenſibile idem quod ſenſus actu,ſic ĩtellectus actu. hoc eſt quod actu intellibibile,& actu intelligibile idem,quod intellectus actu. Intellectus enim ſu mens intellectæ rei formam,ipſamq; a materia ſecernens illam actu intelligibilem fa cit,& ipſe actu intellectus efficitur. At ſi qua res eſt, quemadmodũ demonſtrauimus, incorporea:& ipſe ens experſq; materiæ, ea eſt actu intelligibilis ſuapte natura,& a ſe vt ſit actu intelligibilis habet: & nõ ab intellectu,q ſe a materia ſecernat.q quidẽ intel lectus materia vacat: & intelligibilis eſt.quin intellectus actu ſemper eſt actu intelli gibilis: vt ipſe paulo poſt declarabit. Itaq; quas formas intellectus a materia ſecernit: atq; efficit intelligibiles, eę non ſunt proprie & perſe intelligibiles. argumento: q ab intellectu ſe intelligente:qui q ipſas a materia ſecreuit & ex particularibus vniuerſa lia effecit:ſeparatæ intercidunt:nec ſunt.quibus aũt a ſe vt perſe ſint ſuppeditatur: hæ proprie ſunt intellectus,& proprie intelligibia.

vnum autem & ſimplex non eadem ſunt,vnde.n.menſuram ſimplex qũo ſeſe habet ipſum ſignificat. At vero bonũ ipſum, & id quod per ſe eſt ex petibile, in eadem ſerie ſunt, & ipſum primũ eſt optimum ſemper, aut ra tionis ſimilitudinem ſubit. At qui id gratia cuius cætera ſunt, vel fiunt, in ipſis immobilibus ſeſe declarat ipſa diuiſio, eſt.n.alicui id gratia cuius agitur, quorum aliud eſt, aliud non eſt, mouet aũt, vt a motu, atq; per id quod mouetur cætera mouet. Si igitur quippiam mouetur aliter ſeſe habere poteſt, Quare ſi latio prima actus eſt, etiã quo mouetur hoc ipſo ratione loci, & ſi non ſubſtantiæ ratione, alias ſeſe habere poteſt, cũ aũt ſit quippiam mouens immobile, atq; actu id, vt aliter ſeſe habeat, nullo pacto fieri põt. prima nãq; mutationum latio eſt, & huius ipſa cõuerſio, atq; illud hoc motu mouet, ergo neceſſario eſt ens. Atq; vt neceſſario eſt, bene etiã hoc pacto principium eſt. Neceſſarium.n.pluribus ſumitur mo dis. Atq; aliud eſt, vt violentum, propterea quod eſt præter appellatio nem, ac motum, aut vt id quod aliter ſeſe habere nõ poteſt, ſed ſimplici ter eſt. Ex tali igitur principio cœlum ipſum naturaq; pendet.

xxv. (Vnum autem & ſimplex non eadem ſunt)his verbis obiectioni cuidam:quæ oppo ni poſſet occurit:quæ huiuſmodi eſt.ſi prima:& immobilis ſubſtantia ſimplex eſt:ſim plex autem eſt vnum: ſubſtantia igitur immobilis vna eſt. At ſunt alię immobiles ſub ſtantię:vt ipſe hoc in libro docebit.hanc igit̃ dubitationẽ explicat,dicens.(vnũ aũt & ſimplex nõ eadẽ ſunt vnũ,n.menſurã ſignificat)vt vnũ hominẽ:quo hoies, metimur: & vnũ equũ:quo equos menſuramus. Simplex non ſignificat menſurã: ſed (qũo ſeſe habet ipſum).i.ſignificat ſimplex nõ eſſe cõpoſitum. (At vero inqt bonum ipſum & id quod perſe eſt expetibile in eadẽ ſerie ſunt:)in qua.ſ.eſt perſe intelligibile.vt intelli gatur primã cãm & perſe intelligibilẽ pulchrã eſſe & perſe ac ppter ſe expetendã atq; optimam.quidquid aũt primum habetur: pportione ſeu cõparatione dicetur optimũ. ſic intellectum actu optimũ appellare poſſumus:propterea quod intellectũ habitu di gnitate ac pulchritudine antecedit.itẽq; motum circularẽ optimum prærecto dicimus qm̃ eo potior habetur. His commemoratis: præterea inquit (id gratia cuius cętera ſunt:vel fiunt in ipſis ĩmobilibus eſſe declarat ipſa diuiſio)illam diuiſionẽ dicit, in qua ſępe teſtatur:ſe contrariorum reductionẽ effeciſſe. hęc aũt habetur in eo libro:qui ab ipſo de bono inſcriptus eſt. At in dictione,q̃ ait.(Eſt.n.alicui id gratia cuius)coniun ctio(enim)pro (aũt) dicta eſſe accipi debet,vt in hũc modũ intelligatur eſt aũt alicui id cuius gratia.qm̃ q̃ fiunt & aguntur alicuius fœlicitatis gratia cuipiam fiunt: & agun tur.exempli gratia Socrati.(Quorum aliud eſt,aliud non eſt.)quorum ait.i. eorũ quo rum gratia eſt actio(aliud eſt aliud non eſt.)id.ſ.quod agit. eſt autem ſenſus id cuius gratia:id eſt:qd eſt,qd vero eſt gratia huius nõ eſt hoc,quod illud. Nã quod boni gra tia mouetur,ipſum non eſt bonũ.bonum vero:quod eſt cuius gratia:bonum eſt. Mo uetur autem donec bonum indipiſcatur,quod vbi indeptum eſt, conſiſtit.cum autem prima cauſa, quæ primum bonum eſt:ſit infinita,quod ipſam deſiderat,nunq̃ eius vni uerſam bonitatem:vt ſit in bonis particularibus,conſequi valet. ac proinde ſemp ipſa mouebit,vt amatum incomprehenſibile. Hęc effatus quomodo prima cauſa cuncta moueat exponit. Corpus enim circumlatum ab ipſa tanq̃ ab amato:& deſiderato mo ueri ait.cętera vero ab ipſo cęlo,quod a prima cauſa continenter mouetur. ſed quo niam omnis motus rem a qua proficiſcitur mutare videtur: & cęlum moueri ipſe prędixerat,ne quis cęlũ a ſua natura diſcedere putet ait. (Si igitur quidpiã moueť: aliter ſeſe habere põt).i.qm̃ cęlũ mouetur,ſieri põt: vt idẽ aliter ſeſe habeat, & qũo cælũ dũ moueť aliter ſeſe habere queat exponit dicẽs:(quare ſi latio prĩa actus eſt,qua moueť:hac aliter ſeſe habere põt.)& poſt illud(moueť) pũcto diſtinguendũ eſt. Eſt autem ſenſus.ſi actus cęli eſt prima latio nimirum qua mouetur, & omnino motum habet,hac aliter ſeſe habere poſſe dicetur.hoc eſt:per locũ ferri ſiue in orbẽ agi) ſi nõ ſubſtãtiæ ratione(.i.licet nõ ſecundũ ſuam naturã moueatur, hęq; ab ipſa diſcedat cẽ

ſempiternum,ſit tñ quatenus in orbem fertur,nihil prohibet ipſum moueri,ſi non eſt neceſſariũ Poſt hæc,qm̃ inquit eſt motor quidem,qui vt diximus,actu eſt,& ĩmobilis hic vt aliter ſeſe habeat,aut omnino moueatur fieri non poteſt.quod in hunc maxime modum oſtendit. Si omnino fieri poſſet, vt motor primus moueretur, nimirum primo omnium motu moueretur, hoc eſt motu circulari,quo quidem motu ipſe moueri demonſtratus eſt. at ſi circumactu mouet, hoc profecto non ipſe mouebitur.cũ motus vnus vnius eſſe ſtatuatur. porro ſi circularis motus neceſſario eſt, ex neceſſitate igitur ipſius motor eſt ens.(atq; vt neceſſarium, bene etiam hoc pacto principiũ eſt.)Poſt illud neceſſariũ punctus eſt affigendus,eſt autem ſenſus,quoniam neceſſariũ modo id eſſe intelligitur,quod per vim efficitur.tum ſine quo res non bene procedit,vt ſine diſciplina ſcientia non ingeneratur.alias,quod aliter ſeſe habere nõ poteſt, cuiuſmodi ſunt demonſtrandi principia,cum prima cauſa neceſſario ſit, qua ratione eſt neceſſario,ea recte principium appellatur.i.vt ſine quo.Itaq; rogati cum prima cauſa neceſſaria ſit,quomodo ſit neceſſaria, apte reſpõdimus, quoniã ſine hac ipſum bene cõſiſtit,& cõcludit dicẽs (ex tali igitur principio eẽtũ ipſum naturaq; pendet.)

At qui vt nos optime perbreui tempore degimus, ſic illud ꝑpetuo degit, ſic.n. illud eſt ſemper. Nam vti nos quidẽ ita ſemper degamus, fieri nequit. At illud ꝑpetuo degit, quippe cũ & voluptas ipſius ſit actus.& ideirco vigilia, ſenſus, intellectio iocũdiſſima ſunt. Spes vero atq; memoria ob hæc ipſa. Intellectio vt ea quæ p ſe eſt, eius eſt ſane, qnod per ſe optimũ eſt, & ea quæ maxime per ſe eſt, eius eſt,quod maxime tale eſt. Mens vero ſeipſam per intelligibilis ipſius aſſumptionẽ intelligit. fit.n. intelligibilis tangens atq; intelligẽs, Quare idem eſt intellectus atq; intelligibile. Eſt .n.id intellellectus quod intelligibilis ipſius ſubſtantiæq; eſt ſuſceptiuum. Operatur aũt habens.

(At qui vt nos optime perbreui tempore degimus, ſic illa ſempiterno) Cum intellectus noſter, qui facultate intelligibilia eſt, ex extrema doctrina, ac optima viuendi ratione fit actu intelligibilia, tunc optimam beatiſſimãq; et omni voluptate iocundiorem vitam agimus, quę verbis explicari non poteſt, cognoſcitur tamẽ ab iis, quibus hęc fœlicitas contingit. qualem igitur vitã nos ad breue tempus degimus. neq; n.ſemper huiuſmodi vitam agimus, ſed cum intellectus noſter efficitur actu intelligibilia, tali vita cauſa prima ſemper fruitur,quod nobis negatũ eſt, nec.n.fieri põt, vt nos ſemper talẽ vitã ꝺegamus, ſed, vt dixi, ad breue tempus, vt prima cauſa fieri põt, quod paulo poſt apparebit. Nam cum eius munus nullũ ſit aliud, q̃ ſe intelligere, ideq; ipſius opus ſit ſua voluptas, idcirco efficitur, vt ſemper in hac iocũditate viuat.i.quoniam ſe ipſa ſemper intelligit. Qualis igitur vita nobis degitur ad breue tẽpus, hac prima cauſa ſemper eſt.i.ipſa prima cauſa eſt optima vita. Quãobrẽ inqt ſenſum & vigiliã, & intelligentiã iucũdiſſima eẽ dicimus. quoniã actus quidam ſunt. quãq; velut imagines, & vmbrę eius operis, quo fungimur, aut eius vitę, quam agimus, cum intellectus noſter fit quodã modo intelligibilia. Spes autem & memorię propter actus nobis gratę ſunt. Nã cum alicuius actus recordamur, aut aliquid nos acturos ſperamus, tunc & ſpem & memoriã amamus. Si ergo ſpes & memoriæ propter actus anobis diliguntur, & hi nobis propter actum,qui aliquando in nobis efficitur, chari ſunt, quantę demum admiratiõnis eſſe actus ille debet! Atq; intellectio inquit perſe eius eſt,quod perſe eſt optimum. intellectionem perſe vocans intellectũ actu,qui ab eo differt:qui habitu eſt. qui rurſus ab intellectu potentia diuerſus habetur.ſiquidem intellectus habitu forma & potentia perfectioq; eſt,intellectus potentia. quiquidem habitus in ipſo ex vniuerſalis comprehenſione ingeneratur,& ex eo quod formas a materia ſeiungere poteſt,quæ formæ eędem quodam modo inter ſeſe ſunt. Nam qui formas abſq; materia ſumit:commune habet atq; vniuerſale. qui enim hominis formam ſine circunſtantiis materialibus accipit, is hominem communem habet.quia ſingulorum inter ipſos differentia a materia fit. quippe quorum formæ quibus homines ſunt,nullo interſe diſcrimine diſtent. Rurſus qui commune quod in ſingulis ineſt contuetur.is formam accipit abſq; materia:hęc enim in ipſis commune eſt atq; idem:ingeneratur autem initio huiuſmodi habitus in intellectu per tranſitum a continenti habitu erga ſenſibilia. ceu viſum quendam intellectus ab ipſis accipiat ad vniuerſalis contemplationem accomodatum.quoquidem principio intelligentia, ſententiaq; nuncupatur, vbi vero coaluit ac varium, & multiplex effectum eſt prorſus, vt ſine materiali velut fundamento id queat efficere,intellectus iam nomine cenſetur. ſi quidem cum talis in habitu ob actus continentes efficitur, vt reliquum perſe operari queat,tunc qui habitus nuncupatur,efficitur intellectus.ſimilis homini docto ſeu ſcienti:qui medius eſt inter eum: qui potentia ſciens eſt,& eum qui per ſcientiam operatur. qui quantum ab eo vincitur, qui per ſcientiam operatur, tantum ſuparat hunc:qui ſcientia ſecundum potentiam eſt prædituslhic autem habitus cum ſuo fungitur munere intellectus actu fit. Intellectus enim ſecundum habitum eſt vniuerſæ quodam modo intelligentiæ quæ, repoſitæ ſunt, & quieſcunt. Et quoniam intellectus actu nihil eſt aliud, quam forma quæ intelligitur, vt ſenſus actu:eſt actu ſenſibile,intellectus in habitu:qui is eſſe intelligitur, qui a ſe intelligere poteſt,& formas intelligibilium perſe ſumere, ſe ipſum valet intelligere. Nimirum quoniam ipſe eſt forma:quæ intelligitur. ſiquidem intelligens,quod intelligit efficitur: qui ergo habitum intelligendi formas habet, huic habitusquoq; & facultas ſupperit ſe ipſum intelligendi.Nam quod intelligere poteſt, hoc ipſum intelligens efficitur. Et eſt cum intelligit præcipue ac perſe formam intelligens,ex accidenti vero ſe ipſum:propterea quod accidit ei,cum intelligit: vt id fiat,quod intelligit. Ante igitur quam ipſe intellectus actu intelligat, intelligens, & intelligendum relatiua, & inter ſe vt ad aliquid dicta opponuntur. in ipſo vero actu vnum fiunt, & oppoſita eſſe deſinunt. Neq; enim ratio ad aliquid in ea conuenire ꝓteſt. Ita intellectus actu cum idem efficitur, quod intelligibile, merito ſe ipſum intelligere dicitur. Intellectus igitur actu ſe ipſum intelligit. propterea q̃ id ipſum quod intelligit efficitur. Intelligit enim formas abſq; materia. quippe qui non hoc intelligit, ſed huius eſſe:quemadmodum ſupra dictum eſt. Cum igitur intellectus actu per ſe optimus ſit, nimirum intellectio ipſius,qua ſe ipſe intelligit,intellectio per ſe,ac optimi perſe fuerit. Intellectus vero actu optimum eſt,non q̃ formæ fiat, quas intelligit abſq; materia, ſed quia primum intellectum,quoad fieri poteſt, intelligens ille quodam modo fit. ſi ergo intellectio perſe,perſe optimi eſt,profecto quæ perſe maxime intellectio eſt,hæc eius erit,quod perſe maxime eſt optimum. hæc autem eſt intellectio primi intellectus, qua ſe ipſe intelligit.& qua ipſe eſt intelligens,& idem qui intelligitur. Intellectus igitur actu per aſſumptionem intelligibilis ſe ipſe intelligit cum habitum, vt diximus, obtinear:formaſ intelligendi ipſas contingens. Eſt autem intellectus actu quaſi forma eius intellectus qui potentia eſt. habitum igitur habet ſui intelligendi. Itaq; cum ſe intelligit,intellectus & intelligibile idem efficitur.Nam excipiens intelligibile & ſub

xxvi.

ſtantiam.i.intellectum,ipſe intellectus eſt.operatur autem huiuſmodi intellectus habens in ſe intelligibilia,quæ ſepauit.ſecreuit.n.a materia atq; penes ſe hēr intelligitq;. Quare id quod intellectus habere diuinum videtur. Magis illius eſt mentis, atq; ipſa cōtemplatio iucundiſſimum eſt atq; optimū. Si igitur deus ſemper ſic bene ſeſe habet vt aliquando nos bene habemus, admirabile quid eſt ipſe. Quod ſi magis & bene ſe habet, magis admirabile eſt profecto. At ſic ſe habet, ineſt etiam illi vita. Mētis.n.operatio vita eſt. Illud āt eſt ipſa operatio atq; actus. Actus igitur iſce, qui eſt per ſe, illius eſt optima atq; perpetua vita. Dicemus autem ipſum deum animal perpetuum optimum eſſe.quare deo vita nimirū ęnūq; continuum atq; perpetuum ineſt. Hoc.n.eſt ipſe deus.

(Quare id quod intellectus habere diuinum videtur magis illius eſt mentis) omniū xxvii.
quæ intellectus eſſe dicuntur,diuiniſſimum eſt contemplatio.quod igitur diuinū habet intellectus actu,habet autem diuinum id vt ſe intelligat,id illius magis eſt.i.primi intellectus eſt.illud igitur inquit,quod intellectus actu diuiniſſimum nobiliſſimumq; habet,hoc āt eſt ſe itelligere,id magis eſt illius primi intellectus.quoniā primus intellectus exactius ſe intelligit,quam intellectus actu ſe ipſum. Intellectus igitur actu nō ſe perinde intelligit,vt primus intellectus ſe. Neq; ſemper,ſed aliquando & raro. Cū primus intellectus ſemper ſe intelligat,nec aliud quam ſe.qui a ſe idcirco intelligitur, quia intelligibilis eſt.& quoniam actu & ſuapte natura intelligibilis eſt, ideo ſemper intelligetur ab eo videlicet,qui actu intelligit.ipſe āt ſolus intellectus ſemper intelligit ipſe igitur ſe ſemper intelliget,vel potius quoniam ſimplex eſt,intellectus.n. ſimplex quiddam ſimplex intelligit, præter ipſum autem nullum intelligibile eſt ſimplex,qui immiſtus eſt & expers materiæ,nec in ſe potentiæ quidq̄ habet,ſe igitur ſolum intelliget ipſe,in eo enim quod intellectus eſt,ſe vt intelligibile intelliget,in quo vero intellectus actu & intelligibile,ſemper ſe intelliget, in quo autem ſimplex ſolus ex intelligibilibus ſe ipſum ſolum.ipſe nanq; qui ſolus ſimplex eſt,cuiuſdam ſimplicis intellector eſt,& ſolus ſimplex ex intelligibilibus. Atq; ipſa inquit contemplatio qua ſe intelligit.(iocundiſſimum eſt atq; optimum.ſi igitur deus ſemper ſic bene ſeſe habet,vt aliquando nos bene habemus,admirabile quid eſt ipſe.) at ſi tanto melius quam intellectus actu ſeſe habeat,vt verbis nequeat explicari,nimirum quo eum ſuperat, hoc erit admirabilius. At exceſſus tantus eſt,quantum verbis conſequi nō ſit, deus igitur ſumma admiratione dignus eſt,& longe maioris dignitatis. Ineſt aūt ēt intellectui primo vita.qm̄ mētis intellectuſue actus vita eſt,ille autem eſt actus,ille igitur eſt vita. Itaq; actus illius,qui perſe actus eſt, vita optima eſt & ſempiterna. Deinde ex iis,q̄ primo intellectui ſuppetere docuit,ipſum definit dicens. Primus intellectus eſt animal ſempiternum optimum. Nam cum ſint alia ſempiterna animalia, ipſe tamen primus intellectus ſolus eſt optimum. Si deus ergo animal eſt ſempiternum,& omne ſempiternum incōtinētia cōliderat̄,nā ſi fieret itermiſſio,nō eſſet ſempiternū,nimirū deo vita ęuūq; ſuppetit.eſt.n.ęuū par cuiq; vita.deus.n.hoc ipm eſt,ſempiterna inquā & optima vita.

Qui vero putant vt Pythagorici Speuſippuſue:id quod eſt optimū præſtabiliſſimumq; rationem principii non ſubire,propetrea quod & plantarum,& animalium principia cauſæ quidem ſunt. Bonum autem atq; perfectum in iis eſt,quæ ſunt ex illis,ii profecto non recte arbitrantur. Semē n.ex aliis perfectis prioribus emergit,& ipſum primū non ſemen:ſed ipm perfectum eſt. Nam hominem quiſpiam ſemine priorem dixerit eſſe,non eum qui ex hoc ortus eſt,ſed alium:a quo ſemen ipſum perfluxit. Eſſe igitur ſubſtantiam quandam ęternam imobilemq;, atq; a ſenſibili ſeparatā ex hiſce, quæ iam dicta ſunt patet. Demonſtratum eſt & hanc ſubſtantiā magnitudinem uullam habere poſſe,ſed partibus carere atq; indiuiſibilē eſſe, infinito enim tempore mouet. Nullum autem finitum infinitam potētiam habet. cum āt omnis magnitudo,aut infinita ſit aut finita, infinita quidem magnitudinem ob id ipſum nō habet,infinita autem habere non poteſt:propterea quod omnino in ratine rerum nulla magnitudo eſt infinita. At vero demōſtratum eſt etiam impaſſibilem eſſe, nullāq; prorſus alterationem ſubire. omnes.n. cæteri motus poſteriores ſunt eo: qui ad locum accomodatur. Hæc igitur manifeſta ſunt vniuerſa, cur hoc modo ſeſe habent:vt diximus.

xxviii (Qui vero putant vt Pythagorici & Speucippus) oſtenſo deum,qui primum principium eſt,animal ſempiternum & optimum eſſe, in Pythagoraeos inuehitur & Speucippum. qui pulcherrimum & optimum in principio eſſe negabant. ac proinde principium optimum dici non poſſe ſtatuebant, cum genitale ſemen & menſes muliebres,quæ ſint animalium principia,non habeantur optima. ſed illud melius ſit,quod ex ipſis procreatur. Errant igitur inquit.neq; enim ſemen imperfectum menſesq; muliebres principia ſunt,ſed pater & mater.qui non ſolum perfecti ſunt, ſed ēt ſemine ac menſibus priores. Itaq; homo ſemine prior eſt.non qui ex ſemine fuit generatus,ſed pater ex quo fuit ſemen deciſſum.& concludit dicens (eſſe igitur ſempiternam ſubſtantiam ſecretam & diuerſam a ſenſibilis patet.) quam incorpoream eſſe nec partibus conſtare in octauo libro phyſici aditus planum fecit. & ſuggerit nobis id qđ in eo loco differitur,huiuſmodi principium ſempiternum motum mouere.quod aūt motum ſempiternum mouet,id vt infinitæ potentiæ ſit,neceſſe eſt. quod illic quoq; demonſtratur. At corpus nullum omnino eſſe infinitum in tertio libro phyſici auditus atq; item in primo de cœlo demonſtratū eſt.quod igitur eſt infinita potētia prædictum,corporis eſt expers,quin & prima cauſa, nec pati poteſt nec alterari ſi quo enim modo mouetur,motuum primo moueretur,qui eſt motus loci qđ verū non eſſe docuimus.at ſi hoc minus mouetur,ne aliis quidem ipſam moueri conuenit.

Oportet autem nō latere vtrum ſubſtantia talis vna ſit ponenda, an plures, & ſi ſint plures, quot ſint ponendæ. Sed in memoria ſentētias quoq; cæterorum habere, qui quidem de multitudine nihil, quod ſit certum di lucidūq; dixerunt. Opinio.n.de formis nullam conſiderationem propriam habet. Qui nāq; ideas afferunt: numeros inquiunt ipſas eſſe: atq; de numeris interdum vt infinitis:interdum vt vſq; ad denarium definitis loquuntur: at qua de cauſa tanta eſt multitudo numeroꝝ, nihil prorſus cum demonſtratiuo ſtudio dicunt. Nobis autem eſt dicendū ex hiſce, quę ſuppoſita ſunt,atq; determinata. Principiū.n.& id quod eorū q̄ ſunt primū eſt imobile quidē,pſe atq; p accidēs eſt. Primo āt motu ppetuo vnoq;

mouet.Quoniam autē id quod mouetur,ab alio moueri, & primum mo-
uens immobile esse,atq; perpetuum motum a perpetuo, vnumq; ab vno
prodire necesse est.

(Oportet autem non latere vtrum substantia talis vna sic ponenda,an plures)postq̄ xxix
primum principium vnum esse docuit corporis expers neq; per se neq; per accidens
mobile,sed a motu prorsus abhorrens,inquirit substantia huiusmodi vna ne sit, an cō
plures,ac si plures:quo eas numero statuere cōueniat.neq; ignorare inquit par est alio
rum decreta & sententias,sed meminisse & animo versare. & causam cur meminisse
debeamus suggerit.quia nihil illi perspicui de multitudine causarū tradidere.tres ne
sint an viginti,alio ue numero.qui.n.rerum nostratium causas ideas esse statuerunt,ii
vtrum motuum quoq; causas esse statuerent,nō dicunt,Cæterum cum ideas omnino
causas esse statuerent,par fuit vt ipsarum numerꝝ definirent,quod illis curæ non fuit,
sed cum solum ideas numeros esse dicerent,& iam numerum intra decem conclude
rent,iam explicarent in infinitū,nunc infinitas,nunc finitas esse causas statuere viden-
tur.quandoquidem si ideæ numeri sunt:& numerus ad decem vsq; progreditur, pro-
fecto ideæ decades fuerint.Rursus si sunt ideæ numerus : numerus autē est infinitus,
nimirum ideæ infinitæ existent.Itaq; de ipsis nihil constituti tradidere,infinitas ne di-
cere conueniat,an solum finitas esse,sed nulla demōstrandi adhibita cura de ideis dis-
seruerunt,quibus eo nomine damnatis,quod de ideaꝝ multitudine citra demonstra-
tionem disputassent, cum prę̄sertim illas nostratium rerum causas esse asseuerarent,
ipse ad explicandum causas motrices quo numero statuere oporteat aggreditur. Sed
primum alias esse causas confirmat:Saturni, Iouis , & cæterarum sphærarum motri-
ces.Nam sphære,vt docebit,stellarum gratia sunt. Deinde numero sphærarum inuē-
tio ,mouentes causas totidem esse statuit:quot sphæras. Cum vnius vnū mouens esse
constet.sed has omnes causas rursus sub primam causam reducet.i. ad animal sempi
ternum optimum.quod vt tum perse,tum per accidens esse immobile demonstrauit,
sic item aliarum sphærarum motores neutro modo moueri docebit . quo in loco am-
bigere succurit,quid tādē est causæ cur prima & inerrās sphæra a sua ipsius anima nō
moueatur.An & prima & cæteræ sphęræ mouentur a sua quæq; anima ? non tamen
quemadmodum animalia,quorum corpora ab animis trahuntur retrahunturq;, sed
quemadmodum in secundo libro de cælo fuit explicatum:a prima vero causa mouen
tur,vt a desiderabili & expetendo.sed de his hactenus.Nobis autem inquit aristoteles
ex iis,quę posita & ostensa sunt,dicendum est primum principium entium esse pri-
mum,idemq; immobile tum per se:tum etiam ex accidenti.sed quod primum ac sem-
piternum,vnumq; motum vt desiderabile videlicet moueat.(Quoniam autē id quod
mouetur :ab alio moueri necesse est & primum mouens īmobile esse) perse atq; per
accidens.quandoquidem animę licet primi animalium motores sint, mouentur tamē
ex accidenti.(& qm̄ sempiternum motum a sempiterno motore vnūq; & continen-
tem ab vno prodire necesse est,)hoc enim in physico auditu demonstratū est,,si ergo
motus est vnus,cum motus vnus,vt demōstratum est,ab vno motore nascatur , vtiq;
motorem vnum esse affirmare necesse est.

Prętereq; lationē simplicem vniuersi , q̄ primā substantiā immobilēq; mo
uere dicemus. Alias lationes esse ppetuas , vagantium inquam stellarum
videmus,corpus.n.cœleste sempiternū est ,ac nunq̄ consistit , atq; qescit,
vt in naturali philosophia est demōstratum , harū etiam quæq; lationum
profecto

profecto ab immobili , per se perpetuaq; substātia proficiscatur neces-
est . Natura nāq; stellarum perpetua substantia quædam est , & id quod
mouet ppetuum est , & prius eo quod motu cietur . Id & quod substantia
prius est , substantiam esse necesse est , patet igitur tot necessario substan
tias esse natura ppetuas & pse immobiles. Sineq; magnitudine, ob eā cau
sam:quam antea diximus. Esse igitur substātias:& haꝝ quænā sit prima,
quæ secunda eodē ordine , quē inter sese lationes stellarū habēt :dilucidū
esse videtur. Multitudinem aūt iam lationum ex astrologia , quæ scien-
tiarum mathematicarū philosophię familiarissima est ,considerare opor
tet . Hæc.n.contemplationē de substātia sensibili quidem , ppetua aut fa
cit , cæteræ vero de nulla substantia faciunt cōtemplationē , vt arithmeti
ca , vel geometria , lationes itaq; plures eorū esse,quæ feruntur , & iis etiā
patet , qui mediocriter hanc materiā tetigere. Stellarum.n.vnaquæq; va
gantium nō vna , sed pluribus lationibus fertur . Quot aūt hæ sunt , nūc
quidem nos dicimus , ea dicentes cōpræhensionis gratia,quę mathemati
corum nōnulli dicūt , vt aliqua multitudo definita mente pcipiatur , po-
stea vero quædam ipsos inquirentes , quædam ab inquirentibus interro-
gantes si quid præter ea , q̄ numero sunt dicta videatur,hisce q circa hoc
versant vtrosq; qdē amare,exactoribus āt obtēperaī credereq; oportet.

xxx (Sed quoniā videmus præter lationem simplicem vniuersi)vniuersum appellat sphæ-
ram inerrantem,quam a prima & immobili substantia,vt ab expetendo moueri dice-
bamus(alias lationes)errantium sphęrarum.(sempiternas)corpus.n. globosum sem
piternum esse ac irrequietum,nec vnq̄ consistere:in libro de cælo demonstratum est.
Cum hoc igitur intueamur.(vt errātium sphęrarum latio quęq; ab immobili & perse
immobili substantia moueatur necesse est .) quod si scriptum sit:vt in quibusdam ex
emplaribus habetur,ad hūc modum(ab immobili moueatur & per se) idem erit sen
sus,nec solum earum quęq; ab immobili & per se substantia moueatur necesse est:sed
etiam a sempiterna.Cur autem ex necessitate errantium sphęrarum motores sempiter
ni sint,& substantia:causam suggerit dicens.(Natura nanq; stellarum sempiterna sub
stantia quædam est.)quasi dicat,cum astra,quæ ab ipsis circūaguntur sempiterna sint,
necesse est,vt moues cum prius sit eo quod mouetur,sempiternū habeatur . at si prius
est,vt substantia sit,fuerit necesse.Nam quod substantiis est prius,id profecto substan
tia est.Cum nihil aliud absq; substantia valeat consistere.si ergo causa simplex vnius ac
simplicis motus est motrix,vt est demōstratū,& vnus simplexq; motus ab vna & sim-
plici causa nascitur,satis intelligitur,quot motus seu mobilia sunt,totidem esse moto-
res,natura sempiterni,ac perse immobiles.quorum hic est primus:ille secundus,alius
tertius,quippe cum motores sic se habeant,vt ea quæ ab ipsis mouētur.ac sensum qui
dem dictorum explicuimus.quod vero ad dictionem attinet,cum ait.(quia de plura-
litate nihil dixerunt,quod & planum dicere) circuloquutio est , quæ æquipollet huic.
de multitudine autē nihil tradidere.quibus cōmemoratis sphærarum numerum expli
caturus , quoniā simpliciter & absq; demōstratione quinq; eas & quinquaginta esse di
cet,causa cur hoc numero sint:alio in loco ab ipso reddita sic ait. (Multitudinem aūt)

tam lationū ex astrologia,quæ scientiarum mathematicarum philosophiæ familiarissima est,considerare oportet.)quasi dicat. Nos hoc in loco sphęras quinq; & quinquaginta citra demonstrationem esse dicimus,vt ex his mouentium quoq; numerum inuestigare valeamus.Nec enim nobis nūc propositum est:vt quot numero sint sphęræ demonstremus.cuius demonstratio,siquis eam scire desideret, ab astronomia petenda est.sed vbi ab astrologia,quæ philosophiæ familiarissima est,petēdum esse dixit:sphæræ quo numero habeantur,cur ante cæteras doctrinas mathematicas geometriam & arithmeticam astrologia sit philosophiæ familiarissima causam reddit dicens.(Hec.n. contemplationem de substantia sensibili quidem,sempiterna tamē facit) cum interim geometria magnitudinum accidentia contempletur,arithmetica numerorum. & quia supra sphęras cōplures esse dixerat,adiicit.(lationes itaq; plures esse, & iis etiam patet,qui mediocriter mathemata tetigere)complures igitur esse certum est,quot autem hæ lationes seu sphęrę sunt(nos dicimus ex quorundam mathematicorum sentētia) designat autem Eudoxū,& Callippum.(comprehensionis gratia)& vt ipsarum multitudo definiatur.vt ex iis via & retione,ad mouentium causarum inuentionem perueniamus.Neq; vero inquit in iis acquiescendum est,quæ sunt a maioribus tradita de sphęrarum multitudine,sed aliquid nobis inquirendum & inueniendum, cæterorum quoq; qui de hiis inquisiuere scripta excutienda sunt.& siquid ab iis,qui sunt in hoc studio versati aliquid dictum esse videbitur , præter hæc quæ nuuc a nobis dicuntur,parerit vt posteri,tum nobis tū etiā prioribus gratiam habeāt .quippe quorum studio nō nihil sit adinuentum.fides autem iis erit adhibenda,qui de his accuratius disseruerint. hæc præfatus Eudoxi & Callippi de sphæris earūq; numero placita commemorat.& accepto Callippi additamento quo sphęrarū numerum adauxit,nam Eudoxus sex & viginti omnes esse statuit, Callipus tres & triginta,ipse viginti duas alias adiicit.



Eudoxus itaq; lationē vtriusq; solis inquā ac lunę in tribus esse sphęris ponebat;quarū primā cām eē dicebat, q̄ nō vagātiū est stellarū.Secundā vero per eū circulū,qui p̄ media signa transit. Tertiā p̄ eū q̄ est obliquus in latitudine ipsorū signorū. In latitudine aūt maiore circulū eū esse obliquū per quem luna, qui eum p̄ quē sol fertur . Vagantiū vero stellarū vniuscuiusq; lationē in quatuor sphęris eē ponebat, atq; hanę primā qdē & secundā eandem quā ille rationē subire , nā & eā q̄ non vagantium est stellarū quæ eēs defert,& eā quę sub hac collocatur,atq; per mediū circulū qui per media signa lationē habet , cōmunē oībus esse. Tertię vero oīum eo in circulo polos eē, q p̄ media signa trāsit. At quartę lationem per obliquum ad medium circulum huius esse . Tertiæ vero sphære polos cæterarum quidem stellarū proprios veneris autem,atq; mercurii eosdem esse ponebat.

(Eudoxus itaq; lationem vtriusq;,solis inquā & lunæ in tribus esse sphæris ponebat,) xxxi
quot numero sphæras esse,& quomodo,& quā ob causam moueri Eudoxus & Callipus voluerint,ac post ipsos Aristoteles,in secūdo libro de cælo post dictionis enarrationem ab eo loco.(Præterea ob hoc cæteræ quoq; sphęrę vnum corpus habent vsq; ad illam (omnis autēm definiti corporis potentia finita est)accurate ac diligenter exposuimus.Quinetiam hunc locum(Eudoxus itaq; lationem)vsq; ad illud(multitudo

igitur sphærarum sit tanta)illic magna ex parte enucleauimus.vnde huius loci enarrationem,si cui est cordi petere licet . sed quoniam nonnullæ dictiones illic non fuerunt enarratæ,earum expositio non est hoc in loco prætermittenda . Cum ergo primum ait(Quarum primam esse dicebat non vagantium stellarum)non dicit illi inerrātem primam videri,q̄q̄ ea prima sit,sed quod ait huiūsmodi est.Cum Eudoxo sphe ras solem ferentes tres esse placeat,prima quæ duas alias complectitur , quęq; eodem quo inerrans motu fertur ab ortu.f ad occasum propter causam a nobis in libro de cęlo redditam,hæc inquam prima vel vt inerrans præ cæteris duabus ab ipsa contentis Eudoxo putabatur.nec vero hanc tātum solis,sed etiam saturni,& iouis,& aliarū stellarum cuiusq; primas & maiores,inerrantes appellabat.vt prima in qua stellarum , q̄ signa scribunt,multitudo continetur,sic vna inerrans,altera saturni,alia iouis,& quæ sequuntur.quas Theophrastus anastros.i.sine astris nūcupabat.(Et iam inquit per eum ,qui est obliquus in latitudine ipsorum signorum) circulum obliquum in latitudine signorum vocans,vt in libro de cælo exposuimus.cum circulum,quem sol dum ab ea sphæra cui affixus est defertur, suo centro describere videtur.qui etiam solstitia refugere idcirco videtur,quoniam cum sol efficit solstitia,non semper ab eisdem locis exoriri cernitur.quod vero ait,(in latitudine autem maiore circulum eum esse obliquum per quem luna, q̄ eum per quem sol fertur.) huiusmodi est.latitudo obliquitatis circuli , quem luna suo centro describere videtur,maior est latitudine obliquitatis eius circuli,quem sol videtur describere.quod hinc obseruatum est, quoniam non ex eisdē locis sol & luna exoriri notātur in suis cōuersionibus.sit.n. circulus finitor a g.b m.c.d.æquinoctialis vero d e b. obliquus autem in signiferi latitudine centro solis descriptus a e c.Rursus lunæ centro confectus g e m . Exoriaturq; sol cum solstitium ęstiuum conficit a signo.a.cum æquinoctialem describit a puncto.d. non est dubium, quin maior latitudo sit.d .a.circūferentia luna,vero cum conuersionem ad aquilonē facit a puncto.g.exoriatur.Perspicuum est maiorem latitudinem obliquitatis ipsius esse g d circunferentiam.quæquidem maior est,q̄ circūferentiad.a.quæ maior latitudo erat solis obliquitatis : hoc igitur significatur verbis illis (in latitudine autem maiore circulum eum esse obliquum per quem luna q̄ eum per quem sol fertur. Tertiæ vero inquit omnium eo in circulo poles esse,qui per media signa transit.i.tertiaquęq; sphęra polos habet in circulis,qui per media signa ab astrorum ceteris describuntur.

At Callippus positionem quidē sphærarū eandem quā & Eudoxus ponebat.i.ordinem distantiarū , altitudinem vero stellæ quidem Iouis atq; Saturni eādem quā & ille tribuebat , soli aūt atq; lunæ duas insuper sphęras addendas esse censebat . Si quispiam ea , quę apparent debeat assignare. Reliquarum vero vagarum vnicuiq; vnam , quod si debeāt omnes comprehendi positæ ea , q̄ vidētur reddere , in vnaquaq; stellarum vagantiū alias sphæras vna pauciores esse , q̄ reuoluunt idemq; restituunt positione primam sphærā eius stellæ semper , q̄ sub ipsa est collocata necesse est . Hoc.n. pacto dūtaxat vagarum latio stellarum oīa facere potest. Cū igitur cæ sphæręs in quibus ipsæ feruntur , aliæ sint octo, aliæ .xxv.

xxxii (At Callippus positionem quidem sphęrarum eandem,quam Eudoxus ponebat.i.ordinem distantiarum)sensus est.quas primas & secundas sphæras esse tradebat Eudoxus,eas Callipus quoq; primas & secūdas appellabat . Et quantū interuallū Eudoxus

inter ſaturni exempli gratia,& mercurii ſphęras interiectum eſſe volebat, tantum intercedere placebat Callipo,quod vero inquit.(In vnaquaq; ſtellarum vagãtium, alias ſphæras vna pauciores eſſe quæ reuoluunt)huiuſmodi eſt,cum ſphærę q̃ ſaturnum ferunt,ſint quattuor,q̃ ipſum reuoluunt tres ſunt.nam tres vna pauciores ſunt,quã quattuor.Rurſus cum ſphęræ per Callipum,q̃ martem ferunt,ſint quinq; reuoluẽtesquattuor ſunt,quattuor enim vna ſuperãtur a quinq;, & in cæteris eodem modo.Reuoluẽtium autem ſphærarum adiectio ad quẽ vſum Ariſtoteli accomodentur,in libro de cęlo explicatum eſt . Quod vero ait (in idemq; reſtituunt poſitione primam ſemper ſphæram eius ſtellæ quæ ſubter eſt collocata) circulis quibuſdam deſcriptis planum fiet,ſint.n.tres circuli vnus a b . alter d e.tertius z g.ſitq; ſtella exempli cauſa inppiter in z g.q̃ quidem ſtella notetur ſigno k.ſit autem.a.ſignum quoddam.item.d.& z. atq; b e g.quæ non ſint ſtellæ,ſed ſigna tantum eſſe intelligantur.tum.a.& d.& z . in eadem linea recta collocentur,& eodem modo b e g.Moueaturq;.a.b . ſphæra ad ſignum.b.vt.a.illuc perueniat,vbi eſt.b.ſphæra vero.d.e.& alia.z.g.pari velocitate moueantur,ad d z verſus,ſic demum vt.e.g.ad.d.z. ſigna perueniant . Cum ergo c d &.g.z.ſphærę pari velocitate voluãtur,haud dubie motus . g.z . ſphęræ duplo maior fuerit,quam motus.e.d,ſphęræ.quoniam quantus eſt motus g z ſphæræ , tantum ei adiicit motus ſphærę.e d.propterea|q; ſic ad eadem feruntur,vt quo tempore.e.peruenit ad.d.in eodem g.pertranſiens totum circulum.g.z.rurſus ad .g. peruęturum eſſet, niſi ſphæra a.b.aduerſa ipſi d.e.ferretur,eamq; trahens ad.b.proprium motum tribueret ſphærę z.g.alium.ſ.motum,quanto ipſa mouetur.Itaq; a b impediens d e eadq; ad b trahens impedit.z.g.quamobrem circunferentia.z.g.ſemper eundem ſitum ſeruabit,ad a b. ergo cum g venerit ad z & z.fuerit vbi nunc eſt.g.tunc . a . perueniet ad locum,vbi nunc eſt.b.ipſum vero.b.vbi nunc.a. eruntq; in eadem linea recta a.z. & b g ſigna.& cum exorietur.a.tunc z quoq; exorietur . ac viciſſim cum .b. occiderit tunc occidet quoq;.g.Neq; vnq̃ ante vel exorientur vel occident,quam.a.z.quod ipm vſu veniet etiam ſi.a.b.& g.z.ſphæræ eadem verſus loca ferãtur.ſphæra vero . d.e.reuoluens eſſe intelligatur.hoc eſt igitur quod ait(in idemq; reſtituunt poſitione primã ſphæram eius ſtellæ ſemper,quæ ſubter eſt collocata.)vt ſit ſenſus. ſphæræ reuoluentes ſic moueri intelligantur,vt ſphęrarum.quæ iouem ferũt primam & extimam ſemper eundem ſitum ſeruare cogant ad eam ſphæram,cui ſtella eſt applicata , nec ſigna quæ in prima ſphæra ſumuntur pręcurrant iis,quæ ſumuntur in ſphæra,cui ſtella eſt alligata.ſed exoriantur ſemper,& occidant ſimul.Illud autẽ(cum igitur eæ ſphærę in quibus ipſę ferunt,aliç ſint octo,aliæ.xxv.)in hunc ſenſum accipi debet. Itaq; ſecudũ Callipũ octo ſunt ſphæræ ſolis & lunæ,aliorũ vero.i.ſaturni iouis & cęterorũ,viginti quinq;.Nam quod paulo ante dixerat(ſoli aſit atq; lunæ duas inſuper ſphæras addẽdas eſſe cenſebat)perinde eſt ac ſic diceret,vtriq; ſingulas.Nam cum Eudoxus ſolis & lunæ ſphæras ſex eẽ dixiſſet , Callipus vero octo.haud dubie illis ſingulas adiiciebat. & eodẽ modo cæteris ſtellarum ſphęris ſingulas apponebat.Nam cum eudoxi ſententia cęterarum quinq; ſtellarũ cuiuſq; quaternas numeraret,hic quinas eſſe aſſeuerabat.



Harum autem eas ſolas reuolui non oporteat,in quibus infima collocata ſtella defertur,eæ quidem quæ primarũ ſtellarũ duarũ ſpheras reuoluunt , ſex erunt , eæ vero quæ poſteriorum quatuor ſtellarum ſpæras reuoluunt.xvi.erunt.omnes igitur ſpæræ & deferentes & reuoluentes eas. quinq; erũt & quinquaginta.Quod ſi lunæ ſoli uc quiſpiã eos nõ addiderit,quos diximus motus,omnes ſphæræ quadraginta erũt & nouem.

xxiii (Harum aũt inquit eas ſolas reuolui nõ oportet , in qbus infima ſtella collocata defertur .).i.ſolas eas quę lunã ferũt, hęc.n.ſtellarũ infima eſt , nõ oportet habere reuoluentes (Eę quę primarũ ſtellarum duarũ ſphęras reuoluunt , ſex erunt) .i.reuoluentes ſaturni & iouis ſex erunt . Nam cum ſint quattuor , quę ſaturnum ferũt , quattuor item , quę iouem , oporteatq; in vna quaq; ſphęra reuoluentes vna eſſe pauciores,ſex nimirum fuerint ſaturni & iouis reuoluentes . ceterorum autem quattuor martis,veneris , mercurii , ſolis quaternę , cũ ferentes cuiuſq; quinq; ſint. Prorſus vt omnes reuoluentes ſint bis tres ſaturni & iouis , quater quatuor martis , veneris , mercurii , & ſolis omnes.ſ.duo & viginti . Cum ſint autem ferentes octo ſaturni & iouis , quinq; reliquorum viginti & quinq; , ſi hę tres & triginta coniungantur cum viginti duabus reuoluentibus ſumma colliget quinquaginta quinq;.ferẽtes,n.lunam.vt ſupra diximus, non indigent reuoluentibus , propterea quod luna extrema eſt . Hoc eſt.n.quod ariſtoteles ait . (Harum aũt eas ſolas reuolui nõ oportet , in quibus infima collocata ſtella defertur) quod vero adiecit (quod ſi lunę & ſoli quiſpiam eos nõ addiderit , quos diximus motus , omnes ſpherę quadraginta ſeptem erunt.) id demum cuncta pertubat . Si.n.duę ſolis , & duę lunę , quas Calippus adiecerat auferantur , & aliç.ſ.duę a ſole , quæ illas reuoluunt , illis.n.ſublatis eas quoq; tolli oportet , quæ ipſas reuoluũt, ſex erunt quæ auferuntur , duæ quæ ſolem ferunt , & duæ quæ has reuoluũt , præter duas , quas lunæ Calippus adiecit . At ſi hæ ex quinquaginta quinq; demantur , non ſuperſunt quadraginta ſeptẽ ſed.xlix.vtrum oblitus eſt ariſtoteles lunæ non quattuor, ſed duas eſſe ablatas ! an quattuor ſoli dempſiſſe putari debet ! quas ipſe reuolueutes addiderat,vtriq; autem.i.ſoli & lunæ , quas adiecerat Calippus.vt octo ad hunc modũ ex quinquaginta quinq; ſublatis , quadraginta ſeptem ſuperſint . quot ariſtoteles enumerat.ſed fortaſſe,vt Soſigeni placet, putare ſatius eſt librariorum culpacõmiſſum eẽ vt pro nouẽ , ſeptẽ fuerit ſcriptũ , q̃ earundẽ ſphęrarũ numerũ comutare.

Multitudo igitur ſphærarum ſit tanta . Quare & ſi ſubſtantias ipſas , & principia immobilia,atq; etiam ſenſibilia tot eſſe exiſtimare conſentaneũ eſt rationi , neceſſariũ.n.iis omittatur,atq; ii dicant , qui exactius de hiſce diſſerere poſſunt.

34 (Multitudo igitur ſphærarum ſit tanta.quare & ſubſtãtias ipſas,& principia immobilia)ſphærarum numero cõmemorato,quas per Eudoxum omnes.xxvi.per Callipum triginta tres eſſe docuit,per ſuum vero inuentum.lv.demonſtrato præterea vnum & ſimplicem ac ſempiternum motũ ab vno ſimplici eodẽq; indiuiduo motore manare, fortiter aſſeuerat,quot numero ſint ſpheræ ac ſubſtantiæ ſenſibiles,totidem ſubſtãtias & principia immobilia putare par eſſe.Cæterum quoniam cõmemorauerat tantũ,nõ etiam demonſtrauerat ſphęras eſſe.lv.& par eſſe dixerat immobiles ſubſtantias totidem numero eſſe putare,idcirco ſubiungit.(Neceſſarium.n.iis ommittatur,atq; ii dicant,qui exactius de hiſce diſſerere poſſunt .) quaſi dicat nos ſphæras quinquaginta quinq; eſſe commemorantes non neceſſario tot eſſe dicimus , ſiqui tamen exquiſitius accuratiuſq; quam nos diſſeruerint,horum munus erit quod neceſſario verum ſit nõ quod probabiliter , vt nos , edocere , profeſſio nimirum digna philoſophi grauitate, ſed quærat aliquis quænam ſunt hæ cauſæ efficientes ſphærarum,de quibus hoc in loco verba facit,vtrum animæ ipſarũq; formæ,an non!propterea quod ipſæ animæ nõ ſunt dii.Nam cum ſphærarum formæ ſint,in ipſis habentur , ipſaſq; in orbem agitant per mediam naturam . cum vnus idemq; ſit motus . Neq; enim alius eſt animæ motus,alius naturæ,& ſphæris a natura habilitas quædam naturalis inuicta & ipſi formæ

accomodata ſuppeditatur,ab anima vero actus tranſeundi.ad quem per naturam ſunt procliues.Non igitur ſpherarum animas dicit,ſed alias ſubſtantias , quæ corporis expertes ſint tanto primo intellectu inferiores,quanto ſpheræ,ſi licet ſic loqui,inferiores inerrante ſunt.ſpherarum tamen animis ſuperiores . Itaq; ſphęræ a propriis animis, vt expoſitum eſt,mouentur,ab huiuſmodi autem diis,quemadmodum inerrans a primo intellectu , quæ infinito motu a motore primo cietur.neq; enim inerrantis anima cauſa eſt infiniti motus,neq; ab ipſa vt ſine fine moueatur habet, ſed a motore primo. Quandoquidem vt motus cęlo ab anima ſuggeritur , ſic illud ab immobili & intelligibili cauſa contingit . vt ſemper ſecundū eadē eodemq; mō, & circum eadem & in eodem moueatur & cętera huiuſmodi.vt igitur cælum a motore primo mouetur , ſic vagæ ſphæræ a ſuis motoribus,qui ſinguli perfectionem & bonitatem a primo motore accipiunt,maiorem prout ab eo quiſq; propius abeſt. motori enim ſphæræ ſaturni perfectio a primo motore largius,quam ſolis motori ſuppeditatur. quorum ſimilem rationem in cęteris intelligere conuenit . Huiuſmodi autem motrices cauſæ optimę quidem appellantur,non tamen quemadmodum prima cauſa & ea,ex qua ipſe dependent.Illa enim omnes ſui perfectiones continet,ipſiſq; redundat, hæ vero ad illam cō uertuntur.eiuſq; bonorum largitate complentur , ſed optimæ nuncupantur ſphæris, quas mouēt comparatæ . quippe a quibus hæ vt optimæ deſiderantur expetunturq;. quod enim quiſq; deſiderat,id eius vt optimi amore flagrat.Itaq; honoratiſſimus intellectus ſimpliciter optimus perinde nuncupatur , vt primum cælum magnum ſimpliciter dicitur.hę vero dicuntur optimæ præ ſphæris,quæ mouentur.vt hęc magnitudo decem cubitorum exempli gratia magna dicitur.vel maior, non ſimpliciter , ſed cum duorum aut quinq; cubitorum magnitudine comparata.

Quod fieri non poſſit , vt vlla ſit latio , quæ non ad lationem ſtellæ cōducit , & inſuper ſi naturam omnem , ſubſtātiamq; omnem paſſionis expertem , atq; per ſe finem optimum eſſe putare oportet , nulla ꝑter has alia eſt natura , ſed ſi ſit numerus ſubſtantiarū neceſſe eſt , nam ſi ſint aliæ mouent profecto , cū lationis ſint finis , at impoſſibile eſt præter eas quæ dicte ſunt lationes alias eſſe . Atq; id ex his quæ feruntur ita eſſe putare cōſonū eſt rationi . Si.n.omne quod defert eius gratia , quod defertur , omnisq; latio cuiuſpiam eſt,quod fertur,nulla latio ſane , aut ſui gratia , aut per lationem aliam erit , ſed ipſarum ſtellarum gratia , nam ſi latio lationis gratia erit , & illam alicuius eſſe gratia oportet . Quare cum in infinitum profectio nequeat eſſe lationis ſane cuiuſq; finis quippiam diuinorū eorum corporum erit , quæ in ipſo cœlo feruntur . Atq; cœlum vnum eſſe perſpicuum eſſe videtur , nā ſi plures ſint cœli perinde,vt homines , principium id , quod cuiq; accomodatur , ſpēi quidem vnum erit , numero autem plura , ſed quæ ſunt numero plura , ea materiam habent . Vna.n. eſt ratio eademq; multorum , vt hominis . Socrates autē vnus eſt . at quidditas prima materici eſt expers , eſt.n.actus , id ergo quod primum mouet , vnum eſt & ratione & numero , nullo modo ſubiens motum , & id ergo quod ſemper continueq; mouetur , vnum eſt ſolum , vnum ergo tantū

modo cœlum eſt.

xxxv. (Quod ſi fieri non poſſit, vt vlla ſit latio,quæ non ad lationem ſtellæ conducat)dixerat totidem motores numero intelligi oportere, quot ſint ea,quæ motu agitantur. ſed quoniam cuipiam nihil obeſſe videri poſſet,quominus quæpiam aliæ ſubſtantiæ corporis expertes perſe ſint,quæ nulli motum afferant,quod ſi fieri poſſit,non fuerit conſentaneum,quot mobilia ſint,tot eſſe ſubſtantias incorporeas,non plures neq; pauciores,idcirco tacitæ huic obiectioni reſpondet,dicens.ſi ergo quidquid optimum finem eſt ſortitū , id optimum eſt,& optabile,omnis enim deus optimus eſt, licet non ſic vt primus deus,nimirum aliquid ſit neceſſe eſt,quod illud exopteꝛ.cum oē optabile ,cuiꝰ piam optāti optabile ſit.ſi ergo ſunt aliæ quædam optimæ ſubſtantiæ , eſtq; optimum quodq; deſiderabile,vt ſint illæ deſiderabiles neceſſe eſt.ac proinde ſint aliqua quę ipſarum deſiderio afficiantur,& propter ipſas moueantur. porro ſi qua ſint quæ moueantur,fuerint etiam ipſorum motus,nihil enim ſine motu mouet r. At præter quinquaginta quinq; motus nullus alius habetur,ergo neq; mobilia vlla præter hæc, ac pinde ne motores quidem. Argumētatur autem hypothetice dicens(quod ſi fieri non poſſit, vt vlla ſit latio,quæ non ad lationem ſtellæ conducat)& ſubaudiendum eſt, profecto nullus erit alius motus.ſi enim eſſet,nequidq̄ eſſet , vt his verbis præter cōmemoratos nullus eſſe motus aſſeratur.quod ſi verum ſit,nulla ſint alia mobilia,ac pinde motores nihilo magis.ſi nulla igitur latio eſt,quin ad ſtellæ lationem conducat,ſphærarū enim tum ferentium ſtellas,tum reuoluentium omnes lationes faciunt ad ſtellę circū actum,omnes autem lationes ad ſtellarum lationes facientes,hoc numero habentur. nec vlla deſideratur , prēter ipſas igitur nullus alius eſt motus . quippe ſi ſit fruſtra ſit At fruſtra nihil neq; a deo efficitur,neq; a natura.porro ſi nullus eſt alius motus.nihil eſt quod moueatur,nihil quod moueat . Itaq; huiuſmodi argumentatio ex eo quod nullum eſſe alium motum oſtendit.nullam eſſe aliam ſubſtantiam cōcludit.quod vero ait(Et inſuper ſi naturam omnem & ſubſtantiam omnem paſſionis expertem)huc præcipue pertinet,vt non eſſe alias ſubſtantias demonſtretur.eſt autem ſenſus . Prętereꝛea ſi omnem ſubſtantiā ppeſſionis ſimunē & perſe hoc eſt incorporeā huiuſmodi eſſe putare conuenit,optimam . ſ. deſiderabilem atq; finis rationem obtinētem , vtiq; præter eas,quas enumerauimus cauſas motrices,nulla erit alia natura , ſed vt omnes quinquaginta quinq; ſint neceſſe eſt,prima cauſa nō annumerata. Si enim aliæ ab his eſſent ſubſtantiæ,mouerent vtiq;. cum eſſent neceſſario finales & optabiles eāꝝ futuræ.hoc.n.eſt,quod ait.(cū lationis ſint finis)optabile nāq; finis eſt latiōis,quæ ob ipſm efficitur,vel oīo motus. At fieri nō pōt,vt ꝑter cōmemoratas lationes aliæ ſint , cuius cām ſuggerit.ſi.n.alia ſit latio,ea vel corporis qd fertur gratia erit,vel certe alterius lationis. At ſi latio lationis gratia ſit , vel eiuſdē lationis gratia erit exēpli cā ambulatio ambulatōis gratia,qd ridiculū eſſet,vel alterius.vt motus albedine afficiēdi gra motiōnis affiēdi dulcore.qd ſi deē,motus quoq; ad dulcedinē alterius motus erit gra.& hoc in infinitum progredietur.ſupereſt,igitur, ſi qua latio præter cōmemoratas ſit , vt corꝑoris ferendi gratia exiſtat.At habentur omnes,quæ ad ferendorum corporum lationes faciunt,nulla igitur latio alia a prædictis eſt . ac proinde nulla alia immobilis & incorporea ſubſtantia extrā quem diximus numerum. quæ igitur ab ariſtotele dicuntur huiuſmodi eſſe reor.dictio aūt quæ ait (ſane cuiuſq; finis quidpiam diuinorum eorū corporum erit,quæ in ipſo cælo feruntur)æquipollet huic,omnis latio circularis pro ſſne aſtrum quoddā habet,& gratia illius efficiē. Cuius.n.gratia quidq̄ efficiē , id finis eſt eius quod efficitur.quibus expoſitis cælū mundūq; vnū eē docet,qui.n. primā cām

vnam esse docuerit,is vt quærat necessariũ est,substantia quæ ab ipsa agitatur, & sempiterno motu cietur,vna sit,an plures:si ergo inquit mundus specie vnus est, numero non item,sed plures vt Socrates,Plato,Callias,nimirum quot mũdi sint, totidẽ erunt optima perse & proprie optima.vnius enim & continenti ac sempiterno motu agitati vnum esse motorem demonstratum est.itaq; prima principia,& proprie optima plura fuerint numero,specie eadem.qua enim animalia, qua sempiterna, qua optima sint, nihil inter ipsa discrepabũt.vt ne Socrates quidem & Plato in eo quod hoĩes sunt. Ita fiet,vt animalia sempiterna optima numero complura sint,specie vero eadem. At quę specie eadem sunt,numero diuersa,iis discrimen a materia cõtingit. vt in singulorum hominum inter ipsos differentia notare licet, quam proculdubio a materia obtinent. quippe quorum formę, per quas homines sunt, nullo discrimine discernantur. cui similis est equorum ratio.primum autem & optimum materia vacare & actu esse demonstratum est,non sunt igitur complura animalia sempiterna optima.ac proinde ne mundi quidem complures sunt.In dictione vero quæ ait.(vna enim est ratio eademq; multorum.vt hominis) vna pro altera dictum est,altera enim est ratio hominis in eo quod homo est,(Socrates vero vnus).i.altera vero Socratis, in eo quod Socrates est. quo posito,si primæ causæ complures sint,altera erit vniuscuiusq; ipsarum ratio: in eo quod indiuiduę sunt,& particulares.ac proinde compositæ fuerint & materiæ compotes,altera speciei quæ de ipsis cõmuniter prædicatur.quod fieri non potest.(At quiditas prima materiæ est expers).i.prima forma,& ratio,actusq;,ipsum dico animal sempiternum,optimum materia vacat.

At vero tradita quædam sunt a veteribus & vehemẽter antiquis modoq; fabulæ posterius relicta,deos esse inquam hos, & ipsum diuinum totam continere naturam:reliqua vero fabulose iam' sunt allata ad persuasionẽ vulgi,atq; ad vsum legum,vitæq; humanæ vtilitatem. nam formam humanã his tribuũt,similesq; quibusdã animaliũ eẽ dicũt,atq; alia cõplura, quæ ex his emergunt,similiaq; sunt dictis,insuper afferre videntur,a quibus si quispiam primum illud separauerit,solumq; sumpserit separatum, primas inquam antiquos illas substantias deos esse existimare putabit diuinæ domus fuisse sane, atq; vt verisimile est persæpe quod fieri potest vnaquaq; arte,scientiaq; inuenta, rursusq; occidente, has quoq; illarum opiniones vsq; ad hanc nostram tempestatem,veluti reliquias peruenisse conseruatas fuisse censebit.Opinionibus igitur primæ,& quę a veteribus primisq; nobis est tradita,hoc tantum nobis est manifestum.

(At vero tradita quædam sunt a veteribus,& vehementer antiquis modoq; fabulę posterioribus tradita)postq̃ docuit deos esse,& tot esse numero,quot sphæras qui ex diuinissima optimaq; substantia pendeãt,eiq; subiecti sint,& quibus ab illa vt optimi & sint,& habeantur suggeratur sic ait.Neq; vero ipsi tantum in hac de diis sententia sumus,sed a veteribus et priscisq; hominibus in figura fabulæ accepimus:deos esse,non alios per fabulas significantibus q̃ hos,quia nobis asseruntur.sunt igitur dii, diuinaq; multitudo:q̃ vniuersam naturã oẽmq; mundũ ꝓtinet,ꝓtinet aũt non corporis more,vt modius grana tritici,deus.n.ptibus vacat.sed vt gubernator,& bonorũ largitor,qq; ordinẽ mũdo,quo digestũ ẽ,& ornamẽtũ,quo decorate sp suppeditet.sed cũ docuisset,q̃ veteres i fabulę figura posteris tradidissent,cãm suggerit,cur antiqtas de diis fabulose xxxvi

quædam tradiderit.dicens(Reliqua vero fabulose iam sunt allata,ad persuasionẽ vulgi)quasi diceret,hoc tantum aperte prodidere,esse scilicet deos.reliqua vero, quæ de ipsis dixerunt,vt iouem ex saturno & rhea fuisse procreatum,& cætera fabulose commenti sunt ad vulgo fidem faciendam vsumq; legum,breuiter ad mortalium vitæ vtilitatem.Intelligebant videlicet viri sapientes popularibus cõuentibus & conuiuiis homines fieri humaniores, mutuaq; cõcordia & beneuolentia conciliari,prorsus vt alii pro aliis mortis discrimina subirent.quæ res constituunt continentq; ciuitates, solitudine contra efferari alienariq; inter ipsos,& alterum alteri necem moliri, ac idcirco cõuentus & comessationes instituere volẽtes,fabulas cõmenti sunt, iouem exẽpli causa ex rhea hodie fuisse progenitum.ac idcirco pium esse,vt omnes conueniant.deiq; natalem diẽ agant atq; simul epulẽtur.Neq; illud temere aut inutiliter confictũ est,deos humana forma constare.sed vt homines a mutuis vulneribus deterreantur, memores videlicet qui hominem lędit,hunc diuinam formam lædere,iniuriaq; afficere. Quin eriam aliorum quorundam animalium figuras nõ sine humani generis emolumento diis tribuere.Nam cum ægyptiorum regio adeo serpẽtibus scateat, vt nulla maior pestis incolas soleat infestare, prouida natura deusq; malorum depulsor aues quasdam illuc immisit ibes appellatas,quæ serpentes interimunt. quamobrem ægyptiorum sapientes,vt homines ægyptios ab interficiendis huiusmodi auibus suæ gentis conseruatricibus deterrerent,neq; enim deerant,qui eis mortem molirentur, lege cauerunt, ne cui liceret ægyptiorum ibim interimere, subiecta causa,quod dii si quibus apparerent,in ibiũ forma sese eis ostẽderent.(A quibus)inquit aristoteles.i.ab his omnibus quæ de diis fabulose traduntur,(si quis primum illud separauerit) quas.s.nos primas substantias deosq; vocamus,eas illos quoque deos esse cẽsuisse (putabit diuine dictũ fuisse sane)sed quemadmodum inquit sæpe,vt credibile est,amissis artibus alluuionũ iniuria deletisq; disciplinis,aliquæ tamen ipsarum reliquię perstiterunt,ex quibus rursus artes & disciplinæ quo ad fieri potuit reparatæ ac inuentæ sunt, sic eius sententiæ, quam prisci homines de diis habuerunt,qua.s.deos esse sentiebant, extant etiã nunc reliquiæ quædam.Sed ex huiusmodi reliquiis eiusq; opinione, quam a patribus accepimus,hoc inquit tantum nobis est manifestum.illos.s.deos esse putasse.

De ipsa vero mente dubitationes quædam existũt, nam omnium eorum quæ videntur diuinissimum esse videtur.At quonam modo sese habens ipsa talis erit,quædam difficultates existunt.Etenim si nihil intelligit, sed ita sese habet,vt is qui dormit,quid nam ipsius excellens? quid egregium erit?Sin intelligit,huius vero est aliud auctor,non est.enim id qd est ipsius substantia intellectio,sed potentia non erit substantia optima,per intellectionem enim & quia intelligit,prędtabilitas ipsi nimirum competit atq; inest.Præterea siue intellectus,siue intellectio sit ipsis substantia,quid intelligit.Aut enim aliud quippiã,aut seipsam intelligit, & si quippiã aliud aut idẽ semp,aut aliud aliudq; intelligit,interest ne igit̃,an nihil refert bonũ,an quoduis sine discrimine vllo intelligat:an & absurdũ est de qbusdã intelligere?Pater ipm igitur id,qd diuinissimũ est oiumq; præstantissimũ intelligere,ac non mutari.Ad deterius.n.esset ipsa mutatio,atq; id ipm ia motio quædã esset.Primũ igitur si non sit intellectio, sed potentia conso-

num eſt rationi,continuationem intellectionis ipſi laborioſam eſſe. Deꝛ mum patet aliquid aliud quam mentem id eſſe:quod eſt ꝑſtabilius,ipſum inquam quod intelligitur.Pætercaipſum intelligere ac intellectio ipſi inꝛ erit deterrimum quoq; intelligenti.Quare ſi id eſt fugiendum,præſtat.n. non videre aliqua,q̃ videre,non erit ipſa intellectio id quod eſt optimum. Si ipſam ergo intelligit,ſi eſt optimum omnium,atq; intellectio ipſa intel lectionis eſt intellectio.

(Cæterum quæſtio de honoratiſſimo primoq; intellectu quaſdam inquit controuerꝛ 37
ſias habet.Nam licet huiuſmodi intellectus omnium haud dubie rerumd iuiniſſimus optimuſq; habeatur,tamen quomodo ſeſe habens,& cuiuſmodi vitam ducens,optiꝛ mus ſit,haud ita facile fuerit explicare.quã difficultatem ex partitione declarat.Vtrum intelligatinquit.an non?Si enim non intelligit,ſed eſt dormiẽti ſimilis,quid al iud graꝛ uius habere poteſt?vel honore vel grauitate dignius?ſin autem intelligit,vtrũ totus inꝛ tellectus & per totũ ſe intelligit,an partim intelligit,partim ſecus? vt in anima ſeſe resꝛ habet.Neq; enim anima tota intelligit,ſed pars ſolum eius,quæ intellectus nuncupaꝛ tur.ſi ergo ad hunc modum intelligit,profecto non tota eius ſubſtãtia optima eſt,ſed pars illa,qua intelligit.vt anima hoĩs non eſt omnis honore digna,ſed intellectus,& pars rationis compos.per quam intelligimus,at non omnem eius ſubſtantiam optiꝛ mam eſſe abſurdum eſt.(Sin intelligit inquit,huius vero eſt aliud author).i.ſed ſi inꝛ telligit,nec oĩs eius ſubſtantia eſt intellectus,ſed huius.i. intelligẽdi aliud eſt author. vt in nobis vſu venit,neq; enim anima cauſa eſt,& author,vt nos intelligamus,ſed intellectus,ſi ergo intellectui aliud eſt author intelligendi(non eſt enim id quod eſt ipſius ſubſtantia intellectio).i.neq; enim fieri poteſt,vt eius ſubſtantia ſit intellectio & intellectus,ſiquidem non oĩs eius ſubſtãtia,ſed pars quædam ipſius intelligit,profeꝛ cto non erit optima ſubſtantia ipſius,ſed pars illa optima erit per quã intelligit.Cuius rationis concluſio eſt huiuſmodi,ſi nihil intellectus intelligit,quid aliud præſtantius habere poteſt?cum ſit nihil,quod intellectioni contemꝛ plationiq; anteferatur?ſin intelꝛ ligit quidem,non tamen omnis eius ſubſtantia intellectio eſt & intellectus,ſed aliud illi cauſa & author ẽ intelligendi cũ neouocat tota eius ſubſtantia eſſe intellectus,ſi quiꝛ dem non totus intelligit,ſed ex parte quadam,ſi hęc ergo ſic ſe habent,vtiq; primus inꝛ tellectus,non erit optima ſubſtantia.quod eſt impoſſibile. Ergo ne illud quidem fieri poteſt,vnde hoc conſequebatur.i.ne totus intelligat,neue tota eius ſubſtantia ſit intelꝛ lectus.Præterea inquit ſi tota eius ſubſtantia,vt oſtenſum eſt,intelligit,eſtq; vel intelꝛ lectus,vel intellectio,quãdnã intelligitur?Aut.n.ſe ipſum intelligit,aut aliud quidpiã. & ſi aliud vel ſemper idem intelligit,vel modo hoc,modo illud.porro ſi aliud alias inꝛ telligit,vtrum bona ſunt oĩa,quæcũq; intelligit diuerſis temporibus? an quæuis etiam viliſſima quæq; ab eo intelligi ſtatuendum eſt?nec intereſt,abiecta ne vel mala intelligaꝛ tur:an oppoſita?Aut hæc igitur cõſtituere oportet,aut cõfiteri,quẽadmodũ in nobis abſurdum eſt,nec quiſq; recte viuens de quibuſdã rebus conſiderare ſuſtineret,vt de cõcubitus mõ comodiſſimo,ſic nefas eſſe affirmare,diuiniſſimã eandẽq; optimã ſubꝛ ſtantiã q̃uis abſq; delectu ẽt deſpicatiſſima quęq; contẽplari.vt dubiũ eſſe non debeat, ab ipſo nõ malũ aut vile quidpiã,ſed qđ diuiniſſimũ eſt,& ſũmo honore dignũ intelꝛ ligi hmõi autẽ,eſt ipſe intellectus.ſi igit ipſum intelligit nec a ſe intelligendo ad aliud intelligendum auertitur.Si enim a ſui cõtemplatione tranſeat,vel quidq̃ omnino meꝛ lius intelliget,vel aliquid deterius,melius autem nihil eſt,ſupereſt igitur vt ad deꝛ terius.at hoc motus eſſet ab eiuſq; optima vita receſſio. quarum rerum argumenꝛ

tum ex iis ſumi poteſt,quæ hominibus vſu veniunt.homines nanq; boni cum mala contemplantur ſeipſis ob hanc intellectionem deteriores efficiuntur,quod pœnitenꝛ tia conſequens declarat.tunc enim pœnitentia ſubit,cũ malus quiſq; fuerit effectus.qđ vero ſupra dixerat,ſubſtantiam ipſius intellectum eſſe & intellectionem,id hoc in loꝛ co confirmat,dicens.Primum igitur ſi eius ſubſtantia non eſt intellectio &intellectus, nec in eo ſubſtantia eius conſiſtit,q; ſit intellectus & intellectio,ſed eſt facultas intelꝛ lectus,qua intellectus intelligere valet,aliud eſt enim intellectus,quam ipſius poteꝛ ſtas,vt color aliud eſt,quam coloris facultas,qua ipſe conſpici valet:ſi ergo eſt intelꝛ lectus poteſtas,& ipſe,vt demonſtratum eſt,ſemper intelligit,nimirum ipſum contiꝛ nenter intelligere non ſine magno illi labore contingit. Nam ſi eius ſubſtantia in hoc eſſet poſita:quod eſſet intellectus & intellectio,citra vllum laborem perpetuo intelliꝛ geret,quemadmodum homini non eſt laborioſum hominẽ eſſe. propterea quod eius ſubſtantia ſiue eſſentia in eo q; ſit homo conſiſtit. At continenter ingredi munus eſt homini laborioſum.quippe ſubſtantia ipſius non eſt poſita in ambulando,vt igitur in homine,ſic in intellectu primo ſeſe res habeat oportet.nec ei cum labore intelleꝛ ctio perpetua cõtingat. ſi quidem intellectus eſt,& intellectio. Cæterum quidnam eſſe cauſæ putemus,cur cum intellectus noſtri ſubſtantia in eo ſita ſit,q; ſit intellectus, huic tamen laborioſum eſt,continenter intelligere? An intellectus noſter non eſt actu intellectus? neq; actus,vt ille? ſed poteſtate. Primum igitur inquit ſi non eſt intellectus,ſed potentia,continuatio intellectionis per laborem ipſi ſuppetet. Deinꝛ de non erit ipſe præſtans.illud enim præſtantius erit:quod intelligens in actum reduꝛ citur,cum ſit potentia,quod enim perfectionem affert,& aliquid ex potentia in actum redigit,id præſtantius eſt eo,quod perficitur. In dictione vero quæ ait (Et enim inꝛ telligere & intelligentia erunt indigniſſimum intelligenti) verbum præterea mihi deꝛ ſiderari videtur. vt ſit principium alterius argumentationis ad confirmandum primã cauſam non eſſe potentiam. itaq; verbum etenim,pro præterea dictum eſſe reor. vt plena oratio ſit huiuſmodi (præterea intelligere & intellectio erunt indigniſſimum intelligenti)quæ quidem demonſtratio innititur illo,q; nuntiato cõtrariorũ eadem eſt poteſtas,eſt igitur ſenſus. Ad hæc niſi eius ſubſtantia ſit intellectio,& intellectus, ſed poteſtas,eſt autem eadem atq; vna contrariorum poteſtas,nimirum primæ cauſę optima quæq; intelligenti vſu veniet,vt peſſima quæq; intelligat.quod eſt abſurdum. Cum igitur peſſimorum intellectio fugienda ſit.quippe quę ignorare ſatius eſt,vt turꝛ piſſima non cernere,quam eadem videre præſtantius,cumq; ex eo quod prima cauſa potentia eſſe dicatur fiat,vt ea mala item intelligat,quod nefas eſt dictu,profecto priꝛ ma & diuiniſſima optimaq; ſubſtantia non eſt potentia. Nam cũ ait. (Non erit ipſa intellectio id qđ eſt optimũ)intellectio pro potẽtia dictũ eſt:intellectus igit eſt nõ poꝛ tẽtia:ſeq; vt optimũ intelligit,ſi ergo cũ intellectio ſit ſeipſum hoc eſt intellectionem intelligit,vtiq; intellectio intellectionis erit.i.idem erit intelligens & quod intelligitur. Atqui ſcientia,& ſenſus,& opinio,atq; ratio,ſemper alicuius eſſe videꝛ tur.,quod quidem eſt aliud ſui uero nõ ex propoſito.prętera ſi aliud eſt intelligere,aliud intelligi,vtro duorum iſtorum ineſt ipſi ratio boni? non eſt.n.intellectionis eſſe & eius eſſe quod intelligitur. An in quiꝛ buſdam ſcientia res eſt ipſa?In effectricibus quidem ſubſtãtia ipſaq; quiꝛ ditas ſine materia. In contemplatricibus autem ipſa ratio,ac intelleꝛ ctio. In his igitur,quæ materiã nõ habẽt id,quod intelligit,intellectuſq;

ipſe non diuerſum erit, ſed idē & intellectio eius, quod intelligitur vna. (At qui ſcientia, & ſenſus & opinio, atq; ratio alicuius eſſe videtur, quod quidem eſt aliud, ſui vero non ex propoſito) quoniam quemadmodum ſenſus & ſcientia ad ſenſibilia & ſcibilia ſeſe habent, ſic intellectio ad intelligibilia ſeſe habeat neceſſe eſt, idcir co ītellectionē rē optimā & maxime diuinā eſſe teſtatus, occurrit rōni, qua dicta oppugnari poſſe cognoſcit: q̄ hmōi c̄. ſi ſcīa alterius eſt ñ ſui ipſius, medicina.n.nō ſui ſed ſanitatis eſt. vt pote q̄ ſemp cōſideret, ſanitas quæ ſit: & qūo efficiat̄, ex accidēti vero q̄ſq; ſeipſam contempletur: exempli cauſa medicinam̄ recte valentium ægrotantiumq; & neutrorum artem eſſe. Et eodem modo ſenſus ſēſibilium eſt, & opinio opinabiliū, nimirum vt in his ſeſe res habet, ſic ſi diuiniſſima & optima cauſa intellectio ē, alterius erit non ſui ipſius intellectio. cui quæſtioni adiungit aliam, & in priore poſteriorem ſoluit. quæ poſterior quęſtio huiuſmodi eſt. ſi aliud eſt intelligere, aliud intelligi: eſt. n. intelligere cōprehēſio attingens ītelligibile, ītelligi vero, qđ intelligit̄: id ab intelligēte comprehendi, primus autem intellectus intelligens eſt, & idem intellectum, ex vtro illi ſumma illa bonitas contingit? vtrum quia intelligit, an quoniam intelligitur? (Non enim eſt idem intellectionis eſſe, & eius eſſe, quod intelligitur). i. non eſt idem intelligere, quod intelligi. vt appareat non ab re huiuſmodi quęſtionem proponi. hæc effatus priorem quæſtionem ſoluit dicens: in quibuſdam rebus ſcientiam idem eſſe, quod ſcibile. Ars.n. domus ꝓſtrucdæ nihil eſt aliud, q̄ domus forma. ac eodē mō medicina forma ſanitatis. quod ſi verum eſt, diuiniſſimū & optimum ſi eſt intellectio: idem erit quod intellectum. Illud autem (in quibuſdam.) propter compoſita eſt adiectum. quoniam ars ędificādi non eadem eſt atq; omnis domus, neq; n. eadem eſt atq; domus hęc particularis ex lapidibus ligniſq; conſtituta, ſed id quod forma ipſius abſq; materia intellecta. ex quo ſoluitur quæſtio ſecunda, quam ſilentio præterierat, propterea quod eius ſolutio eſſet in propatulo. ſi. n. primus intellectus idem eſt intellectio: idē id, quod intelligitur, ab vtroq; ſumma illi perfectio ſuppetit. i. & quia intelligit, & quoniam intelligitur. In quibuſdam igitur inquit ſcientia eſt res ipſa & ſcibile. cuiuſmodi autem ſcibile idem ſit atq; ſcientia ſuggerit dicens. (In effectricibus quidē ſubſtantia ſine materia). i. ſubſtantia & forma abſq; materia idem eſt quod ſciēntia. quo in loco ſcientias effectrices abuſus ſcientiæ vocabulo, appellat, ędificandi artē & huic ſimiles. (in contemplatricibus autem) vt geometria arithmetica & ſimilibus (ratio) & quæ ſit ratio adiicit (res) ac intellectio idem eſt. Nam intellectio cur deficit luna idē eſt quod cauſa: cur defectus efficitur. porro cauſa defectus idem eſt, quod ipſe defectus. quo fit, vt intellectio defectus idem ſit atq; ipſe defectus. hæc effatus velut concluſionem ſubdit. (non altero igitur exiſtēte eo quod intelligitur & intellectu, quæcūq; non materiam habent idem erunt.) cuius ſenſus eſt. in proprie intelligibilibus quæ materia vacant & perſe ſunt, intellectus & res intellecta non diuerſa ſunt: ſed eadem. Nam proprie intelligibilia, vt in quęſtiōe de anima dictum eſt, intellectus ſunt, ac viciſſim intellectus intelligibilia. quod ſi ita eſt, (intellectio intellecto erit vna). i. eadem. quibus aliā quæſtionem adiungit dicēs.

Reſtat igitur dubitatio, ſi id quod intelligitur ſit cōpoſitū, nam in totius partis intelligēdis mutabitur. An id omne eſt indiuiſibile, quod materiā nō habet. Atq; vt mens humana, aut cōpoſitorum aliquo in tempore ſic ſe habet, ſed in quodam toto ipſum optimū habet, quod quidē aliud ē ab ipſa, ſic ſeſe habet ipſa intellectio ſui ipſius omni æternitate.

(Reſtat

xxxix (Reſtat igitur dubitatio ſi id quod intelligitur ſit compoſitum? nam in totius partibus mutabitur.) quæ uerba ſic debent explicari. Si compoſitum eſt omne quod intelligitur, quod enim ait uniuerſaliter in omni re, quæ intelligitur accipi debet, nimirum intellectus non momēto temporis rem intelligit ſed ab hac eius parte intelligenda ad intelligēdam illam mutatur. hoc autem temporis interuallo fit. in alio enim tempore hanc, in alio partē illā intelliget. quam quaſtionem ſoluit dicens, quidquid materiam non habet qualia ſunt intelligibilia, id omne eſt indiuiſibile, & partibus uacans, neq; huius generis quidq̄ eſt compoſitum. Ad hæc primus intellectus quomodo ſe intelligat exponit. non ſcilicet per tempus, ut exempli gratia in hac temporis parte hanc ſui partem intelligat, aliam in illa. tunc enim diuiduum eſſet, ſed cum partibus uacet. in momento experte ſi dicere licet & indiuiduo ſe intelligit. Nam ut mens inquit humana, aut ſi mauis uniuerſalius dicere, ut compoſitorum mens. ut igitur mens humana uel mens compoſitorum ſeſe in aliquo tempore habet, id eſt, cum opere fungitur, & fœlicitate quadam afficitur, tunc enim mens humana nō in alia temporis parte hanc optimæ rei partem intelligit in alia illam, ipſamq; quoad fieri poteſt cōtingit. ſic enim prima cauſa diuidua eſſet, ſed rem ipſam optimam in toto quoddam intelligit, hoc eſt in indiuiduo quodam inſtanti, ad hunc modum primus intellectus in omni æuo ſe intelligit, ſine partium aut temporis interuallo, ſed quomodo intellectus actu proprie intelligibile intelligat, in libro tertio de anima abunde fuit explicatum. Humanus igitur intellectus inquit non bene habet, id eſt, non habet optimam uitam, ſiue intellectionem, aut contactum & contemplationem optimi ac primi intellectus, qui ſcilicet ab intellectu humano diuerſus eſt, non inquā illam in tempore & per tempus habet, ſed in toto quodam. Appellat autem totum quoddam inſtans indiuiduum, quod licet terminus temporis ſit, tempus tamen non eſt. Nam cū intellectus diuinus uelut forma ſit humani intellectus, cū ipſm attingere poteſt, omnis autem forma in indiuiduo momento generetur, nimirum cognitio & attactus primi intellectus humano intellectui in ipſo puncto temporis ingeneratur.

Conſiderandum etiam eſt, utro nam modo uniuerſi natura bonū ipſum atq; optimum habet: Vtrum ſeparatum quoddam & per ſeipſum, an ordinem ipſum, an utroq; modo perinde atq; exercitus, nam bonum ipſius in ordine conſiſtit, & inſuper bonum ipſius eſt ipſe dux. Atq; magis, non eſt enim ob ordinem ipſe dux, ſed ob ducem eſt ille. Vniuerſa autem ſunt aliquo modo, ſed non ſimiliter ordinata, aquatica, uolatilia, plantæ, & nō ita ſeſe habēt, ut alteri non ſit quicq̄ ad alterum, ſed eſt aliquid plane, nam ad unum quidē uniuerſa ſunt ordinata, ſed perinde atq; in domo liberis quidē minime licet quoduis facere, ſed omnia ſunt aut plurima ordinata, mancipia autem feræq; pauca ſane, parumq; ad ſocietatem cōferentia faciunt. Pleraq; uera nihil ad eandem conducentia agunt, natura nanq; cuiuſq; ipſorum tale principium eſt. Dico autem hoc pacto. Omnia ad ſegregationem uenire neceſſe eſt, & alia ita ſunt, quorum res oēs participes ſunt ad ipſius totius conſtitutionem.

xxx (Conſiderandum etiam eſt, utro nam modo uniuerſi natura ipſum bonum, atq; optimum habet.) Quæſtio quam proponit huiuſmodi eſt: cum uniuerſi natura, uocat autem uniuerſum hunc mundum ſenſibilem, bona ſit atq; optima, utrum cauſa, quamobrem mundus hic bonus & optimus eſt, diuerſa & ſubſtantia quædam atque per ſe

consistens natura esse putari debet? an ipse ordo quo dispositus atq; digestus est? prosus ut mundi huius bonũ & optimũ ordo ipsius esse intelligatur? & respondet dicens: (Iam utroq; modo) Etenim uniuersi duplex bonum esse fatendum est, ideſt, ordinẽ ipsius. Nam & ob hoc bonum atq; optimum, & primum intellectum, quoniam per hoc quoq; uel in primis mundus pulchritudinem ac bonitatem obtinet. quæ uerba ipse manifesto exemplo declarat. Nam quemadmodum inquit, ut exercitus bene habeat in ordine ipso positum est, ac huiusmodi ordo ipsi est bonum & optimum, atque item imperator, immo uero multo hic etiã magis bonum & optimum exercitus est. cum exercitus ordo per imperatorem consistat, nõ e diuerso per ordinem imperator, sic uniuerso bonum & optimum non ab ordine tantum, sed etiam a primo intellectu contigit, per quẽ ordo constat uniuersi. Hæc pie ac philosopho cõuenienter effatus, negat quidq; frustra & superuacaneum esse. Sed omnia licet multa nobis ignorentur coordinata esse, & ad uniuersi perfectionem, pulchritudinem, summamq; bonitatem pertinere. & quæ sint ea, quæ ad uniuersi perfectionem dispositæ & ordinatæ sint colligit uolatilia, natantia, stirpes, & cætera. Sed quanq; huc omnino cuncta pertineant, conferantq;, nõ tamen similiter omnia. Sed alia magis, alia minus. Sed forasis licet quædam maxime, alia parũ faciant ad uniuersi perfectionem, tamen nõ sic se habent, ut nulla inter se societate teneantur, sed omnibus est aliquid cõmune. uel subiectum & figura, uel subiectum duntaxat. aut neq; subiectum neq; figura, sed color. Immortalia enim ac diuina corpora neq; subiecti, neq; figuræ siue formæ societatem cum natiuis corporibus habent, sed forsitan splendoris. quanq; splendor utrorumq; non sit omnino similis, sed inter se & formam & subiectum habent cõmune. At quæ nascuntur & occidunt quædam inter se communitatem habent proximæ materiæ, in formis omnia. Hæc igitur, ut dictum est, in unum quiddam unamq; uniuersi naturam & perfectionem ordinem habent, sed non omnia similiter. Sed quemadmodum in domo aut in ciuitate ingenui homines non hæc agere permittuntur, illa uetantur, sed ipsorũ cuiq; pro suo arbitratu medicam artem exercere licet, aut in militia uersari, & cuncta citra exceptionem agere, quæ pròprie ad ciuitatis constitutionem pertineant, uel si nõ omnia, sunt enim quædam, quæ ingeniorum ordini non conueniunt, ut purgationes uiarum & similia, certe plurima liberis hominibus obire licet. Seruis atq; bestiis, hoc est animalibus rationis expertibus exigua & ad ciuitatis constitutionẽ parum cõferentia, qui multũ tempus inquit quod contingit agunt, ideſt, exiguo tẽpore agunt, & quæ parum conferunt ad statum ciuitatis. Nam licet diu in opera sint, nihil tamen agunt, quod ciuitatis statum constituat, neq; enim mancipiis bellum gerere licet, nec iure ciuili aut philosophiæ uacare, aut quodpiam aliud magnum munus obire ex iis, quibus iacturæ fundamenta rei publicæ. Sed ligna secare, aut coquinariam artem exercere, & cæteras id genus operas præstare, ut igitur in his sic in illis sese res habet, quæ ad naturam pertinent uniuersi. quædam enim ad uniuersi naturam statumq; maxime faciunt, alia minus. a Rep. igitur exemplo sumpto sermonem ad naturam uniuersi traducit, & ait: (Natura nanq; cuiusq; ipsorum tale principium est.) ideſt, natura & principium eorum, quæ ad uniuersi naturam conducunt huiusmodi est. neq; uero nunc de omnibus simpliciter loquitur, sed de natiuis & occiduis. Principium igitur & natura illorum huiusmodi est. & qualis sit subiũgit. (Dico autem hoc pacto, omnia ad segregationem uenire necesse est) ideſt, necessum est, ut natiua quæq;, de his enim, ut diximus, uerba facit, ad discretionem ueniant, ideſt, ut alterum ex altero fiat. in hoc enim nascentium natura congruit, & hoc ipsis est cõmune, quod omnia ex omnibus generantur ex elementis scilicet concreta ac ex concretis uicissim elementa modo alio. ut.

subiũm esse non debeat, quin id natiuis omnibus commune sit, ut alterum ex altero generetur. Exposito autẽ natiua oĩa materiæ ac mutuæ inter se generationis societate teneri, infert. (Et alia ita sunt, quorum res omnes participes sunt, ad uniuersum) ideſt, non solum id habent commune, quod ad explendum uniuersum alterum ex altero generantur, sed alia etiam, ut colores, figuras, magnitudines. Nam & hæc cuncta ad uniuersi naturam pertinent. cum absq; magnitudine figuraq; sensibile nullum habeatur. At noster quidem præceptor sic hunc locum enarrabat, sed fortasse cum aliis (omnia ad segregationem uenire necesse est) Illud omnia, non ad natiua duntaxat, sed ad omnia, etiam ad circũlata diuinaq; corpora referri debet. ut sit sensus, ut oĩa tũ natiua, tum etiã circumlata corpora ad discernendum, hoc est ad constituendum uniuersum mundum ueniant necesse est. & discernendum pro constituendum dictum accipiatur. Sic enim Anaxagoras aiebat: Intellectus discernẽdo mutuas partium similitudines uniuersum constituit. Illud uero (& alia ita sunt, quorum res omnes participes sunt ad uniuersum) ut ciuitatis exemplo cohærens accipi debet in hunc maxime sensum. quemadmodum in fundanda rep. omnibus est aliquid commune, sic alia inter se communitatem habent, & mutua ope iuuantur ad explendum uniuersum. ut in cõstruendis ædibus: quidã ædificãt, alii lutũ suggerũt, sunt qui dolent poliantq; materiam, sed oĩs hæc ad ædiũ uniuersitatem cõficiũt.

Non lateant aũt oportet quæ impossibilia aut absurda iis eueniunt, qui alias dicunt, & quænam asserunt, qui elegantius dicunt, & in quibus minime dubitationes existant. Omnes enim ex contrariis omnia faciunt, ac neq; hoc ipsum omnia, neq; hoc ipsum ex contrariis recte dicũt, nec quo pacto ex cõtrariis erũt ea in quibus est cõtrarietas, dicere quicq; uidẽtur, pati nanq; a sese mutuo contraria nequeunt, a nobis autem cum ratione id soluitur, propterea quod tertium quippiam est. At quidam cõtrarios alterũ numeros faciũt, ut ii qui inæquale æquali, aut uni multa supponũt, soluitur autem & hoc eodem modo. materies enim quæ quidem est una, nulli prorsus contraria est.

alt (Non lateant autem oportet, quæ impossibilia aut absurda iis eueniunt, qui aliter dicunt.) Expositæ opinione sententiaq; sua, hoc in loco quæ in omnibus aliis suis operibus, cæteris placuisse dixerat, ea strictim explicat dicẽs: operæpretium esse intelligere, quæ incommoda & impossibilia eos consequantur, qui aliter ac nos dicimus præcipiunt, tum quæ ab illis dicãtur, exponit: (Omnes enim inquit ex contrariis omnia faciunt.) qui hoc ipso errant, quod omnia genita esse tradunt. neq; enim cuncta sunt generata. item quod ex contrariis omnia fuerint dicunt, quippe non omnibus aduersantur aliqua. cum circumlato corpori nihil sit contrarium. cum igitur res partim genitæ sint, partim secus, errant isti, in eo quod omnia generari tradũt. Similiter qm̃ quibusdã cõtraria sunt. aliis non itẽ, idcirco perperam idem cõtrarietatem cunctis rebus tribuebant. Sed neq; illud explicabãt, in quibus ineſt contrarietas, in iis quomodo ex contrario contrarium efficiatur. Neq; enim albedo nigredo efficitur, nec albedo omnino patitur a nigredine. Sed nos inquit materiam tertium subiectum ponentes huic quæstioni facile occurrimus. quidã uero contrariorum alterum alteri subiiciebant. ut Plato, qui malũ & inæquale, quibus nominibus materiã appellabat, alteri cõtrario, ideſt bono & æquali subiiciebat. formã uicissim boni & æqualis nomine ſgnificans. Sed qm̃ Plato materiã modo malũ, mõ inæquale, interdũ appellat multa, ac uicissim

formam tum bonũ,tum æquale aliquando etiã unum,cũ dixiſſet eos inæquale æquali ſubiectũ eſſe cõmiſci ei,adiecit:(uel uni multa)qn & modũ ingt iſti reticuerũt,quo unũ contrariũ alteri ſubiiciatur.quibus illud quoq; uicio uertit,quod materiã cõtrariã appellarent.Neq; enim materia cum forma pugnat,quam cũ ea conſiſtere certum eſt, ſed priuatio.quod igitur materiã formæ ſubiectam eſſe dicerent laudandi ſunt, quod oppoſitum,reprehenſione digni,cũ pugnantia ſimul eſſe nõ poſsint. Sed qm̃ Ariſtoteles materiam uel maxime ſubiectũ eſſe ait,idcirco uelut captionibus occurrẽs ait. Sed a nobis incommodum huiuſmodi diſſoluitur, qui licet materiam ſubiectam eſſe dicamus,eam tamen cuipiã contraria eſſe negamus.Sed formam & priuationem, quæ de huius poſſeſsione uel ut prælio decernunt,inter ſe contrarias eſſe dicimus. Cæterum in quibuſdam exemplaribus ſcriptura huiuſmodi fertur. (Materia enim una.) quæ ſi recte habeat,ſenſus erit. Materia enim prima nulli eſt contraria. cũ ſit omnis qualitatis expers.terra uero & ignis & his interiecta elemẽta,quæ quidẽ prior materia ſunt, inter ſe contrarietatem habent.

Præterea quoduis aliud præter ipſum unum mali particeps erit. Ipſum enim malum elementorum alterum eſt. Cæteri uero neq; principia bonũ ipſum,ac malum faciunt,& tamen in uniuerſis bonũ ipſum maxime principium eſſe conſtat. At quidam hoc quidem recte principium eſſe dicũt. Sed quonam pacto principium eſt non dicunt. Vtrum ut finis, an ut id quod mouet, an uti forma. Abſurde & Empedocles cenſet,bonum enim ipſum concordiam ponit eſſe. hæc autem principium eſt, & ut mouens, congregat enim & ut materies, eſt enim pars ipſius congeſti. Quod & ſi eidẽ accidit ut ſit principium,ut materies,atq; mouẽs, tamen ipſum eſſe non idem erit. Vtro igitur duorum erit concordia,abſurdũ eſt etiã diſcordiam non ſubire corruptionem cenſere,hæc autẽ apud ipſum eſt ipſi mali natura. Anaxagoras autẽ ipſum bonum principium,uti mouens eſſe ponebat,mẽs enim mouẽs, at alicuius gratia mouet,quare aliud quippiam erit,uerũ ut nos ipſi dicemus,eſt enim quodammodo ſanitas facultas ipa medendi, abſurdum eſt ipſi bono mentique contrariorum non feciſſe. Omnes autem qui contraria principia ponunt, contrariis ipſis non uti uidentur, ſi quispiam non neglexerit, ſed diligentius ſententias illorum perſpexerit. Nemo præterea cur aliæ rerũ intereũt,aliæ nõ intereũt dicit. Res enim uniuerſas eiſdẽ ex principiis faciũt.

(Præterea inquit ſi malũ ſubiicitur,& ex malo cuncta exiſtũt,oĩa malo participabũt) lxii
& excepto uno,quod per ſe eſſe tradebant, nihil erit bonum. Sed cũ Plato bonum & malum principia eſſe ſtatueret,pugnabant Pythagorici bonũ principium eſſe negantes, . quomodo autẽ Pythagoricis bonum & optimum principium eſſe non placeret, ſupra hoc in libro docuimus,cum dictionem exponeremus,quæ ait.qui uero pulcherrimum & optimum principium eſſe non putant, ut Pythagorici & Speucippus. Sed alii inquit bonum principium eſſe ſtatuentes recte præcipiunt, quomodo tamen bonum principium ſit non definiunt. num quaſi finis,an ut efficiẽs, an uelut forma.Tũ Empedoclem taxat,qui amicitiã incõmode principiũ eſſe ſtatuebat. Nã cũ amicitiam coactricem effectricemq; ſphæri uocat,hãc efficientem cauſam ſtatuere uidetur.Rurſus materialem,cũ candẽ mixturæ ſpærigq; partem eſſe facit,quo poſito ait.Etiã ſi amicam ſubiecto eſſe ut materiam,& ut mouens cõcedamus, ratione tamen diſcrimen erit omnino.quod ſi ita eſt,utrum quia mouet,eſt amicitia? an quia materia eſt? in quo igitur amicitiæ ſubſtãtia eſſeq; poſitum ſit, explicatum oportuit. Iam uero ſi amicitia, ut Empedocli placet, bonum eſt, profecto diſcordia malum erit. Nam ſi contrario contrarium, contrarium quoque contrario. At ſi hoc uerum eſt, quomodo diſcordia immortalis dici poteſt? Nam cum amicitia cum omnibus conueniẽs ſphærum effecerit,ut pereat diſcordia neceſſe eſt. neq; enim diſcordia ſimul fuerit cum amicitia.Falſum eſt igitur dictu,quod Empedocles aſſerit, diſcordiam eſſe immortalem. Anaxagoras uero bonum,hoc eſt intellectum mouens principium eſſe conſtituebat.Sed cũ mouens alicuius gratia moueat, erit profecto aliquid cuius gratia mouet intellectus. hoc igitur quid ſit explicetur. niſi forte inquit Anaxagoras ita dicit,ut nos.Nos autem dicimus,medicinam,quæ quodam modo forma ualetudinis eſt,cum aliquid ualetudinis gratia mouet, id ſui gratia mouere.Si ergo Anaxagoras ad hunc modũ de intellectu diſſerit,ut idem faciat mouens, idem hoc cuius gratia mouet, & omne quod mouet ipſius gratia rem motam mouere dicat, rationi conſentanea dicere uideri poſsit. Aliud item peccatum obiicit Anaxagoræ, minime cõuenire dictans,qui mentem bonum eſſe dicat, eundem ipſi non oppoſuiſſe malum, cum altero contrariorum exiſtente, alterum eſſe neceſſe ſit. quibus ſingulorum peccatis aliud commune cunctis adiungit.Nam ſi quis inquit ipſorum dicta percurrere non grauabitur,tantiq; putabit accuratius ea conſiderare,oẽs deprehendet principia efficere contraria, nec tamẽ ipſis in generatione rerũ uti,ſed cõuerti ad aliud. quãq; hoc ipſis multis in locis uitio dedit, rem appoſita expoſitione opportuna declarauit. Præterea cũ omnes qui principia ſtatuũt,ex poſito principio cuncta gignant,ut aquã principium ſtatuentes cœlũ & terrã, breuiter omnia ex ipſa genita eſſe aiunt,cauſam tamen cur alia caduca ſint,alia ſempiterna reddere ſunt grauati. At reddere neceſſe fuit, & cur quæ ex eiſdẽ principiis oriũtur,partim mortalia ſint, quædam immortalia docere. Ariſtoteli enim,qui cœlos ex alio,hoc eſt ex quinto corpore generat,res natiuas ex aliis,cauſam explicare in promptu eſt, cur alia interitui opportuna ſint,alia perire nequeant. quod illis non licet,qui nõ idem cunctis ſubiectũ eſſe faciunt.

Præterea quidam ex eo quod non eſt ea quæ ſunt fieri dicũt. Quidam ne idipſum dicere cogantur,unum omnia faciunt.Præterea nemo cur ſemp erit generatio, & quæ nam ſit generationis cauſa dicit. At qui tam ii qui principia duo faciunt, q̃ ii qui formas afferunt, aliud principium magis principium ponant neceſſe eſt.Quonam pacto res,aut fuerunt,aut ſunt illorum participes,& cæterorum quidẽ ſententia ſapientiæ ipſiq; ſcientię præſtabiliſsimæ contrarium quippiam eſſe neceſſe eſt. At nobis id euenire non poteſt,nihil eſt enim contrarium ipſi primo,omnia nanq; cõtraria materia habent, & hæc potentia ſunt.Ignoratio uero cõtraria ad ipm cõtrariũ eſt.At ipſi primo cõtrariũ nihil eſſe uidetur.

xliii (Alii præterea inquit,ut Hæſiodus,ex nõ ente cuncta gignunt,cuius cauſa reddenda fuit.Alii ut Parmenides,ut hoc incommodum euaderet,eſt enim omnium phyſicorũ conſenſus,ex eo quod funditus nõ eſt, nihil generari,ens unum eſſe aiũt idemq; ingenitum. Sed cur generatio conſtat, & quamobrem generatio ſemper ſit,nemo docet. His commemoratis,qui duo principia faciunt,ut cõtraria,& quibus formas inhia eſſe placet,iis ea ſatis eſſe negat ad rationem reddendam,cur ſic res habeant ut habere cer-

nuntur. Sed aliud potius præstantiusq; principium statuere necesse est. quod hic nobilissimum intellectum esse dixit.ex ipso enim omnia & in ipm conuertuntur. Et cur princeps aliud initiũ statuere sit necesse,exponit dicẽs.Cum enim per istos formarum participatione nostratia generentur, quomodo inquit horum fiet particeps materia? si non est aliud præstantius quod moueat utrunq; ideſt materiam & defluxum,ut illi aiunt,qui a forma influit in materiam. Nam si defluxus quidam ex formis delabentes congressu materiæ hæc efficiuntur,necesse omnino est, ut aliquid tum materiam ad excipiendum defluxum, tum defluxum moueat,ut cum materia copuletur. Et cæteri inquit theologi qui contraria principia esse dicunt, confiteantur necesse est,sapientiæ ac honoratissimæ doctrinæ aliquid esse contrarium.Nam si scientia,ut supra diximus idem est,quod scibile,nimirum si principio, quod est proprie intelligibile,quidq̃ opponitur,aliquid etiã erit,quod pugnet cum ipsa doctrina. illis ergo hoc accidit incommodum, ut sapientiæ sit aliquid contrarium, nobis inquit haud quaq̃. cum principi causæ ac nobilissimo intellectui nihil opponatur. ac proinde ne doctrinæ quidẽ cuius munus est de ipso disputare.Causam porro cur primæ causæ nihil opponatur,strictim explicat dicens:(Omnia nanq; contraria materiam habent.)& in materia consistunt, & horum quodq; suum contrarium est potentia. quandoquidem album facultate nigrum est. quæ ratio eadem in primo principio ualebit,si quidq̃ ipsi contrarium faciamus.At nullum contrarium separatim consistit,sed in subiecto atq; materia.Primum igitur principium cum a materia longissime abhorreat,actusq; sit,expers omnino potentiæ,nullum contrarium habere potest.quare ne doctrinæ quidem de ipso differẽti ignorãtia erit opposita. Quæ si huic doctrinæ opponeretur,id certe in quo uersaretur ignorantia,primo principio cõtrarium esset.

Præterea si non sint alia præter res ipsas sensibiles, non erit principium, nec ordo,nec generatio,nec ipsa etiam corpora cœlestia erunt. Sed semp principii principium erit,ut theologis omnibusq; naturalibus accidit.Si uero sint formæ uel numeri nullius prorsus rei causæ erunt. Quod si ita non sit. At saltem nullius erunt causa motionis, præterea quomodo ex hisce quæ sunt expertia magnitudinis, magnitudo cõtinuumq; emergere potest? Numerus enim neq; ut mouens,neq; ut forma continuum facict. At uero nihil contrariorum erit, quod effectiuum erit atq; motiuum, potest enim non esse,at agere potẽtia posterius est.Non ergo perpetua sunt ea quæ sunt,at sunt:ergo aliquid horum tollẽdum est. Dictum est autem quo pacto actum potentia antecedit.

(Præterea si non sint alia præter res ipsas sensibiles, non erit ptincipium neq; ordo.) xliiii
Hæc non temere,neq; ab re hoc in loco ponit,sed Platonis & Pythagoreorum sententiam refutaturus,primum substantias quasdam intelligililes esse constituit,deinde ordine quærit num hæ Platonis ideæ sint,an numeri Pythagorici.nisi ergo inquit intelligibile principium sit & incorporeum atq; per se,neq; ordo, neq; generatio cõstabit. Generatio autẽ,immo uero ne cœlestia quidem constabunt,quæ in libro de cœlo ingenita, & immortalia esse demonstrantur. Sed si aliquid semper esse debet,principii principium erit & huius alterum. & hoc in infinitum.quemadmodum theologi aiũt. Si enim martis sit Iuppiter principium,Iouis Saturnus.& huius aliud initium.uel rursus si formę sint nostratium rerum initia, formarũ numeri: horum dualitas & unum, nimirum absq; fine procedetur.Ad hæc si ideæ ut Platoni uidetur, uel numeri ut Pythagorici uolunt principia sint,nullius erunt causæ. ut in libro primo maiore demonstratum est,& in proximis duobus ostẽdetur.(quod si ita non sit) ideſt, si quis falsum esse dicat neq; formas neq; numeros quorumpiam esse causas, illud saltem concedat oportet,non esse uel formas,uel numeros cuiusq̃ motionis causas.concesso igitur,ut numeri causæ sint inquirit,quomodo ex numeris magnitudinis expertibus & inter se discretis magnitudo & continens ualeat existere? cum numerus continuum non efficiat,neq; enim fieri potest, ut unitas cum unitate confundatur. (Neque ut mouens, neq; ut forma.)ideſt neq; ut efficiens,neq; ut formalis causa numerus erit. Sed neque formas neq; numeros mouendi facultate præditos esse confirmato,ait.(At uero nihil contrariorum erit, quod effectiuum erit atq; motiuum.) exempli gratia malum uel inæquale. quoniam contrarium potentia est,& opera fungi ualet. quamobrẽ aliquando uacabit ab agendo. cum sit omnis actus facultate posterior. cum igitur cessabat, nulloq; munere fungebatur,entium nullum omnino erat,quod fieri non potest. cum aliqua sempiterna esse sit demonstratum. Falsum igitur dictu est,contrariorũ alterum esse causam efficientem.Cum enim contrarium potẽtia, ut expositum,sit,posterius egreditur in actum.Potentiam uero inquit actu quodam modo esse priorem supra declaratũ est. Docuimus enim in eodẽ atq; uno, ut in Socrate potestatem actu priorem esse,in uniuersum minime.

Præterea quomodo sunt ipsi numeri unum,aut anima & corpus,aut omnino forma & res nemo dicit,neq; dicere potest,nisi dixerit perinde atque nos dicimus, id quod mouet hoc ipsum facere. Qui uero numerum mathematicum primum,& ita semper aliam substãtiam deinceps herẽtem,& alia cuiusque principia esse dicunt. Aduenticiam profecto faciũt ipsius substantiam uniuersi, nihil enim alia ad aliam substantiam siue sit, siue non sit, conferre sane uidetur,& insuper principia multa, at ea quæ sunt male gubernari nolunt, multos principes esse,bonum non est. Vnus ergo sit princeps.

xlv (Præterea inquit quomodo sunt ipsi numeri unum.) ideſt quidnam est, quod unit tres unitates,easq; numerum tria facit? aut septem unitates numerum septem? & alios similiter numeros? Item animam quid uniuit copulauitq; cum corpore, & unum quiddam effecit? & (omnino inquit forma & res) Rem ut mihi uidetur materiam appellans. Forma igitur & materia quomodo fiant unum nemo docet. Sed neq; formæ actu efficientes,& per se asseri possunt,nisi dixerint,ut nos dicimus. Formam nõ esse per se in existẽtia, sed cum tali materiæ motione ipsi possit ingenerari a materia, dum a motore sui mota fuerit,ipsam assumi.Nec uero quæri debet, quomodo rotunditas cum cera unum sit, neq; enim rotunditas per se ac separatim existens cum cera coit, sed certa ipsius ceræ motione generatur, cum per se non existeret. At qui formas per se existere comminiscuntur, ii rationem reddere nequeunt, qua materia & forma, quæ inter se distinctæ ac separatæ sunt, & existentes conueniant, & unum ex ipsis confletur. Sed Pythagorici inquit uel Plato, qui ex numero tria planum generari tradunt,ex plano triangulos,ex his Pyramides,ex Pyramidibus ignẽ,rursus ex numero septem iustitiam, ex unitate cœlum,& ex aliis alia,haud dubie rerum substantiam aduentitiam faciunt.hoc est,negãt cuipiã aliquid esse cum altero cõmune,sed omnia

liter se aliena. Ita si ignis exempli causa sit a terra funditus alienus, nec illis sit quidq̃ commune, ignis sit, nec ne ignis, nihil interest ad hoc, ut terra constet, & pari ratione de cæteris est statuendum. Nos enim qui cunctis aliquid esse cõmune asserimus, substantiam alteram alteri conferre adiumentoq; esse ad hoc ut sit, confirmamus. quod uero ex penitus diuerso principio, exempli causa ex unitate existit, quid ei cõfert, quod consistit ex alio? ut ex triangulo uel quadrantali figura? unitati enim & quadrato commune nihil habetur. ut ergo nos cum alter alteri mutuis officiis non sumus adiumento, male ac incommode degimus, sic in uniuerso sese res habeàt oportet. Tum igitur ob hanc causam res praue administrarentur, tum quia Pythagorici complura & inter ipsa similia principia faciunt, ubi est enim principiorum multitudo, ibi ordo cõstare nequit. Nam multorum principatus nihil est aliud, q̃ confusio, & ordinis perturbatio. At res non male gubernantur, sed constanter & optime. Si ergo multorum principatus ordinem perturbat, & causa est malæ rerum gubernationis, cum res nostræ mutuo auxilio non male, sed optime administrentur, nimirum principia complura non fuerint. Neq; enim multorum principatus bonum est, sed princeps unus, unumq; principium. qui quidem est deus. Nam uagãtium sphærarum causæ suns illæ quidem diu, sed participatione, & uoluntate a primo eodemq; beatissimo intellectu pendent.

Finis enarrationis Alexandri Aphrodisiei libri Aristotelis de prima philosophia undecimi, qui Latinis & Arabibus est duodecimus, interprete Io. Genesio.

Regiſtrum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z &

A A BB CC DD

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

Omnes sunt terni.

Impressum Romæ, in ædibus Marcelli Silber, alias Franch.
Anno domini M. D. XXVII.
mense Februario.

CLEMENS PAPA VII.

VNiuersis & singulis ad quos hæ nostræ literæ peruenerint, salutẽ & apostolicã benedictionem. Cum dilectus filius Demetrius Ducas Cretensis Græcarũ literarũ in alma Vrbe nostra Roma publicus pfessor, Alexandrum Aphrodisicum super metaphysica Aristotelis in latinũ conuersum, imprimendi uel imprimi faciendi, ad communem studiosorum, & literatorum utilitatem multa cum diligẽtia & labore, suaq; etiã impẽsa curam susceperit. Nos æquum esse censentes, ut ex uirtutum & laborum huiusmodi suorũ meritis, aliquem gratiæ fructum a nobis consequatur. Omnibus & singulis librorum impressoribus, quicunq; & ubicunq; Christianitatis locorum illi fuerint, ipsamq; imprimẽdi artem, quouis modo exercuerint, aut exerceri curauerint, sub excõmunicationis latæ sentẽtiæ, nostris uero & S. R. E. mediate uel immediate subiectis, pecuniariis præterea nostro arbitrio imponendis, & Cameræ Apostolicæ applicandis, ac amissionis omnium librorum pœnis, per præsentes expresse inhibemus, ne prædictum Alexandrum Aphrodisicum, ita ut præfertur impressum, per spaciũ annorũ sex a tempore huius ipsius primæ impressionis connumerandorũ imprimere aut imprimi facere, ullo modo audeant uel præsumant. Decernentes ex nunc auctoritate apostolica absque alia declaratione, quicunque contra hanc nostram inhibitionem fecerint, dictam excommunicationis sententiã illico incursuros. Ab eisdẽ uero nostris & S. R. E. subditis præter excõmunicationis incursionem, ipsas pecunias, librorumq; amissionis pœnas, per nostros & Cameræ apostolicæ ministros & officiales ad quos id spectauerit, integre & irremissibiliter exigi debere prout exigi uolumus & mandamus. In contrarium facientibus, nõ obstantibus quibuscunq;. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris. Die XXII. Ianuarii M. D. XXVII. Põtificatus nostri Anno quarto.

Ia. Sadoletus.